MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMVS XXIX.

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM

TOMVS XXIX.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCII.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

SCRIPTORUM TOMO VICESIMO NONO CONTINENTUR:

EX RERUM DANICARUM SCRIPTORIBUS SAEC. XII. ET XIII.

EX HISTORIIS ISLANDICIS.

EX RERUM POLONICARUM SCRIPTORIBUS SAEC. XII. ET XIII.

EDIDIT M. PERLBACH. 419—520

EX RERUM UNGARICARUM SCRIPTORIBUS SAEC. XIII.

EDIDIT L. DE HEINEMANN. 521—600

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Quae hoc tomo lectoribus proponuntur omnia consilio ac ratione a Georgio Waitz b. m. institutis collecta ac disposita sunt, et maior eorum moles ipsius opera studioque elaborata ac parata est. Ipse enim extremo vitae anno ex rerum Danicarum scriptoribus et Annalibus Islandicis excerpta quae ad rem nostram pertinebant collegit ac recensuit, ipse Viris doctissimis Finnuro Jónsson historiarum Islandicarum, Lothario de Heinemann scriptorum Ungaricorum excerpta edenda demandavit, ipse scriptorum Polonicorum saec. XII. et XIII. partes historiam nostram tangentes hoc tomo exhibendas esse constituerat, quas recensendas V. Cl. Max. Perlbach me petente suscepit. Ac sane valde dolendum est, quod vir ille venerandus nobis ereptus sit, antequam extremam manum huic operi suo admovere posset, cum ipse procul dubio multa emendasset ac polivisset magisque elaborasset. At nobis, quibus perdifficile atque arduum officium impositum erat, ut tot alienigenarum auctorum libellos seu fragmenta luci danda curaremus, pie ac caute hoc munere fungi par erat. Neque etiam verecundor profiteri aliam

rationem in edendis maxime monumentis Danicis me secuturum fuisse, si libero arbitrio uti mihi licuisset.

Qui historiam patriam tractant eos ex hoc etiam tomo bonum fructum capturos esse speramus, quo collecta invenient quae in terris septentrionalibus et orientalibus patriae vicinis ad res patrias pertinentia conscripta sunt, quae a quocunque sane non sine maximo labore congeri ac digeri possent. Nec solum fragmenta hoc tomo eis proponuntur, sed etiam integri nonnulli maioris momenti libelli ut Vita Kanuti ducis, Annales Lundenses et Essenbecenses, Annales Posnanienses, Rogerii Carmen miserabile.

Scribebam Berolini a. d. XV. Kal. Novembris a. D. 1892.

O. HOLDER-EGGER.

EX RERUM
DANICARUM
SCRIPTORIBUS

SAEC. XII. ET XIII.

EDIDIT G. WAITZ.

EX LIBRO MEMORIALI LUNDENSI.

Ex rerum Danicarum scriptoribus ea seligentes quae ad res Germanicas illustrandas faciunt etiam ea recipere debuimus quae de ducatu et episcopatu Slesvicensi agunt, saeculis IX—XII. quidem Daniae parte, inde a medio saeculo XIII. vero paulatim a regno seiuncto et ad vicinam Holsatiam se inclinante. Quae tamen saepe tam arcte cum aliis rebus cohaerent, ut earum narrationem vix et ne vix quidem ab illis secernere liceat. Quod iam initio lectores moneo, ut, sicubi haec fragmenta aut minus sufficere aut nimis ampla esse videantur, id operum diversorum indoli tribuant.

Primo loco sistimus excerpta ex libro memoriali ecclesiae Lundensis[1]*, qui saec. XII. medio conditus, seriem continet regum Danorum necnon necrologium notis historicis conspicuum. Illa prima manu ad a. usque* 1137. *deducta, postea variis manibus continuata, incipit a Suenone Estrithson, cui alter quidam praemisit reges christianos ab Haraldo usque ad Kanutum Magnum, falso Harthe vocitatum. Ex hac serie altera orta esse videtur, quae ad Waldemarum usque deducta est.*

Necrologium nonnumquam etiam annos indicavit et ita ad a. usque 1137. *notas quasdam non contemnendae auctoritatis memoriae tradidit.*

Ex illis ea quae ad rem nostram faciunt ex Langebekii editione repetimus (SS. R. Dan. I, p. 424 *sqq., ubi tabula exstat aeri incisa, III, p.* 431 *sqq.).*

G. W.

EX SERIE REGUM.

Nomina* regum catholicorum in Dania, quorum industria propagata est fides catholica, qui religionis amore per diversa loca ecclesias construxerunt et regali munificentia donaverunt. Quorum apud nos memoria celebris est et manet per secula.

Sueno Magnus rex 1044. f.[a] r. 30.

. . . .

Canutus[b].

Waldimarus[c].

. . . .

1159. Anno regis Waldamari 5. electus est scismaticus Victor.

. . . .

1171. H[einricus] dux Saxonie tradidit filiam suam[2] domino Kanuto, regis Waldemari filio, uxorem.

---

*) *Alia manu praemissum est c.:*
Anno Domini 827. Haraldus rex Dacie primus Maguntie baptizatus est, [r. f. 20] *etc.*

a) f. r. 30. *superscr. c.; quod* fuit rex *significare videtur;* feliciter regnavit *Lang.* b) *tertia manu add. c.* c) *quarta manu add. c.*

1) De quo v. praesertim Paludan-Müller, 'Hvad var Saxo' p. 54 sqq.; Jørgensen, 'Den historiske Literatur i Danmark før Saxo', in 'Bidrag til Nordens historie' (1871) p. 194 sqq. Novam editionem paravit C. Weeke, cuius fasciculus 1 prodiit Hafniae 1884. 2) Gertrudem.

EX NECROLOGIO.

Anno D. 1131, ind. 9, gloriosus Sclavorum rex Canutus, Erici regis filius, occisus 7. Id. Ian.*

Anno** D. 1134, ind. 12, apud villam Hamar occisi sunt in prelio Magnus, filius regis Nicolai, et episcopi Petrus Roskildensis, Thore Ripensis, Catelo Wendilensis, Henricus Sictunensis et Brant subdiaconus, frater noster, cum plerisque melioribus Daniae, 2. Non. Iunii.

Anno D. 1137, ind. 15, Ericus rex Danorum gloriosus occisus est 14. Kal. Oct.

*) *In libro datico Lund. sub die 7. Id. Ian. manu saec. XIII. scripta haec leguntur:* Passio sancti Kanuti ducis et martyris Ringstadie in Sialandia, qui pro fiducia fidelitatis et innocencie sue laudabiliter occubuit.

**) *In libro datico (Weeke p. 141):* 2. Non. Iunii. Ipso die Petrus Roskeldensis episcopus et Brant subdiaconus, fratres nostri, occisi sunt. In eadem strage Magnus, Nicolai regis filius, virtute et [prog]enie inclitus, cum melioribus Daniae, episcopis et principibus [multo]que populo peremptus, Deo creatori suo reddidit animam.

EX VITIS KANUTI REGIS.

Ex libris de vita Kanuti regis, Suenonis Estrithson filii, qui propter necem a suo populo ipsi illatam inter sanctos relatus est, scriptis praeter Slesvicensia alia etiam exhibere oportuit, eo quod Kanutus uxorem duxit Flandriae comitis filiam, eiusque filius Karolus Flandrensem nactus est comitatum. Cuius vitae editae sunt SS. XII, p. 537 *sqq. Alio vero loco iam impressum est Encomium Emmae, quae nupsit Kanuto Magno (SS. XIX, p.* 509 *sqq.).*

Kanuti sancti regis duae exstant vitae. Altera, Passionis titulo inscripta, ut recte monitum est[1], *primum quod exstat opus historici generis a Dano compositum habenda est, decem fere annis post regis mortem (†* 1086*) scripta, ut virtutes eius pontifici Romano commendarentur. Edita est ex codice carthusiae Coloniensis Acta SS. Iul. III, p.* 121 *sqq., repetita inter Scriptores rerum Danicarum, quos Langebek collegit, III, p.* 317 *sqq. Hic (p.* 323 *sq.) brevem addidit narrationem 'De martyrizatione sancti Kanuti regis', paulo post elevationem et canonizationem (a.* 1101*), ut videtur, scriptam; cuius apographum Petrus Olai, rerum Danicarum sollertissimus indagator, saec. XVI. servavit*[2].

Alteram multo longiorem Kanuti vitam Aelnothus Cantuariensis composuit et Nicolao regi, Kanuti fratri, dedicavit, ante annum igitur 1134, *fortasse inter a.* 1119—1125[3], *cum* 24 *annis in Dania commoratus esset*[4]. *Tam quae de antiqua Danorum historia praemisit quam Kanuti gesta ex ore populi collegisse et haec certe satis sincere tradidisse videtur. Prima editio ex codice Hvitfeldii*[5], *postea bibliothecae universitatis Hafniensis illato, sed incendio a.* 1728. *consumpto, prodiit Hafniae* 1602, *alteram J. Meursius ex eodem codice, ibid.* 1631[6], *locis corruptis, ut ipse dicit, emendatis (repetitam cum Historia Danica* 1657. *et* 1744*), tertiam ex codice Thosano (monasterii Ter Doest prope Brügge, ubi codex ille nunc asservatur; v. 'Arch.' VIII, p.* 556[7]*)*

1) Jørgensen l. l. p. 189. 2) De eius collectaneis v. Langebek I, p. 68. 3) Ita Jørgensen p. 191, cum alii iam de a. 1101. cogitarint. 4) Praef.: *Aelnothus Cantia metropolitana urbe editus, iam vero Daciae partibus quatuor quinquenniis et bis fere binis annis demoratus.* 5) Certe ita editio: 'ex bibliotheca nobilis viri D. Arnoldi Witfeldii, regni cancellarii'. 6) Meursii editio recusa est apud Westphalen, Mon. Germ. praec. Cimbr. IV, col. 1377 sqq. (Lipsiae 1745), ubi in notis Birchrodii nonnullae lectiones etiam codicis ab hoc collati adnotatae sunt, sed nulla earum ad haec excerpta pertinet. H.-E. 7) Alter codex est S. Audomari nr. 716; ibid. p. 415.

Sollerius, Acta SS. Iul. III, p. 127 sqq., quartam Langebek III, p. 327 sqq., qui plerumque Meursium secutus est, paraverunt. Nos codicem Thosanum (Act.) et Hvitfeldii editionem (H.) praetulimus. *G. W.*

EX PASSIONE KANUTI REGIS.

5 . . . Ast alii . . . multos, ne irent ad Anglos, impedire cupientes, etiam fratrem ipsius Olavum adversus eum clanculum excitaverunt[1]. . . . Rex autem prudens haec sine mora comperiens et non tam sibimet quam fratris errori consulere intendens, misit eum caute in Flandriam, ne incepti mali consilii super se regnando incurreret infamiam. . . . . . . 1085.

Et sic per partes Iutensium saeviendo[2] et eos ad eundem furorem provocando quotidie 10 plura congregans arma, ad civitatem quae vocatur Sleswic[a] fremens ac frendens sancti regis insequitur vestigia. Rex ergo tunc cernens, quod eos sedare nequisset honesta ratione, immo de Iutensibus fugere compulsus, ad Vionenses transivit, in quibus magis auxilium speravit. . . . . . . 1086.

Quando erat regis et martyris Kanuti depositio, accidit Olavi tunc exulis ac positi in 15 Flandria in vinculis liberatio et hic ad regnum exaltatio[3]. . . . . . .

a) Slesvine (*pro* Slesvuic) *edd.*

EX LIBRO DE MARTYRIZATIONE KANUTI REGIS.

Effugatus igitur sanctus Kanutus de Iucia, venit in Otthensby[4], ubi sedicionis princeps Pipero regem prodiciose tradidit adulando regi et populum concitando. Pipero[5] iste fuit 20 Friso, uxoratus in Fyonia, in quo rex confidebat; sed pessime ipsum tradidit. . . . . . . 1086.

Venerabilis autem coniux beati Kanuti nomine Ethla, que fuit filia comitis Roberti de Flandria, membra pretiosa[6] secum ad nativos sibi terminos advehenda honore decenti recondere disponebat. . . . . . .

Regina Ethela, relicta sancti Kanuti regis, habuit postea Rogerium ducem Appulie 25 maritum. Que audiens sanctitatem et canonizacionem prioris mariti, misit magna pro ornacione reliquiarum eius. . . . . . .

EX AELNOTHI VITA KANUTI REGIS.

1. Regna aquilonis in remotis mundi partibus abdita, longe[a] diuque paganis tenebantur ritibus dedita, quousque ea de profundo erroris et infidelitatis divina extraxit cle- 30 mentia. Nam postquam fere omnia occidentis regna, quae Iulius Gaius[b], Magni quondam Pompei[c] gener, Ausonio subiecerat imperio, christianis colla[d] subdidere legibus, nationes illae quae adverso latere Francorum seu[e] Gallorum Saxonumque[f] aquilonalibus[g] consistunt partibus[h], Suethi[i] videlicet et Gothi, Normanni atque Isonii[k] tanto serius signa[l] fidei suscepere, quanto illuc fidei doctores tam pro victus rerumque penuria quam et pro 35 barbarorum feritate et innata duritia[m] magni pendebant divertere. Dani vero, qui Gallis Saxonibusque viciniores existere[n] videntur, iccirco gentibus praenominatis potiores habentur, quod et ipsi solum necessariis utilius[o] usibus incolunt fidemque Trinitatis, antequam illi cognoverunt, isti susceperunt[p], finesque suos regum nobilium vi et consilio tam praesulibus quam et divini officii ministris, ecclesiis Dei ibidem in dies circumquaque adauctis, 40 nobilitaverunt, fidemque hactenus susceptam usque huc[q] fideliter venerando servaverunt. Ut enim quoddam[r] ex antiquorum relatu contingam: ex quo venerabilis memoriae pontifex

a) longo *L.* b) *deest H. M.*; Caius *Acta.* c) *ita H.*; Pompeii *rell.* d) *deest H.*; se s. *M. L.* e) ceu *H.* f) Saxonum qui *Acta.* g) aquilonaribus *H. Acta.* h) in p. *M. L.* i) Suechi *Acta.* k) Ysonii *L.* (*i. e* Islandenses); Islandi *H.* l) f. s. *H. M. L.* m) duritie *H. M.* n) esse *H. M. L.* o) us. ut. *H. M. L.* p) susceperint *Act.* q) *deest L.*; 45 h. u. *Act.* r) quiddam *Act.*

1) Dani ad expeditionem contra Angliam collecti, regem frustra exspectantes. 2) Pars Danorum contra Kanutum regem rebellis a. 1086. 3) Annis 1086—1095. regnavit. 4) Odense. 5) Sic 50 etiam ab Aelnotho c. 26. (in edit. Act.; *Pipo* falso edit. Danicae) vocatur, ubi de origine nihil; Eyvind Bifra in Knytlinga saga c. 58. dicitur. Cf. notam ad Saxonem ed. Müller et Velschow III, p. 321. 6) Kanuti coniugis a. 1086, Iul. 10. occisi; sed ea in Odense sepulta remanserunt.

Poppo candentis ferri ardorem[a] inusta deferens dextra et ignitas ferri laminas incombustis pertransiens plantis[1], Christum, Dei filium, verum et solum Deum[b] fore evidenti indicio[c] declaravit, fidem, quam gens Danica suscepit, in hodiernum illibatam[d] conservare et custodire, Iesu Christo favente, contendit. . . . . . .

8. Regum quam plurium, sed et ipsius Salomonis devitans lasciviam[2], ob quam eius quondam posteri, bis quinis regni partibus ablatis, vix duabus, irato Domino[e], principari merebantur, imperatorii generis nobilissimam sibi coniugem sapientum consilio elegit, quam insigni honorificentia ex occidentalibus oris advectam[f], secundum nominis eius aestimationem[3], quae Ethela, id est nobilis, dicebatur, nobilem nobiliter excipiens, impudicis concubinarum despectis amplexibus, solius eius connubio, Iesu Christo teste angelisque[g] eius, contentus est. . . . . . .

10. . . . Fama virtutum et constantiae, prudentia nobilissimi principis latius diffunditur, et tam apud Scotos[h] et Orcadas Irosque[i], qui ultimos fere occidentis fines incolunt, quam et apud Anglos et Gallos Saxonesque[k] celeberrimus habebatur, Italicis vero terminis incognitus non erat et[l] ipsis Francigenis, qui et Romani dicuntur[4], admodum bellicosis, non tam admirandus quam et metuendus insonabat. . . . . . .

1085. 13. Classe[5] igitur parata, Danorum exercitus occidentalis portus littoribus velis sinuatim distensis advehitur, ibique regiae classis adventus in dies praestolabatur. Rex vero in loco celeberrimo, qui ab eiusdem domina[m] quondam loci Hethe Hetheby nomen accepit, quod Danica lingua interpretatum Campi-villa dicitur, demorabatur[n] cum prudentibus et sapientibus pertractans, qualiter res coepta ob multorum profectum, Iesu Christo auxiliante, ad decentem perveniret effectum[o]. . . . . . . Principes[6] regi nuntios transmittere querelasque parati exercitus regiis decernunt auribus insinuare. Cuius legationis Olavus[p], eiusdem gloriosi regis frater germanus, haud felix exequutor effectus, regem cum comitibus adiit[q], exercitus mandata depromit, causas questuum libere[r] perorans ostendit. Porro rex perspicacis industriae, cuncta diutius pertractata[s], Rodberto[t] occidentalium nobilissimo duci, sibi per filiam, reginam[u] scilicet Ethelam, propinquo, fratrem suum eundem reservandum in Flandriam transmittit[v] exercituique per internuntios[v] quae volebat remandavit[w]. Verumtamen[x] autumno imminente . . . . . .

1086. 24. . . . Exhinc[y] portum fluminis qui Sleh dicitur cum suis absque tumultu adiit[7], nautico itinere cum fesso[z] iam per terras[a] comite Fioniam[b] profecturus. . . . . . .

32. Venerabilis vero Deo dilecti regis et prudentissima coniunx inter pressuras imminentes animi nobilitatem vultu praetendens et de se situque suo admodum prospiciens, carissimi[c] coniugis iam pretiosa membra a strepitu incursantium hactenus persequutorum eripere et secum ad nativos sibi terminos, Gandavos[d] scilicet, Blandiniensi[e] coenobio apostolorum principi consecrato advecta, honore decenti disponebat recondere[8]. . . . . . .

34. . . . Regina etiam, prudenti[f] usa consilio, prudentissima videlicet Ethela[g], eius hactenus, ut praetulimus, coniunx nobilissima, iam ultra Italiae terminos Rogerii Appuliensium[h] ducis illustrissimi thalami comes effecta, tantis et adeo desideratis de carissimo quondam coniuge rumoribus[9] auditis, superno[i] bonorum Auctori debita referens, pretiosa dilecti sui pignora pretiosis transmissis donis adornat. . . . . . .

a) ardore inustam d. dextram *H. M. L.* b) dominum *H. M.* c) iudicio *H. M. L.* d) illab. *H.* e) Deo *M. L.* f) adductam *Act.* g) eiusque angelis *H. M. L.* h) Scottos Orc. *Act.* i) Yrosque *L.*; Hibernos *H.* k) celeberrimos S. *H.* l) sed et *M. L.* m) q. l. d. Ethe, Ethebi *Act.* n) *deest H. M. L.* o) profectum *H. M. L.* p) Olaus *M.* q) adit *M.* r) facunde *H. M. L.* s) pertractato *M.*; pertractatis *H.*; cunctis d. pertractatis *L.*; negotio d. pertracto *Act.* t) Rob. *H. M. L.* u) transmisit *H. L.* v) nuntios *H. M.* w) mandavit *H. M. L.* x) Verum *Act.* y) Et hinc *H. M. L.* z) it. consesso *H. M. L.* a) terram *H. M. L.* b) Phioniam *L.* c) Kanuti *H.*; Canuti *M.* d) Gandevis *H. L.* e) c. Bl. *M.*; Blandinensi *H.* f) p. u. c. *et* vid. *des. Act.* g) Ethla *H. M.*; Eth. pr. *Act.* h) Apuliensis *Act.* i) super *H. M.*

1) Haec nec cum Widukindo III, 65. nec cum Adamo II, 33. vel Saxone X (v. infra) plane conveniunt. Cf. quae ad Saxonem notata sunt III, p. 307, hoc tamen loco neglecto; Petersen, 'Danmarks Historie i Hedenold' II, p. 93 sqq. 2) S. Kanutus. 3) Roberti I. comitis Flandriae filiam; cf. Walteri Vitam Karoli c. 1, SS. XII, p. 540. 4) De Normannis, i. e. Normanniae provinciae incolis agi, ex sequentibus patet. 5) Danorum contra Wilbelmum I. regem Angliae profectura a. 1085. 6) Classis Danicae regem frustra exspectantes. 7) Kanutus rex rebelles Iutenses fugiens. 8) Quod effectu caruit. — Aelnothus librum de martyr. hoc loco adhibuit; v. p. 5, l. 22 sq. H.-E. 9) Kanutum videlicet a populo sanctum coli.

VITAE KANUTI DUCIS SLESVICENSIS.

Quae tertio loco exhibemus, et ipsa partim nonnisi fragmenta, iniuria temporum ita proferre coegit. Dux enim Kanutus, cognomine Laward vocatus, quamvis Daniae regis filius et titulo ducis Daciae nonnumquam ornatus fuerit, cum ducatu in meridionali Iutiae parte, cuius caput Slesvicum fuit, ipsi commisso, tum regnum Obodritorum a Lothario Germaniae rege adeptus, iure etiam historiae Germanicae vindicatur. Etiam hic inter sanctos, quia necatus est, relatus duobus auctoribus gestis describendis materiam praebuit. Sed unicus alterius libelli codex flammis consumptus, alter nuper demum felici casu e tenebris erutus est.

Robertus Elgensis episcopus, ut scheda nunc sola superstes monet, libros tres de Canuti vita perscripsit ad Hericum fratrem Canuti[1]*. Elgensem episcopatum eundem esse ac Moraviensem (Moray), ibidem Vedel (Velleius), notus ille Saxonis editor, notavit*[2]*, nihil vero de Roberto episcopo traditum esse iam Langebek monuit*[3]*. Vixit certe saeculo XII. ineunte, cum Hericus ille frater Kanuti iam a.* 1137. *obierit*[4]*. Qui Daniam adiisse ibique quae retulit sive a fratre Herico sive ab aliis Kanuti amicis accepisse putandus est. Quare summae fidei fuisse quae retulerat, non est quod dubitemus, et aegre sane ferendum, quod tenuissimae tantum reliquiae supersint. Multa tamen praeteriisse, velut nihil de Obodritorum regno a Lothario impetrato tradidisse videtur.*

Codex enim olim in bibliotheca celeberrima Cottoniana servatus[5] *incendio a.* 1666. *periisse censendus est, cum iam nulla eius reperiantur vestigia. Exstant vero excerpta brevia, quae Langebek ab Hamsfortio facta esse censuit, rectius vero iam Velleio vindicantur, qui in Danica Saxonis interpretatione a*

1) In altera Velleii scheda ita: 'Reverendus episcopus Elgensis Robertus scripsit 3 libris vitam d. Canuti (superscr. 'iunioris') regis (add. sed del.: 'Obotritorum, ducis Slesvici') ad Hericum fratrem Canuti'. 2) Prima schedula ita: 'Elginnum est sedes episcopalis in Moravia Scotiae, ubi et collegium canonicorum. Sepultus hic Duncanus rex caesus a Macabaeo isto, Hect. Boeth. lib. 12.' Altera: 'Elginum est in Scotia'; post add.: 'in Moravia, ubi sedes episc. et colleg. canon.'; et iterum alia fortasse manu: 'Hec. Bo. lib. 12. dicit ibi sepultum Duncanum caesum a Macabaeo isto, de quo alibi, translatum tamen postea in Ionam'. Langebek vero hanc addidit notam: 'Haec confirmat Hect. Boethius Descr. Scot. p. 5: *Est in Moravia oppidum Elgein nomine haud longe ab ostiis Speae amnis situm, ob negotiatorum frequentiam insigne, et in eo celebre etiam admodum fanum, augustissima cathedra episcopali ac religioso canonicorum collegio ornatum*'. 3) Primi episcopi Moraviensis qui recensentur sunt Gregorius incertae aetatis et Guilelmus a. 1155—1162; Gams, Series p. 240. 4) Hasse, 'Schleswiger Stadtrecht' p. 119. vitam post a. 1170. Ringstadii scriptam esse censet. Sed quod in excerptis nonnumquam sanctus dicatur, id sane probare nequit, neque alia argumenta fidem codicis infringere possunt. 5) Ita schedula Arnae Magnaei manu scripta, quam Langebek servavit: 'Vidisse se eam in bibliotheca Cottoniana ait Chr. W. [Christianus Wormius]'; quem circa exitum prioris seculi (XVII), in Anglia commoratum esse Langebek addit.

se edita primus huius libri mentionem fecit. Ea in bibliotheca universitatis Hafniensis, *Arn. Magn. Addit. nr.* 112. 8. *servantur, ab eius praefecto V. Cl. Birket Smith benivole huc transmissa. Quae duas praebent epitomas, quas cum Langebek in unam conflaverit (SS. IV, p.* 257 *sqq.), non satis, cuius pretii sint, perspici potuit. Quare nunc utramque una duabus columnis exhibendam duximus; unde facile cognoscitur, altera brevem capitum dari indiculum, in altera singulas res vel locos notatu dignos exscriptos esse. Notas Langebekii praecipuas retinui; longe diversam vero Helmoldi narrationem comparare non meum duxi. Nonnulla H. Reich dissertatione de Kanuti vita scripta illustravit*[1]*; sed magis alteram eamque recentiorem vitam respexit.*

Haec annis circiter quadraginta post, Kanuti corpore a. 1170. *elevato eoque inter sanctos relato, conscripta videtur esse, Waldem ro, Kanuti filio in Dania regnante. Certe translationis historiam passioni vel vitae additam eidem auctori deberi, iam inter omnes constat*[2]*. Utraque in codice qui exstat officiis inserta est, quae diebus passionis et translationis legi et cantari debuerunt, in canticis vero quaedam continentur a vita diversa neque singulis lectionibus ita subiecta, ut rebus hic narratis satis respondeant. Quare haec ab altero quodam confecta et post Vitae inserta esse statuamus oportet. Neuter Roberti opus novit*[3]*; certe quae ad hoc propius accedant, neque in cantibus neque in historia leguntur. Huius auctor pauca ex brevi Danorum historia Roskildiae conscripta (infra p.* 21*) sumpsit*[4]*. Ceterum auctor res quas narrat satis bene compertas habuit, et quamvis ne ipse quidem Lotharii regis Germanorum mentionem fecerit et breviter tantum et minus accurate de Obodritorum regno retulerit, multa tamen memoriae tradidit, quae huius temporis historiam illustrant et nunc demum, etiamsi antea apud posteriores auctores legebantur, pro veris haberi possunt. Ipse enim liber, diu tenebris obrutus, per medium aevum a multis lectus et exscriptus est. Etiam Saxo, celeberrimus ille rerum Danicarum scriptor, qui non multo post opus suum grande conscripsit, non pauca ex hoc mutuatus est*[5]*. Idem de annalibus Danicis saeculi XIII. dicendum est*[6]*. Praeterea locum de translatione ex codice antiquo iam perdito Arn. Magnaeus descripsit, Langebek (SS. IV, p.* 261*) edidit, alia in breviariis ecclesiarum Danicarum servata sunt, ut festis Kanuti diebus legerentur et canerentur, ex pleniore officio excerpta. Denique qui saeculo XVI. historiam Kanuti uberiorem conscripsit (Langebek IV, p.* 231—256*) et alter qui eodem tempore ludum de sancto Kanuto duce composuit*[7] *etiamtum hac Vita usi sunt*[8]*. Unicus vero qui exstat codex* (1)*, ante aliquot annos Lipsiae emptus, in Silesiam migravit, ubi in praedio liberi baronis de Richthofen a V. Cl. Potthast a.* 1858. *inventus et mox, ut ederetur, mecum communicatus est. Nonnullis annis post a bibliotheca Kiloniensi emptus, nunc in eadem sub nr. S. H.* 8, *A.* 8°. *asservatur. Est membranaceus saec. XIII*[9]*, formae minoris, foliis* 65 *constans,*

1) 'Knud Laward, Herzog von Schleswig', in 'Jahrbücher für die Landeskunde der Herzogthümer Schleswig-Holstein und Lauenburg' t. X (1869), p. 203 sqq. 2) Cf. quae dixi in prima editione p. 9; Reich p. 240 sqq; Usinger, Fontes I, p. 24; Jørgensen p. 192. 3) Minus recte contrarium Jørgensen l. l. opinatus est: 'vi har da uden tvivl et fyldigere uddrag af Roberts værk deri'. 4) Usinger, 'Die Dänischen Annalen' p. 13. de communi fonte cogitavit, eique Reich p. 236, n. assentitur. Sed quae ille affert hoc minime probant; et cum codex utrumque opus contineat, Vitae auctori historiam ad manus fuisse sane probabilius est. 5) V. quae in prima editione p. 10 sqq. ipse exposui; Reich p. 233; Usinger p. 25. 6) De Chron. quod dicitur Sialandiae v. quae dixi p. 12, de Ann. Lundensibus Reich p. 231. et infra. 7) Edidit B. Smith. Hafniae 1868. 4. Cf. Usinger p. 26. 8) Edit. p. 18. Usinger haec ex breviario quodam sumpta esse censet, quia pauca tantum ad Vitae relationem pertinent. Cum vero auctor ille praesertim Saxonem et Helmoldum sequatur, Vitam vix tanti habere potuit, ut eam potissimum exscriberet. 9) V. specimen scripturae in editione prima, ubi minus recte codicem ad saec. XIII. vel XIV. referri posse dixi, nunc potius de initio saec. XIII. cogitans.

quorum fol. 1—49. *Officium Kanuti, fol.* 49—63. *brevem Historiam Danicam anonymi Roskildensis, in fine certe uno folio destitutam, praeterea fol.* 64. 65. *narratiunculam quandam de monacho in silvam illecto continent.*

Ex hoc codice primam dedi editionem in Commentationibus societatis litterarum Gottingensis 1858, *alteram Usinger inseruit collectioni scriptorum rerum Slesvico-Holsaticarum (t. I, p.* 35 *sqq.), nunc tertiam, codice benivole huc transmisso denuo diligenter collato, paravi, sed ea omnia fere resecui*[1] *quae nonnisi cultui sancti viri destinata erant et nihil historici argumenti continent. Fragmentorum vero ex breviariis a Langebekio (IV, p.* 262 *sqq.) collectorum variam lectionem attuli, quippe quae nonnullis locis ad contextum paulo diversum redire videantur. Sunt haec*[2]*: Legenda* 2) *ex breviario Lundensi fol.* 107. 284. *(impressa etiam 'Dansk Bibliothek' III, p.* 63*);* 3) *ex breviario Roskildensi fol.* 258'. 318'. *(ibid. p.* 50*);* 4) *ex missali Slesvicensi fol. A.* 17'. *I.* 18'*;* 5) *ex breviario Slesvicensi fol. bb. L. IIII,* 26*; O. II. ('Dansk Bibl.' p.* 67*);* 6) *ex breviario Othiniensi;* 7) *ex breviario Arosiensi P. III, fol.* 18.

Annotationes paucas adieci, cum aliae Danorum narrationes hoc tomo editae sint, Helmoldi vero relationem cum his et cum iis quae Islandici auctoris liber Knytlinga saga dictus satis fabulose tradidit comparare non meum putarim[3]. *G. W.*

EXCERPTA EX ROBERTI ELGENSIS VITA KANUTI DUCIS AUCTORE VELLEIO.

*Praefatio.

A inspirante incepi et opitulante Ω consummavi.

2. Prologus. 3. Oratio.

Liber primus.

1. Parentes d. Canuti.
   Ericus sepultus in Cypro.
   Bothildis mortua in monte Olivarum, sepulta in valle Iosaphat.
*2. Nomen inditum Canuti.
3. Iuventus laudabilis.
4. Multi, mortuo patre, eum regem volebant, sed Nicolaus muneribus praevaluit.
   Munera quod nequeunt.
5. Nicolaum regem esse minime decuit[4].
6. Confert Nicolaum cum pessimis quibuslibet.
7. Allegoria, quid ipsius Nicolai potentia significaret.
8. Marck lingua Danica terminus est.
9. Exaggerat maliciam Nicolai.
*10. Canutus imitatur Martinum. *f. 2.

*f. 1.

Rex[5], sine fine vale, tibi sit decus imperiale, f. 4.
Regnum, maiestas, sceptrum, diadema, potestas!

Sepultura Botildis in valle Iosaphat.

Filii Suenonis tres precipui: Canutus. Benedictus. Ericus.
alii nullius fere frugi.

Canutus natus est Roskildiae, nomine indente *f. 1'. Asbeck rustico ex Baulstrup[6], admonito per R.[a] Canutum seniorem[7]. Dicendus fuerat Gregorius, quia circa illum diem[8] natus fuit.

Munera quid nequeunt, quos non domuere tyrannos? f. 4'.
Nullus praetenso munere vana rogat.

Moriturus Sueno . . .[b] dedit legem filiis, ut ordine aetatis et senii sibi succederent; qui secus faceret, perpetuo feriretur anathemate. Eam legem filii sacramento firmabant iuramenti[9].

a) D *corr.* R. *c.* b) tin' *c.; om. L.; neque quid sit intelligo.*

1) Initium tamen retinui, ut operis indoles perspici possit. 2) Praemissa est sub titulo Legendae 1. fragmentum de translatione, cf. supra p. 8; addita Legenda 8. lingua Germaniae inferioris scripta ex Passionali Lubecensi fol. 197. 3) Cf. praesertim quae Bernhardi in Annalibus Lotharii et Conradi III. exposuit. 4) Cornelius Hamsfort in alia veteri schedula sic annotavit: 'Rob. Eliensis probat. Nicolaum regem periurum et excommunicatum, quia non servatum est per eum decretum patris in successione regni'. LANG. 5) Ita auctor regem Ericum alloqui videtur. 6) Idem fortasse vicus qui in Vita altera c. 7. Balstorp dicitur. 7) Ni fallor Canutum sanctum regem et martyrem. LANG. Sed recte hoc in dubium vocavit Reich p. 204, n., cum hic a. 1086. occisus sit, Canutus dux a. 1103. 'puer parvulus' dicatur; v. Vit. alt, c. 1. 8) Gregorii Magni dies est 12. Martii. 9) Willelmum Malmesburiensem minus recte narrare, a populo Danico hoc esse sancitum, monet Dahlmann I, p. 192, n.

11. Canutus preficitur Slessvigae.
12. Unde Hetheby.
13. Pii eum dilexerunt et impii timuerunt.
14. Infinitam maliciam eliminavit.
15. Curat suspendi sibi sanguine iunctum in Tyveiukel[1].
16. Furta et rapinas prohibuit.
17. Piratas fugat.
*f. 5. 18. Tempore famis[2] est multis praesidio cum fratre Erico.

f. 2 Liber secundus.

1. Consilia de occidendo Canuto, patris et filii.
2. D. Canutus erat spiritualis pater Magni, Magnus vicissim filiae ducis. Sepius fraternitatem sibi iuraverunt.
3. Allegoria mystica.
4. Magnus simulat se Ierosolymam iturum et uxorem ac prolem commendat duci.
5. Ad convivium invitant et sic interficere conantur. Modi quibus sancto stravit insidias: 1. Gladium educit.
   2. C.[a] tumultu opprimere conatur.
*f. 5'. 6. 3. Solum obruere conatur in ambitu.
   4. Statuerat domum cremare, in quo erat. cap. 7.
f. 3 7. Occiditur anno 1131, 7. Idus Ianuarii, feria 4[3].
*f. 6. 8. Mystica.
9. Nox.
10. In die et non in nocte invenitur sanctus.
11. Cantus carnificum.
12. Canutus victus vicit.
13. Signa secuta mortem eius.
14. Magnus redit Roskildiam. Ericus Falster[4] corpus refert Haraldsted[5].

Hethebij: 1. ab Aslax-hede vicina urbi quasi[b] villa deserta[6];
2. ab Hethe, quod lingua Anglica significat portum. Haffnbij.

Canutus loed en aff sine egen frender ophenge paa Tiuueiukel[c]. — Galiebierge, forte prope Hetheby. [*In marg.:* Wothensee[7].]

*Chilanam[d] vel Versunt[8] castrum extruxit propter piratas ad mare orientale.

II.

D. Canutus erat spiritualis pater Magni, sui occisoris. Magnus vicissim de sacro fonte levavit ipsius filiam.

Magnus cum in mensa sederet apud Canutum, eduxit gladium; sed admonitus a quodam suo intempestive hoc fieri, respondit incidisse humorem forte in vaginam, ac experiri se voluisse, num quid gladium maculasset, nec esse inimicos eo loci, in quos stringeretur[e] gladius, prefabatur.

Secundo invicem motus concitabant, ut opprimerent Canutum sequestrum, sed neque ea via dolus successit.

*3. Cap. 6. In monasterii[9] circuitu cum ipso circumambulabat, et dixit tandem, ubi nullam occasionem nancisci poterat: 'Habeo multa, que tibi dicam, antequam exiero, sed solus cum tribus[f] ad me venias; quod promisit ad locum h. . .[g] et diem certum. Roskildiae in Salia haec facta.

4. Statuerat eum in domo concremare, si noctis obscuro poterat aedes attigisse, sed non venit Haralstadum ante ortum solis.

5. Caedes Canuti[10]. In huius narratione variat a Saxone Elgensis.

Lex de reis homicidii regum

*Salia Selant est Elgensi. Scribit Sealandi.

a) In *L.* b) q: *c.* c) *signum* ·|: *interpositum, quod* id est *significare videtur.* d) Ch *non prorsus certum.* e) stringer' *c.* f) duobus *corr.* tribus *c.* g) hrū (?) *c., quae vox certe legi nequit.*

1) Danicum 'tyv' s. 'tiuf' est fur, et 'jokul' in veteri lingua septentrionis et adhuc Islandice significat montem niveum et glacialem. Ut ideo nomen illud recte per Galieberg explicetur. LANG. De ipsa re cf. Vit. alt. c. 3. et Helmold. I, 49. 2) Dubio procul eadem famis calamitas, quae sub Carolo comite Flandriam aliasque Europae regiones circa 1125. premebat. LANG. 3) Ita recte. Male in cod. additum est: 'Juledag falt om en søndag'; sed neque de natali Domini (8. Kal. Ian.) agitur, neque hic a. 1130. in diem dominicum incidit, ut recte iam Langebek monuit. 4) Falstriae praefecturae vir a Saxone l. XIII. dictus. 5) De situ Haraldstadii in alia veteri schedula Corn. Hamsfort ita annotavit: 'Robertus dicit, Haraldstat distare a Roskild per 15 miliaria'. Intelligit enim miliaria Anglica. LANG. 6) Similia Grammium not. ad Meursium p. 234. retulisse, notat Lang. 7) Quid hoc, quod nomen loci videtur, sibi velit ignoro. LANG. 8) De his castris nihil constat; de Kilia urbe certe cogitari nequit, cum nec forma 'Chilana' satis constet. 9) Roskildense intelligi vult Langebek. 10) Teste Velleio Robertus etiam de puero narravit, qui carmine Canuto insidias ipsi praeparatas indicare studuit (cf. Vit. alt. c. 7; Sax. lib. XIII. infra) eiusque nomen 'Siuord' (Sivardum) retulit; v. Langebek p. 256. Ideo uberiora his excerpta habuisse ille videtur.

15. Nicolaus non sine noxa in morte Canuti.
16. Helgebruth. — Helgebrut sacrilegium. f. 6.
17. De commutatione annulorum. — De commutatione gemmarum facta (cap. 17) per Nicolaum et Canutum, ne posset ab hostibus superari. *f. 3'.
*18. Pii doluerunt, impii gavisi de morte sancti ducis.
5 19. Rex negat locum sepulturae in templo Lucii[1]. — Sed ubi vis huius annuli, dum caesus est Nicolaus Slessvigae?
20. Ringsteth sepultus. — Ringstad dicitur, quod habeat in circuitu circulatim[a] terminos insulae aeque distantes; ideo placitum generale ibidem est.
10 Epitaphium Canuti.

Liber tertius. — III.

Miraculosa. — Erick Emune[b].

Nam quicumque velit quae restant scribere cuncta,
15 Lux, manus, anser, ovis, sepia deficient[2].

a) circulariter *L.* b) *vel* Emone? *c.*

VITA ALTERA KANUTI DUCIS.

IN PASSIONE SANCTI KANUTI.

f. 1.

20 ### Ad vesperas.

A.[3] Tecum principium. Ps. 109, 3.

Capitulum. Beatus vir, cuius capiti Dominus coronam inposuit, muro salutis circumdedit, scuto fidei et gladio munivit ad expugnandas gentes et omnes inimicos.

R.[4] Beatus vir, qui potuit transgredi et non est transgressus. Quis est hic? Et laudabimus eum. Eccl. 31, 8–10.
25 Hic est vere martyr, Cristi miles, Kanutus, quem Dominus constituit ducem populi sui, qui extolli *noluit. *f. 1'.
Set fuit inter illos quasi unus ex illis.

Ver.[5] Dux, iudex iustus, sevis leo, mitibus agnus.

Ver.[6] Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Fuit.

Hymnus. Gaudet mater ecclesia, que pridem prolis nescia, fecunda sponsi gracia, fit
30 sterilis puerpera.

Ver. Frustrata legis federe, cessat ancilla parere; set fides in baptismate preponit partus libere.

Plures parit martyrio, quorum ducem consorcio sancta iunxit devocio et sanguinis effusio.

O pie proles regie, dux et martyr egregie, tuo sancto munimine conserva nos a crimine!

35 Ora Patremfamilias, ut inter Syon filias post funeris exequias nostras coniungat animas.

Patri, Proli, Paraclito, trinus honor uni Deo, cuius nobis professio peccati sit[a] remissio. Amen.

Ver. Ora pro nobis, beate Kanute, ut digni efficiamur p.[b] Christi.

Antiphona super Magnificat. Ave[7] martyr, dux Danorum[8], ave decus Dacie, cura
40 causas sauciorum, cum sis pignus gracie in nostra serie.

Factis, verbis te sequamur et cum mentis acie, ne in limo infigamur vel labamur glacie vallis miserie;

set te duce mundo calle transeamus de[c] hac valle ad superna et eterna gaudia! Evovae[d, 9].

Collecta. Deus, in cuius fide[e] gloriosus dux Kanutus firmiter incedens, vite innocenti violenter
45 subtrahitur, presta, quesumus, ut, sicut ipse inmerito[f] morti addicitur, mortem, quam promeruimus[g], eius meritis evadere mereamur[h]. Per Dominum nostrum.

Invitatorium. Veni turba fidelium, Dei adora Filium, qui sanctum pro victoria eterna ditat gloria.

P. Venite! Exultemus. Ps. 94.

50 a) *sic* 3; fit 1. b) *ita* 1; promissionibus *Us.* c) ex 3. d) *deest* 3. e) mandatis 3. f) morti innocenter 3. g) meruimus 3. h) valeamus 3.

1) Roskildensi. 2) Additum est: 'Episcopi Elgensis utpote Angli ad episcopum Danum puto et Rosk. collector corpus (?) extrahens'. Quae Langebek omisit,
55 neque satis de eorum sensu constat. Fortasse hi versus episcopo cuidam sunt directi, cum ipsa vita ad Ericum regem dicatur scripta. 3) i. e. Antiphona. 4) i. e. Responsorium. 5) i. e. Versiculus. 6) Sequentia leguntur in Legenda 3. 7) In Leg. 2 alia
60 leguntur, quae eodem modo incipiunt: *A. m. d. D. Canute, qui proditorum armis salvis necatus es.* 8) De hoc titulo *dux Danorum, dux Dacie* cf. quae collegit Reich p. 238. 9) Verbum hoc, ut recte interpretatus est Usinger, in canticis ecclesiasticis positum est pro *In secula seculorum. Amen,* cuius litterae vocales coniunctae sunt; cf. F. Ranke, 'Festschrift zum 600. Jahrestage der Einweihung der Elisabethkirche zu Marburg' p. 6, n.

Hymnus. Primo proscriptos patria parentum inprudencia ad presens premunt propria nos peccatorum pondera.
Ver. Alleviatur sarcina, si non per nostra merita, ob martyris suffragia, cuius sunt hec sollempnia.
Dux, ora Regem glorie, qui sponsus est ecclesie, ut nos in eius corpore servet[a] cum pacis federe.
Parce, Pater, realibus patroni nostri precibus; devictis cunctis hostibus, pax sit nostris temporibus!
Patri, Proli.

In primo nocturno[b].

. . . .

Lectio 1.

Rex christianissimus Hericus, Dei gracia dignus imperio, regnum Dacie feliciter regebat[1], et eo regnante regioni arridebant pax et lex, prosperitas gencium et victualium habundancia[2]. Inter cetera opera sua bona in regionem longinquam orandi gracia aliquando profectus, pratis et prediis pecunia comparatis, hospitale pauperibus et peregrinis admodum necessarium sumptu proprio construxit[3]. Huic cunctus populus ob bonitatis sue constanciam lingua propria Hegothe cognomen inposuit[4]. Hic igitur erga suos tante humanitatis gracia floruit, *quod, eo iam tercio peregre profecturo, regio tota parte tercia pecunie sue, exceptis terris et animalibus, votum regis redimere volebat. Set nec prece nec precio rex proposito sancto privatus, una cum regina sua Botilda arrepto itinere, filium suum seniorem custodem regni Haraldum constituit. Kanutus quidem puer adhuc parvulus, quem regi[c] regina pepererat[5], penes Skialm[6], virum vero inter Danos strenuissimum, educandus degebat. Rex providus tandem Romam perveniens, patrie sue consulens libertati, a domino papa pallium impetravit[7]; quo regno suo transmisso, incepte peregrinacionis iter peragere satagebat. Interim iminente[d] termino tanti viri laboris, correptus febre, diem sui transitus, divina providencia largiente, assistentibus predicebat, locum eis assignans, quo humari optabat. *Intuentibus hiis loci inportunitatem et affirmantibus neminem ibi posse sepeliri, inquid: 'Domini est terra. Qui etsi inde me proiecerit, extra cimiterium sepelite'. Regis sermo adimpletur; die qua predixit moritur, ubi optavit sepelitur, et factus est in pace locus eius. Mirabile miraculum. Locus ille, qui omni mortuo illocalis antea extitit, rege sepulto, cuiuslibet sepulture satis aptus apparuit[8].

Responsorium[e]. Ortum duxit dux Kanutus de radice nobili. Rex Ericus erat huic propagator soboli. *Ex qua crevit regni salus et libertas populi.
Ver. Stemmatis pompositas, morum elegancia et virtutum probitas sunt in hac substancia. Ex qua.

Lectio 2.

Ut mors regis Danis innotuit, de regni regimine Haraldum, qui eos in multis offenderat, deicientes, fratrem regis Nicholaum in regem constituunt[9]. Set minoris providencie et disposicionis, quam regno expediret, Nicholao existente, pars maxima regni in nobili regina Margareta pendebat, ita ut ab extraneis Dacia regi *virtute feminea diceretur. Regina vero illa, mulier sapiens et honesta, Kanuto, Herici regis filio, tamquam filio suo Magno materne dilectionis ostendebat affectum. Erant quidem[f] amici et socii Kanutus et Magnus, ut sanguinis propinquitas postulabat, nec potuit inter eos regina vivente discordia nutriri. Igitur cum illa diem sibi ultimum imminere perpenderet[10], citatum ad se Kanutum alloquitur, dicens: 'Fili mi, cum sis mensibus et moribus filio meo Magno maturior, memor consanguinitatis vestre et mee dilectionis, noli avertere te ab illo; set si alterius suggestione

a) servat 1. b) I' I̊. N̊. A'. 1. c) *bis scr., altero deleto* 1. d) iminente 1. e) *quae ad calcem lectionum minutis litteris expressa sunt sequentia omnia leguntur in Leg.* 3. f) quidam 1.

1) Inde ab a. 1095, Olavo fratri succedens. 2) Cf. Hist. Roskild., Langebek I, p. 379: *exosa fames* (quae Olavi tempore Daniam invaserat) *discessit, et vindicta Dei a populo. Utrum autem hec opulentia* etc. 3) Cf. Knytlinga saga c. 74, Scripta hist. Isl. XI, p. 274. 4) Ann. Lund. a. 1095: *successit frater eius Ericus Egothe;* cf. Ann. Ryenses, SS. XVI, p. 400. 5) Alii filii ex concubinis nati; v. Hist. Roskild. (infra p. 24); Bernhardi, 'Jahrb. Lothars' p. 393, n. locum ita interpretatus est, ut Kanutus Erico regnum adepto natus sit. Quod si recte se habet, Kanutus tunc puer 8 vel 7 annorum fuisse videtur. 6) De quo v. Saxo l. XII, p. 609. 7) Aliter et ut videtur rectius Saxo l. XII, infra. Ann. Ryenses vero cum nostro faciunt. 8) Cf. Saxo, de cuius narratione in editione prima p. 11. egi. 9) Eadem fere verba habet Hist. Roskild. 10) Obiit d. 4. Nov. a. 1130; cf. Suhm, 'Hist. af Danem.' V, p. 363. US.

aut propria fatuitate deviaverit, corripe et corrige eum, ut frater alium facere debeat'. Kanutus respondit: 'Mater carissima, Deum testor, per me nil sinistrum ei eveniet, set, ut teneor, frater fidelis in omnibus ei apparebo'. Proficiens itaque *Kanutus etate et sapiencia, viribus et virtute tempus suum decoravit. Qui cum adhuc cuiuslibet dignitatis careret honore, duce de Slæswich Elavo diem extremum ducente[1], ducatum illius a patruo suo Nicholao peciit et cum prece petitum optinuit[2]. Ibi erat tempore illo pro defectu iuris et iusticie tam assiduus Sclavorum incursus, quod ipse rex nisi munitus Frisonum presidio illic pernoctare non potuit. Nullus insuper provincie illius inhabitator pro depredancium et latronum molestia de se aut de suis tutus erat. *f. 7.

R. Quando fuit peregre rex profecturus, honorem optavit proli[3], set honus non sustulit etas. Perpendens *pater hoc, ... *f. 7'.
Ver. disponit[a] cuidam pueri committere curam. . . . . . .

Lectio 3.

Factus igitur dux[b] Dei disposicione Kanutus, posuit super femur gladium suum et precinxit se virtute; invasores regni dissipat, perdit raptores et fures suspendit et in brevi ab omni persecucione patriam suam liberavit. Et factum est: qui in locis tucioribus ante trepidabant, iam in latibulis hostium, in speluncis latronum et in portis piratarum pascebant *et accubabant, quia non erat qui exterreret; nam iuxta quodlibet litus quislibet libere habitare potuit. Si bos sive iumentum alicuius furto vel rapina subtractum fuerat, per duos aut tres dies querebatur[c], ne forte erraret in agro; quod non inventum ducis exactores[d] reddere tenebantur, qui furem cum furto querentes iusticiam exercuerunt. Quidam nacione nobilis, set opere nequam, sepius incausatus[e], a temeritate sua desistere nolens, cum potens esset, pro minimo habebat pauperibus iniuriari et proximos suos opprimere. Porro dux in Skania degens audivit eum iura contempnere, iusticiam parvipendere, nec Deum timere nec homines vereri. Quo audito, de re sollicitus dux, non se sompno dedit, quousque rediens Iuciam pervenit; et continuo coram illo prevaricator accersitur, accusatur, *convincitur et a iusto iudice suspendio adiudicatur. Tunc ille duci dixit: 'Propinquus tuus sum; ingenuitati tue noli inferre iniuriam'. Ad hec dux: 'Cum michi sis propinquus, ceteris in pena es preferendus; quia, quanto aliis es genere alcior, tanto aliis alcius elevaberis'. Et factum est. Malus navis acquiritur et in vertice montis erigitur; cui reus appensus, indignam vitam morte digna terminavit. Perpendentes iniqui, quod nec pravis propinquis iudex iustus pepercisset, furari vel predari presumere metuebant[4]. Exod 32,27. *f. 8. *f. 8'.

R. Hoc statuto de Kanuto, quod pater disposuit, dicto vale, ius regale tunc Haraldus suscipit. Inchoato *voto grato, iter rex arripuit. *f. 9.
Ver. Mansit puer cum cognatis, et cum matre pater gratis peregrinus proficit[f].

Lectio 4.

Pace facta in patria sua, non viribus, non virorum numero, immo in Domino dux habens fiduciam, paucis comitatus Sclaviam intravit; et ubi centum mortem metuebant, ibi cum se tercio securus incedebat. Deinde et a principibus et a plebe cum honore suscipitur, cum reverencia tractatur, et cum communi assensu eius dominio Sclavia committitur; quam sub pacis pignore regno Dacie fideliter confederavit[5]. In omnibus prospere egit, quia manus Domini erat cum eo. Et merito, quia, quanto sullimior, tanto *humilior, quanto potencior, tanto benignior omnibus apparuit. In eo germinavit mens provida et sancta, floruit sermo verus et benignus, fructificavit opus bonum et efficax. In tantum dilexit decorem domus Domini, quod inter ministros ipse primus eam sterneret et ornaret. Clericos *f. 9'.

a) *haec cum verbis* Perpendens pater hoc *iungenda sunt.* b) Iucie *add. Leg. 5, quae excerpta praebet, Leg. 2, quae ubique verba mutavit, ita:* Adeptus tandem a patruo suo Nicholao rege Danorum ducatum Sleswicensem . . . . . . ducatum suum fecit pacatissimum. c) *emendavi H.-E.;* quereretur 1. d) exauctores 1. e) *sic etiam infra p. 15, l. 2.* f) *i. e.* proficiscitur. — Inchoato *add. 3, ut scil. praecedens versus repeteretur.*

1) Aliter Saxo l. XII, infra. 2) Ann. Lund. a. 1109, Ann. Ryenses et Nestved. a. 1115. indicant; cf. Reich p. 209, n.; Bernhardi l. l. p. 394. 3) Haec in Vita non traduntur. Neque constat, quem honorem pater illi destinaverit, num iam ducatum Slesvicensem, an curam regni. 4) Cf. Roberti excerpta I, 15, supra p. 10, et quae Helmoldus I, 49. retulit. 5) Aliter Helmoldus I, 49. De anno non satis constat; cf. Bernhardi p. 395 sqq. Quae mox de invidia Magni per annos 9 latente dicuntur, fortasse a. 1121. indicant. Waldemari tempori convenit, quod auctor Slaviam Daniae regno confoederatam dicit, de Lothario Saxoniae duce, Germaniae rege, prorsus tacet.

quidem eius, qui sicut in festis sic in ferialibus eo presente divina celebrare tenebantur, nisi in habitu regulari, officio suo vacare non licuit. Sic in divinis devotus et curiosus, in secularibus strennuus et curialis, a Deo et hominibus iure dilectus erat. Inde[a] Magnus, regis filius, excecatus invidia, in corde suo concepit dolorem et peperit iniquitatem; ducem dolo de terra delere voluit, set non valuit, quia nondum venerat tempus eius. Fere annis novem fraterna invidia Kanutum latuit. Attamen audivit a pluribus, quod ei Magnus insidias machinaretur; set ille fidelissimus de infidelitate tam familiarem amicum *suspectum habere non potuit. Contigit interim, ut dux regi accusaretur. Tunc et rex falsis favens suggestionibus, his causis concilio Ripensi eum aggressus est. 'Tu', inquid, 'contra consuetudines terre nova quedam induxisti et in Sclavia contra me et regnum meum nomen regis tibi usurpasti'.

R. Iam flos purpureus spirat odorem[b] germine iustus. Tempore messis dulcia grana ducit in altum.
Ver. Ut puer ille corpore crevit, crevit in illo *gracia Christi. Tempore.
Ver. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Tempore.

In secundo nocturno[c].

. . . .

Lectio 5.

Dux, ut doctus erat, ad causam primam satis honeste respondit, dicens: 'Terra tua hoc in consuetudine hactenus habuit, quod nec sub serrura nec sub qualibet custodia res suas aliquis secure possidebat[d]. Iam si contigerit, quod dives sive pauper rem aliquam in transitum omnium ultro posuerit aut oblivioni tradiderit, a *nemine ablata possessorem suum expectabit. Hec est nova consuetudo'. Ad secundam obiectionem exorsus ait: 'Regis usurpati nominis reus non teneor; Sclavia enim nec regem habuit, nec michi commissa me regem vocavit. Usuali quidem locucione causa dignitatis vel reverencie 'knese' quemlibet vocare consuevit, hoc est dominus[1]. Et hoc Dani abusive interpretantes, regem esse affirmant. Scis item, quod terram illam regioni tue non solum pacificavi, immo, qui te magis oppugnabant, per me tecum in pugna stare parantur'. Rex, his auditis, quia simplex erat et cito moveri potuit[e], delatoribus derogavit, commendans opera ducis, quia erant bona valde. Cum in tempore illo, imminente die natalis Domini, regis curia Roskildis[2] conveniret, et dux ad festum invitatus ire festinaret, uxor eius rei eventum in mente recipiens, *hortatur illum iter illud penitus omittere. Set cordis innocencia viro iusto eundi preposuit[f] securitatem. Dixit, inquam: 'Pavide mulieris suggestioni animum accommodare nostrum non est. Quid familiaritatis fiducia, quid sanguinis propinquitas, quid composicio fidei prosunt alicui, si me hesitacio aliqua ab incepto itinere retraxerit?' Quid plura? Fecit quod proposuit, transfretavit et venit ad curiam, et cum diligencia et dilectione tam[g] á primis dux reverendus[h] receptus est.

R. Instat tempus iuventutis, fructus patet gracie et virtutis[i] et salutis; per quem iugo servitutis plebs privatur *Dacie.
Ver. Constitutus est Canutus dux in regno et princeps in acie.

Lectio 6.

Magnus igitur, cui dux Kanutus se tucius committebat, meditabatur die ac nocte, quomodo innocentem neci traderet. Huius perfidi in fraterna prodicione Henricus Skatælar[3] fretus consilio, tres proceres precipue sibi confederavit, in quibus pre ceteris malefaciendi fiduciam[k] habebat. Quorum unus Ubbo comes, alter Haquinus Norwegiensis[4], tercius Haquinus[l] Skaniensis erat[5]. Coniurati hii quatuor, ne quis consilium alterius palam faceret,

a) Unde *Leg.* 5, *quae excerpta habet.* b) odore germine iustis *Leg.* 3. c) In H̊. N̊. 1. d) possidebat 1. e) non potuit *Leg.* 5. f) proposuit *Leg.* 5. g) *delendum videtur H.-E.* h) revendus 1. i) et salutis et virtutis *Leg.* 3. k) h. f. *Leg.* 5. l) *superscr.* 1.

1) Agnomen Lavard, quod Knytlinga saga c. 84 sqq. praebet, cum verbo Anglosaxonico 'hlaford', i. e. dominus, coniungi solet. Helmoldus I, 49: *Et posuit imperator coronam in caput eius, ut esset rex Obotritorum*; cf. cantum infra p. 16, l. 5: *Duci Danorum sub iure regio.* 2) Ita de alio tempore Helmoldus I, 50. 3) Filius Suenonis, filii Suenonis Estrithson regis; de quo cf. Sueno Agg. c. 7. 4) Mater Haquini neptis erat regis Norwegiensis; pater Ubbo. Cf. Knytlinga saga. 5) Quem Saxo Iutum dicit.

terre se prostraverunt, de tradicione tractaturi. Subdole dolo huic iacentes iniqui assensum dederunt, ut, si forte quis eorum inde incausaretur, nec *ambulando nec sedendo nec stando *f. 13. se interfuisse secure iuraret. Set quid? Veritas, que neminem fallit, a quovis falli non potest. Percipiens vero Haquinus Skaniensis socios suos sanguinem sitire innocentis, 5 recessit a consilio impiorum nec sedere voluit in insidiis, ut innocentem interficeret. Pro certo denique Magnus perpendens tres prefatos ad facinus, quod diu proposuerat, esse paratos, quod corde conceperat, opere complere differre nolebat. Ad patris ergo curiam perfidus perveniens, sub specie devocionis dilositatis[a] velans affectum, peregre se profecturum palam professus est. Deinde tamquam familiarem suum ducem sanctum de voto 10 falso consulere cepit, dicens: 'Frater fidelis, cum pre cunctis mortalibus te solum sine falsitate aliqua expertus sim[b], in instanti negocio me et mea consilio tuo ordinare disposui. Sumus enim tam fide quam sanguinitate coniuncti; unde *nec ego nec tu in necessitate dis- *f. 14. iungi racione valemus. Volo, inquam, ut in secreciori loco[c] michi soli solus obvias, ubi nemine inpediente que deliberanda sunt diffinire valeamus'. Kanutus falsi fratris fidem 15 verbis dedit et respondit: 'Care frater, affectum tuum bonum bonorum omnium Actor[d] ad felicem perducat effectum. In vera fraternitate fraus aut fictio metuenda non est. Locum et tempus assigna; paratus enim sum in omnibus tibi parere'. Facta inter eos composicione prout quod utrisque placuit, dux non doli conscius[e] in devocione fratris delectabatur, et ille Magnus in spe positus perfidie malo suo applaudebat.

20 R. Dux hic factus sui iuris diligit *iusticiam et in rerum[f] defensuris optinet victoriam. *f. 14'.
Perdit pravos[g], a pressuris conservans ecclesiam.
Ver. Pauperibus pater ille pius fit pastor egenis.

Lectio 7.

Quando tempus secundum consuetudinem curie affuit, quo invitati erant valefacturi 25 invitantibus, vadit ad Gefnewathe[1] Magnus, et dux ad Balstorp[2] iter direxit. Die[h] altera epiphanie[i] summo diluculo Magnus surgens et armatus fraude interius et ferro exterius, 1131. Ian. 7. *tamquam ad pugnam paratus[k], se quam plures sequi precepit. Hii simul[l] incedentes, ab *f. 15. iniusto homine iurare compelluntur, ut, quem ille primus[m] invaderet, omnes in illum absque dilacione armata manu insurgerent. Ad silvam tandem perveniens, in qua ad perdicionem 30 suam parricidium[n] perpetrare disposuit, auctor sceleris in densitate arborum armatos abscondit, saltumque solus deambulans, doli nuncium ad ducem direxit, mandans ei, ut quod fideliter sposponderat cum festinacione adimpleret. Nocte eadem in Haralstath[3] cum cognata sua Cecilia[4], regis Kanuti filia, Kanutus pernoctaverat; a qua sollicite hortabatur, ne Magno solus obviaret. Cui ille: 'Carissima, ne rei huius reus appaream, facere teneor quod fide 35 pollicitus sum'. Dux igitur adhuc erat deditus[o] sopori, quando nuncius perfidi ad hostium pulsavit. Quo *audito, vix ex toto vestitus, falsi fratris festinavit favere mandato. Sugge- *f. 15'. ritur á suis arma summere[p]; quibus ille dixit: 'Absit. Res enim suspecta habetur, quando inermi armatus occurrit'. At illi: 'Domine, fideles tuos tecum summe[p], rei causa forsan in dubio est; et dedecus habetur, quod dux solus incedere debet'. Quibus ille: 'Cum unus ad 40 consilium vocatus fuerit, plures accedere racio non permittit'. Quid plura? Puerum proditoris vir sanctus cum se tercio[5] prosecutus est. Incedentibus illis, puer precedens premunire de insidiis ducem volens, set aperte secreta domini sui pro observacione iuramenti denudare non ausus, ordinem cuiusdam parricidii cantando ter reiteravit, ut inde percipiens, quod hostis ei paraverat, illud devitandi adhuc haberet facultatem[6]. Set fidelem 45 animum non potuit tangere infidelitatis suspicio. *Dixit quidem ad puerum, perpendens ex *f. 16. parte, quod hoc sui causa cantaret: 'Hec et hiis similia a perfidis paganis, quibus fedus

a) *ita pro* dolositatis *bis* 1 *(cf. p. 16, l. 10)*. b) sim in instanti negocio. me *distinguit* 1. c) miranda sunt *add., sed del.* 1. d) *i. e.* auctor. e) concius 1. f) rebus *Leg.* 3. g) pravas *Leg.* 3. h) *excerpta praebent Leg.* 3 *et* 5. i) ep. Domini *Leg.* 3. 5. k) *ita Leg.* 3; paratos 1. l) inc. s. *Leg.* 3. m) prius *Leg.* 3. 50 n) fratricidium *Leg.* 5. o) debitus 1. p) *ita* 1.

1) Locus plane ignotus. 2) Balstrup prope Ringsted. 3) Harrested a Ringsted septentrionem versus; cf. Robertus Elg. II, 6, supra p. 10. 4) Chron. Sial.: *Apud Caeciliam sororem suam* 55 *hospitabatur, fingens se secreti consilii gratia ei velle confabulari, mandans, ut nullus puerorum ipsius interesset. Quod cum audisset Caecilia, monuit eum, ut omnino non crederet huiusmodi suasionibus.* 5) Ita etiam Sueno Agg.; *cum tribus* Robertus; *comitatus quatuor tantum viris* Helmoldus. 6) Cf. p. 10, n. 10.

fidei et consanguinitatis auctoritas et timor Dei irrita tenebantur, perpetrata sunt. A christianis fidelibus facinus tale factum non creditur'.

R. Pacem Danis et paganis fidem sanctus contulit, quos a vanis et prophanis ritibus recedere et in Christum credere compulit sub pacis federe.

*f. 16'. Ver. Duci Danorum sub iure *regio[a] honorem exhibet Sclavorum legio. Quos. 5

Lectio 8.

1131 Ad[b] locum prodicionis sanctus[c] properans, prestolatorem perfidum per saltum vagantem solum videbat[1]. Quo viso, descendit, equum puero commisit, et solus incedens, vultu hilari, consciencia pura et mente fideli hosti domestico se obviam dedit. Accessit Magnus. Magnus, inquam, nomine, magnus cordis malicia, magnus oris dilositate, magnus inpietate 10 operis, virum fidelem, benignum et iustum feda lingua salutavit et profanis brachiis amplexatus est et in pacis osculo Iude traditoris officio se obligavit. Locum quidem[d] assignans remociorem[e], inquid: 'Frater, eamus et[f] sedeamus illic'. Fratrem vocat, quem fraude circumvenit[g], ire hortatur, quem cadere optat, et sedere ammonet, in[h] quem insur-

*f. 17. gere presumit. Pius impio assensum dedit[i], cum eo vadit *et sedet, et sedens versipellem 15 latenter sub toga loricatum perpendit et dixit: 'Frater bone, quid arma portas in tempore pacis?' Ad hec traditor: 'Inimico meo iuxta opus suum vicem reddere teneor et ad vindictam ad presens paratus sum'. Dux magni consilii et consolacionis, proditoris malicie consulere attentans, ait: 'Absit, frater, ab anima tua, ut sive iustum sive iniustum sanguinem effundendo sollempnitatem sollicite observandam contaminare presumas. Expecta 20 pacienter; transactis hiis diebus, cum tempus ulcionis advenerit, adversus adversarium tuum, si opus sit, manus mea tecum erit. Inimicus ero inimicis tuis, et te diligentes amici michi erunt'.

Iam scelus diucius celari non potuit. Sermonibus[k] odii Magnus ducem circumdedit[l], dicens: 'Kanute[m], cuius est Dacia?' Vir[n] sanctus simpliciter respondit, dicens[o]: 'Frater, 25

*f 17'. interrogacio[p] talis unde venit et quo habet procedere[q]? *Dacia cuius est nisi patris tui et patrui[r] mei? est et erit, quamdiu placuerit ei per quem reges regnant'. Tunc Magnus[s]: 'Non[t] sic; omnes post te vadunt; tu[u] tollis a nobis locum et gentem, et inter[v] nos hoc modo melius dividi potest'. Hiis dictis, dux[w], tamquam ovis innocens ad mactandum ductus, circumspiciens[x], armatos aspexit et ait: 'Frater[y], scit qui[z] omnia novit, me tibi 30 aut tuis verbo vel[a] opere numquam obfuisse; ut[b] quid hoc fecisti? Ubi fedus, ubi fides, ubi vera fraternitas? Iudicet inter nos, qui reddet unicuique iuxta opera sua'. In hoc sanctus surgere voluit, set per cappe capucium[c] traditor eum indigne retrahens, extracto gladio, ab aure sinistra in dextrum oculum[d] caput findit[e] et martyris cerebrum impie[f] denudavit. Accurrens igitur Henricus, cuius superius[2] mencionem fecimus[g], parricidii 35

*f. 18. particeps[h] effectus, corpus innocentis lancea transfodit[i]. Deinde ceteri sceleris *huius conscii, ut in infidelitate fides servaretur, in latera ducis lanceas fixerunt[k]. Et sic glorioso martyrio iura carnis iustus persolvit. Passus est igitur vir pius, rectus et innocens, dux

Ian. 7. Dacie Kanutus, regis Herici[l] proles paterque venerabilis regis[m] Waldemari, 7. Idus Ianuarii, sequenti die epiphanie, feria quarta, anno ab incarnacione Domini 1130[*, 3]. Cui est honor 40 et gloria per infinita secula. Amen.

*) Cuius mortem pretiosam in conspectu Dei crebra testantur miracula ad laudem salvatoris nostri Iesu Christi *add. Chron. Sial.*

a) legio 1. b) *haec habet Leg.* 7 *(Aros.).* c) Kanutus *add. Leg.* 7. d) quendam *Leg.* 7. e) remocionem *corr.* remociorem 1. f) sed *Leg.* 7. g) circumvenire *Leg.* 7. h) *deest Leg.* 7. i) prebuit *Leg.* 7. k) *excerpta* 45 *habent etiam Leg.* 3 *et* 5. l) d. Canutum circumvenit *Leg.* 3. m) frater *Leg.* 7. n) Cui vir *Leg.* 7; Vir simplex r. *Leg.* 3. o) *deest Leg.* 3. 7. *Chron.* p) t. i. *Leg.* 3. q) pro[.]dere 1. r) patris *Leg.* 7. s) ait *add. Leg.* 3. t) Nunc *Leg.* 7; n. s. *bis Chron.* u) et tu *Leg.* 3. v) et h. i. n. m. *Leg.* 3. 7. *Chron.* w) sanctus Kanutus *add. Leg.* 7. x) et c. *Leg.* 3, *ubi* asp. et *des.* y) ille *post add.* 1. z) quia *corr.* qui 1. a) aut *Leg.* 7. b) *sic Leg.* 3; et 1; quid feci *Chron.*; quare *Leg.* 5; *Leg.* 3 *pergit:* Et adiunxit Canutus: ut q. hec f. frater. c) capucium *corr.* 50 capicium 1; cappe *deest* 3. 7; per capae capitium *Chron.* — e. tr. *Leg.* 3. d) in dexteram caput *Leg.* 3. e) c. sancti ducis scidit *Leg.* 2; scidit *Leg.* 5. f) *deest Leg.* 5. g) Henricus cuiusdam nomine parr. *Leg.* 7; Henr. Scathelar parr. *Leg.* 3. *Chron.* h) participes 1. — eff. *deest Leg.* 3. i) perfodit *Leg.* 3. k) miserunt *Leg.* 3; et martyrem Christi fecerunt *Leg.* 5. l) Erici *Leg.* 3. m) *deest Leg.* 3.

1) De loco mortis et capella post ibi aedificata egit H. Petersen, 'Aarbøger for nordisk Oldkyndighed' 1885, p. 15–71. 2) Lect. 6. 3) Quae in Libro datico Lundensi (ed. Weeke 1885. p. 6) hoc die 55 manu s. XIII. addita sunt vide supra p. 4, n. *.

R. Felix iste vicibus fruitur paternis; nam obstrusis undique hostium cavernis, dux dat uti Daciam legibus modernis.
Ver. Providus in opere, verax in sermonibus, vere Deo placuit et dulcis hominibus.
Ver. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
5 . . . .

[Lectio[a] 9]. f. 19.

Omelia lectionis eiusdem. Ostendit nobis rerum universarum nature cognitor ex infirmitate. . . . . .
R. In viis suis omnibus iustus prosperatur; contra quem domesticus hostis incitatur, et pro bonis actibus morti mancipatur. f. 19'.
10 Ver. De carnis ergastulo fidelis anima data Dei *filio fit Syon filia. Et pro bonis. *f. 20.

[Lectio[a]] 10.

Attendens Auctor plasma suum. . . . . . .
R. Succumbenti gladio datur victoria, subsidium mortalibus et sanctis gloria. In eternum permanet *eius memoria. f. 20'. *f. 21.
15 Ver. Iam placet Auctori mercedem ferre labori.

Lectio 11.

Tactis ex parte duobus, ad granum tercium transire tenemur, cuius retraxacio . . . . . .
R. Mox virtutem martyris terra propalavit, que, dum fluxit[b] sanguine, aquam propinavit. Hec et sanis profuit et egros sanavit. f. 22.
20 Ver. Ex *qua loti vel potati sunt sanati, quo languore sunt gravati. Hec et sanis. *f. 22'.

Lectio 12.

Si granum mortuum fuerit, multum fructum affert. Tria genera mortis. . . . . . . Tu autem.
R. Decus regni et libertas, pax, flos, fructus et ubertas, surdis aures das apertas, linguas mutis das disertas, claudis *gressus, cecis visus. Quisquis[c] eger est, confisus in te, f. 23'. *f. 24.
25 sanus redditur.
Ver. Cetibus angelicis iunctus super[d] astra locaris atque tuis famulis in terris auxiliaris.
Ver. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
R. Deus regni.
. . . .
30 Prosa. Qui conducis servos crucis Crucifixi numine[e], Prece ducis vere lucis nos illustra lumine[e]! f. 24'.
Custos legis, mundo degis, mundi carens vicio[e]. Proles regis, dux egregis[f] pastoris officio[e].
Prave gentis perimentis populum et *pecora[e] Vi potentis a tormentis gens est *f. 25.
35 tua libera[e]. Sanus redditur.
. . . .
Antiphone. O Kanute pacifice, dux Danorum optime, Christi miles martyrque egregie, ora pro nobis, domine! f. 30'.
A. Memoriam agentibus sancti Kanuti martyris salutem donet Dominus et anime et
40 corporis! Evovae.
A. Memores memorie tue, martyr sanctissime, in mundi huius *fluctibus nos salva tuis precibus! Evovae. *f. 31.

Collecta. Presta, quesumus, omnipotens et misericors Deus, ut, sicut plebem tibi devotam beatus miles tuus Kanutus paterno sinu iugiter fovere consueverat in terris, ita pro nobis apud tuam
45 clemenciam pia eius oracio numquam desit in celis. Per.

IN TRANSLACIONE SANCTI KANUTI.

. . . .

Ad matutinas. f. 32.

Lectio 1.

50 Deo[g] dilectus dux Kanutus terminum tangens, quem preterire quis[h] non poterit, in fidei[i] pignore meritum et nomen martyris preciosa[k] morte promeruit. Quam plures igitur[l] tam feliciter sopori[m] *dedito et[n] pro nobilitate germinis[o], quia regis filius, et[p] pro excellencia dignitatis, quia dux et iudex iustus, et pro bonitate innata, quia mente[q] providus, *f. 32'.

a) *haec desunt* 1. b) *sic aut* suxit sanguinem *emendandum H.-E.*; auxit 1. c) Quisque *Leg.* 3. d) supra *Leg.* 3 *(D. B.)*.
55 e) *in fine versuum litterae, quibus hi terminantur,* E, O, A, *cum notis musicis repetitae sunt.* f) *sic* 1 *propter consonantiam syllabae.* g) *littera initialis magna* 1. *Haec ex cod. membr. a.* 1728. *incendio consumpto descripsit Arn. Magnaeus, ed. Langeb. IV, p.* 261 *sq.; excerpta habent Leg.* 2 *(Lund.)*. 3. 5. 6. h) non quis *L.*; quis non potest *Leg.* 2; ne quis p. *Leg.* 3; nemo pr. p. *Leg.* 5; q. quis pr. non p. *Leg.* 6. i) fide pignoris *L.* k) *sic* 2. 3. 5; preciosi 1. 6; pretiosus *L.* l) eidem *add. L.* m) morti *Leg.* 2; felici morti *Leg.* 5. n) tam *Leg.* 2. o) generis *L. Leg.* 2. 6. p) quam 2, *ubi verba mutata sunt.*
60 q) pr. m. *L.*

lingua disertus, manu fortis, procerus[a] corpore, venustus facie, fidelibus familiaris[b] et Factori suo fidelis apparuit, lacrimis madefactas[c] exequias impendebant.

Lectio 2.

Provocabat siquidem eos racio multiplex corpus gloriosum Roskildis deferre[1]. Civitas erat[d] enim sede pontificali auctorizata[e], ceteris excellencior et patroni[f] patrie[2] precioso[g] dotata pignore, tam principum[h] quam prelatorum ascripta sepulture[i], maioris dignitatis melioribus apparuit. Terror inquam[k] tyranni eos á proposito desistere[l] subito compellebat; frustrati[m] voto, disposicione divina sancti[n] reliquias Ringstathiam[o] tulerunt[3].

Lectio 3.

Membris tandem tanti[o*] martyris in basilica[p] Marie matris et virginis sepulchro commendatis, *virtutem sepulti benignitas divina insepultam[q] manifestavit. Tempore illo ecclesie sancte duo prefuerunt[r] prebendarii, et ambo nequam. Qui[s], quia viciosi, virtutibus martyris invidentes, quem[t] Dominus manifestum fecerat, sub modio malicie[u] abscondere sattagebant. Prevaluit inquam[v] potencior[4], falsitate cedente veritati[w]. Delatorum[x, 5] martyris invectionibus[y] fictis nullus fidelium fidem adhibuit.

*f. 33.

Lectio 4.

Perseverantes siquidem in malicia sua secundi interfectores, peiores prioribus, sedent in insidiis, ut semel interfectum iterum interficiant[z] innocentem. Unde falsi[a] vates vetularum faventes frivolis, sepulchrum sancti, animalis inmundi[b] decoctione adhibita[c], fedare frustra festinabant, ut, biis maleficiis miraculis cessantibus, martyris memorie meta poneretur. Set licet filius iniquitatis nocere apposuit *innocenti, nichil[d] prevaluit inimicus in[e] eo, quia in Domino[f] dormientis, faciente[g] finem favilla, lucernam ardentem nequicie[h] nebula obfuscare non potuit.

*f. 33'.

Lectio 5.

Annis[i] quidem quindecim membra martyris humata manebant, et fama felix de die in diem accrescentibus miraculis longe lateque incrementum accepit. Universis igitur[k] persecutoribus eius peremptis, perempto eciam Herico[l] Emune[m], qui leonina feritate in fratris ulcione[n] nulli parcens cedem exercuit, Hericus[o] Spache regnum[p] obtinuit. Tempore illo etatis discrecio[q], nature nobilitas, gracia virtutum et timoris absencia Waldemarum, ducis et martyris filium, diu latentem, in medium[r] duxerunt[s].

1137.

Lectio 6.

Erat et[t] eius collateralis et consanguineus Sueno, patrui[6] eius filius, cuius iuventutem tam virtutis quam nature dignitas nobilitavit. Istos ergo *nobiles et consanguinitatis observancia et fedus familiaritatis in rebus omnibus unanimes reddebant[u]. Inde[v] inito consilio, Waldemarus patris et Sueno patrui secundum opinionem suam honori[w] consulentes, eius reliquias de tumulo in feretrum transferre disposuerunt. Ex quo hoc innotuit archipresuli Eskillo[7], Romane sedis[x] reverenciam observans nec[y] obvians racioni[z], á voto iuvenum velle[a] avertens, et ne fieret, auctoritate pontificali interdixit. Illi quoque specietenus presumpcionem[b] pretendentes, instabant inceptis et ossa tumulo deposita feretro im-

*f. 34.

a) *deest Leg.* 5, *ubi* c. v. f. decorus. b) famularis 1; familiaribus fidelis *L.*; fidelis familiaris *Leg.* 6. c) madefacti impendebant *L.*; lachrymas mad. exequiis *Leg.* 5; lachrimis madefactis impenderunt exequias *Leg.* 6. d) enim erat *L. Leg.* 5; erat *deest Leg.* 6. e) dignitate *add. Leg.* 5; e. p. a. dignitate *Leg.* 6. f) pariter in *L.* g) preciosa *Leg.* 6. h) principium 1. i) scripturis *L.* k) tamen *L.* l) s. d. *Leg.* 6. m) Inde fr. *L. Leg.* 5. 6. n) s. martyris *Leg.* 5. o) Ringstadiam *L. Leg.* 5. 6. o*) tam sancti *Leg.* 6. p) basilicam *L.* — sancte M. *Leg.* 2. 5. 6. q) in sepulchro *L.* r) d. preb. erant *Leg.* 5. 6. s) quia ipsi v. *L.*; Quia qui *Leg.* 6. t) quod *L.* u) studiose *add. Leg.* 6. v) cum *Leg.* 6. w) *ita* 1. *Leg.* 5. 6; veritas *L.* x) enim *add. L.* y) invent. *L.*; internect. *Leg.* 6. z) interficerent *L.*, *ubi* inn. *deest.* a) *deest Leg.* 5. b) immunda *Leg.* 6. c) habita *Leg.* 5 *(D. B.).* d) nil *L.* e) *deest L.* f) domo *Leg.* 6. g) f. f. f. *des. L.* h) neb. neq. *L. Leg.* 6. i) Cuius quidem quindecim diebus *L.* k) *deest L. Leg.* 3. l) Henrico *L.*; Erico *Leg.* 3. 5. m) Emunde *L.*; Emmune *Leg.* 3; *deest Leg.* 5. n) ultionem *Leg.* 5 *(Lang.).* o) Ericus *L. Leg.* 3. 5. — Spage *Leg.* 3; Spake *Leg.* 5; *deest L.* p) opt. r. *L.* q) discercio 1. r) medio *L.* s) *hucusque Leg.* 5. t) enim *Leg.* 3. u) reddebat *L. Leg.* 3 (r. un. *Leg.* 3). v) *deest Leg.* 3. w) honoribus *Leg.* 3. x) legato *add. Leg.* 3. y) et *L.* z) rationibus, animos iuvenum avertere volens, ne f. *L.* a) a. v. *Leg.* 3. b) quoque spontanea presumptione *Leg.* 3.

1) Cf. Saxo l. XII, infra. 2) Kanuti sancti regis. 3) Cf. Sueno Agg. c. 7. 4) i. e. Kanutus. 5) Praebendariorum antedictorum. 6) Erici Emun. 7) Lundensi a. 1127—1177.

posuerunt[a]. Operis quidem[b] retrospecte memores malicie, inauditi sceleris á[c] loco sancti eliminaverunt auctores[d].

Lectio 7.

Ecce[e] ne domus Dei diucius pastoris pateretur iniuriam, Iohannem Otheniensem consensu capituli in pastorem elegerunt, *et rege annuente religionis intuitu, redeuntes [*f. 34'.] Ringstathiam, eius providencie ecclesie sancte curam commiserunt. Anno eodem rex[1] regnum resignavit, et habitu religionis recepto, mundi miseriis feliciter valefecit. [1147. Hist. Rosk.] Succedente Suenone in regno, pax periit, excitatur sedicio, et commocio intestina eciam pacificos ad prelia provocavit. Rex iste fere per triennium á regno remotus, sub specie pacis ad patriam remeavit. Tunc quidem Sueno, Kanutus et Waldemarus, fideiussoribus interpositis, in unum convenerunt, et prudentum consilio paci consulentes, sedicionem regni sedare sattagebant. [1157.]

[Lectio] 8.

Tali ergo condicione confederantur cognati, ut regionis divise quislibet illorum terciam partem libere possideret. Et facta sunt fedus fictum et pax falsa. Convenientibus enim illis Roskildis, *Kanutus et Constantinus a Suenone [*f. 35.] nequiter necantur; quibus succumbentibus, graviter sauciatus Waldemarus evasit. Deinde cum proditore in Grathaeheth dimicans, prout quod Deus voluit victoriam optinuit, et sic tota Dacia eius data est dicioni. Rex[f] igitur Waldemarus victoriosus paganos ad fidem, fideles ad pacem, pacificos ad securitatem provocavit. Odium in dilectionem, dolorem in gaudium, bellum in pacem et egestatem convertit in opulenciam. Ad primum inquam rediens propositum, patris[g] sui martyris gloriosi perpendens multiplicari[h] miracula, eius translacioni dans[i] operam, super hoc archipresulem Eskillum prudenter consuluit. Qui[k] sane incedens, sapienti satisfecit. Et missis personis, quorum primus[l] archipresul Upsalensis Stephanus extiterat, quod a summo pontifice Alexandro iuste peciit, iure impetravit. [1169.] *Redeuntibus[m] ergo legatis, septimo Kalendas Iunii[2] anno incarnacionis[n] Domini millesimo septuagesimo auctoritate apostolica pater regis regisque proles, [*f. 35'.] martyr[c] magnificus, dux Kanutus translatus est[o]. [1170. Iun. 25.]

. . . .

[Lectio[p] 9].

Omelia eiusdem. Multa sunt in ista vita operta, que cuncta erunt in die novissimo aperta. . . . Sic sevi, dum ducem Kanutum in dolo salutabant, odium simulata amicicia velabant. *Dum vero in eum [*f. 36.] armis crudeliter irruerunt, doli latentes in lucem proruperunt. Et quia . . . . . .

Lectio 10.

Quod dico vobis in tenebris. . . . Corpus quippe Kanuti ab impiis per *penas consumatur, set [*f. 36'.] anima eius ab angelis in celesti gremio collocatur. Et ecce ducem pro iusticia occisum totum regnum veneratur, occisores autem eius totus mundus execratur.

Lectio 11.

Nonne duo passeres asse veneunt? . . . Sic caro Kanuti velud *as in precio solvitur, et binus [*f. 37.] passer, scilicet anima et corpus, ab eterna morte tollitur.

Lectio 12.

Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. . . . Sanctum itaque Kanutum, qui veritatem [f. 37'.] coram populo protulit, iusticiam in iudicio excoluit, Christus confitebitur in celis, dum ab eo martiribus associabitur in celo testis fidelis. Ubi est splendor . . . . . .

OFFICIUM IN DIE SANCTO UTRUMQUE IN PASSIONE ET IN TRANSLACIONE.

. . . .

De passione. Prosa. [f. 42.]

Preciosa mors sanctorum   in conspectu Domini   quanta salus sit iustorum,   sancto patet homini.
Qui in tanto se aptavit   cristiano nomini,   quod se totum copulavit   veritatis lumini.
Invitatus in hac die   *ad regis convivium,   universe carnis vie   sanctus tangit bivium. [*f. 42'.]
Causa mortis diffinite   rei dat indicium,   quod sit finis huius vite   vitale inicium.
Pater regis et regis filius,   dictus dux, rex dici melius   vir iustus potuit. [*f. 43]
Se regebat rege nobilius,   fedus pacis servans fidelius,   ut *res innotuit.

a) *hucusque L.* b) quoque retrospecti *Leg.* 3. c) *deest Leg.* 3. d) actores *Leg.* 3. e) *sequentia* — data est dicioni (*Lect.* 8) *desunt Leg.* 3. f) vero *add. Leg.* 3, *quae h. l. pergit.* g) s. p. *Leg.* 3. h) mir. eius mult. *Leg.* 3, *ubi* eius tr. *des.* i) *deest* 1. k) Ille vero *Leg.* 3. l) q. a. U. St. unus ext. *Leg.* 3. m) Recedentibus *Leg.* 3. n) ab incarnatione *Leg.* 3. o) *desinit Leg.* 3. p) *des.* 1.

1) Ericus Spache seu Lamb. 2) *Iulii* scribendum erat; cf. bullam Alexandri III, Thorkelin, Dipl. I, p. 27. (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 11646; Reg. Dan. 243).

Hunc ad penam innocentis vel ad pacem persequentis fideles ecclesie
Non vox flectit suggerentis, nec ius movent iuste mentis preces aut pecunie.
Salus erat sue gentis, virtus recte incedentis causa fit invidie.
Zelus patet sevientis, contra ducem invidentis grassantur insidie.
*f. 43'. *Erat sancto sanguine iunctus Magnus nomine, nil in nequam homine profuit propinquitas. 5
Ducem, decus Dacie, circumcinxit acie, et sub pacis federe prodiit iniquitas.
Auctor doli duci soli velle loqui simulat; sanctus credit et obedit, solus ei obviat.
*f. 44. Dum tractatur et causatur de *regni regimine, vulneratur, morti datur martyr sine crimine.
Est indutus dux Kanutus toga tincta sanguine, nupcialis vestis talis est celestis gracie. 10
Vita vilis et exilis transit per martyrium, quo est vita adquisita, que non habet terminum.
*f. 44'. Preciosa mors Kanuti: claudi, *surdi, ceci, muti sunt saluti restituti eius patrocinio.
Cuius prece nos adiuti, de salute simus tuti, ne tradamur servituti demonis dominio. 15
Martyr sancte, mortis tue agentes[a] memoriam, nobis datus advocatus, tecum duc ad gloriam sempiternam! Amen.

De translacione. Prosa[b].

*f. 45. Diem festum veneremur *martyris, ut nos eius adiuvemur meritis.
Per prophetas in figura predicata paritura, plures parit[c] sterilis. 20
Parit parens in pressura, dolor partus perdit[d] iura, dum applaudit[e] filiis[f].
Filii fide sunt renati, ad certamen preparati[g] fidei constancia.
*f. 45'. Supra petram solidati, non sunt *morte separati a matre ecclesia.
Inter istos constitutus[h] Christi miles dux Kanutus recipit[i] stipendia.
Regem regum prosecutus, stola prima est indutus pro mortali tunica. 25
Adhuc vivens, perituram parvipendens, permansuram[k] vitam querit opere.
*f. 46. Dat talentum ad *usuram et frumentum per mensuram duplicat in tempore.
Tuta fides in talento designatur in frumento, firma spes et karitas.
Quarum crescit incremento, vino fovens et unguento proximi miserias.
*f. 46'. Iste Dei cultor verus, cui favet plebs et clerus, de quo gaudet *Dacia, 30
Non superbus, sed severus, pius, prudens et sincerus, plenus Dei gracia,
Fide ficta suffocatus, a cognatis morti datus, complevit martyrium.
Hac in die est[l] translatus, cuius prece exoratus, Deus det auxilium.
*f. 47. Ductor noster, dux Kanute, nos transire cum virtute *fac per temporalia!
Te ductore, cum te duce perfruamur vera luce et eterna gloria in Ierusalem superna! 35
. . . .

a) agentis 1. b) *legitur in Leg.* 4. c) paris *corr.* parit 1. d) prodit *Leg.* 4. e) aplaudit 1. f) filius *Leg.* 4. g) sunt parati *Leg.* 4. h) constitututus 1. i) recepit *Leg.* 4. k) per mensuram *Leg.* 4. l) passus *add. Leg.* 4.

EX HISTORIA DANORUM ROSKILDENSI.

Auctorem Historiae Danorum, cuius fragmenta edimus, primum inter Danos eiusmodi opus aggressum esse, nunc omnes consentiunt. Nam quod saltem in uno codice usque ad Kanuti et Waldemari tempora progreditur, certo certius continuatori, fortasse ne uni quidem, tribuendum est. Iam ante multos annos vir de historia Danica meritissimus Dahlmann recte monuit[1]*, librum Erici Emun regis tempore († 1147) scriptum esse, quod Usinger novis argumentis firmare studuit*[2]*, Jørgensen*[3] *comprobavit. Certe priore parte Olavus, filius Haraldi, qui a. 1143. obiit, vivus dicitur, de Herico Lamb acerbis verbis iudicatur, cum in altera parte non mediocri laude ornetur*[4]*. Sequitur continuatio usque ad Waldemari I. tempora deducta, necnon brevissima notula de filiis Kanuto et Waldemaro a tertio auctore fortasse addita est.*

Librum Roskildiae scriptum esse primo patet aspectu, ita ut Anonymi Roskildensis titulum ei iam Langebek indiderit. In continuatione vero huius ecclesiae nulla mentio fit. Auctor Adamum Bremensem ad manus habuit, ex quo praesertim antiquorum Danorum regum notitiam hausit. Attamen cum his excerptis quaedam aliunde sumpta vel ex populari traditione accepta[5] *ita coniunxit, ut res non parum turbaverit. Quod ipse sensisse videtur, cum regum genus tenebris obrutum esse professus sit et semel ad Adami relationem tamquam dubiam et incertae fidei provocaverit. At a fabulis, quas alii tradiderunt, abstinuit et res suo tempore gestas bene compertas habuit. Liber fortasse ab auctore Vitae Kanuti ducis lectus est*[6]*. Certe ex continuatione locus quidam in translationis historiam transiit. Praeterea brevis series regum Danorum usque ad Waldemarum II. deducta (Langebek I, p. 15) nonnullis locis cum hac convenit. Usinger de communi trium operum fonte cogitavit*[7]*. Sed quae in translationis historia leguntur ex continuatione sumpta esse, non est cur dubitemus*[6]*; et huius auctorem ex serie illa hausisse*[8] *eiusque narrationem suo more ampliasse, additis annorum numeris haud satis certis, statui potest.*

1) 'Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte' I, p. 179, n. 2) 'Die Dänischen Annalen' p. 10. Sed quae affert non omnia certa neque maioris facienda sunt quam ea quae iam Dahlmann exposuit. 3) 'Bidrag' I, p. 206. 4) Ibi dicitur *in omnibus dies suis inconstans et duplex, adnichilacio regni et sacerdocii;* hic scribitur: *firmissima pace facta in patria sua . . . bono fine quievit in Domino;* quod ab eodem scribi potuisse nullo modo Usingero concesserim. 5) Auctores Anglicos ab ipso adhibitos esse, quod statuerunt Langebek et Dahlmann, non putaverim; neque tamen omnia ad Adamum retulerim, ut Lappenberg, 'Archiv' VI, p. 830. voluit; cf. Usinger p. 15. 6) V. supra p. 8. 19. 7) P. 13 sqq. 8) Certe locum de Herici regis morte aliunde sumptum esse, valde verisimile est. In serie enim optime cum praecedentibus cohaerent: *hic cum magna prudentia gubernabat Daciam.*

Certe ipsa Historia et Series, quamquam easdem fere res ex Adamo sumpta praebent, inter se minime cohaerent. Historia exstat

1) in codice **Kiloniensi** *signato S. H. 8. A. 8°. saec. XIII, supra p. 8. descripto, ubi fol. 49 sqq. post Kanuti Vitam et Translationem eadem manu exarata est, ultimo folio nunc perdito, quare ubi desierit certe indicari nequit. Ipsum bis cum editione contuli.*

Alter codex 'antiquissimus in membrana', signatus E 39[1]*, in bibliotheca Hafniensi incendio anni 1728. funesto periit. Cuius apographum*

2) Petri Olai libro collectaneorum insertum Langebek (SS. I, p. 373 sqq.) imprimi fecit. Alterum eiusdem codicis combusti[2] *apographum exhibet*

3) codex archivi **Hamburgensis** *61, fol., ex Stephanii schedis cum aliis multis Annalibus et Chronicis satis diligenter saec. XVII. exscriptus (de quo cf. Lappenberg, 'Archiv für Staats- und Kirchengeschichte der Herzogthümer Schleswig-Holstein' II, p. 189). Hoc vel simili apographo procul dubio usus est Westphalen, cum primus hanc historiam satis negligenter ederet (SS. I, p. 1408). Varias lectiones enotavit Lappenberg. Nunc librum ab archivo illi praefecto V. Cl. Beneke benivole huc transmissum diligenter excutere potui.* *G. W.*

Anno dominice incarnacionis octingentesimo vigesimo sexto Haraldus rex Danorum apud Maguntiam est baptizatus ab Othgario archiepiscopo, susceptus ab imperatore Luduwico[a], anno sexto regni sui. Cum quo frater eius Hericus et uxor regis cum magna Danorum multitudine illuminati sunt et christiane fidei coniuncti. Quibus in regnum suum tendentibus, cum nemo doctorum facile *potuisset inveniri[b] comes, sanctus Ansgarius cum socio se ultroneum optulit Authberto. Cum quo 4 annis[3] commorantes, multos ad fidem converterunt. Qui reversus, archiepiscopus Hammaburgensis effectus, nunc Danos, nunc Transalbianos[c] visitans, innumerabilem utriusque gentis multitudinem ad fidem contraxit. Deinde, mortuo Lyudrico Bremensi archiepiscopo, Liudvicus imperator, filius Liudvici, frater Lotarii[d] et Karoli[4], Bremensem archiepiscopatum Ansgario concessit. Hoc regali munere confessor Dei valde gavisus, in Daniam perrexit. Ubi regem Danorum, fratrem regis Haraldi, predictum Ericum, christianissimum cum suo populo reddidit. Nam mortuo Haraldo[e], iste in regnum assumptus est[f]. Hic primum ecclesiam Sleswich[g] erexit, data pariter sentencia, ut quisquis esse vellet in regno suo christianus fieret.

Interea Normanni Galliam demoliti, per fluvios Ligerim[h], Secanam, Renum dederunt excursum. Quo timore compulsus *rex Francie Karolus terram eis concessit ad abitandum, quam et hodie possident. Deinde Daniam aggressi, Hericum regem interfecerunt. Quo[i] mortuo, Hericus Puer in regnum levatus est. De isto Herico Puero non minima[k] dubitacio est, utrum filius predicti Herici fuerit an non[l]. Qui mox super christicolas efferatus, sacerdotes expulit, ecclesias claudi precepit. Ad quem veniens sanctus Ansgarius[m] intrepidus, crudelem tyrannum de feroci leone mansuetissimum convertit in agnum, adeo ut ipse christianitatem susciperet et suis omnibus per edictum christianos fieri[n] mandaret. Tunc sacerdotes revocati, ecclesie sunt erecte et restaurate. Insuper apud Ripam basilica exstructa est, post Sleswich secunda.

Eo tempore collectis rex crudelissimis Normannorum Ywar[o], filius[p] Lothpardi, quem ferunt ossibus caruisse, cuius fratres Ingwar[q] et Ubbi[r] et Byorn[s] et Ulf aquilonis gentibus prefuerunt, reges eciam Danorum *vocavit in auxilium ad destruendum regnum Francorum[t]. Reges dico, quia tunc temporis multi fuerunt reges in Dania. Nam, ut referunt,

Ludow. 2. b) inveniri, comes sanctus *distinguit* 1. c) Transambianos 1. d) Lotharii 3. e) Haroldo *h. l.* 3. f) erat 2. g) Slesvic 2 *h. l. et infra;* Sleswic 3 *saepe, aliis locis etiam* 2. h) Ligarim, Sequanam, Rhenum 3. i) A. 856. *in marg.* 3. k) minimo *corr.* minima 1. l) an̄n̄on *corr.* annon 1. m) non *add.* 1. n) fidei 1. o) Yuar 2. p) filium 1. 3. q) Inguar *h. l. et infra* 2. 3. r) Ubi 2. 3. s) Biörn 3. t) Anglorum 3.

1) In catalogo codicum a. 1662. (Birket-Smith, 'Om Kjøbenhavns Universitets-Bibliothek før 1728.' p. 149) de hoc codice monetur: 'Liber Latine scriptus, cuius initium: *Mundus dicitur quasi undique motus*'; in nota additur, in eodem varios pontificum catalogos et annales ab a. 1143—1412. contineri. Codice vero Hamburgensi teste praeter Historiam Roskildensem Annales Nestvedenses (— a. 1300) hic codex continebat. 2) Lappenberg l. l. de altero codice cogitavit. 3) *biennium* Adam, qui dehinc alterum Ansgari iter in Daniam et Sueoniam narrat. Auctor utriusque itineris tempus computavit. 4) Ita auctor Adamum recte interpretatus est.

duo aliquando in Iucia, in Fyunia tercius, in Selandia quartus, in Scania quintus. Aliquando duo per totam Daniam[a], aliquando etiam unus per totam Daniam, aliquando unus per totam Angliam simul[b] et Daniam, ut post docebimus. . . . . . .

Inde[1] promotus[c] rex Ingwar cum novem aquilonis regibus classem divisit aliosque reges in Galliam destinavit, alios in Germaniam. Quorum *pars vecta per Albiam, Saxoniam invasit, ibique ducem Brunonem cum decem[d] comitibus sibi[e] occurrentem occidit. Cum quibus duo episcopi trucidati sunt. Deinde Traiectum oppidum invadunt urbemque solotenus prosternunt; in qua Rabodo tunc claruit episcopus. Ad ultimum Renum[f] transeunt, Coloniam et Treveros incendunt. Aquisgrani stabulum equis suis fecerunt, urbes cum civibus, mulieres cum infantibus in ore gladii trucidaverunt. Ecclesias sanctas cum fidelibus aut incenderunt aut subverterunt. Maguntia ob metum eorum instaurari cepit. Tunc Fresia[g] eciam a Danis depopulata est. (*f. 51 Adam I, 40.)

Hec dum agerentur, Hericus rex defunctus est, et in regnum Frothi levatus est, quem[2] Unni Bremensis archiepiscopus baptizavit. Extimplo[h] erecte sunt ecclesie, que pridem destructe sunt, Sleswicensis[i] et Ripensis. Terciam rex in honore[k] sancte Trinitatis apud Arusam[l] edificavit. Dicunt quidam[3], quod Unni Bremensis archiepiscopus Gorm et Haraldo, *qui in Dania reges extiterant, predicaret et christianis[m] placatos redderet et ecclesias diu neglectas revocaret. Iste Gorm pater Haraldi extitit, qui Haraldus vivente patre 15 annos regnum[n] gubernavit. Mortuo patre, quinquaginta annos regnavit. Hic christianus extitit cognomine Blatan sive Clac Harald[4]. . . . . . . (*f 51)

Huius[5] filius mitissimus Harold[o] fuit, qui primus apud Seland ecclesiam construxit. *Qui contra patris imperium christianos amicos habuit eosque pro viribus undique susceptos in persecucione fovit. Itaque in malis patre perseverante, Haraldus[p] post mortem eius in regem assumptus est christianusque effectus est. Qui mox sacerdotes tam ab Anglia quam a Saxonia venientes recepit et Christum publice colere cepit. Unde venerabili Adaldago episcopo[q] et Ottoni augusto amicus et valde familiaris fuit, adeo ut filium eius baptizatum a sacro fonte [levaverit[r]] et Swen[s] Otto vocaverit. Itaque rex devotus et in Christo fidelissimus non solum baptizatus, set etiam, ut episcopi per regnum constituerentur, per nuncios deprecatus est. Qua peticione Adaldagus Bremensis archiepiscopus gaudens, consilio regis et pape tres ordinavit in Daniam episcopos, Hericum ad Sleswich, Liafdagum ad Ripam, Rehinbrandum ad Arus[t]. Postea eciam plures ordinavit Adaldagus Bremensis archiepiscopus ad nostrates episcopos[6], ad Sleswich *post Hericum Marconem; post Liafdagum ad Ripam Folbertum[7]. Othincarus[u] Albus, ad Suethiam ordinatus, Scaniam et Seland procuravit. Post quem fuit Thurgotus. . . . . . . (*f. 52. Adam II, 3. ib II, 4. *f. 52'. ib. II, 26.)

Post cuius[8] mortem Edmundus, filius Adelradi[9], quem Sueno expulit, Kanutum, filium Suenonis, et Olavum, filium Olavi regis Norvegie, qui ibi obsides fuerant, in vincula coniecit[10]. Qui de vinculis eius fugientes, navi venerunt Bremam ibique a sancto Unwano Bremensi archiepiscopo fidem Christi susceperunt et baptizati reversi sunt in Daniam. . . . . . .

Interea Libencius Bremensis archiepiscopus ad Seland ordinavit Avoconem[v, 11], quem antecessor Unwanus[w] primus ordinavit. Qui[x] eciam Libencius archiepiscopus ordinavit[12] ad Sleswich Popponem, dehinc Esyconem; ad Ripam Othincarum[y]. Quorum Poppo, vir sanctissimus, fertur Suenoni multum familiaris fuisse[z]. Hic[13] eciam, paganis de fide Christi dubitantibus, in generali regis et populi conventu, quia tunc se credituros spoponderant, ferrum candens in manu gestavit et illesus apparuit. Unde factum est, ut populus crederet, et sanctus clarusque in regno fieret. (f 54)

Post mortem vero Kanuti tres filii eius regnare ceperunt. Suen, quem[a] habuit de Alvia, regnavit in Normannia, Harold[b] in Anglia, eciam filius Alvia[c], Harthaknut[d] in Dania, filius Ymma[e]. Sub quo Willelmus[f] post Avoconem predicavit[14]. Iste Hartheknut[d] contra Haroldum, fratrem suum, regem Anglie, a Dania veniens, in Flandria classem adunavit. Set Haroldus, morte preventus, bellum diremit. . . . . . . (1035. ib II, 72)

a) Daniam — unus per totam *des.* 1. b) et D. s. 2. c) permotus 2. 3. d) 12 *Adam.* e) occidit s. occurr. 1. 2. 3, *corr. ut editum* 1. f) Rhen. 3. g) Frisia 3. h) Extemplo 2. 3. i) Slesvic. 2. 3. k) honorem 2. l) Arusiam *corr.* Arusam 1. m) christianos 3. n) regnum — annos *des.* 1. o) Harald 2. p) Haroldus 2; Harald 3. q) archiep. 3. r) *deest* 1. 2. s) Suen 2. 3. t) A. g. 962. *add.* 3. u) Othync. 2. 3. v) Auconem 1. w) Unuanus 2. x) Cui 1. y) Othyncharum 2; Othyncarum 3. z) esse 1. a) quam 1. b) Haroldo 1. c) Aluiae 2. d) Harthaknud 2. e) Ymmae 2. 3. f) Wilhelmus 3.

1) Ex Britannia. 2) Tempora et regum ordinem valde turbat auctor. 3) Adamum intelligit I, 61. 4) Auctor Haraldum Klak cum Haraldo Blatan male confundit et hunc iterum ab Haraldo Gormonis distinguit. LANG. 5) Gormonis regis. 6) Cf. Adam II, 23; auctor res accuratius indicare studuit. 7) Immo hic fuit episcopus Slesvicensis. 8) Suenonis Tveskjaeg regis († 1014). 9) II. regis Anglorum. 10) Haec falsissima sunt. 11) Adam II, 62. 12) Cf. ib. II, 44. Auctor Libentium I. et II. confudit. 13) Cf. ib. II, 33. 14) Cf. Adam IV, 2.

Interea gloriosus rex Danorum Sueno Magnus in Iucia obiit anno dominice incarnationis 1074. . . . . . .

Hic[1] filios tres ex concubinis habuit, Haroldum, Benedictum, Hericum, ex legitima nobilissimum genere nomine[a] Kanutum. Huius quinto anno, 1100. incarnacionis Domini *anno, Ierusalem capta est a christianis, Idus Iulii. Hericus tandem octavo anno regni sui, anno Domini 1103[b], volens Ierosolimam adire una cum uxore sua[c] Botilda, et veniens ad Kyprum[d], obiit. . . . . .

Sed quia antiquus hostis semper sub velamine latens et semper invidens operibus iustorum tantam discordiam inter Danos seminavit, quod, ex quo christianitas in Dania inolevit, maior tribulacio cleri[e] et plebis non est facta. Nam Magnus, unicus filius Nicholai[f] regis, diabolo instigante, Kanutum, filium Herici regis, simulata pace interfecit, virum pudicum, sobrium, sapiencia et eloquencia et omnibus bonis moribus ornatum, anno Domini 1130. Unde fratres eius Haroldus et Hericus sedicionem contra Nicholaum regem et Magnum, filium eius, excitabant et, ut Nicholaus regno et nomine privaretur et Magnus interficeretur, omnimodis[g] laborabant.

Igitur Hericus, collectis omnibus perfidis et sceleratis[h], in Iuciam venit ibique partem populi falsis promissionibus[h*], regium nomen[i] sibi usurpavit[k]. Nam hic iunior Haroldo fuit[l] et eo multo eloquentior, vir flagiciosus, furore et mendacio repletus. Hoc audiens Haroldus, contulit se ad regem Nicholaum, iuniori fratri servire nolens, tunc[m] causa etatis, tunc[m] propter turbam *filiorum 15, quos habuit, tunc[m] [denique[n]] propter infinitam[o] pecuniam, quam ab omnibus iniuste rapuit. Rex autem Nicholaus perrexit in Iuciam et multa bella cum Herico habuit; in [his[n]] omnibus Hericus victus, fugiendo venit Sleswich.

Sequenti vero[p] anno navali bello pugnaverunt ad insulam que vocatur Syra[2]; ibi Magnus, filius regis Nicholai, putans patrem esse et prius venisse, circumdatus ab exercitu Herici, multis captis, plerisque occisis, vix paucis navibus aufugit. Tercio vero anno[q] rex Nicholaus Selandiam cum 100 navibus venit, et quia maior pars populi cum Petro episcopo Nicholao favebat, inito certamine ad Werebro[r], Hericus primo conflictu fugit, Nicholaus victor existens Roskildiam devastavit. . . . . . .

Nicholaus interea expedicionem terris sibi subditis indicavit et, ut omnes meliores pridie Nonas Iunii Scaniam venirent cum omni diligencia, precepit. Nam predicto termino sancta dies pentecostes[3] celebrabatur[s]. Igitur secunda feria incaute[t] de navibus ascendentes nec de rebus suis sapienter disponentes, occurrit eis Hericus[u] cum suo exercitu et inenarrabile et inrecuperabile *dampnum toti Danie intulit. Heu crudelis annus, dies amara, dies mortis, dies tenebrarum, doloribus plena, singultibus onerata[v]! Heu dies, in qua Magnus occiditur, flos Danie deprimitur, pulcherrimus iuvenum, fortis robore, hylaris dator et sapiens et constancie amator, Magnus occiditur, et cum eo duces et quinque episcopi, Petrus Roskildensis, Thoricus Ripensis, Ketillus Westervicensis[w, 4], Henricus[x] expulsus de Suethia[y]. Adelbertus Sleswicensis insanabili vulnere sauciatus[z], vix annum et dimidium supervixit. Sextum autem Eskillum[a] episcopum[5] duobus annis ante istud bellum Hericus fecit[b] interfici in ecclesia matutinalibus[c] horis inservientem, virum pulcherrimum et prudentissimum et optime litteratum[d]. Nicholaus vero rex videns alios capi, alios membris detruncari, alios interfici, alios aquis submergi, vix arrepto equo cum[e] Haroldo[6] navem optinuit. Deinde ad Selandiam veniens, ut potuit suos confortavit. Post hec in Iuciam venit et Haroldum participem dimidii *regni fecit et regio nomine sublimavit[f]. Inde a Sleswicensibus[g], fide data et iuramento confirmata[h], pessima fraude est deceptus et cum primatibus suis residuis in civitate infideliter interfectus est 7. Kal. Iunii[7], anno supradicto[i], anno regni sui 31.

a) K. n. 3. b) 1104. 2. c) *deest* 2. d) Ciprum 2; Cyprum 3. e) clerici 1. f) Nicol. 2. 3 *semper*. g) omnibus modis 2. 3. h) celer. 1. h*) alliciens *vel* seducens *vel simile verbum supplendum videtur. H.-E.* i) s. n. 3. k) tribuere coegit 3. l) erat H. 3. m) tum 2. 3. n) *deest* 1. o) iniustam 3. p) *deest* 3. q) 1133. *add.* 3. r) Verebro 2. s) celebratur 2. t) de n. i. 3. u) Hercus 1. v) onor. 3. w) Vest. 2. x) Henr. — Sleswic. *des.* 1. y) Swethia 3. z) saucietur 1. a) ep. E. 3. b) filius 3. c) matutinalis 1; matutinis 3. d) litterarum 1. e) n. c. H. 3. f) sublevavit 3. g) Slesvic. 3. h) confirmato 1. i) Domini 1134. 3.

1) Ericus Bonus. 2) Seierø. 3) Iun. 3. 4) Ita dictus, quia interdum in Vestervico suae dioecesis monasterio Augustinianorum residebat. LANG. 5) Wibergensem. 6) Cognomine Kesia, fratre Erici Emun. 7) *Iulii* legendum est (vide l. 30); cf. Necrol. Lund. 7. Kal. Iul., Langebek, SS. III, p. 450. H.-E.

Haroldus vero, quasi sciens fraudes illorum, et multum deortans[a] regem, ne crederet eis, finxit[b] se alias iturum. Hoc audiens Hericus, Sleswich adiit et pro nefario scelere Sleswicenses[c] donis ditavit. Illic Eskillus in loco Petri Roskildensis efficitur episcopus, Notholdus in loco Thorici Ripis intruditur, Self[d, 1] Wendalensium[e] in loco Ketilli subrogatur, Illugo Arusiensium post Ulkillum constituitur. Interea infidelis Adelbyorn[f] Sleswicensium[c] episcopus de vulnere supradicto moritur. Post quem Ruco, capellanus Herici, constituitur. His omnibus peractis, Hericus Scaniam peciit. . . . . . . Byorn et Hericum diaconem[g, 2] anno uno ante mortem patris[3] ad castellum quod est ante portum Sleswich submersit. . . . . . . Omnes isti filii Haroldi[h], et omnes isti immatura morte consumpti sunt. Olavus unus superest, belua multorum capitum. . . . . . . Hec vita Herici[i], hec incessio, talis introitus; sed nunc, quis sit exitus, videamus. Igitur veniens[k] ad quoddam placitum iuxta Ripam, surrexit quidam nomine Plouh[l], quod Latine aratrum sonat, et[m] regem incautum mortali vulnere prostravit[n, 4]; vir[o] deformis, brevis stature, per se nichil faciens, nisi Dominus in aratro, Dominus in lancea, ut Dominus in funda, Dominus in lapide. Sic eo mortuo et Ripis sepulto, primates terre convenerunt et Hericum tercium, filium sororis[5] predicti Herici, in regem assumpserunt. Vir [is[p] erat] plus quam regali[q] dignitati decuit simplex et in omnibus viis suis inconstans et duplex, adnichilacio regni et sacerdocii. Eo tempore[6] non mediocris lis inter Rukonem Sleswicensem[c] episcopum et Eskillum Roskildensem antistitem de Lundensi archiepiscopatu orta est. Quod tamen certamen venerabilis Petrus, filius Botildis, suo sapienti consilio et[r] sollerti discrecione sedavit et eos hoc modo pacificavit, quatinus Eskillus archiepiscopatum optineret, Ruko[s], quamvis electus a Scaniensi clero et populo, tamen utens consilio predicti Petri *et disturbacionem et werram[t] devitans, Roskildensem sibi episcopatum, clericis et laicis reclamantibus, usurpavit.

CONTINUATIO.

Rex autem Hericus, firmissima[7] pace facta in patria sua, decimo anno regni sui regnum resignavit, monasterium adiit, et habitu religionis recepto, mundi miseriis feliciter valefecit. Deinde bono fine quievit in Domino[u]. Post cuius mortem convenerunt Iutenses et elegerunt Kanutum, filium Magni, filii Nicholai regis, Scanienses[v] vero elegerunt Swenonem[w], filium Herici Emuni[x] et constituerunt eum[m] super se regem. Unde facta est longa concertacio inter Swenonem[w] et Kanutum annis 12[8]. Succedente enim Suenone in regnum, pax periit, excitatur sedicio, et commocio intestina eciam pacificos ad prelia provocavit. Tandem decimo anno convenerunt omnes Dani, et paci consulentes, elegerunt duos reges, Kanutum, qui prius[y] fuerat electus a Iutensibus, et Waldemarum, filium sancti Kanuti ducis et martyris. Sueno vero expulsus a Dania fugit in Saxoniam ad socerum suum ducem Saxonie[9], cum quo fere tribus annis mansit, a regno remotus. Tercio demum anno[8] sub specie pacis ad[z] patriam remeavit. Tunc quidem Sueno, Kanutus et Waldemarus, fideiussoribus interpositis, in unum convenerunt, et prudentum consilio paci consulentes, sedicionem regni sedare satagebant. Tali ergo condicione confederantur cognati, ut regionis divise quislibet illorum terciam partem libere possideret. Et facta sunt fedus fictum et pax falsa. Convenientibus enim illis Roskildis, Kanutus et Constantinus, cognatus eius, a Suenone nequiter necantur 5. Idus Augusti[10]; Waldemarus vero graviter sauciatus evasit. Qui fugiens in Iutiam, auxilium Iutensium petiit. Post quem veniens Sueno et in Gratheheth[a] cum eo dimicans, prout Deus[b] voluit, infeliciter[11] occubuit, dignum insidiarum consecutus finem. Cuius corpus in ecclesia villule terre commendatum est.

a) dehortatus 3. b) et f. 1. c) Slesvic. 2. 3. d) Selff 3. e) Vand. 2. f) Adelbiörn 2. g) dyaconum 2. h) Haraldi 3. i) Erici 3. k) cum venisset 3. l) Plog 2; Plogh 3. m) *deest* 3. n) anno Domini 1139. *add.* 3. o) vir — lapide *des.* 3. p) is e. *des.* 1. q) regalem dignitatem 3. r) ac 3. s) Ryko *h. l.* 3. t) guerram 2. 3. u) anno Domini 1147. *add.* 3. v) Scanenses 2. w) Swennonem *corr.* Swenonem 1; Sven. 2. 3. x) Emun 2; Emune 3. y) *desinit* 1, *foliis nonnullis, ut videtur, perditis.* z) p. Datiam r. 3. a) Grateh. 3. b) Dominus 3.

1) Idem est qui Sylvester Burglanensis episcopus salutatur in dipl. a. 1139. LANG. 2) Filios Haraldi Kesiae fratris. Cf. Sueno Agg. c. 7. 3) Haraldi Kesiae, qui a. 1135. obiit. 4) Cf. Necrol. Lund. l. l. 14. Kal. Octob. 5) Ragnihildis, uxoris Hageni. 6) Erico tertio electo. 7) Sequentia ad verbum fere conveniunt cum serie regum Danorum (Langeb. I, p. 18). 8) In numerandis horum regum annis nimis rotundus est auctor. LANG. 9) Potius marchionem Misnensem Conradum, cuius filiam Adelam Sueno uxorem habuit. H.-E. 10) Ita etiam Necrol. Lund. l. l. 11) Eadem verba in serie regum Danorum.

1157. Post hec gloriosus Waldemarus, filius sancti Kanuti ducis et martyris, filii Herici regis Boni, a cunctis optimatibus Danie in regnum assumptus atque ab Eskillo archipresule in regem unctus et purpuratus et diademate gloriosissime coronatus atque in regni solio honorifice collocatus est anno dominice incarnacionis 1157. Qui regnum Danorum viginti sex annis nobiliter rexit. Nam paganos ad fidem, fideles ad pacem, pacificos ad securitatem 5 provocavit, odium in dilectionem, dolorem in gaudium, bellum in pacem et egestatem convertit in opulentiam.

1182. 1202. Cui successit filius suus Kanutus [a], et post eum Waldemarus, frater eius, in regnum levatus est.

a) Can. 3. 10

EX SUENONIS AGGONIS GESTIS REGUM DANORUM.

Sueno Aggonis filius eo tempore quo regnum Danicum sub regibus Waldemaro I. eiusque filio Canuto post diutina bella intestina pace floreret et, hostibus externis devictis, etiam apud vicinos magna auctoritate vigeret, regum gesta[1], *hucusque, ut sibi videbatur, silentio immerito sepulta, saltem 'sub compendio litteris mandare' aggressus est. Ex familia nobili Iutica natus, quippe cuius avus Christiernus et pater rebus publicis interfuerint, cuius avi frater Ascerus et patruus Eskillus Lundensem archiepiscopatum tenuerint*[2], *ipse procul dubio clericali ordini addictus*[3] *et Absaloni archiepiscopo, summo eius aetatis viro, coniunctus*[4], *hoc opus suscepit.* Satius, *inquit,* etenim autumabam posteris nostris, qui et vivacis ingenii armabuntur acumine et doctrinae floridae copia fecundabuntur, praevio exemplo negligentiae densitates penetrare quam committere, ut illustrium gesta principum vetustatis obfuscarentur caligine. *Quod ita exsecutus est, ut de rebus vetustis fusius, de sui temporis historia quam brevissime ageret, alia praetermitteret, cum 'contubernalem suum Saxonem elegantiori stilo iis prolixius exponendis' operam dare Absalone referente comperisset*[5]. *Cum hoc initio in historia Wermundi regis fabulosi satis convenit, ita ut uterque ex eadem relatione populari hausisse videatur; postea saepe longius ab eius narratione recedit, nonnulla tempore remota, ut Kanuti Magni gesta, ipsi, quamvis leges castrenses eius servaverit, parum comperta valde turbat, postea vero alia ex certiore rerum cognitione, quippe quibus parentes eius interfuerint vel quae ab 'annosis et veteribus' acceperit*[6], *tradit. Libros*

1) Prol.: *Diutinis suspiravi gemitibus, quod nostrorum regum principumque praeclarissima gesta aeterno deputarentur silentio.* Paulo inferius: *Et quia non omnium regum par claruit victoria . . . quorum insignia gesta luce clarius perspexi, eos ad memoriam revocare conatus sum, illorum gestis modicam impendens operam, quos fama gloriosa circumvolans praeterit.* Ex his locis libro titulum dandum esse censeo. Alibi *regum genealogias regnorumque successiones* se literis mandare dicit. 2) C. 7, ubi avi et patris mentionem facit, fusius vero de familia sua Leg. castr. c. 11. retulit, dicens: *Christiernus, Suenonis filius, . . . praesertim quod duo fratres ipsius existerent famosissimi tunc temporis episcopi, Ascerus videlicet primus Lundensium archiepiscopus et Sueno episcopus Vigbergensis, aliique duo germani eius Eskillus et Aggo et reverendus eorum genitor Sueno, filius Trugoti, qui suis temporibus inter primarios regni proceres habebatur.* Cf. Saxo l. XIII, p. 647: *Christierni splendidissimo inter Iutos loco nati;* l. XII, p. 605: *Ascerus, clarissimo inter Iutos loco natus.* Ex his locis Langebek p. 43. stemma confecit, cuius ultimam partem hic repetere iuvat:

Trugotus
Sueno
Christiernus | Ascerus archiep. Lund. | Sueno ep. Viborg. | Eskillus. | Aggo
(Christiernus:) Aggo (Ako) | Eskillus archiep. Lund. | Sueno
(Aggo:) Sueno Aggonis
(Sueno:) Christiernus | Ascerus praepositus Lund.

3) Eum 'gradum et locum aliquem canonici in capitulo Lundensi tenuisse' Langebek suspicatus est, plures recensens Suenones in Necrologio Lundensi nominatos; Velschow, Prol. in Saxonem p. XXIII, illum qui archidiaconus S. Laurentii dicitur nostrum habet; sed hoc valde dubium esse docuit Paludan-Müller, 'Hvad var Saxo?' (1861) p. 96 sqq. Jørgensen, 'Bidrag' p. 221, ipsum iuris peritum in aula regis vixisse censet. Sed ita etiam clericus habendus esset; neque alius tunc linguam Latinam calluisse censendus est. 4) C. 4. 5. 5) C. 5, ubi de filiis Suenonis Estrithson agitur. Pro *gesta prolixius exponere decreverit* in codice legitur: *gesta executus prolixius insudabat.* 6) Prol.: *Ne fabulose*

scriptos nullos[1]*, ne regum quidem catalogos*[2]*, quales Islandici composuerunt, adhibuisse videtur, cum ordinem regum ab omnibus qui exstant diversum praebeat. Sed carmina illorum novit*[3]*, ex quibus primordia historiae sumpsit. Animo Teutonicis parum favente eum scripsisse, in viro Waldemaro et Canuto regibus coaevo haud mirum est. Desinit in celebranda victoria de Sclavis* 5 *a.* 1185. *reportata, cui ipse interfuit, neque multo post eam scripsisse videtur*[4]*. Sermone utitur, ut ipsius verbo utar, 'illepido'*[5]*, de quo quominus certius iudicemus, eo impedimur, quod de vera lectione parum constat.*

Nam, ut alio loco fusius exposui[6]*, duae exstant libri recensiones, inter se valde diversae, quippe quae non solum in singulis verbis, sed etiam in sententiarum nexu inter se differant, modo haec, modo illa fusior. Altera legitur* 10

1) *in codice bibliothecae universitatis Hafniensis, Arn. Magn. nr.* 33. 4, *chart. saec. XVII, Lyschandri, viri de historia Danica bene meriti, cura*[7] *confecto, mendis quidem quam plurimis foedato, qui tamen non paucis locis genuinam vel certe primam libri formam servasse dicendus est. Quem, a Langebekio prorsus despectum, cum ipse evolverem, eius auctoritatem facile agnovi.* 15

2) *'Ex vetustissimo codice membranaceo ms. regiae bibliothecae Hafniensis' primus Suenonis opus publici iuris fecit Stephanus Iohannis Stephanius Sorae* 1642. *in forma minori. Codice a.* 1728. *incendio consumpto, hanc editionem repetivit Langebek, SS. R. Dan. I, p.* 43 *sqq. Sermo multo cultior est; eaedem res* 20 *nonumquam verbis plane diversis relatae; loci etiam longiores omissi sunt, alia addita, quae narrationem explanant, nonnulla, sine quibus auctoris sensus vix elici potest. Sed etiamsi haec in codice* 1 *scribae negligentia omissa censeremus, multa restant, quae ita explicari nequeunt. Neque facile est intellectu, quo modo contextus in* 2 *propositus ortus sit, sive ab ipso Suenone secundis* 25 *curis conscriptus, quod vix crediderim, sive ab altero medii aevi auctore, sive denique ab ipso Stephanio ita mutatus*[8]*.* *G. W.*

1.[a] . . . .

Praefatus[9] itaque Wermundus[10] usque ad senium regni sui gubernabat imperium, adeo[b] tan-

a) *numeri capitum desunt* 1; *titulos capitibus praefixit Stephanius.* b) etiam *add.* 1. 30

videar historiam enarrare, quantum ab annosis et veteribus certa valui inquisitione percontari, compendiose perstringam. 1) Certe Adamum haud novit. 2) Ita Usinger p. 17. censuit. — Antiquissima regum Danicorum series in codice Lundensi ab Haraldo Klak demum exorditur; Langebek I, p. 424; supra p. 3; cf. Paludan-Müller, 'Hvad var Saxo' p. 58. 3) C. 1: *Skiold Danis primum didici praefuisse. . . . A quo primum modis Islandensibus Skioldunger sunt reges nuncupati.* — 'Modis Islandensibus hoc est rhytmis, carminibus sive cantilenis antiquis'. STEPHANIUS. 4) Dahlmann, 'Forschungen' I, p. 180, n., qui a. 1187. statuit; Jørgensen p. 220. 5) In prooemio legum castrensium ita: *ut ampliore dicendi facultate florentibus materiam elegantiori stilo elaborandam praeberem.* 6) 'N. Archiv' XII, p. 13 sqq. 7) Fortasse ipsius manu; nam specimen Lyschandri scripturae a V. Cl. Rordam exhibitum, 'K. Danske Videnskabernes selskabs skrifter' ser. 5, Vol. IV, tab. 7, nisi memoria me fallit, satis cum codice convenit. 8) Quod codex et editio ita inter se differunt, eodem modo factum esse mihi persuasum est, quo Saxonis textum immutatum esse infra p. 43. exposui, glossematibus videlicet explicandi causa inter lineas codicum et additamentis ampliandi causa in margine adiectis, quae modo Stephanius, modo codicis scriba recepisse videntur, ut, quibus locis uter verba auctoris melius servaverit, nullo modo cognosci possit. At Stephanius ubique orationem integram ac bene contextam praebet, codex 35 autem, ubi ab eo recedit, saepissime ineptias omni sensu vacuas habet, sive lectionibus monstrose corruptis, sive verbis auctoris et glossematum inepte permixtis ac perturbatis. Unde codicem maioris Stephanii editione faciendum esse denego, hac in 40 re ab iis quae b. m. Waitz, 'N. Archiv' XII, p. 17. statuit recedens. Quae fusius 'N. Archiv' XIV, fasc. 1. exponam. Quae cum ita sint, Stephanii editionem secutus sum, omnibus variis lectionibus codicis adnotatis, ope eius tantum paucis mendis Stephanii 45 sublatis. Sed lectores moneo Suenonis aeque ac Saxonis libri I. textum authenticum non haberi nec subsidiis quae nunc exstant restitui posse. H.-E. 9) Similem narrationem habent etiam Saxo l. IV. et breviter Ann. Ryenses, SS. XVI, p. 394. Eadem nomina 50 in genealogiis Anglosaxonicis inveniri, monuit Gramm. Cf. Müller, Not. ad Sax. p. 138, qui res gestas Offae et Waermundi ad antiquam Anglorum sedem, non ad Britanniam pertinere censet. 10) Qui *filius Frothi hin Frokni* a Suenone dicitur. 55

dem aetate consumptus, ut oculi eius prae senio caligarent. Cuius debilitatis fama cum apud[a] Transalpinas[1] partes percrebruisset[b], elationis[c] turgiditate[d] Teotonica intumuit superbia, utpote suis nunquam contenta terminis. Hinc[a] furoris sui rabiem in Danos exacuit imperator, se iam[e] Danorum regno conquisito sceptrum nancisci augustius[a] conspicatus[f]. Delegantur itaque spiculatores, qui turgidi principis iussa reportent[g], praefato Danorum regi, scilicet Wermundo, duarum[h] rerum[a] praefigentes electionem, quarum pars tamen[i] neutra extitit eligenda. Aut enim regnum iussit Romano resignare imperio et tributum solvere, aut[k] athletam investigare, qui[l] cum imperatoris campione monomachiam committere auderet[a]. Quo audito, regis extitit mens consternata, totiusque regni procerum legione corrogata, quid facto opus sit, diligenti inquisitione percunctabatur[m]. Perplexam se namque regis[a] autumabat[n] auctoritas, utpote cui et[a] ius incumbebat decertandi, et qui[a] regno patrocinari tenebatur. Vultum caecitas obnubilaverat, et[o] regni heres elinguis[p] factus, desidia torpuerat, ita ut in eo communi assertione nulla prorsus[q] spes[r] salutis existeret[s]. Nam ab infantia praefatus[2] Uffo[t] ventris indulgebat ingluviei et Epicureorum more coquinae et cellario alternum[u] officiose impendebat obsequium*. Corrogato itaque cetu procerum, totiusque regni placito celebrato, Alamannorum[v] rex[w] ambitionem explicuit, quid in hac optione[x] haut eligenda facturus sit, indagatione cumulata[y] senior sciscitatur. Et dum universorum mens consternaretur[z] angustia, cunctique indulgerent silentio, praefatus Uffo in media concione[a] surrexit. Quem cum chohors universa conspexisset, satis nequibat[b] ammirari, ut quid elinguis[c] velut orationi gestus informaret. Et[d] quia omne rarum dignum novimus[e] ammiratione, omnium in se duxit intuitum. Tandem[f] sic orsus coepit ab[g] alto[3]: 'Non nos minae[e] moveant lacessentium[h], cum ea Teotonicae turgiditati innata sit conditio, ut verborum ampullositate glorientur[i] minarumque ventositate pusillanimes et imbecilles calleant comminatione[k] consternare. Me[e] etenim unicum[l] et verum regni natura produxit[m] heredem, cui profecto novistis incumbere, ut monomachiae me[n] discrimini audacter obiciam, quatenus vel pro regno solus occumbam, vel[o] pro patria solus victoriam obtineam. Ut igitur[p] minarum cassetur ampullositas, haec imperatori referant mandata, ut imperatoris filius et heres imperii cum athleta praestantissimo mihi soli non formidet[q] occurrere'. Dixit et haec verba dictavit voce superba[4]. Qui dum orationem complesset, a collateralibus senior sciscitabatur, cuiusnam haec[r] fuisset oratio. Cum autem a circumstantibus intellexisset[n], quia[r] filius suus, prius veluti mutus, hunc effudisset[s] sermonem, palpandum eum iussit accersiri. Et cum humeros lacertosque[t] et clunes, suras atque[u] tibias ceteraque membra organica[v] crebro palpasset: 'Talem', ait, 'me memini in flore extitisse iuventutis'. Quid multa? Terminus pugnae constituitur et locus. Talique responso percepto, ad propria legati repedabant.

2.[w] Superest igitur[p], ut arma novo[n] militi[x] congrua corrogentur. Allatisque ensibus, quos in regno praestantiores rex quibat[y] investigare, Uffo[z] singulos dextra vibrans, in partes confregit[a] minutissimas. 'Haeccine arma sunt', inquit[b], 'quibus et vitam et regni tuebor honorem?' Cuius[c] cum pater elegantissimam[d] experiretur virtutem: 'Unicum adhuc[b]', ait, 'et regni et vitae nostrae superest asilum'. Ad tumulum itaque[b] ducatum postulavit, in quo[e] prius mucronem experientissimum occultaverat. Et[f] mox intersigniis per petrarum notas edoctus, gladium iussit effodi praestantissimum. Quem illico dextra[g] corripiens: 'Hic est', ait, 'fili, quo numerose triumphavi, et[h] qui mihi infallibile semper tutamen extitit[i]'. Et haec dicens, eundem filio contradidit. Nec mora, terminus ecce congressioni praefixus arctius instabat. Tandem[b] confluentibus undique phalangis innumerabilibus, in Egdorae fluminis mediamne[k, 5] locus pugnae constituitur, ut ita[l] pugnatores ab utriusque[m] cetus amminiculo segregati nullius opitulatione fungerentur. Teotonicis igitur[n] ultra fluminis ripam in Holzatia[o] considentibus, Danis autem[p] citra amnem dispositis, rex pontis in medio sedem elegit, quatenus, si unigenitus occumberet[q], in fluminis se gurgitem praecipitaret, ne pariter nato orbatus et regno cum dolore superstes[r] canos deduceret ad inferos. Deinde[b] emissis[s] utrinque pugilibus, in mediamne[t] convenerunt. At[u] ubi miles noster egregius Uffo[b] duos sibi[v] [praefatos[w]]

*) 1 *add. (quae explanandi causa postea inserta esse puto H.–E.)*: potius industria quam torpore[x] istis inservit, ut in iuvenili constitutus[y] aetate robur corpori conservet[z] indefessum.

a) *deest* 1. b) percrebuisset 2; crebruisset 1. c) *bis scr.* 1. d) turgiditatis 1, *ubi* fama cum *iterum add.* e) non 1. f) conspicat 1. g) dep. 1. h) duorum 1. i) tam 1. k) vel 1. l) quod c. imperatalis campo ne colleat mon. 1. m) percontab. 2. n) auttummabat 1. o) quo 1. p) dignus 1. q) prioris 1. r) species 2. s) extiteret 1. t) Wffo 1. u) o. a. 1. v) Alamanniorum 1. w) regis 2. x) opinione 1. y) com. 1. z) constitueretur 1. a) concionum 1. b) nequebant ammirare 1. c) dignis 1. d) aut 1. e) *deest, lacuna indicata* 1. f) Sic tantus 1. g) ab a. *des.* 2. h) lascesc. 1. i) glorietur 1. k) communicatione 1. l) unicumque v. 1, *ubi saepius* que *pro* et *scriptum est.* m) perd. 1. n) *deest* 1. o) vel — obtineam *des.* 1. p) ergo 2. q) formident 1. r) quod 2. s) perfud. 1. t) lateraque cl. 1. u) et 1. v) cr. org. 1. w) De duello Uffonis *titulus cap.* 2. x) procul dubio *add.* 1. y) *emendavi H.–E.*; quilibet 1; poterat 2. z) quas 1. a) fregit 1. b) *deest* 1. c) Cui 1. d) vividam 2. e) p. quia 1. f) Et mox *des.* 1. g) c. d. 1. h) et qui mihi *des.* 1. i) exliterat 1. k) mediamna 1. l) utpote ab utr. 1. m) utroque 1. n) ergo 2. o) Holsatia 2. p) vero 2. q) succ. fl. se gurgiti 1. r) c. s. 1. s) Immissisque 1. t) medio amne 2; *sed cf. n.* k. u) Ast 2. v) scilicet 1. w) *deest* 2. x) *emendavi H.–E.*; corpore 1. y) *emendavi H.–E.*; constituit 1. z) confervet 1.

1) Ita pro *Transalbianas* scripsisse videtur. 2) Supra haec leguntur: *Hic filium genuit Uffi nomine, qui usque ad tricesimum aetatis suae annum fandi possibilitatem cohibuit propter enormitatem opprobrii, quod tunc temporis Danis ingruerat, eo quod in ultionem patris duo Dani in Sueciam profecti, patricidam suum una interemerunt.* 3) Cf. Verg. Aen. II, 2. 4) Cf. ib. VII, 544. 5) i. e. insula; v. Ducange s. v.

conspexit occurrere, tanquam leo pectore robusto[a] infremuit animoque constanti duobus electis audacter se opponere[b] non detrectavit, illo cinctus mucrone, quem patrem supra meminimus occuluisse, et alterum dextra[c] strictum gestans. Quos cum primum obvios habuisset, sic singillatim utrumque[d] alloquitur, et quod raro legitur accidisse[e], athleta noster elegantissimus, cuius[f] memoria in aeternum non delebitur, ita[g] adversarios animabat ad pugnam: 'Si te', inquit, 'regni[h] nostri stimulat ambitio, ut nostrae opis potentiaeque opumque capessere velis[i] opulentias, comminus te clientem decet praecedere, ut et regni tui terminos amplifices et[k], militibus tuis conspicientibus, strenuitatis nomen nanciscaris[l]'. Campionem vero[g] hunc[m] in modum alloquitur: 'Virtutis tuae experientiam iam locus est propagare, si comminus accesseris et eam quam pridem Alamannis gloriam ostendisti Danis quoque propalare non cuncteris. Nunc[n] igitur[o] famam tuae strenuitatis poteris ampliare et egregiae munificentiae[p] dono ditari, si et dominum praecedas[q] et clipeo defensionis eum tuearis. Studeat, quaeso, Teotonicis experta strenuitas variis[r] artis pugillatoriae modis[g] Danos instruere, ut tandem optata politus victoria cum triumphi valeas exultatione ad propria[s] remeare'. Quam[t] cum complesset exhortationem, pugilis cassidem toto percussit conamine, ita ut, quo feriebat, gladius in duo dissiliret[u]. Cuius fragor per universum intonuit exercitum. Unde cohors Teotonicorum exultatione perstrepebat, sed[v] contra Dani desperationis consternati[w] tristitia, gemebundi murmurabant. Rex vero[x], ut audivit, quia[y] filii ensis dissilivisset[z], in margine se pontis[a] iussit locari. Verum[b] Uffo, subito exempto quo cinctus erat gladio, pugilis illico coxam cruentavit, nec mora et caput[c] pariter amputavit. Sic igitur[d] ludus fortunae ad[e] instar lunae varius nunc[f] his, nunc illis successibus illudebat, et quibus iamiam exultatione favebat ingenti, eos[g] novercali[h] mox[i] vultu torvoque[k] conspexit intuitu. Hoc[l] cognito, senior iam confidentius priori se iussit sede locari. Nec iam anceps[g] diu extitit victoria. Siquidem[m] Uffo valide instans, ad ripam amnis[n] pepulit heredem imperii ibique eum[g] haut difficulter gladio iugulavit. Sicque duorum solus victor existens, Danis irrogatam[o] multis retro temporibus infamiam gloriosa virtute magnifice satis abolevit. Atque[p] ita Alamannis cum improperii verecundia, cassatisque minarum ampullositatibus, cum probris ad propria remeantibus, postmodum in pacis tranquillitate praecluis Uffo[q] regni sui regebat imperium. Hic filium procreavit, cui Dan nomen indidit, qui Elatus vel Superbus est cognominatus.

. . . .

Huic[1] successit filius et regni heres Gorm[r] Löghae, vir deses[q] tantumque[s] delitiis et crapulis [regalibus[t]] indulgens. Cui uxor illustris illa extitit regina, Tyrae[u] videlicet, quae regni decus est cognominata. Cuius gloriosae laudis famam reticere non valeo. Solent[v] enim illorum gesta recenseri, qui praestantioris sunt famae.

3.[w] Haec, quam[x] praediximus, Tyrae mulier fuit omni virtute conspicua, utpote[g] quam variis[y] animi corporisque dotibus natura beare studuit. Nam et vultum decor eximius[z] venustabat, et rosa lilio maritata purpureum genis colorem inpinxerat. Insuper[g] casta, pudica, faceta omnique urbanitate referta erat[a]. Praeterea[b] tanto prudentiae fulgore divina[c] gratia mentem eius illustraverat, ut Nestoris prudentiam, Ulixis astutiam, Salomonis sapientiam uno fonte hausisse crederetur. Et[d] si [tantum[e]] fonte baptismatis abluta fuisset, vere[f] regina Saba[g], quae sapientiam Salomonis rimari[h] venerat, dummodo[i] fuisset orthodoxa, haberetur. Illis[k] temporibus Otto[2] imperator Datiam sibi fecerat tributariam propter regis, ut arbitror, desidiam[l], quem supra[m] meminimus gulae tantum[n] et delitiis inservire. Quin[o] imo eo pervenit insolentiae, ut infamiae discrimen toti[c] regno conaretur irrogare. Quippe supra memoratae reginae pudicitiam suis pertemptavit illecebris irretire. Missi sunt[p] itaque legati, qui sub specie censum colligendi in conclavi reginam convenirent[q] pariterque salutes perferrent imperatoris et simul eius donaria regiaque munera offerrent. Ad haec iussi sunt etiam reginae suggerere, quanto[r] satius esset eam non solum ob eximiam et luculentam formae speciem, sed et singularem animi prudentiam Romano praeesse[s] imperio et imperatricem existere, quam vel tributariam vel saltem modici fore regni reginam. 'Sit igitur[t]', inquiunt[c], 'sanioris consilii propositum[c] oblatam[u] potentiam haut incircumspecte renuere[v], sit[w] etiam altioris prudentiae specimen tam famosi principis nomen[x] maiestatemque in[y] vestrae dilectionis gremio

a) robustus 1. b) aud. occurrere 1. c) str. d. 1. d) uterque 1. e) audivisse 1. f) cui 1. g) *deest* 1. h) n. r. 1. i) capessas 1. k) aut 1. l) 1 *addit verba corrupta:* interim *(lege* inter *H.–E.)* agendum q. (quasi) scientiam perdidicit adversariae q; solus ferientis persentit. m) in h. 1. n) *deest, lacuna indicata* 1. o) ergo 2. p) dono d. m. 1. q) praecedens 1. r) varias 1. s) patriam 1. t) Qui 1. u) distribuit 1. v) Danorum e converso phalanx desp. 1. w) constituti 1. x) eorum 1. y) quod 2. z) dissiluit 1. a) i. p. locare 1. b) Et sub. 1. c) p. c. 1. d) ergo 2. e) navis ad i. l. nunc 1. f) n. h. *des.* 1. g) *deest* 1. h) noverca 1. i) nunc 1. k) que *deest* 1. l) Hoc cognito *des.* 1. m) Cum iam ad r. 1. n) r. p. mediamne h. 1. o) m. r. t. inf. irr. 1. p) Atque ita *des.* 1. q) *deest, lacuna ind.* 1. r) Bram 1. s) tantum . . . indulgebat 1. t) *deest* 2. u) Thyre *et ita vel* Thyra *semper* 2. v) Solunt 2. w) De Thyra Danmarkebot *titulus cap.* 1. x) postquam pr. T. f. m. 1. y) quam numerabili dote st. n. b. 1. z) d. maritata exstabat 1 *corrupte.* a) redundabat 1. b) Porro 1. c) *deest* 1. d) Nam qui si 1. e) *deest* 2. f) recte 1. g) Saba quae Saba quae sap. 1. h) rumari v. Sal. 1. i) domina fuisse o. crederetur 1. k) T. i. 1. l) dis. 1. m) g. s. m. 1. n) *deest, lacuna ind.* 1. o) Qui dum comperisset insolentiam, atrox incanduit inviditas, ut inf. 1 *(quae ex glossemate orta esse opinor. H.–E.).* p) Missis i. legatis 1. q) conveniant 1. r) quatenus eam ab ex. speciositatis formam et an. pr. 1. s) R. deceat potius imperare imp. 1. t) ergo 2. u) potentias oblatas 1. v) renuetur 1. w) *pro* sit — pr. specimen *habet* 1 *tantum* verum potius. x) n. m. *des.* 1. y) v. d. in gr. 1.

1) Haraldo, filio Frothonis. 2) Haec fabulosa ita solus Sueno narravit.

perpetua[a] firmitate fovere[b], quam ingenti vos honore et amore amplexantem mutuo vicissim non prosequi affectu'. Quod cum audisset[c] Tyra[d] regina, secum deliberandi postulavit inducias, ut[e] benigni et competentis responsi velut aequa lance tam eleganti salutationi satisfaceret. Interea[f] legatis modicam[g] illic moram facientibus, promissorum[h] fides reginam artius urgebat finem praesentis investigare negotii. Tandem[i] sciscitantibus illis, quidnam responsi[k] domino suo[i] renuntiarent, praecluis[l] illa heroina et quae sola dici[m] regina meruit, generosi[i] pectoris[n] solertia dolum commentata, dulcissimis blandiri coepit alloquiis* votique[o] se executioni paratam esse annuit. Grandem tamen rem se ostendit inchoaturam, dum[p], proprii viri thoro spreto, ad alterius connubium tanquam[i] adultera[q] convolaret. Magna[r] igitur pecuniae summa ad rem tantam tamque famosum facinus expiandum redimendumque opus esse significabat**. Quare[i] si voti compotes existere[s] cuperent, trium annorum censum sibi indulgerent [tributi[t]]. Omni itaque mora remota, ad imperatorem legati[i] celerrime proficiscuntur, ut[u] ipsi et responsum reginae[v] et responsi conditionem renuntiarent. Quo accepto, imperator[i] alacri vultu ingentique laetitia[w] quod postulaverat Tyra[i] spopondit, dummodo obsidibus pacti praestaret[x] securitatem. Mox[i] Datiam repetere[y] festinant legati imperatorisque voluntatem reginae[i] insinuant, simul[i] obsides exigunt, quo[z] constantius pacti firmitudo perseveraret. Nec mora, heroum filii generosissimi duodecim[a] eliguntur obsides, quos in Saxoniam secum adducebant[b] legati. Interea regina per universum regnum edictum promulgavit[c], ut totius regni universus[d] populus corrogatus una prope Slesvicum[e] conveniret[f], omnesque, quorum in regno essent domicilia, ingentis[g] valli molem, cuius celerius exstruendi consilium cepisset, propriis iussit manibus elaborare[1]. Illos vero[h], quos rei familiaris urgebat inopia, census fovit subsidio, talique operi[i] pecuniam[k] erogabat, quam dolo impetraverat. Nec cuiquam se[i] excipiendi praerogativam impertivit, quin iuvenes, senes et adulti cunctique, quos vel infantia tenerior non impediret[l], vel senii[e] defectus non prohiberet, operi praefato insudarent. Quippe adeo necessitas[m] obsequendi universos urgebat, ut omnes divites et pauperes eius agris et praediis culturam[n] tanquam coloni impenderent. Nam prout regni regimen obtinuit, ita tunc[o] temporis universam regni tellurem reges iure[p] dominii possidebant. Moenium itaque Tyra[i] prima construxit elegantissimum, quod postmodum Danis, velut[q] indagine inclusis, a Teotonica rabie[r] tutissimum semper munimen[s] extitit. Cui dum duorum iam annorum operam impendisset, tanti aedificii celebris[t] fama ad aures convolavit imperatoris, qui propterea[i] legatos iterum[u] in Datiam destinavit, qui callide percunctarentur[v], ut quid regina tali insudaret operi, si pactum violare[w] non moliretur. Cui regina disertissima tale reddidit responsum: 'Satis ammirari non valeo, cur tam[i] eximiae prudentiae[x] princeps, cuius thronum ad sidera ferme divina[i] sublimavit[y] gratia, quique[z] consilio perspicacissimo tot gentium feritates suo subiugavit imperio, ab[a] inepta[b] muliere dignatur consilii profunditatem rimari[a]. Suam etenim[c] non arbitror latuisse solertiam, quod et vestra iam didicit experientia, commeantium peditum equitumque[d] ad nos nusquam patere aditum[a] nisi per modici campi planitiem, cui iam immanissimi[e] muri obicem hoc obieci intuitu, ut[f], quod toti prius regno patebat pervium, nunc muri obstaculo strata communi[g] obstructa[h], exeuntes porta cohibeat angustissima. Quippe cum domini mei votum fideliter[i] explevero[k] meque[l] voluntati vestrae accomodavero[m], communi[n] exercitu, quem gentis nostrae saevitia procul dubio in me armabit, persequendi nos potestas tanti munimenti obiectu facile adimitur. Quo accepto[o], tam[p] illustris feminae solertiam pariter ac facundiam legati opido commendabant et iam de voto securi, hylares ad propria repedabant. Interea regina operi inchoato[q] vehementius instabat, sicque Teotonicae turgiditati mulieris illusit astutia[r].

*) 1 *addit:* iuxta illud: *Mel portas ore, sed fel latitat*[s] *corde.* Tanquam haec ore prophetico perfudisset[t]: *Adhereat lingua*[u] *mea faucibus meis, si non meminero tui.* Ps. 136, 6.

**) 1 *addit:* Utpote pecunia utriusque sexus singulis regni irrogata ora recludat detrahentium. Mulier etenim blanditia legatis persuadere satagat . . . .[v], quatenus nil praefatum facinus expiandum. *(Sequitur:* si voti *l.* 10*).*

a) perpetuo f. quiessimus nemini fov. 1. b) utpote motuo vos amplexantes amore virtutisque commode mutuis succedat affectus 1. c) audivisset 1. d) T. r. *des.* 1. e) quonam benigno competentique responso tam eleg. a. l. sal. respondeat 1. f) I. l. *des.* 1. g) modicamque illis 1. h) animi natura art. urg. negotii 1. i) *deest* 1. k) responsum 1. l) virtute commendabili proclivis illa q. 1. m) r. d. 1. n) pectorisque 1. o) Postulantibus parationem voti se annuit executioni 1. p) si 1. q) c. ad. 1. r) Unde tantam rem t. f. f. exp. red. persuadebat pecunia 1. s) c. ex. 1. t) *deest* 2. u) qui et r. 1. v) r. et *des.* 1. w) q. postulabat sp. laet. 1. x) praestarent 1. y) petere 1. z) ut p. fortitudo perseveret 1. a) o. d. el. 1. b) Sax. mittebant 1. c) r. mandavit 1. d) universo populo corrogato 1. e) *deest, lacuna ind.* 1. f) conveniant utpote omnes 1. g) propriis sattagant man. elaborare, quatenus . . . . *(lacuna unius vocis)* firmitudo celerius construatur 1. h) autem 1. i) *deest* 1. k) censum er. quem 1. l) impedivit 1. m) obs. un. urg. nec. 1. n) col. cult. (tanquam *deest*) 1. o) nunc 1. p) nostrae domui 1 *corrupte* (nře *pro* iure). q) tanquam incl. ind. 1. r) s. r. t. 1. s) m. e. *desunt, lacuna ind.* 1. t) f. c. 1. u) itidem dest. in D. 1. v) percunctarent 1; percontarentur 2. w) n. m. v. 1. x) princ. prud. 1. y) gr. s. 1. z) quod 1. a) *deest* 1. b) m. d. i. pr. cons. 1. c) enim 1. d) vel equitum 1. e) m. o. h. immanissimum 1. f) quatenus 1. g) communis 1; comminus 2. h) obstrusa 1. i) fidelis 1. k) aggregato in universi regni thesauro *add.* 1. l) cum me 1. m) comm. 1. n) c. e. q. *des.* 1, *ubi* g. n. s. muri obstaculo cohartata, communi nos persequendi exitu possibilitas adimitur, quod nobis liber commeandi pateat introitus. o) excepto 1. p) leg. mulieris op. comm. astutiam *tantum* 1. q) v. inst. inch. 1. r) versutia 1. s) latitatur 1. t) perfund. 1. u) ligua 1. v) *lacuna unius vocis* 1.

1) Quae de Danewirki narrantur collegit Jørgensen, 'Aarbøger for nordisk Oldkyndighed' 1868. 1869; de eius fatis post alios egit Handelmann, 'Z. d. Ges. f. Schles.-Holst. Gesch.' XIII, p. 3 sqq.

Evoluto autem[a] trium annorum spatio, ingeniosi operis structura[b], propugnaculis quam decenter[c] ornatis, penitus[d] consummata est. Cui nomen posteri[e] indiderunt Danavyrki[f] nuncupantes, eo quod Danorum sudore patratum consummatumque extiterit. Reginam vero Tyram[g], cuius ingenio Danorum et parta et aucta libertas [extat[h]], non immerito decus Datiae nominabant. Nec mora, electos imperii milites ad Daniam[i] cum ingenti pompa[k] imperator iubet in occursum reginae proficisci. Quos ingenti tripudio coetus comitatur histrionum, in fiolis, cytharis, choris et tympanis modulantes. Qui[l], iuxta Hegdoram[m] metitis tentoriis, adventum illius praestolabantur, ad Datiam paucis et potioribus delegatis, qui reginae[n] voluntatem explorarent. Quorum cum adventum Tyra[a] comperisset[o], accersitis sibi regni sui viris sapientioribus, in communi eos audientia sic affata respondit: 'Quod exigit imperator renuo[p], quod cupit recuso, quod affectat devito, ne simul et profuga[q] et adultera regno faciam obprobrium, sexui verecundiam, subditis[r] improperium. Nam quod regis et[s] mariti mei desidiam[t] mihi obicitis, non[u] est, quod mihi id adversari existimetis, cum meis solius nutibus universum famuletur regnum, et nihil questionis aut[v] controversiae absque nostra terminetur conniventia, ita ut regis pariter et reginae me sciatis honore pollere. Regem vero[w] hac saltem[a] generositate[x] florere sciatis, quod regum undique sit sobole procreatus. Unde licet magnitudini potentiae[y] imperatoriae adaequare se non valeat, regali tamen illo[z] neutiquam est inferior prosapia. Et ut brevi concludam eloquio, a tributariae servitutis iugo ego forti[a] dextera Danos propediem[b] emancipabo, nullam prorsus subiectionis reverentiam vobis exhibitura'. Ad hanc[c] inopinatae responsionis[d] vocem legatorum mentes consternatae obstupuerunt, et ad praefatorum procerum papiliones confusi properabant. Ad quos turmatim procerum turba confluxit, sciscitata, quidnam causae[b] sit, quod cursu tam praepropero[e] reditum accelerarent. At illi non cunctanter omni prorsus se referunt spe frustratos mulierisque circumventos versutia. Quo comperto, iussi sunt[f] illico capitalem obsides subire sententiam. Nam et huius[g] rei exitum illustris illa regina, quasi futuri non ignara[h], diu ante praescivit. Satius enim decrevit totius regni servitutem paucorum morte redimere quam extraneis ad internecionem[i] famulari. Mox Teotonicorum ambitio, in luctum verso tripudio, confusa, dolens recessit et moerens. . . . . . .

4.[i*] Hic Haraldus[1] multo post tempore regali sceptro regni gubernabat imperium. Is[k] primus idolatriae respuens spurcitias, Christi crucem adoravit. Qui dum exercitum[l] emitteret ad immanissimam petram protrahendam[m], quam matris[2] tumulo ob memoriale insignium destinavit erigendam, intestina orta seditione, tum propter novae religionis ritum, tum propter servitutis iugum intolerabile popularis coepit effervere tumultus[n], adeo[o] ut ipsum regem plebs[p] insana regno[q] expelleret. Qui cursu celeri fugam[r] arripiens — pedibus enim timor[b] addidit alas[3] —, ad Sclaviam usque[s] profugus commeavit[t] ibique, pace impetrata, primus urbem fundasse dicitur, quae [nunc[u]] Hynnisburgh nuncupatur[4]. Cuius menia ab archipraesule Absalone ego Sueno solo conspexi aequari[5]. Quo exulante, filius in regno subrogatur Sueno cognomine Tycheskeg[v], qui sanctae[w] Trinitatis fidem, quam profugus tamen pater abiecerat, verus Dei cultor amplexus[x] est, sacrique baptismatis unda renatus[y], verbi divini semina[z] per universam regionem propagari iussit. Successu temporum interveniunt legati, qui[a] operam darent, ut discordia inter patrem et filium[b], regio regnantem solio, exorta[c] ad concordiam revocaretur. Statuit igitur Sueno[c] rex, ut pater cum Sclavis sibi[c] in Gronesund[d, 6] de pace tractanda[e] occurreret. Quo cum rex[f] ad terminum constitutum cum Danorum exercitu advenisset[g], patris diu praestolatur adventum. Interea Haraldus profugus[h], cuiusdam Palnonis[i] Tokki[7], consiliarii sui, suggestione monitus[k], liburnum[l] remis aptissimam[m] sibi fabrefecit, quam nautis instruxit[n] probatissi-

a) *deest* 1. b) consummata *h. l. add.* 1. c) *deest, lacuna ind.* 1. d) p. c. e. Cui *des.* 1. e) N. operi ind. elegantis sive D. 1. f) Danaewirki 2. g) v. non imm. stolisect (?) compotentur (?) cuius ingenio praestantissime iugi memoria lib. extat Dan. patrata decus D. Tyrae nom. 1. h) *deest* 2. i) *ita* 1 *h. l.;* Daciam 2 *semper.* k) imp. iub. p. 1. l) Quid 1. m) Hegdarum 1; Eidoram 2. n) ingenium et vol. expl. reg. 1. o) didicisset 1. p) renuntio 1. q) pr. et *des.* 1. r) regis 1. s) et mar. mei *des.* 1. t) m. d. 1. u) . . . . *(lacuna unius vocis)* haut adv. ambigatis, cum n. m. r. f. un. 1. v) et 1. w) enim 1. x) sc. g. fl. ut r. 1. y) i. p. parificari non v. 1. z) illi 1. a) f. d. *des.* 1. b) *deest* 1. c) prorsus *add.* 1. d) reverentiam et *add.* 1. e) propapulo 1. f) iussit 1. g) hoc illustrissima 1. h) f. praescentia (*lege* praescia. *H.-E.*) huius rei exitum *(h. l.)* diu 1. i) institutionem 1. i*) De Haraldo Blaatand *titulus cap.* 2. k) Hic 1. l) emisso exercitu 1. m) p. pertr. imman. 1. n) ibidemque vulgaris coepit sevire in regem tumultus *add.* 1. o) ita 1. p) pl. ins. *des.* 1. q) a r. una perpellerent 1. r) fuga 1. s) pr. u. 1. t) commeatur ubique 1. u) *deest* 2, *ubi* Hynnisburg. v) Tiugeskeg 2. w) s. Tr. *des.* 1. x) adoravit sacri b. 1. y) ortodoxa factus *add.* 1. z) p. u. r. i. sem. pr. 1. a) qui op. d. *des.* 1. b) profugum habitu *add.* 1. c) *deest* 1. d) *deest, lacuna ind.* 1. e) o. tr. 1. f) cum termino constituto rex 1. g) conven. 1. h) prophogus 1. i) P. T. *h. l. des.* 1. k) scilicet Palnonis Tokki qui binominis (*lege* binomius) extitit *add.* 1. l) *sic* 1. 2; sceliset *add.* 1. m) f. apt. 1, *ubi* sibi *deest.* n) ordinavit 1.

1) Blaatand. 2) Tyrae. 3) Virg. Aen. VIII, 224. 4) De Jomsburg Langebek, alii cogitarunt; de qua urbe in Jomsvikinga saga fusius agitur. 5) Hoc contigisse videtur sub Canuto VI. rege circa a. 1185. LANG. Sed cf. L. Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' III, p. 366, qui perperam de veteri Jomsburg hoc loco dici monet. 6) Inter Möen et Falster. 7) Verum eius nomen erat Palno Tokkonis filius. LANG.

mis; cui et gubernatorem praefecit[a] praefatum Palnonem[b], qui regi festinanter accelerabat occurrere. Is[c] cum ad Danorum pervenisset exercitum, ordinatis per foros remis, dolum[d] commentatus, puppim suam[e] puppi regis iussit applicari. Quibus sic ordinatis, prima illucescente aurora, regem in[f] reclinario dormientem[g] clam excitavit. Expergefactus autem rex sciscitatur, quidnam[h] esset. 'Nos', inquit, 'patris tui legati sumus[g], ad te de pace tractanda transmissi'. Quod cum didicisset, patris statum diligentius cupiens percunctari, paulo[i] extra navis suggrundam caput exseruit. Quem illico praetaxatus Palno Toki per aures et capillos corripiens, licet frustra renitentem, in[k] suam navim tunc potentior attraxit[l] invitum, et quamvis[m] pauxillum clamore perstreperet, ceteris ignaris[n], valido[g] remorum impulsu fugam vehementius accelerabat[o], nec prius laboris[p] pertaesus destitit, antequam ad urbem praefatam pervenisset. Quem Sclavi contuentes, populari orta seditione, diversis captivatum[q] mortibus exquisitisque[r] tormentis adiudicabant. Verum pars electa primatum saniori[s] praecellebat consilio. Consultius namque autumabant censu eum plurimo redimendum, unde Sclavia perenniter locuples[t] exhaustis Danorum opibus gauderet, quam brevi morte trucidatus interiret[u]. Modicum etenim[v] communi cederet utilitati, si captivus mortis dampnaretur exterminio. Delegantur itaque legati, qui Danis[w] denuntiarent, ut[x] regem suum[g] trino auri[y] et argenti pondere redimerent. Quod diu exequi non distulerunt. Nam[z] universo ferme regni censu coadunato, occurrentibus in Winningha[1] cum rege captivato Sclavis, Dani Suenonem[a] redimere non detrectabant. Ast[b] ubi census eius solutioni non sufficeret, decreverunt matronae suis ornatibus summam[c] redemptionis explere. Igitur anulos, armillas, inaures, monilia[d], torques et[e] quicquid illis pretiosum erat regi liberando impendebant. Quo expleto, Dani[f] a rege silvarum et nemorum tum[g] primum[h] communia impetrarunt. Mulieribus quoque, eo quod prius paternae hereditatis[i] prorsus essent exsortes, ob praestitum[k] sibi a matronis favorem et beneficiorum collationem in posterum[l] primus tribuit, quatenus soror fratri de cetero in dimidia[m] familiae herciscundae[n] portione communicaret[o]. Omni namque rationi consentaneum duxit[p] sincerae dilectionis exhibitionem[q] pari remunerationis benevolentia compensare*.

[Cap.[r] 5. De Kanuto Magno.]

1014. Mortuo Suenone, filius eius Kanutus in regno successit, quem et[g] Senem cognominabant. Hic regni sui terminos mirae virtutis potentia dilatavit. Nam ab ultima[s] Tyle[t] usque ad Graecorum ferme imperium virtute multiplici circumiacentia regna suo aggregavit imperio. Quippe Hyberniam, Angliam, Galliam, Italiam, Longobardiam, Teotoniam, Norvagiam, Sclaviam[u] cum Sambia sibi subiugavit[2]. Hic primus, dum in Anglia pacis tranquillitate potiretur, leges condidit castrenses, quas pro modulo ingenioli mei supra[v] libavi. Huius[w] filia extitit Gunnild, illustris femina, quam Henricus imperator, Conradi[x] imperatoris filius, sibi matrimonio copulavit. Quem cum[y] Romani tumultuaria seditione a regio pepulissent solio, socerum[z] adiens, eius opitulationem[a] interpellavit. Unde nacta[b] occasione, illustris ille praecluisque[c] Kanutus, assumpto exercitu suo, primo Galliam depopulando invasit, deinde[d] ulterius progrediendo Longobardiam cum Italia devastavit ac post-

*) 1 *addit:* acsi diceret fraudem (!): *Mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Matth. 7, 2.

a) praefat. praefecit 1. b) Palinonem Tokki 1. c) Qui dum 1. d) d. c. *des.* 1. e) puppim, popalum regis iussit 1. f) cl. in r. 1. g) *deest* 1. h) quisnam 1. i) paulo — praetaxatus *des.* 1; *haec male omissa esse, Stephanii nota confirmatur, qui voce* suggrunda *(pars tecti prominens) explicata, addit: 'forte pergulam dicere voluit Sueno'.* k) ren. suae navi 1. l) extr. 1. m) licet 1. n) et nescientibus *add.* 1. o) accelerabant 1. p) l. p. *des.* 1, *ubi* fugam vehementius *iterum add.* q) capitatum 1. r) tormentisque exquisitis 1. s) saniore 2; pr. c. saniori 1. t) locupleta g. o. D. exh. 1. u) interiit 1. v) namque 1. w) regno renunt. 1. x) quatenus 1. y) arg. et auri redimant p. 1. z) Namque 1. a) regem 1. b) At 1. c) mammone infinitatem regisque augere redemptionem. Namque ann. 1. d) et man. 1. e) t. quoque regio censu (*lege* censui) adicientes sufficienter augebant. Quo 1. f) a r. D. 2. g) *deest* 1. h) primo 1. i) pr. h. 1. k) ob matronarum fav. 1. l) coll. posteris 1. m) media 1. n) heresc. 1. o) communicet 1. p) arbitratus 1. q) exhibitioni consentaneum arbitratus *(iterum)* beneficiorum collationem pari vice recompensari 1. r) *haec des.* 1. s) ultimo 1. t) Thyle 2. u) Scania cum Sanna satis eleganter subi. 1. v) deinceps libabimus 2; *leges in cod.* 1 *antecedunt.* w) Huiusque 1. x) imp. Canuti 1. y) dum 1. z) generum 1. a) auxilium imploravit 2. b) nactus occasionem 2. c) praecluusque Can. 1. d) sicque 1.

1) Amnem Vindingensem, Vindinge-Aa, in Fionia prope Nyburgum intelligi puto. LANG. 2) Similiter Leg. castr. c. 1: *Rex itaque Kanutus, Suenonis Tyugescheg Daniae regis filius, cum avitis regnis provinciisque potitus esset, ab ultima Thyle usque ad Graecorum imperium invicto quodam robore ditionis suae terminos magnifice dilatavit. Nam diffusae magnitudinis potentia Magno ferme par Alexandro Angliam,*

modum multimoda[a] virtute compulit Romanos civitatem sibi resignare, tandemque[b] imperatorem et generum trono[c] suo restituit[1]. Quo peracto, cum ingenti tripudio ad Frantiam usque commeavit, Turonisque profectus, beati Martini reliquias Rotomagum potenter secum asportavit, eo quod[d] illam prae ceteris specialius diligeret[e. 2]. . . . . . .

Rex[f] Kanutus . . . ad Daciam reditum accelerabat[3]. Et quia in Dacia ecclesiae novella extitit plantatio, multos pontifices et presbyteros secum adduxit. . . . . . . Inter quos praesules Gerbrandus et Rodulfus extiterunt; quorum alterum, nempe Gerbrandum, Roschildensi primum praefecit ecclesiae, Rodulfo vero Slesvicensem regendam tradidit ecclesiam. . . . . .

[Cap.[g] 6. De sancto Kanuto Othoniensi.]

. . . .

1085. Collecto itaque exercitu classeque congregata, qua Angliam expugnaturus invaderet, in Humla[h. 4], quae tunc temporis portus maris extitit, totum[i] exercitum iussit convenire. Qui dum instructa[k] classe subsolani prosperitatem praestolaretur, subitus rumor regis auribus intonuit, qui in Sleswik regni proditionem perdoceret exortam[5]. Qui cursu rapido omnique[l] festinantia illuc iter[m] accelerabat, quatenus[n] conspirationis pessundaret primordia. Quo cum venisset et sceleris auctores vinctos[o] et captivatos suae mancipasset custodiae, ad classem, quam casu reliquerat, inopinato cursu praepropere[p] festinabat, suos illic arbitratus reperire, ubi eos reliquerat[q. 6]. . . . . .

[Cap.[g] 7. De sancto Kanuto Ringstadensi.]

Regnante[r] in Dania Nicolao, Kanutus, Erici Boni filius, vir prudens, [discretus[s], facetus], strenuus omnique virtutis probitate pollens, dux factus Slesvicensis, claruit. Qui[t] et singulari fortitudine efferam Sclavorum rabiem compescuit suaeque[u] ditioni subiugavit. Sed[v] conspicuis eius virtutibus incitata effervescere coepit invidia, adeo ut extiterint, qui optimo principi letum machinarentur. Semper enim regibus suspecta est recens[w] nata potentia, omnisque potestas impatiens consortis erit[x. *]. Magnus[y] namque, Kanuti patruelis, spreto[z] consanguinitatis vinculo, adhibito sibi[a] Henrico[b] Skatelar, Ubbone[c] et Haquino aliisque coniurationis sociis, tanquam super arduo regni negotio de[d] Kanuto trucidando in conclavi quodam[e] pestifera captabat[f] consilia. Deinde Kanutum in silva penes Haraldstathae sine[g] arbitris sibi obvium venire iubet. Cui intrepidus Christi athleta, nullius sibi criminis conscius, occurrere non detrectavit, sed sanctae crucis vexillo[h] insignitus, non clipeo protectus aut galea, duobus tantum comitatus satellitibus, luporum rabiem mitissimus[i] agnus in[k] denunciato occursus loco praestolabatur. Mox[l] sceleris auctores advenere, lupi ovinis induti exuviis, loricas et galeas pileis[m] contegentes et palliis[n]. Nec mora. Verum Israelitam[o] et consobrinum perfidi[p] coniurati trucidare festinant animamque[q] caelo satagunt transmittere, quae carnis ergastulo[r] prius extitit inclusa. Cuius exanime[s] corpus postmodum Christi fideles[t] humandum deferunt Ringstadiam, ubi[u] compluribus rerum indiciis ingens sanctitatis eius splendor eluxit. Verum tanti sceleris immanitas ingentis[t]

1131.

*) 1 *addit:* Periit fas[v] iusque bonumque, qui(!) vitae mortisque pudor.

a) v. c. R. mult. 1. b) sic 1. c) s. tr. 1. d) Canutus *add.* 1. e) diligebat 1. f) *reliqua huius cap. cum cod.* 1 *non collata sunt.* g) *haec des.* 1. h) *deest, lac. ind.* 1. i) continuum e. ibique iussit 1. k) cl. congregata 1. l) omni 1. m) *deest* 1. n) quantumvis 1. o) c. et v. 1. p) propere 1. q) e. casu dimiserat 1. r) Tempore illo praefatus Canutus Ringstadiensis vir 1. s) d. f. *des.* 2. t) Nam qua iure strenuitatis prudentia Scl. eff. 1. u) mirificaque virtute suae iurisdictioni s. 1. v) Cuius virt. medi(!) languescere c. inv., qui caput assolet alterius . . . . *(lacuna)* letum cepit invidia *(iterum)* ei machinari ambitio, ne regno privaretur monitaneo (!) corona se . . . . *(lacuna)* aeterna. Semper 1. w) r. n. *des.* 1. x) erat 1. y) Magnus — patruelis *des.* 1. z) namque *h. l. add.* 1. a) adh. secum eiusdem . . . . *(lacuna)* consanguineis 1. b) videlicet *add.* 1. c) Ubbone — tanquam *des.* 1. d) de K. tr. *des.* 1. e) q. p. *des.* 1. f) captabant colloquium. Nam in s. 1, *ubi* D. K. *des.* g) Har. locum determinabant colloqui (*lege* colloquii). Quibus solius fidelitatis conscr. Chr. athl. occ. n. detr., intrepidum s. cr. 1. h) ins. vex. 1. i) *deest* 1. k) in — loco *des.* 1. l) *deest* 1, *ubi* scel. postmodum succedere auct., lupi. m) cum p. 1. n) cappis 1. o) Israelitanim 1. p) cons. truc. pacis emuli fest. 1. q) et animam 1. r) pr. e. 1. s) c. p. e. 1. t) d. f. h. 1. u) et multis cernentibus a Christo divina potentia multa patrata sunt miracula. Huius itaque sceleris 1. v) f. i. b. *bis scr.* 1.

Norvagiam, Sclaviam, Finlandiam omnesque circumiacentes regiones suam in potestatem redegit patrioque regno subiugavit. 1) Meras fabulas auctorem vendere vix est quod moneam. 2) Cf. Saxo lib. X, qui Canutum Rothomagi sepulturam elegisse falso tradit. 3) Ex Anglia. 4) Portus in Iutia ad sinum Limicum, in paroecia territorii Skodburgensis. LANG. 5) Regem Slesvicum concessisse, impetum sua ratus absentia declinandum, Saxo tradit lib. XI. 6) Exercitui poena irrogata, fugatur, occiditur.

seditionis fomentum postmodum in[a] regno suscitavit. Nam in fratris ultionem Hericus[b] cum patruo suo regnante Nicolao, Dei instigatus digito, ad pugnae certamina suscitatur, iam[c] omnium suffragiis regio donatus nomine. Qui licet crebro conflixerint[d], haec tamen certaminum[e] loca[f] extiterunt famosiora. Primum[g] etenim in Rinebiergh[h, 1] 1132. praelio decernentibus illis, Nicolaus obtinuit avumque meum Christiernum[i] captivavit ferreisque vinctum compedibus ad castrum quoddam[k] prope Slesvicum custodiae mancipandum delegavit. Successu temporum ad pontem Othenshylle[2] decertantium facta est congressio. Ubi dum acrius[l] confligerent, pars itidem Nicolai[m] praevaluit. Dum[n] igitur Herici[b] exercitus[o] terga verteret, captus illico fuisset, nisi [praefatus[p]] Biorn, qui ob eximiae strenuitatis claritatem Ferreo cognominatus est latere[3], adiuncto sibi patre meo Aggone, pontis in medio viriliter restitisset. Hi[q] namque duo tanta audacia iaculorum imbrem repulerunt, ut quasi[e] columnae[r] extimarentur[s] immobiles. Nam incursantium furorem mirifica strenuitate propulsabant, pontis transitum egregie[e] defensantes, adeo[e] ut hinc inde peremptorum[t] cadaveribus amnis gurgitem sicco pede utrimque[e] pertransirent[u]. Nec prius a pontis tuitione[l] desistebant, licet plagis quam plurimis lacessiti, quam rex fugiendo naves conscendisset. Quem subito insecuti, in Scaniam fugitantem comitabantur. Posteaquam[v] vero Nicolaus rex bino iam congressu triumphasset, Hericum[e] nepotem suum[e] et hostem prorsus e[w] regno eicere nitebatur. Quem dum[e], classe congregata, in[x] Scaniam 1134. persequitur, ad* sinum appulit, quem[y] vulgus Fotavik[4] consuevit nuncupare. Cui plebs Scaniensium[z] semper probitate[a] pollens, universae[b] terrae multitudine corrogata, caterva decenter ornata occurrere non detrectavit, initoque congressu, Magnum, regis filium, iam[c] dicti sceleris auctorem, cum duobus[5] praesulibus ad tartara trucidantes transmiserunt. Nicolaus itaque rex victus, nato pariter et herede orbatus, Slesvik[d] navigio contendit[e], ubi cives eum intra moenii septa receptum perfide trucidarunt[f]. . . . . . .

Nam[g] in Urnensi placito[6] Plogh quidam[h] cognomento Niger militari corona stipatum 1137. lancea transverberavit[7]. Interempto itaque rege, mox[i] alius imperium[k] sumit Hericus, quem ob suavissimos mores Agnum cognominabant. . . . . . . Post[l] illum Kanutus, 1147. Magni filius, quem in Scania[m] memini[n] supra occubuisse, in Wigbergensi[o] placito creatur in regem, Suenone a Scaniensibus[p] electo[q], qui filius supra memorati crudelis extitit Herici[8]. Qui dum saepenumero[r] inter se decertarent, Waldemarus[s], sacro cruore oriundus, Ringstadiensis[t] Kanuti filius, patris tunc potitus feodo[u], quasi medius illis alternum impendebat subsidium. Post multum autem[v] temporis habito concilio in Lalandia, 1157. decreverunt arbitri aequa portione regnum in tria partiri pactumque foederis firmitate[w] sacramenti roborare. Nec diu pacti huius duravit firmitudo, prout rei exitus probavit. Nam tempore autumnali concilio[x] in Roschildensi civitate celebrato, tres praefati sacrum festum sollemniter peragentes[y] una conveniunt, primo[z] apud Suenonem regem epulantes. Qui dolum commentatus, pacis fideique integritate violata, tempore serotino post vesperas celebratas, instructis catholicianis[a, 9], Kanuto et Waldemaro mortem machinatur. Extinctis vero luminaribus, Kanutum martyrio coronantes interemerunt, Waldemarum autem[b], dum

*) *Pro* ad s. app. *habet* 1: Lundoniarumque in loco velocius applicavit.

a) s. in r. 1. b) Henric. 1; Eric. 2 *semper.* c) qui dum regis intronnaretur (!) nomine, multiplici patruum affecit persecutione 1. d) conflixissent 1. e) *deest* 1. f) ext. l. famosissima 1. g) Pr. et. *des.* 1. h) Rynebierg 2; R. preliantes, Nic. 1. i) Christiarnum 2. k) quod Slesviculam speculatur m. d. c. 1. l) *deest, lac. ind.* 1. m) pr. N. 1. n) Cum 1. — ergo 2. o) t. vertisset ex. 1. p) *deest* 2, *ubi* Biorno. q) Qui tanta alacritate iac. 1. r) co . . . 1. s) aestim. 2. t) c. p. 1. u) pertransierunt 1. v) Ut autem Nic. 1. w) a r. nititur exterminare 1. x) ad Schan. 1. y) quam 2; quod Fotvik v. c. 1. z) Scanensium 1. a) poll. pr. 1. b) universa 1. c) praefati sc. patratorem 1. d) Slesvicum 2. e) commeavit, quem eiusdem civitatis cives i. m. 1. f) trucidabant 1. g) *sequentia huius cap. ex cod. benivole descripsit V. Cl. Erslev.* h) q. c. *des.* 1. i) *deest* 1. k) alius Henricus intronizatur, quem ob mellifluae dulcedinis abundantiam Agnum 1. l) Quo defuncto Canutus 1. m) Schania 1. n) *deest* 1, *lacuna post* supra *indicata.* o) Viburg. 1. p) Scanens. 1. q) intronizato 1. r) inter se numerose 1. s) Vald. 1. t) Ringstadensis 2. u) *deest, lac. ind.* 1. v) vero 2. w) s. f. 1. x) *deest* 1. y) praef. sollemnizantes 1. z) ap. pr. 1. a) catholianis 1. b) *deest* 1.

1) Rönneberg villa in Scania, haud procul Landskronia sita. LANG. 2) Est tractus in Iutia, hodie Onsild dictus, urbi Hobroae vicinus. LANG. 3) Ironside, filius Haraldi Kesiae, ut c. 6. narratur. 4) Fotaevig est sinus Scaniae ad villam Hammer haud procul Scanora influens et a Lunda ac Malmogia versus meridiem aliquanto distans. LANG. 5) Alibi 5 vel 6 commemorantur. 6) Prope Apenrade; sed Hist. Roskild., supra p. 25, et Saxo id iuxta Ripam factum dicunt. 7) Ericum Emun regem. 8) Erici Emun. 9) Catholiciani Suenoni dicuntur aulici ministri sive spiculatores. ST.

stricto[a] mucrone transfodere[b] molirentur, in coxa haud modico vulnere percepto, divina elapsum conservavit gratia. Ut vero[c] a vulneris dolore aliquantisper convaluit, in Iutlandiam profectus, exercitum congregavit[d].

[Cap.[e] 8. De Waldemaro I.]

Sueno autem[f] praedictus[g], rex Scaniensis, Waldemaro[h] regi Iutiae occurrens, secus Gratham[1] praelium cum eo commisit[i]. Nec diu anceps extitit victoria, cum Sueno victus manu rustica perimitur. Sicque rex Waldemarus gloriosus victor solus[f] regnum obtinuit, qui postmodum quinque lustris et duobus annis Danicum[k] gubernabat imperium. Hic tanta virtutis gratia[l] totius[f] regni sui[f] terminos pacificavit[m], ut Sclavorum[n] feritatem, qui prius, intestina[o] illa seditione flagrante, universos fines maritimos necnon et insulas depopulati fuerant[p], tuta undique navigatione reddita, suae ditioni, sibi eos constituens tributarios, subiecerit[q]. . . . . . .

[Cap.[e] 9. De tribus Waldemari insigniis.]

Hic licet multa memoria digna patraverit, trino tamen tanquam syderum fulgore eius splendescit memoria. Nam primo[*] quidem indomitos Ryenses sacri baptismatis unda[r] renasci potenter compulit. Deinde[s] primus in Sprowa insula[2] decoctis lateribus turrim construxit[3]. Ad[t] ultimum in vallo Danivirki[u] murum[v] erexit lateritium; quem[w] tamen morte praeventus imperfectum reliquit[4]. . . . . . .

[Cap.[e] 10. De Kanuto, Waldemari filio.]

Erat[x] autem Kanutus vir religiosus, castus, procerus, formosus, miles eximius, a patria virtute non degenerans. Qui tanta [virtutis[y]] strenuitate Sclavorum compescuit saevitiam, ut, universis Sclavorum Pomeranorumque finibus classe depopulatis[z], ducem eorum Bugezlavum[a] ad tributum et hominium sibi exhibendum[b] compelleret. (1185.) Quod quidem in regis navi, quae rostris deauratis choruscabat, non[c] procul ab urbe, quam supra[d] Haraldum profugum fundasse memini[5], factum fuisse conspexi. Cuius rei[e] intersignium recolere operae duxi pretium. Nam tempore, quo foedus pepigerant, tantus nubium fragor intonuit, ut elementa confundi extimarentur[f]. Quod quidem ab antiquo praevaricatore pacisque aemulo divina permissione factum putavimus[g]. Quippe praefatae tempestatis[h] turbinisque violentia praesulem Caminensem[6] praefatumque Bogezlavum[a] cum regis fratre Waldemaro[i], elegantissimae[k] indolis iuvene, in lembis existentes, ferme pessundatos submersit. Quo peracto, cum ingenti exultatione remeavimus[l]. Cuius negotii[c] finem cunctorum Gubernator in pace[m] sua disponat!

EXPLICIUNT[n] GESTA DANORUM.

(cf. Apoc. 2, 27.) *) Nam in virga ferrea et brachio extento Ryenses *etc.* 1.

a) flecto 1. b) fodere 1. c) autem 2. d) conscripsit 2. e) *haec des.* 1. f) *deest* 1. g) praefatus 1. h) o. W. r. I. 1. i) pr. inierunt 1. k) regni 1. l) gloria 1. m) proficiscatur term. 1. n) Slav. *h. l.* 1. o) sed. int. exstante 1. p) depopulaverunt, pacificatis marium transibus (*lege* transitibus) suae iurisdictioni 1. q) subrogavit 1. r) comp. u. r. 1, *ubi* pot. *deest.* s) Secundum quod insigne fuit, quod primus 1. t) Tertium autem fuit, quod primus Dan. 1. u) Danewerchk 2. v) lat. m. fecit 1. w) quod 1. x) Erat — a patria *des.* 1. y) *deest* 2. z) devastatis 2. a) *deest, lac. ind.* 1. b) c. e. 1. c) *deest* 1. d) prius H. fund. meminimus prof. 1. e) C. autem signum dignum duxi recolere 1. f) estim. 1; existim. 2. g) existimavimus 1. h) turbinis tempestatisque 1. i) Vald. 1. k) iuv. ind. el. 1. l) remeamus 1. m) s. p. 1. n) *ita* 2.

1) Grathehede in Iutia inter Randers et Viborg. 2) Sprogø inter Sialandiam et Fioniam. 3) Huius turris ingentia hodieque in eadem insula visuntur rudera; quam exstruxisse Waldemarum ignorasset posteritas, nisi id auctor noster primus literis memoriaeque prodidisset. ST. 4) Haec sumpta sunt ex tabula quae in sepulchro Waldemari Ringstadiensi posita est; cf. Worsaae, 'Konge gravene i Ringsted': *murum quoque ad tocius regni presidium qui vulgo Danewerch dicitur ex lateribus coctis primus construxit.* 5) Supra c. 2. 6) Conradum I. H.-E.

EX SAXONIS GESTIS DANORUM.

Librum a Saxone de rebus Danicis scriptum inter historias medio aevo compositas insignem et singularem fere obtinere locum, inter omnes constat. Excellit enim copia rerum, ubertate narrationis, elegantia sermonis, amore patriae, ita ut vix et ne vix quidem alii eius temporis populi simili opere, egregio sane gentis illius monumento, gloriari possint[1]. *Eo tempore scriptus, quo Danorum reges ultra fines antiquos imperium protulerant, littora meridionalia maris Baltici sibi subiecerant, immo ad Albim usque dominationem extenderant et non solum cum duce Saxoniae, sed cum ipsis imperatoribus modo foedera inierant, modo inimicitias contraxerant, multa praebet quae ad historiam nostram et praesertim terrarum tunc Slavicarum, postea imperio coniunctarum, illustrandam faciunt. Quare non parvam eius libri partem huic collectioni inserere debuimus, quamvis pauca tantum ex iis selegerimus, quae ex carminibus et narrationibus priscis gentium septentrionalium recepit, pretiosis sane antiquitatis testimoniis, sed quae verae historiae cognoscendae parum conducere possunt. Neque auctor hac operis parte a meris fabulis et temerariis adinventionibus abstinuit, victorias a Danis de Saxonibus vel Teutonibus reportatas omnibus fere regibus ex ingenio tribuens, quae omittere noluimus, ut animum Saxonis Germanis valde infestum et fidem eius parum probandam ostenderemus. Nam etiam quae suo tempore inter Waldemarum I. et Fridericum imperatorem vel Heinricum Saxoniae ducem acta sunt non eo quo par fuit animo iusto et a partium studio alieno memoriae tradidit. Quae quamvis ita sint et alia etiam ipsi obiici possint, iure tamen non solum a popularibus, sed ab omnibus qui in medii aevi historia tractanda versantur magni habentur 'Gesta Danorum'*[2].

Auctoris nomen in ipso libro nusquam indicatur; et num in codicibus scriptum fuerit, iis destituti iam nescimus. Sed coaevus Sueno Aggonis c. 5. *iam ad historiam a Saxone susceptam provocat*[3] *eumque contubernalem suum dicit; id quod utrumque sub Absalone archiepiscopo, cuius comitem ipse Saxo se dicit, degisse significare videtur. Saeculo XIII. ab auctore Chronicae Sialandiae laudatur (a.* 1103*):* Saxo cognomento Longus, mirae et urbanae eloquentiae clericus; *quod cognomen alii ad nobilem familiam 'Lange' appellatam referunt*[4], *alii de statura viri procera dictum esse censent*[5]. *Saeculo XIV.*

1) Haec longius exposuerunt prae ceteris Molbech, 'Nyt Hist. Tidskrift' V, p. 1 sqq.; Jørgensen, 'Bidrag' p. 229 sqq. Cf. Dahlmann, 'Gesch. v. Dännemark' I, p. 233: 'bei mancherlei Gebrechen doch ganz vortreffliches Werk'. 2) Hoc titulo ubique usus est auctor Chron. Sial. 1101. 1103. *(Refert in Gestis Danorum Saxo etc.)* 1170. 1177; et eundem tam epitome saec. XIV. quam editio princeps praebent. 3) Supra p. 27. Nimis subtilem neque ipsis verbis convenientem huius loci interpretationem proposuit Paludan-Müller, 'Hist. Tidskrift' ser. IV, t. V, p. 345. 4) Stephanius, Langebek, Dahlmann. 5) Velschow, Prol. p. v.

epitome vulgo Thomae Gheysmer tributa ita librum infert[1]*:* Gesta Danorum quidam egregius gramaticus, origine Syalandicus, nomine Saxo conscripsit, *titulo praemisso:* Incipiunt Gesta Danorum Saxonis gramā; *eodemque quasi agnomine ipsum ornant versus 'in vetustissimo codice ms. reperti'*[2] *et saeculo XVI. inc. Albertus Krantz*[3], *sive ex codice quo usus est, sive ex epitome illa, cuius versio Germanica iam antea typis tradita erat*[4], *eum sumpserit, necnon editio a.* 1514. *Parisiis impressa*[5]. *Neque tamen ab ipso hoc vocabulum nomini additum esse probari potest*[6]. *Ipsum revera ex gente quadam Sialandica originem traxisse, verisimile est. Quo vero loco vixerit vel quem in ecclesia ordinem obtinuerit, certe indicari nequit, aliis Roskildensem praepositum eum fuisse contendentibus*[7], *aliis ecclesiae Lundensi ipsum vindicantibus*[8]. *Absalonis, qui primum Roskildensem, postea Lundensem sedem tenuit, 'comitum extremum'*[9] *se ipse dicit; et Saxo ille, quem archiepiscopus in testamento 'clericum suum' dicit*[10], *iure sane idem potest haberi, qui ex eius mandato gesta Danorum scribenda suscepit*[11] *iisque praesertim Absalonis laudes celebravit. Patrono tamen superstes fuit, quippe qui successori eius Andreae Sunonis librum Absalonis rogatu inceptum dedicaverit et tempora Waldemari II. regis viderit, non ante a.* 1206—8. *opus absolvisse videatur*[12]. *Non uno ductu librum scriptum esse*[13], *locus libri XI. ostendit, quo Suetiae dux Birgerus a.* 1202. *mortuus ita infertur:* qui et nunc exstat; *id quod eo confirmari videtur, quod liber XIV, qui res ab a.* 1134—1177. *complectitur et Absalone archiepiscopo constituto desinit, ceteros amplitudine longe superat, ita ut l. XV, reliquos Waldemari annos continens, et XVI, Kanuti triumphos celebrans, multo breviores postea additi esse videantur*[13]. *Attamen non multo ante a.* 1185, *in quo hic desinit, opus inceptum esse putarim*[14]. *Natus aliquot ante*

1) Langebek, SS. II, p. 287. 2) Ita Stephanius p. 23:

Saxo grammaticus, Danorum flos et amicus,
Gesta canit plura regum per carmina pura.

Hos versus fortasse ad Waldemari II. tempus referri posse, censet Paludan-Müller, 'Hvad var Saxo' p. 5 sqq. 3) Saxonia praef.: *Saxonem vero grammaticum, virum Sialandicum, Danicae scriptorem historiae, testem optimum nolim submotum.* 4) Ita inscripta: *Dyt is de densche kroneke de Saxo grammaticus de poeta ersten gheschreef in dat Latine* etc.; Müller p. IX. 5) Fol. 1: *Doctissimi et eloquentissimi Saxonis grammatici Sialandici, insignis ecclesiae cathedralis Roskildensis olim praepositi, in Gesta Danorum praefatio;* et in calce libri: *Hactenus Saxo Grammaticus Sialandensis, vir disertissimus.* 6) Velschow p. VII; Jørgensen p. 233. Neque magistri titulum (M.), qui Saxoni cuidam in diplomate Sorano tribuitur, ad historiographum pertinere constat; Velschow p. XXVIII sq. 7) Ita iam versus illi n. 1. allati:

Roskildis viguit, praepositusque fuit.

Hanc sententiam a Sperlingio (Langebek V, p. 431) impugnatam et a Velschow reiectam defendit Paludan-Müller libro supra laudato. Et recte quidem p. 107. monet, Saxonem Roskildiae imprimis rationem habere; cf. p. 29, n. 1. Neque tamen Jørgensen p. 234 sqq. haec probavit. 8) Velschow p. IX sqq. Haec impugnarunt Paludan-Müller et Jørgensen. 9) Quod Sueno Aggonis Saxonem contubernalem suum dixit, Paludan-Müller p. 93. et Jørgensen p. 230. de sodali belli (tentorii socio), in Absalonis comitatu, intelligunt, cum alii de eiusdem ecclesiae sociis cogitaverint. Quod in medio relinquo. 10) Langebek V, p. 425. Ibi etiam legitur: *Saxo debet duos libros, quos archiepiscopus ei concesserat, ad monasterium de Sora referre.* 11) Ita post Sperlingium Dahlmann p. 153; Jørgensen p. 229. — Velschow p. IX sqq. minus recte hoc in dubium vocavit. 12) Suhm, 'Hist. of Danmark' IX, p. 106; Dahlmann p. 153, n.; Velschow p. XLVI, qui haec novis argumentis firmavit. De anno mortis nihil constat. Neque quae in Necrologio Lundensi d. 4. Iulii leguntur: *Obiit Saxo subdiaconus, huius loci canonicus,* ad eum certe referri possunt. 13) Similem sententiam proposuit Jørgensen p. 227, qui Saxonem primum in a. 1170. libri finem fecisse censet. 14) Id ex loco Suenonis supra p. 27. allato plerique statuerunt. Aliter quidem recentiores. Velschow p. XLI. ex loco libri XI, quo Waldemarus 'nostri temporis dux' et 'noster princeps' laudatur, ostendere voluit, Waldemaro I. vivo opus inceptum esse. Etiamsi recte ille intelligitur, non Waldemarus II, ut alii volunt, haec verba illo rege scripta esse ut statuamus, minime cogunt. Cf. Jørgensen p. 225; Paludan-Müller, 'Hist. Tidskrift' ser. IV, t. V, p. 366. Si verba quae in codice Suenonis leguntur (supra p. 27, n. 5) impressis praeferremus, Saxo quidem tempore quo ille scribebat, non solum 'gesta exponere decrevit', sed 'gesta executus insudabat', hoc est, in eis exponendis occupatus erat. [Sed haec lectio codicis mendosa videtur, certe saltem aut *exequi* aut *executurus* legi oportet. H.-E.]. Velschow ex Suenonis verbis elicere voluit, Saxonem primo non integram Danorum historiam, sed tantum gesta regum e stirpe Suenonis Estrithson progenito-

a. 1158.[1] *annis magnam eorum quae ultimis libris scripsit partem ipse vidit, nonnulla a parentibus, quos Waldemari 'castrensem militiam bellici laboris operibus coluisse' dicit*[2]*, accipere potuit, pleraque vero ab Absalone edoctus est, eius 'narrationis documentum', ut ipsius verbis utar, 'perinde ac divinum aliquod magisterium amplexatus'. Illos quidem auctores narrationis suae non commemorat, neque unquam se rebus interfuisse dicit*[3]*; Absalonis autem eiusque familiae, praesertim Esberni fratris, res domi militiaeque gestas diligentissime enarrat et summis laudibus extollit. Quod ne in hac quidem parte ab erroribus cavit, temporis ordinem plus semel turbavit*[4]*, eo factum esse videtur, quod memoria tantum tenebat quae ipsi archiepiscopus narraverat eaque aliquot annis post, fortasse hoc iam mortuo, calamo mandabat*[5]*; neque ipsum Absalonem quae ante decem fere annos gesserat omnia tam firma memoria tenuisse, ut certam narrationis telam texeret, credendum est*[6]*. Saxo vero talia leviora duxit*[7]*, quippe qui in toto opere nusquam annos indicaverit, temporis decursum verbis incertis* (Per idem tempus; Eo *vel* Eodem tempore; Iisdem fere temporibus; Ea *vel* Eadem tempestate; Eodem anno; Post haec; Postea; Postmodum; Interea; Interiectis diebus; *semel p.* 755: Anno postero; *p.* 877: universas presentis anni partes) *indicans, et nonnisi, quibus anni temporibus res gestae sint, nonnumquam adnotans* (Vere appetente; Vere reddito; Veris principio; Postera aestate; circa autumni principia; finita hyeme; hybernis exactis *et quae sunt eiusmodi*).

Minorem etiam auctoritatem habent, quae de rebus ante Waldemari tempora gestis tradidit, libris scriptis quos habuit neglectis vel parum diligenter adhibitis. Dubitari enim nequit, quin Vitam Kanuti ducis legerit eaque leviter quidem, sed multum usus sit[8]*. Praeterea tam brevem Danorum historiam Roskildensem quam Adami Bremensis librum ipsi notos fuisse, persuasum mihi habeo*[9]*, quamvis paucos tantum locos eosque mutatos et ampliatos ab eo exscriptos esse videam. Ad acta publica, diplomata vel epistolas nusquam fere provocat, nulla libro inseruit*[10].

Quae a Tylensibus (Islandicis) se accepisse Saxo dicit, non, ut videtur, ea tempora tangunt quae nos curamus; ideoque num libros scriptos an carmina tantum relationesque ore propagata indicaverit, non nostrum est investigare[11]*. Id*

rum narrare voluisse; id quod Jørgensen et Paludan-Müller probarunt. Sed hoc cum Saxonis prologo pugnat. Et nullo modo huic concesserim, quod contendit, librum XIV. primo iam inter a. 1170—78. scriptum esse et tamquam singulare opus conceptum, tum libros XV. et XVI, deinde libros XI. et XII, ultimo loco antiquam Danorum historiam, libris I—X. comprehensam, compositos esse. 1) Tunc Wilhelmi episcopi Roskildensis sepulchrum apertum est, quod nostris temporibus factum dicit XI, p. 578; neque tunc puerum eum fuisse 8 annorum, non ante a. 1150. natum, ut Velschow p. XVII. XXVI. voluit, putarim. 2) Praef. 3) Nihilominus Paludan-Müller p. 356. ipsum tanquam Absalonis scribam ubique eius fuisse comitem, mera et parum probabili coniectura statuit. 4) Id quod iam Suhm et Dahlmann viderunt, Velschow accuratius exposuit, nuper vero longiore dissertatione probare voluit Hovgaard, 'Historisk Tidskrift' ser. IV, t. II, ita tamen ut non ipsi Saxoni, sed librario vel bibliopolae librum foliis omissis vel transpositis deformanti culpam imputaret. Quod recte Paludan-Müller l. l. p. 376. reiecit. 5) Paludan-Müller l. l. p. 338. multa partim ab ipso visa, partim ab Absalone narrata mox a Saxone litteris mandata esse censet. Sed huius opinionis nulla video certa argumenta, neque libros XV. et XVI. annis 1182. et 1187. scriptos esse, probari potest. 6) Absalonem quae Saxo scripserat recensuisse, ut Velschow p. XXXVII. putat, neque ipse dicit neque est cur statuamus. 7) Cf. Paludan-Müller l. l. p. 333 sqq. 8) Cf. supra p. 8. 9) Hoc nuper exposui 'N. Archiv' XII, p. 21 sqq. 10) Velschow p. LXIX. vix recte statuit, nihilominus Saxonis relationem scriptis documentis niti. 11) Ea quae in praef. (infra p. 44 sq.) dicit: *Quorum thesauros historicarum rerum pignoribus refertos curiosius consulens, haut parvam presentis operis partem ex eorum relationis imitatione contexui*, priorem sententiam probare videntur. Cf. vero quae Dahlmann p. 193. monuit; Velschow p. LXII, qui Müllerum sententiam mutasse monet.

monuisse sufficiat, eum ubique amplae et vividae magis quam simplici et certae narrationi studuisse, poetico quodam ornatu etiam recentiorum temporum historiam velasse illorumque morem imitatum esse qui domestica lingua 'sagas' tradebant[1]*, ita tamen ut nonnisi res publicas traderet patriaeque gloriam exaltandam semper sectaretur. Absalonis laudes nimis fortasse celebravit, ceterum satis severum et candidum animum in rebus a regibus aliisve viris altioris conditionis, quin etiam a summis ecclesiae ministris gestis iudicandis probavit*[2].

Linguam Latinam, qua Danorum laudes celebrari Absalon voluit, Saxo ita callebat, ut posteris liber eius stupendum pene videretur elegantiae et facundiae exemplum. Non pauca quidem a Valerio Maximo et Martiano Capella mutuatus est[3]*, rara et obsoleta amat vocabula, sententias nimis longas et contortas nonnumquam praebet, res saepe non satis simpliciter exprimit, ita ut sensus minus perspicuus sit*[4]*, easdem locutiones saepissime repetit*[5]*, attamen verborum copia et eloquendi varietate lectores tenet et oblectat*[6]*. Quanta cura verba pensitaverit, iterum iterumque sermonem mutaverit, emendaverit, nunc fragmentis, quibus ipse non semel varias lectiones addidit, inventis luce clarius patet. Et sane mirandum, quod hoc multo magis in prosa oratione quam in carminibus factum sit*[7].

Fragmenta haec quatuor foliis continentur, quae in urbe Andegavensi inventa, nunc in bibliotheca regia Hafniensi (nova coll. nr. 869 *g) asservantur, ibique a me inspecta, a.* 1879. *tam photographiae ope reddita*[8] *quam cum docto commentario a summo bibliothecae praefecto Chr. Bruun edita sunt*[9]*. Contextus, lato inter lineas spatio relicto, saec. XII.*[10] *scriptus, modo super, modo subter singulis vocabulis, modo in marginibus notis vel glossis vel etiam additionibus quasi cumulatus est, quae tribus exaratae sunt manibus, quarum duae coaevae atramento et singulis litteris quidem inter se differunt, sed uni tamen scriptori bis opus relegenti tribui possunt*[11]*, quem ipsum Saxonem iure dicamus. Liber tunc nondum plene absolutus, partim in his foliis, partim etiam postea in eam formam redactus est, quae nunc habetur.*

Aegre quidem integro codice caremus. Nonnisi perpauca folia exstant, in aliorum voluminum ligaturis inventa, quaedam post iterum perdita, alia nunc Hafniae in bibliotheca et archivo regio servata[12]*, quae ex diversis exemplaribus sumpta esse, forma et scriptura eorum ostenditur. Quae quamvis nonnullis lectionibus ab editionibus differant, in universum tamen genuinum Saxonis*

1) 'Danesaga' titulum Gestorum Danorum transtulit Jørgensen p. 233. Cf. Molbech p. 60 sqq. 108. 2) Molbech p. 103 sqq. Minime superstitioni illius temporis indulsit. Alexandro papae contra Victorem favit, 'pertinacissimum Germanorum errorem' castigans. 3) Quod exemplis probavit Stephanius, octo paginas locutionibus e Valerio sumptis implens, quae repetere noluimus. Alia addidit Kinch dissertatione mox afferenda p. 274. 4) Epitome Gheysmeri, Langebek II, p. 288: *quia opus suum diffusum est in pluribus locis, multaque dicuntur magis propter ornatum quam propter veritatem hystorie prosequendam, insuper et stilus suus nimium obscurus est propter plurima vocabula et poemata diversa moderno tempore inconsueta* etc. 5) *perinde ac*, *praefatus*, ubi cuiusdam verba refert. 6) Verba sunt Velschowii p. LXXXIII. 7) Cf. Bruun p. XXVII, qui recte monet, ita explicari singularem Saxonis scribendi rationem ('den ejendommelige Stil, Saxo bruger, den er ikke flydt let og sikkert fra hans Pen, den er gjennemstuderet i høi grad'). 8) 'Det i Angers fundne Brudstykke af et Haandskrift af Saxo Grammaticus. Udgivet i fotolithografisk Facsimile af det kong. danske Videnskabernes Selskab'. 9) 'Lykønskningsskrift til Kjøbenhavns Universitet ved dets firehundredaars Stiftelsesfest'. 1879. 4°. 10) Sed vide quae infra p. 42 sq. addidi. H.-E. 11) Bruun p. XXI. — Quod equidem neutiquam concedendum esse censeo. Haud dubie recte Bruun scribae fragmenti priores glossas attribuit, posteriores autem ab altero additas esse apud me constat. H.-E. 12) De his accurate egit Bruun, 'Lykønsk.' p. XII sqq. Quae inventa sunt a Laverentzen (a. 1690, incendio consumpta, ut putant a. 1728), Kall-Rasmussen (a. 1855), Lassen (a. 1860), Plesner (a. 1870).

opus his contineri probant; id quod etiam locis ab aliis auctoribus exscriptis confirmatur.

Primus[1] *Saxonis Gestis Danorum usus esse videtur qui in monasterio Ryensi brevem antiquorum regum Danorum historiam composuit*[2]. *Longiores locos exscripsit qui Chronicon vulgo Sialandicum dictum saec. XIII. composuit, eos Annalibus brevibus inserens. Saeculo XIV. epitome illa facta est a Thoma Gheysmer recepta, cuius supra mentionem fecimus. Versio Germanica a.* 1480. *typis data eius narrationes longius propalavit, etiam ad Helvetios pertulit, ibique ad fabulam similem eorum quae Saxo de Toccone narraverat fingendam occasionem dederunt*[3]. *Saec. XV. exeunte in Suecia Ericus Olai canonicus Upsalensis*[4], *in Germania septentrionali Albertus Krantz Hamburgensis Saxonis libro usi sunt, hic etiam maiores locos Chronicae regnorum aquilonalium*[5] *inseruit ex codice quodam qui ab editionibus haud longe recedit*[6].

Primam editionem, ut in fine legitur, 'accurata diligentia impressit in inclyta Parrhisiorum academia Iodocus Badius Ascensius Idibus Martiis MDXIIII. supputatione Romana', eamque Lagoni Hurno (Urne) episcopo Roskildensi inscripsit. Codicem diu frustra quaesitum nactus erat magister Christiernus Petri canonicus Lundensis, qui tunc Parisiis morabatur, a Birgero archiepiscopo eiusque edendi auctoritatem a Christierno II. rege Daniae acceperat[7]. *Praeter epistolas praemissas et indicem folia sunt* 198. *Librum manuscriptum satis diligenter descriptum et expressum esse agnoscamus oportet*[8]. *Sed verba plerumque secundum morem saec. XVI. scripta sunt (legitur* charus, quum, tentare, obiicere, *ubique* ae *et* oe, *etiam* foemina, foelix *et quae sunt eiusmodi; alia tamen ex codice recepta, ut* adcivit *pro* adscivit, concissi *pro* conscisci *etc.*[9]*), menda nonnulla, praesertim in locorum et populorum nominibus commissa, nusquam vero verba ita corrupta sunt, ut sensus verus elici nequeat. Sunt qui folia quaedam inverso ordine compaginata fuisse censeant*[10]*; sed neque hunc codicem ita deformatum neque etiam vetustius exemplar foliis omissis mutilatum fuisse probari potest. Hanc editionem numero* 1 *in notis signavi.*

Quae recusa est Basileae apud I. Bebelium, 1534. *fol., et Francofurti* 1576. *ex typographica A. Wecheli. Sed innumeris mendis iam librum deformatum esse Stephanius contendit, qui Saxonem 'summo studio recognovit notisque uberioribus illustravit', Sorae* 1644. *publici iuris factum, ut ipse gloriatur, renatum novoque splendori restitutum. Sane contextui emendando, mendis tollendis non parvam neque infelicem curam adhibuit, auctores quos Saxo imitatus est contulit, narrationem in minores particulas distinxit*[11], *interpunctio-*

1) Id quod Usinger p. 62 sqq. contra Lappenberg SS. XVI, p. 389. probavit; cf. praesertim locos p. 67. 71. allatos. Ubi vero auctor ad annales transiit, minime Saxone usus est, ut Hovgaard p. 662. voluit. Neque in Annalibus Lundensibus Saxonis ulla vestigia reperiuntur. Quae Usinger p. 19. ex Saxone sumpta esse censet, breviora et valde dubia sunt. De catalogo regum v. infra. 2) De eius aetate v. Velschow, Prol. p. LXXXVII, n.; Usinger, 'Die Dänischen Annalen' p. 91. 3) V. Rilliet, 'Les origines de la confédération Suisse' ed. 2. p. 244 sqq., cui contra alias aliorum opiniones assentior. 4) Fant, SS. R. Suec. II, p. 1 sqq. 5) Post eius mortem (1517) a. 1548. publici iuris facta, sed ante a. 1514, ut videtur, scripta. Locos nonnullos, quibus Saxo laudatur, exscripsit Stephanius, Not. p. 33. Adde Wandalia V, 12, p. 110. ed. a. 1619. 6) Cf. Bruun p. XVII, qui varias lectiones unius loci collegit. 7) Ita Christiernus Petri et bibliopola in epistolis praemissis (Velschow p. LXXXIX), quarum prior in exemplari bibliothecae regiae Berolinensis, quo usus sum, desideratur; repetita in Stephanii editione, Notae p. 4. 8) 'Animadversum est, huius editionis exemplaria paucis locis in parvis rebus discrepare, leviculis mendis in aliis exemplaribus in aliis correctis'. Velschow p. XC, n. Lago Urno in epistola editioni praemissa Saxonem dicit a Christierno Petri 'diligenter castigatum elimatumque'. Quare nonnulla mutata esse, coniicere licet. 9) *y*, quod saepe pro *i* ponitur, nescio num ad codicem an ad eius aevi morem referendum sit. 10) V. supra p. 39, n. 4; 'N. Archiv' XII, p. 18 sq. 11) Praeterea librum XIV. nimis amplum in quinque sectiones distribuit.

nem meliorem reddidit. Nonnulla tamen temere correxit, etiam erratis typographicis, quorum longam seriem reddere necesse habuit, emendationes inseruit. Codice se destitutum fuisse iure dolet, quam maxime fortunam accusans, quod 'exemplaria duo manu exarata', quae C. Barthius se possedisse ipsi retulerat, incendio perierint; quod an revera ita se habeat, in dubium vocare licet[1]. 5

Stephanii editionem repetivit Chr. Ad. Klotzius, Lips. 1771, *ita 'ut mendae quoque typographicae, etiamsi sententia iis turbetur, exscriberentur'*[2].

Ad editionem principem vero rediit P. E. Müller, de Saxonis libro critica ratione disquirendo et diiudicando optime meritus[3], *cum novam pararet editionem, post eius mortem a J. M. Velschow absolutam; cuius prioris partis volumen* 10 1. *et* 2. *prodierunt Hafniae* 1839, *pars posterior, prolegomena et notas uberes complectens, a.* 1858. *In Saxonis verbis emendandis adiuti sunt editores ope celeberrimi philologi Madvigii, qui non pauca menda sive codicis sive typographi detexit et sustulit. Alia postea I. Kinch*[4] *coniecturis modo satis argutis, modo vero nimis temerariis tentavit.* 15

Novam editionem nuper paravit A. Holder (Strassburg 1886*), qui editione principe ubique fundamento posita, rationem verborum scribendorum saec. XVI. ad eum morem reducere conatus est, quo in fragmentis Andegavensibus verba expressa sunt*[5].

Notas paucas tantum adieci, praesertim Mülleri et Velschowii doctis com- 20 *mentariis usus, quibuscum ea contuli quae Petersen, L. Giesebrecht, Dahlmann de bellis inter Danos et Slavos gestis disseruerunt*[6].

Saxonis librum in linguam Danicam vertendum iam idem Christiernus Petri suscepit, cui editio Parisina debetur; 'sed haec interpretatio nunquam prelo vulgata est et iam ante quam centum abhinc annos deperdita esse 25 *videtur'*[7]. — *Versio quam A. S. Vedel (Velleius) confecit, a Danis magni facta, a.* 1575. 1610. *et* 1851. *(ed. Wegener) typis impressa est. Aliae translationes a S. Schousbölle et a N. F. S. Grundtvig factae prodierunt illa Hafniae* 1752. 4, *haec ibidem* 1818—22, 3 *voll. in* 4°; *et* 1854. 55. *in* 8°.[8] *G. W.*

Haec exposuit b. m. G. Waitz hieme a. 1885—1886. *Sed postquam eum* 30 *dira necessitas nobis eripuit, V. Cl. P. Hasse enisus est, ut demonstraret*[9] *fragmentum Andegavense minime autographon Saxonis haberi posse, ut hucusque falso putabatur, sed hoc demum saec. XIV ex. scriptum esse, quae in eodem inter lineas et in margine duabus prioribus manibus addita sunt esse lectiones aliorum codicum a lectoribus collatorum. Cui prorsus assentior contendenti neuti-* 35

1) Neque ipsa Barthii verba satis sunt perspicua, cum scribat, 'exemplaria duo manu exarata cum ipso codice, cui varia margines compleverant', incendio periisse. Nec video, quomodo ipse codex ab exemplaribus manu exaratis distinguendus sit. [Barthius de duobus recentibus apographis antiqui codicis locutus esse videtur, cum codicis et exemplarium manu exaratorum discrimen fecerit. H.-E.]. — Barthii fidem in iis quae de codicibus suis retulit valde dubiam esse, constat. 2) Velschow p. XCII, qui eius rei exempla attulit. 3) 'Om Kilderne til Saxos ni første Bøger', et 'Kritiske Bemærkninger over Saxos danske Histories 10—16de Bog' in Commentationibus societatis regiae Hafn. t. II. (1822) et IV. et separatim editae 1823—1830. Magna eius observationum pars transiit in notas uberiores editionis. 4) 'Bidrag til en Textkritik af de 7 sidste Bøger af Saxes Danmarkshistorie', in 'Aarbøger for nordisk Oldkyndighed' 1874. p. 272 sqq. Eas tantum coniecturas, quas 40 alicuius momenti esse duxi, attuli. 5) Sed quaedam saeculo XVI. propria, saec. XII. scribis prorsus incognita et inaudita (e. gr. *iniicere, lachryma*) corrigere neglexit. 6) Editionis Mülleri et Velschowii paginarum numeros Arabicis, editionis 45 principis foliorum numeros signis Latinis in margine adscripsi. 7) Velschow p. XCIII. 8) Ibid. p. XCIV sqq., ubi etiam praecipuae quae de Saxone agunt commentationes sunt recensitae. 9) 'N. Archiv' XII, p. 317—332. 50

quam hoc fragmentum tempore Saxonis, circa a. 1180—1200. *videlicet, exaratum esse, quod quominus credatur, et litterarum formis et ratione verborum exprimendorum illi aetati prorsus incognita*[1] *prohibetur, sed iam saeculo XIII. exeunte, non saeculo XIV. ad exitum vergente, ut Hasse statuit, exaratum id esse censeo. Glossas autem, quae in fragmento inter lineas et in margine leguntur, nec Saxoni tribui posse, nec varias lectiones ex aliis codicibus sumptas, sed ideo, a scholasticis forsan, adscriptas esse, ut Saxonis obscurius dicta exponerentur et aliis verbis circumscriberentur, evicisse mihi videor*[2]. *Praeterea demonstrare conatus sum, additamentum, quod manu alterius scribae in margine folii* 1[a] *fragmenti suppletum legitur, minime Saxoni tribui posse, sed ab hoc demum scriba saec. XIII ex. vel XIV in. adiectum esse. Cum vero in editione principe saepe glossae et prioris et alterius scribae pro verbis Saxonis et additamentum illud, de quo modo locutus sum, legantur, mihi persuasum est codicem a Birgero archiepiscopo ad Christiernum Pedersen missum et ab Ascensio typis mandatum fuisse apographum illius exemplaris, cuius pars fuit fragmentum Andegavense, et in hoc apographo alia etiam additamenta ac glossas, praeter ea quae fragmentum illud continet, adscripta fuisse. Unde patet in prioribus saltem libris non ubique Saxonis verba authentica servata, sed haud raro interpretationes glossatorum receptas, nonnumquam etiam additamenta posteriorum auctorum inserta esse. Quae fusius in dissertatione laudata exposui. Sane iam nunc etiam apparet rationem verborum scribendorum, quam scribae fragmenti Andegavensis sectati sunt, nullo modo Saxoni obtrudi posse; unde* ti *pro* ci *in iis vocibus praesertim, ad quarum radicem* t *pertinet*[3], *et in substantivis in* -tio *et* -ntia, -ntium *terminantibus et ubique fere* ae *pro* e *simplici restituimus, sed e. gr.* pre *et* sepe *scripsimus, cum in his verbis iam saeculo XII ex. simplex* e *in omnium usu fuerit, in iis autem quae cum more scribendi saec. XII. usitato conveniunt fragmenta secuti sumus*[4]. *O. H.-E.*

PROLOGUS.

Cum ceterae nationes rerum suarum titulis gloriari voluptatemque ex maiorum recordatione percipere soleant, Danorum maximus pontifex Absalon patriam nostram, cuius illustrandae maxima semper cupiditate flagrabat, eo claritatis et monumenti genere fraudari non passus, michi, comitum suorum extremo, ceteris operam abnuentibus, res Danicas in historiam conferendi negocium intorsit inopemque sensum maius viribus opus ingredi crebrae exhortationis imperio compulit. Quis enim res Daniae gestas litteris prosequeretur, quae nuper publicis initiata sacris, ut religionis, ita Latinae quoque vocis aliena torpebat? At ubi cum sacrorum ritu Latialis etiam facultas accessit, segnicies par imperitiae fuit, nec desidiae minora quam antea penuriae vicia exstitere. Quo evenit, ut parvitas mea, quamvis se predictae moli imparem animadverteret, supra vires niti quam iubenti resistere preoptaret, ne, finitimis factorum traditione gaudentibus, huius gentis opinio potius vetustatis obliviis respersa quam litterarum monumentis predita videretur. Igitur

1) Praeter id quod Hasse monuit, ubique iam *ci* pro *ti* contra morem saeculi XII. scriptum esse, maximi momenti est, quod nusquam in fragmento *ę*, saec. XII. plerumque pro *ae* et *oe* usitatum, sed ubique simplex *e* scriptum est, quod demum saec. XIII. in usum venit. Certe nullus codex vel etiam saec. XII. exeuntis ostendi poterit, in quo ubique *e* pro *ae* scriptum sit. Etiam afferam in fragmento ubique *excercitus, excercicium* scriptum esse, quod (c pleonastice inserto) in codicibus Germanicis et Anglicis saec. XIII. et posterioris temporis saepissime legitur, in codicibus saec. XII. aut rarissime aut omnino non reperiri poterit. 2) 'N. Archiv' XIV, fasc. I. 3) Ut *etiam* (et), *gratia* (gratus), *peritia* (peritus), *potius* (potis), *montium, negligentius* (negligenter), *scribentium* (scribentes) etc., in quibus verbis saec. XII. *ci* aut raro aut omnino non occurrit. Casus genitivi pluralis participii praesentis et comparativi in *-tior, -tius* terminantes in fragmento Andegavensi non occurrunt, ut ne constet quidem, num eius scriba in his etiam verbis *ci* scripserit. 4) Etiam fragmenta a Lassen et Kall-Rasmussen reperta hac in re maxime respeximus.

oneri cunctis preteriti aevi scriptoribus inexperto rudes laboris[a] humeros subicere coactus imperiumque negligere veritus, audacius quam efficacius parui, quamque[b] ingenii mei imbecillitas fiduciam negabat, ab hortatoris amplitudine mutuatus. Cuius fatis cepti mei metam precurrentibus, te potissimum, Andrea, penes quem saluberrimus suffragiorum consensus honoris huius successionem sacrorumque summam esse voluit, materiae ducem auctoremque deposco; obtrectationis livorem, qui maxime conspicuis rebus insultat, tanti cognitoris presidio frustraturus. Cuius fertilissimum scientiae pectus ac venerabilium doctrinarum abundantia instructum veluti quoddam caelestium opum sacrarium existimandum est. Tu[c] Galliam Italiamque cum Britannia percipiendae litterarum disciplinae colligendaeque earum copiae gratia perscrutatus, post diutinam peregrinationem splendidissimum externae scolae regimen[1] apprehendisti tantumque eius columen evasisti, ut potius magisterio ornamentum dare quam ab ipso recipere videreris. Hinc ob insignium culmen meritaque virtutum regius epistolaris effectus, officium mediocritatis liminibus[d] contentum tantis industriae operibus exornasti, ut idem postmodum amplissimae dignitatis viris, ad eum quem geris honorem translatus[e], beneficii nomine expetendum relinqueres. Quam ob rem Scaniam tripudio dissultare compertum est, quod pontificem potius a finitimis mutuata sit, quam ex indigenis legerit; quippe quae laudabiliter delectum egit, iocunditatem ex suffragio suo meruit. Itaque cum genere, litteris ingenioque niteas ac plebem fecundissimis doctrinae stipendiis regas, maximum tibi gregis amorem conciliasti susceptique ministerii partes gloriosae executionis fiducia ad laudis cumulum perduxisti. Et ne rerum dominium possessione usurpare videreris, amplissimum patrimonium sacris aedibus religiosae liberalitatis testamento legasti obsitasque curis opes decenter abicere quam earum aviditate et pondere implicari maluisti. Tu item mirificum reverendorum dogmatum opus complexus, privatisque curis publicae religionis officia anteponere avidus, pertinentium ad eam rerum solutionem abnuentes salutarium consiliorum doctrina debitis sacrorum obsequiis adegisti veteremque divinarum aedium iniuriam religioso lucri beneficio rependisti. Preterea lascivioris vitae studiosos intemperantiaeque plus aequo viribus indulgentes saluberrimae exhortationis perseverantia ac splendidissimis frugalitatis exemplis ad honestiorem mentis habitum ab enervi mollitudine revocatos, dictisne an factis magis instruxeris, dubium reliquisti. Ita quod tuorum nulli predecessorum obtinere tributum est, solis prudentiae monitis impetrasti.

Nec ignotum volo, Danorum antiquiores, conspicuis[f] fortitudinis operibus editis gloriae aemulatione suffusos, Romani stili imitatione non solum rerum a se magnifice gestarum titulos exquisito contextus genere veluti poetico quodam opere perstrinxisse, verum etiam maiorum acta, patrii sermonis carminibus vulgata, linguae suae litteris saxis ac rupibus insculpenda curasse. Quorum vestigiis ceu[g] quibusdam antiquitatis voluminibus inhaerens, tenoremque veris translationis passibus aemulatus, metra metris reddenda curavi, quibus scribendorum series subnixa, non tam recenter conflata quam antiquitus edita cognoscatur; quia presens opus non nugacem sermonis luculentiam, sed fidelem vetustatis noticiam pollicetur. Quantum porro ingenii illius homines historiarum edituros putemus, si scribendi sitim Latinitatis peritia pavissent? Quibus tametsi Romanae vocis noticia abesset, tanta tradendae rerum suarum memoriae cupido incessit, ut voluminum loco vastas moles amplecterentur, codicum usum a cautibus mutuantes. Nec Tylensium[2] industria silentio oblitteranda, qui cum, ob nativam soli sterilitatem luxuriae nutrimentis carentes, officia continuae sobrietatis exerceant omniaque vitae momenta ad excolendam alienorum operum noticiam conferre soleant, inopiam ingenio pensant. Cunctarum quippe nationum res gestas cognosse memoriaeque mandare voluptatis loco reputant, non minoris gloriae iudicantes alienas virtutes disserere quam proprias exhibere. Quorum thesauros historicarum rerum pignoribus refertos curiosius consulens, haut parvam presentis operis partem

a) labori 1; *emend. St.* b) *ita St.;* quamquam 1. c) *ita St.;* Tum 1. d) limitibus *corr. St.* e) translatis 1; *emend. St.* f) conspicuae *corr. St.* g) seu 1; *emend. iam St. inter errata typographica, Dahlmann p.* 161, *n. et Muller.*

1) Munus doctoris publici in schola aliqua Parisiensi. M. 2) Procul dubio Islandicos intellexit, non incolas terrae Thelemarken, ut voluit Petersen, 'Haandbog i den gammel-nordiske Geografi' p. 297—306, et 'Bidrag til den danske Literaturens historie' I, p. 44.

ex eorum relationis imitatione contexui, nec arbitros habere contempsi, quos tanta vetustatis peritia callere cognovi. Nec minus Absalonis asserta sectando, quae vel ipse gessit vel ab aliis gesta perdidicit docili animo stiloque complecti curae habui, venerandae eius narrationis documentum perinde ac divinum aliquod magisterium amplexatus.

Te ergo, salutaris princeps ac parens noster, cuius illustrissimam a priscis temporibus prosapiam dicturus sum, clarissima lux patriae, Voldemare, dubium laboris huius progressum favore prosequi rogo, quia propositi pondere constrictus vereor, ne magis imperitiae meae habitum ingeniique debilitatem patefaciam, quam tuam, sicut par est, originem repre-sentem. Siquidem preter paternae hereditatis amplitudinem conspicua regni incrementa finitimorum oppressione sortitus Albiaeque reciprocos fluctus propagatae dominationis labore complexus, haut mediocre claritatis momentum celeberrimis[a] laudis tuae titulis adiecisti, ita antecessorum famam atque opinionem operum magnitudine supergressus, ne Romani quidem imperii partes armis intemptatas liquisti. Cumque fortitudine et liberalitate instructissimus habearis, plusne hostes bellis terreas an cives humanitate demulceas, ambiguum reddidisti. Tuus quoque fulgentissimus avus[1] publicae religionis titulis consecratus immeritaeque mortis beneficio immortalitatis gloriam consecutus, nunc sanctitatis fulgore perstringit[b], quos olim victoriis adquisivit. Ex cuius sanctissimis vulneribus plus virtutis quam cruoris effluxit. Ceterum prisco atque hereditario obsequendi iure saltem ingenii viribus tibi militare constitui, cuius clarissimi patris castrensem miliciam parens avusque meus fidissimis[c] bellici laboris operibus coluisse noscuntur. Tuo igitur ductu respectuque subnixus, quo cetera liquidius exequar, initium a patriae nostrae situ descriptuque petere statui, speciosius singula perstricturus, si narrationis procursus competentia rebus loca permetiens, ab eorum positione dicendorum inchoamenta deduxerit.

Huius itaque regionis extima partim soli alterius confinio limitantur, partim propinqui maris fluctibus includuntur. Interna vero circumfusus ambit oceanus, qui sinuosis interstitiorum anfractibus nunc in angustias freti contractioris evadens, nunc in latitudinem sinu diffusiore procurrens, complures insulas creat. Quo fit, ut Dania mediis pelagi fluctibus intercisa, paucas solidi continuique tractus partes habeat, quas tanta undarum interruptio pro varia freti reflexioris obliquitate discriminat. Ex hiis Iutia granditatis inchoamentique ratione Danici regni principium tenet, quae sicut positione prior, ita situ porrectior, Teutoniae[d] finibus admovetur. A cuius complexu fluminis Eydori interrivatione discreta, cum aliquanto latitudinis excremento septentrionem versus in Norici freti littus excurrit. In hac sinus qui Lymicus appellatur ita piscibus frequens existit[e], ut non minus alimentorum indigenis quam ager omnis exsolvere videatur. Huic etiam Fresia Minor adiacet, quae a Iutiae prominentia subsidentium camporum ac gremii devexioris inclinata recessu, maximos frugum proventus beneficio oceani inundantis assequitur. Cuius refluxionis vis plus utilitatis an periculi incolis afferat, ambiguum exstat. Siquidem tempestatis magnitudine perruptis aestuariis, quibus apud eos maritimi fluctus intercipi solent, tanta arvis undarum moles incedere consuevit, ut interdum non solum agrorum culta, verum etiam homines cum penatibus obruat. . . . . . .

EX LIBRO I.

Dan igitur et Angul, a quibus Danorum cepit origo, patre Humblo procreati, non solum conditores gentis nostrae, verum etiam rectores fuere. Quamquam Dudo rerum Aquitannicarum scriptor Danos a Danais ortos nuncupatosque recenseat[2]. Hii licet faventibus patriae votis regni dominio potirentur rerumque summam ob egregia[f] fortitudinis merita, assentientibus civium suffragiis, obtinerent, regii tamen nominis expertes degebant. Cuius usum nulla tunc temporis apud nostros consuetudinum frequentabat auctoritas. Ex quibus Angul, a quo gentis Anglicae principia manasse memoriae proditum est, nomen suum provinciae, cui preerat, aptandum curavit, levi monumenti genere perennem sui noticiam traditurus. Cuius successores postmodum Britannia potiti, priscum insulae nomen novo patriae suae vocabulo permutarunt. Magni id factum a veteribus aestimatum, testis est Beda[3], non minima pars divini stili, qui in Anglia ortus, sanctissimis suorum voluminum thesauris res patrias sociare curae habuit, aeque ad religionem pertinere iudicans patriae facta litteris illustrare et res divinas conscribere. Verum a Dan, ut fert antiquitas, regum nostrorum stemmata, ceu quodam derivata principio, splendido successionis

a) *sic emend. St.;* celeberrimus 1. b) prestringit *St.* c) fidissimus 1; *emend. St.* d) *sic fragm. Andeg. et Laverentzii;* Theut. 1 *fere semper.* e) extitit 1; *emend. St.* f) egregię *Krantz, qui haec I, 2. exscripsit. Rarissime eius lectiones mendosas vel immutatas attuli. H.-E.*

1) Kanutus dux. 2) Duchesne, SS. R. Norm. p. 63. 3) Hist. eccl. Angl. I, 15.

ordine profluxerunt. Huic filii Humblus et Lotherus fuere, ex Grytha, summae inter Teutones dignitatis matrona, suscepti. . . . . . .

f. IIII. p. 24. Precurrebat[a] igitur Scioldus[b. 1] virium complementum animi maturitate, conflictusque gessit, quorum eum vix spectatorem aetas esse patiebatur[c]. In quo annorum virtutisque procursu[d] ob Alvildam[e], Saxonum[f] regis filiam, quam summae pulcritudinis intuitu[g] postulabat[h], cum Scato Allemanniae[i] satrapa, eiusdem[k] puellae competitore, Teutonum[l] Danorumque exercitu[m] inspectante, ex provocatione dimicavit, interfectoque eo, omnem Allemannorum[n] gentem, perinde ac ducis sui interitu debellatam, p. 26 tributi lege choercuit[o]. Puellam, cuius potiendae gratia conflictum ediderat[p], acerrimo[q] nuptiarum aemulo liberatus, in pugnae[r] premium recepit eamque sibi matrimonio copulavit. Ex qua parvo post tempore[s] Gram filium sustulit. . . . . . .[t]

f. V'. p. 33 Alia quoque complura Gram regis[2] facinora fuere. Adversus Sumblum[u] Phinnorum regem bellum professus, ad aspectum filiae eius Signes, depositis armis, ex hoste procus evasit, eamque[v], promisso coniugis suae repudio, pactus despondit. Quam cum, bello Norvagico, quod adversum Swibdagerum regem ob sororis filiaeque stuprum susceperat, admodum occupatus, Saxoniae regi Henrico Sumbli perfidiá in matrimonium promissam nuncio didicisset, propior virginis quam militum caritati, relicto exercitu, tacitus in Phinniam contendit, inchoatisque iam nuptiis superveniens, extremae vilitatis veste sumpta, despicabili sedendi loco discubuit. Rogatus, quidnam afferret, medendi solertiam profitetur. Ad postremum, omnibus ebrietate madentibus, puellam intuens, mediis perstrepentis convivii gaudiis per summam femineae levitatis execrationem maximamque virtutum suarum gloriationem indignationis magni- p. 34. tudinem huiusmodi carmine[3] patefecit. . . . . . . Et cum dicto discubitu evolans, Henricum inter sacra mensae et amicorum complexus obtruncat sponsamque mediis abstractam pronubis, magna convivarum parte prostrata, secum navigio deportat. Igitur nuptiis in exequias versis, doceri Finni potuerunt, alienis amoribus manus inici non oportere. Hiis gestis, a rege Norvagiae Swibdagero, dum stupratae sororis iniuriam ac lacessitam filiae pudiciciam ulcisci conatur, opprimitur. Hoc prelium Saxonicis[w] insigne copiis fuit, quas ad auxilia Swibdagero ferenda non tam ipsius caritas quam Henricianae ultionis cupiditas provocabat. . . . . . .

f. X'. p. 50. Eodem tempore Tosto[x] quidam, obscuro Iutiae loco ortus, ferocitate clarus emersit. Plebe namque vario petulantiae genere lacessita, late crudelitatis famam extulit tantaque malignitatis opinione percrebuit, ut Facinorosi cognomine notaretur. Sed nec exterorum iniuriis abstinens, post fedam patriae vexationem etiam Saxoniam temptat. Cuius duce Syfrido, laborantibus prelio sociis, pacem petente, fore quod ab ipso poscebatur asseruit, dummodo sibi gerendi cum Hadingo[4] belli societatem polliceri voluisset. Refragantem illum conditionique parere metuentem acri minarum genere ad eam quam optabat promissionem perduxit. Fit enim, ut, quod blande non struitur, minaciter impetretur. . . . . . .

EX LIBRO II.

. . . .

f. XIIII. p. 74. Quae dum geruntur, adoriendae bello Fresiae Frothoni[5] consilium incidit, claritatem orientis devictione[y] quaesitam occidentis oculis infundere avido. Oceanum petenti prima adversum Vitthonem Fresorum piratam congressio fuit. In qua sociis primos hostium impetus solo clypeorum obiectu patienter excipere iussis, non ante missilibus utendum edixit, quam penitus hostilium[z] iaculorum imbrem exhaustum adverterent. Quae tanto a Fresis avidius emissa, quanto a Danis tolerabilius excepta, Vitthone Frothonis patientiam a pacis cupiditate profectam existimante: oritur ingens classicum, et immenso pila stridore dissultant. Cum nullum incautis iaculum superesset, Danorum telis obfusi vincuntur. Fuga littus amplexi, inter flexuosos fossarum ambitus obtruncantur. Rhenum deinde classe rimatus, extremis Germaniae partibus manus iniecit. Repetito oceano, Fresorum classem vadosis inflictam vorticibus adortus, caede naufragium cumulavit. . . . . . .

f. XV'. p. 80. Qui[6], diviso cum fratre[7] regno, maris possessionem sortitus[8], regem Sclaviae Scalcum maritimis

a) *in fragm. Andeg., quod ante pauca verba incipit, manu glossatoris I. superscr. et in marg. scr.:* vel qui cum virium stabilimentum (*corr. ex* stabimentum) a[nimi] m[aturitate] precurreret; vel qui cum etatis sta[bilimentum] clarissimis indolis experimentis; vel animi vigore, s[ed *absc.*] eciam fulgore suo finitimos occupavit. *Quae manu tertii glossatoris saec. XV. superscripta sunt non adnotavimus.* b) *sic fragm. And.;* Skioldus 1. *Krantz I*, 5. c) *sic fragm.; manu I. gloss. subterscr.:* vel spectator ob teneritatem esse poterat; *manu II. gloss. superscr.:* vel quorum vix spectator ob teneritudinem (aetatis *add. Kr.)* esse poterat, *et sic* 1. *Krantz. — In marg. fragmenti manu II. gloss. hoc loco quaedam addita sunt, quae in* 1 *et apud Kr. alio ordine et quibusdam additis infra post* ditione perdomuit *leguntur.* d) *manu II. gloss. in fragm. superscr.:* vel pirocinio *(sic!).* e) *sic fragm.;* Auildam 1; Abuldam *Kr.* f) *sic fr.;* S. r. f. *des.* 1. g) *II. gloss. superscr.:* vel gracia. h) *I. gloss. superscr.:* vel procabatur. i) Allim. *corr.* Allem. *fr.;* Alem. 1. k) *gloss. I. superscr.:* vel earundem nupciarum. l) Theutonum 1. m) excerc. *fr. semper.* n) Alleman mannorum *fr.* o) *I. gloss. superscr.:* vel tributo adegit; *eiusdem manu subterscr.:* vel tributaria pensione perdomuit, *et similiter* 1 *et Kr.:* tributaria ditione perdomuit; *in* 1 *sequuntur de quibus n. c. relatum est.* p) *sic fr., post* edid. *verbo eraso;* cuius amore conflixerat 1. *Kr., et eadem procul dubio in fragm. superscripta erant, anteposito* vel, *nam litterarum infimae partes adhuc videntur, reliquis abscisis.* q) *gloss. I. superscr.:* vel acri iam nup[ciarum] e[mulo] l[iberatus]; *gloss. II. subterscr.:* vel nup[ciarum] competitore sublato. r) gugne *corr.* pugne *fr.* s) *sic fr. And. et Kr.;* paulo post 1. t) *fr. And. in p.* 29 *(ed. Müller et Velschow) desinit.* u) Simblum *Kr. I*, 6. v) eumque 1; *corr. St.* w) *sic corr. St.;* Saxonis 1. x) Tosso *Kr. I*, 9. y) div. 1. z) hostium 1; *corr. St.*

1) Filius Dan. 2) Filii Skioldi. 3) Quod omisimus. 4) Rege, filio Gram. 5) Qui Hadingi filius dicitur. 6) Helgo, filius Haldani octavi regis, nepos Frothonis I. 7) Roe. 8) Sueno Agg. c. 1: *Qui cum universorum circumiacentium regnorum fines maritimos classe pyratica depopulatus suo subiugasset imperio, Rex maris est cognominatus.*

copiis lacessitum oppressit. Quam cum in provinciam redegisset, varios pelagi recessus vago navigationis genere perlustrabat. . . . . . Hundingum, Saxoniae regis Syrici[a] filium, apud Stadium oppidum[1] prelio vicit, eundemque ex provocatione adortus, duello prostravit. Ob quod Hundingi interemptor vocatus, victoriae decus cognomine usurpavit. Iutiae Saxonibus ereptae ius procurationemque Hescae, Eyr et Ler ducibus commisit. Apud Saxoniam ingenui ac liberti necem pari summa rependendam constituit, perinde ac liquido constare volens, quod cunctas Teutonum familias aequa servitus teneret, omniumque corrupta libertas parem conditionis ignominiam redoleret. . . . . .

p. 81.

EX LIBRO III.

. . . .

Høtherus[2] opum[3] adeptione laetatus, patriam repetit, paucis, sed insignibus spoliis felix. Quibus eum Gelderus Saxoniae rex potitum comperiens, milites in tam illustris predae raptum crebro concitabat hortatu. Paruit iuventus regi, properanter instruens classem. Quod previdens Gevarus[4] — quippe divinandi doctissimus erat industriaque presagiorum excultus —, vocato Høthero, iubet, congressuri secum Gelderi iacula patienter excipiat, non ante sua remissurus, quam hostem missilibus carere conspiciat. Ceterum rostratas admoveat falces, quibus navigia lacerari cassidesque et scuta militibus detrahi possint. Cuius consilio obsecutus Høtherus, salutarem eius exitum expertus est. Siquidem ad primos Gelderi impetus subsistere suos ac corpora scutis protegere iubet, presentis pugnae victoriam patientia capessendam testatus. At hostis, missilibus nulla ex parte cohibitis, iisdemque per summam pugnandi cupiditatem effusis, hoc avidius hastas ac spicula torquere cepit, quo Høtherum in hiis excipiendis patientius se gerere comperit. Quae partim scutis, partim navigiis infixa, rarum dedere vulnus, complura innoxia ac frustra videbantur excussa. Siquidem Høtheri milites regis imperium exequentes, receptam telorum vim conserta clypeorum testudine repellebant; nec rarus quidem eorum numerus erat, quae levi ictu umbonibus impacta, fluctibus incidebant. Quorum omnium copia vacuefactus Gelderus, dum eadem ab hostibus correpta alacrius in se retorqueri conspiceret, mali cacumen puniceo scuto complexus - indicium id pacis erat[5] —, saluti deditione consuluit. Quem Høtherus amicissimo vultu benignissimoque sermone exceptum, non minus humanitate quam arte perdomuit. . . . . .

f. XXII' p. 115. — p. 116.

Gelderum quoque Saxoniae regem eodem consumptum bello[6], remigum suorum cadaveribus superiectum ac rogo navigiis exstructo impositum, pulcherrimo funeris obsequio extulit. Cineres eius perinde ac regii corporis reliquias non solum insigni tumulo tradidit, verum etiam plenis venerationis exequiis decoravit. . . . . .

f. XXIII p. 119.

Igitur Curetes ac Sueones perinde ac Hotheri morte tributariae sortis onere liberati, Daniam, quam annuis vectigalium obsequiis amplecti solebant, armis aggredi animum induxerunt. Ea res Sclavis quoque defectionis audaciam ministravit aliosque complures ex obsequentibus hostes effecit. Cuius iniuriae propulsandae gratia Roricus[7] contractam in arma patriam, recensitis maiorum operibus, ad capessendam virtutem impenso hortationis genere concitabat. At barbari, ne bellum absque duce committerent, capite opus esse cernentes, creato sibi rege, ceteris miliciae viribus ostensis, obscuriore loco binos armatorum manipulos condunt. Nec Roricum insidiae fefellere. Qui cum classem suam vadosi cuiusdam gurgitis[b] arctis faucibus inhaerere conspiceret, harenis, quibus insidebat, abstractam profundo adegit, ne limosis inflicta paludibus diversa ab hostibus parte peteretur. Preterea latebras sociis interdiu captandas constituit, quibus insistentes, ex improviso navium suarum irruptoribus insultarent, fore posse prefatus, ut in auctorum caput propriae fraudis eventus recideret. Barbari vero, qui insidiis addicti fuerant, Danicae circumspectionis ignari, irruptione temere edita, omnes oppressi sunt. Reliqua Sclavorum manus, ignorata sociorum strage, super Rorici mora multa anceps admiratione pendebat. Quem inter aegras mentium fluctuationes diutule exspectatum, cum prestolatio in dies molestior fieret, classe tandem petendum ducebat. Erat autem inter eos vir corporis habitu insignis, officio magus, qui, prospectis Danorum turmis: 'Ut paucorum impendio', inquit, 'complurium pericula redimantur, publicam stragem privato discrimine precurrere liceat. Ego vero in hanc confligendi legem non deero, si cui vestrum mutuus decernendi mecum ausus incesserit. Inprimis autem pretaxata a me conditione utendum postulo, cuius talem sane formulam texui: Si vicero, vectigalium nobis concedatur immunitas; si vincar, pristina vobis tributa solvantur. Aut enim hodie patriam servitutis iugo victor exuam, aut victus involvam. In utramque fortunam predem me vademque recipite'. Quod audiens Danorum quidam, animi quam corporis viribus robustior, percunctari Roricum cepit, quid ei premii foret, qui pugna provocantem exciperet. At Roricus cum senas forte armillas haberet ita mutuis nexibus involutas, ut ab invicem sequestrari nequirent, nodorum inextricabiliter serie cohaerente, easdem certamen audenti in premium pollicetur. At iuvenis parum fortunae certus: 'Si', inquit, 'Rorice, rem prospere gessero, tua vincentis mercedem liberalitas aestimet, tu palmam arbiter metiaris; sin propositum michi parum ex sententia cesserit, quid victo premii debes, quem aut saeva mors aut ignominia gravis involvet? Has imbecillitas habere comites

f. XXVI p. 132. — p. 133.

a) Syctrici *corr. Petersen.* b) gurgutis 1.

1) Ex nomine locorum in carmine Eddico occurrentium Hringstad et Hringstaud Saxonem haec sumpsisse, coniecit Müller, Not. uber. p. 87. 2) Frater Athisli Suetiae regis, qui Rolvoni Krage, Helgonis filio, Daniae regnum eripuit, eiusque successor. 3) Gladii, quem Mimringus satyrus possederat. 4) Regis tutor. 5) Cf. Ann. Fuld. 882. de Nordmannis et alia quae Müller, Not. p. 111. recenset exempla, scuti elevatione indicari, arma esse deposita et pacem rogari. 6) Bello contra Balderum gesto. 7) Rex, Hotheri filius.

consuevit, haec superatorum stipendia sunt, quos quid nisi extremum dedecus manet? Quaenam solvenda merces? Quae gratia referenda, cui fortitudinis precium abest[a]? Quis impotentem Martis hedera redimivit, premiis victricibus decoravit? Virtuti, non ignaviae palma tribuitur; gloria infelicitas caret. Illam quippe triumphus laudis, hanc aut finis iners aut vita deformis insequitur. Ego vero, qui, quorsum duelli fortuna vergat, ambigo, premium audacter expetere non presumo, quod an iure michi debeatur, ignoro. Neque enim incerto victoriae certum victoris premium occupare conceditur. Supersedeo tropei[b] dubius coronae constanter meritum flagitare. Recuso lucrum, quod michi mortis aeque ac vitae stipendium esse poterit. Stoliditatis est immaturo fructui manus inicere eumque decerpere velle, quem p. 134 necdum quis satis sibi debitum noverit. Haec manus aut palmam michi prestabit aut finem'. Haec fatus, gladio barbarum ferit, fortuna minus quam ingenio promptus. Ab eo siquidem repercussus, primi ictus magnitudine exanimatus est. Quo triste Danis spectaculum dante, victorem socium Sclavi ingenti donatum pompa magnificis excepere tripudiis. Idem die postera, sive recentis victoriae successu elatus, sive alterius adipiscendae cupidine accensus, hostes comminus aditos pristinae provocationis verbis lacessere instituit. Fortissimum namque Danorum a se prostratum ratus, nemini illorum secum ulterius provocatione dimicandi spiritum superesse credebat. Unius quoque pugilis occasu totius se exercitus vires labefactasse confisus, nichil, ad quod posteriores sui conatus intenderent, executione difficile arbitrabatur. Nichil enim successu magis insolentiam nutrit, nec ullum prosperitate efficacius superbiae incitamentum est. Dolebat itaque Roricus unius viri petulantia publicam labefactari virtutem, illustresque victoriis Danos non modo a quondam victis insolenter excipi, verum etiam ignominiose contempni, preterea neminem ita animo promptum aut manu strennuum in tanto militum numero reperiri, cui salutem suam pro patria devovendi cupido suppeteret. Tam probrosam Danicae cunctationis infamiam prima Ubbonis magnanimitas repulit. Prestabat etenim corpore, incantandi artibus pollens. Huic quoque de industria certaminis premium perquirenti rex armillas spopondit. Tum ille: 'Quam', inquit, 'promisso fidem deferam, cum ipse pignus in manibus habeas nec sub aliena manus custodia deponas? Presto sit, cui pignoris depositum credas, ne promissum retractandi fas sit. Accendit enim pugilum animos irrevocabilis premii certitudo'. Quod eum profecto per ludibrium dixisse constabat, quem in propulsandam patriae contumeliam sola virtus armaverat. Quem Roricus auri cupidine captum ratus, ne preter regiam consuetudinem revocaturus donum aut promissum rescissurus videretur, ut erat in navigio collocatus, armillas ingenti excussas iactu petitori porrigere statuit. Sed conatum eius fefellit interstitii magnitudo. Armillae enim languido ac parum vegeto motu citra destinatum locum collapsae, fluctibus interceptae sunt; unde p. 135. Rorico Slyngebond inolevit agnomen. Quae res Ubboni magno virtutis indicio fuit. Neque enim eum obrutae mercedis dampnum audaci mentis proposito exuit, ne virtutem avariciae stipendiis obnoxiam fecisse videretur. Igitur avide petito certamine, se potius honestati intentum quam quaestui deditum, pecuniae cupiditati fortitudinem pretulisse monstrabat, fiduciam sui non in precio, sed magnanimitate repositam ostensurus. Nec mora, circulatur[c] campus, milite circus stipatur; concurrunt pugiles; fit fragor; fremit spectatrix turba, votorum suffragiis discors. Excandescunt igitur athletae animis, et mutuis in vulneribus ruentes, eundem lucis ac pugnae exitum sortiuntur. Credo procurante fortuna, ne alter alterius exitio gloriam voluptatemque perciperet. Quae res Rorico rebellium animos conciliavit tributaque restituit. . . . . . .

EX LIBRO IV.

. . . .

f. XXXII'. p. 161. Cui[1] filius Wermundus succedit. Hic, prolixis tranquillitatis ociis felicissima temporum quiete decursis, diutinam[d] domesticae pacis constantiam inconcussa rerum securitate tractabat. Idem prolis expers iuventam exegit, senior vero filium Uffonem sero fortunae munere suscitavit, cum nullam ei sobolem p. 162 elapsa tot annorum curricula peperissent. Hic[2] Uffo coaevos quosque corporis habitu supergressus, adeo hebetis ineptique animi principio iuventae existimatus est, ut privatis ac publicis rebus inutilis f. XXXIII. videretur. Siquidem ab ineunte aetate numquam lusus aut ioci consuetudinem prebuit, adeoque humanae delectationis vacuus fuit, ut labiorum continentiam iugi silentio premeret et severitatem oris a ridendi prorsus officio temperaret. Verum ut incunabula stoliditatis opinione referta habuit, ita postmodum conditionis contemptum claritate mutavit; et quantum inertiae spectaculum fuit, tantum prudentiae et fortitudinis exemplum evasit. Cuius pater socordiam[e] contemplatus, filiam ei Slesvicensium prefecti Frowini in matrimonium adciscit, illustrissimi viri affinitate utilissimum gerendi regni subsidium recepturo. Huic erant filii Keto et Wigo, splendidissimae indolis iuvenes, quorum Wermundus non minus quam Frowini virtutem futuris filii profectibus deputabat.

Ea tempestate regnabat apud Suetiam Athislus, vir fama studioque conspicuus. Qui cum finitimos late bello pressisset, ne partum virtutibus fulgorem ocio desidiaeque corrumpendum relinqueret, complura novarum rerum officia sedulo frequentationis studio celebranda curavit. Inter quae etiam insigni armatura succinctus, cotidianam solitarii incessus consuetudinem prebuit, tum quod in re militari nichil crebro armorum usu prestantius nosset, tum ut huius agitatione studii claritatis incrementa contraheret; in quo non minus sibi fiducia quam laudis cupido vendicavit. Tantam quippe nullius rei violentiam

a) adest 1; *corr. St.* b) tropheo 1; trophaei *St.* c) circuatur 1; *corr. Steph. ex loco Marciani Capellae lib. VIII.* d) diutina 1. e) sorcordiam 1.

1) Vigleto, qui Rorici successor dicitur. 2) Cf. Suen. Agg. c. 2, supra p. 29 sq.

existimabat, ut eius obiectu mentis suae robur quassandum timeret. Qui cum, traiectis[a] in Daniam armis, Frowinum apud Slesvicum acie provocasset, magnisque invicem caedibus copiae funderentur, accidit ipsos agminum duces ita inter se ferro concurrere, ut rem duelli more prosequerentur et preter publicam belli sortem privati conflictus specie decertarent. Hunc enim congressionis eventum par amborum expetebat affectus, ut virtutem non partium ope, sed propria virium experientia testarentur. Quo evenit, ut, crebrescentibus utrimque plagis, Athislus armis superior, prostrato Frowino, privatae victoriae publicam iungeret passimque divulsa Danorum agmina profligaret. Inde Suetiam reversus, Frowini necem non solum virtutum suarum imaginibus adscripsit, verum etiam impensiore verborum iactantia prosequi consuevit, gloriam facti vocis petulantia demolitus. Aliquando enim speciosius virtutes silentii verecundia teguntur quam sermonis petulantia publicantur.

Frowini filios Wermundus paternae dignitatis honoribus evehit, extincti pro patria amici liberos iusto admodum beneficio prosecutus. Quae res Athislo referendi in Daniam belli monitum prebuit. Rediit itaque superioris pugnae fiducia concitatus, non modo tenues angustasque copias, verum omne virtutis Suethicae[b] robur advectans, perinde ac totius Daniae imperium rapturus. Quod Frowini filius Keto per primipilum suum Folconem nomine Wermundo, tunc forte villam Ialungam[1] tenenti, nunciandum curavit. Qui regem cum amicis epulantem reperiens, mandatum adhortatione prosecutus, adesse belli facultatem diutule postulatam, et ultro se Wermundi votis ingerere dixit, cum et prompta vincendi prestetur occasio, et maturus triumphi titulus optionis eius arbitrio tribuatur. Magnam itaque et inopinam felicitatis dulcedinem esse, quam ei longis affectatam suspiriis presentis eventus auspicia largiantur. Venisse siquidem Athislum innumeris Sueonum copiis succinctum, perinde ac victoriae certitudinem indubitata animi presumptione complexum. Cumque preliaturum hostem fatum fugae anteferre dubium non sit, felicem recentis vulneris ultionem oblata belli facultate prestari. Quem Wermundus preclare ac fortiter legationis partes executum testatus, paulisper epulis refici iubet, quod itinera ieiunis[c] officere soleant. Qui cum nequaquam sibi capiendi cibi ocium suppetere dixisset, potione sitim lenire deposcitur. Quo prebito, poculum quoque — nam aureum erat — adservare iubetur, affirmante Wermundo, commeandi calore defessis commodius cratere quam palma lympham excipi, meliusque bibendi usum ciphi[d] quam manus subsidio celebrari. Quo tam benivolis verbis muneris magnitudinem prosequente, delectatus utroque iuvenis, se prius ad perceptae potionis mensuram proprii cruoris haustu usurum quam regis conspectibus terga admoturum promittit. Tam fortem eius promissionem Wermundus mercedis nomine veneratus, aliquanto plus voluptatis ex dato beneficio quam miles ex accepto percepit. Nec animosius locutum eum quam preliatum expertus est.

Commisso namque bello contigit, ut inter varios turmarum procursus concurrentibus Folcone et Athislo manumque diutule[e] conserentibus, Sueonum exercitus ducis sui eventum secutus, fugam ingrederetur, Athislus quoque saucius ad naves ex acie convolaret. Cumque Folco vulneribus ac labore hebetatus, sed et aestu et labore pariter sitique perfusus, fugam insequi destitisset hostilem, recreandi corporis gratia proprium casside cruorem excepit hauriendumque ori prebuit. Quo facto receptum a rege craterem[f] speciosissime pensavit. Quod videns forte Wermundus, impensius eum peractae promissionis laudavit. Cui Folco speciosa vota ad debitum finem perducenda respondit. Qua voce non minorem facti sui commendationem quam Wermundus exhibuit. Cumque victores, ut post prelium fit, depositis armis ac quiescentes, variis invicem sermonibus uterentur, Slesvicensium prefectus Keto, magnae sibi admirationis[g] esse predicavit, qualiter Athislus, crebris obstantibus causis, elapsionis copiam impetraverit, presertim cum is ante omnes bella gesserit primus, fuga vero postremus incesserit, nec alius quispiàm ex hostibus fuerit, cuius tantis Danorum studiis affectaretur occasus. Ad haec Wermundus. . . . . . .

Post haec Athislus Suetiam refugus petit, Frowini caedem petulantius iactans ac facinoris huius memoriam verboso laudum suarum relatu incessanter ostentans, non quod receptae cladis ruborem aequo animo ferret, sed ut recentis fugae vulnus antiquae victoriae titulis recrearet. Cuius rei Keto et Wigo, ut par erat, indignatione permoti, in paternae ultionis vota coniurant. Quam se parum bello exequi posse credentes, sumpto levioris armaturae paratu, Suetiam solitarii petunt, ingressique nemus, in quo regem absque comite versari solitum fama cognoverant, tela latebris mandant. Inde cum Athislo profugorum nomine diutule conversati, cum ab eo, quam patriam haberent, interrogarentur, Slesvicenses se esse patriamque caedis causa liquisse testantur. Quod rex eos non de patrandi facinoris voto, sed de patrati noxa astruxisse credebat. Ea quippe fraude percunctantis studium eludere cupiebant, ut relationis certitudo cassum quaerenti pareret intellectum, et responsionis veritas tacitis adumbrata figmentis opinionem incuteret falsitatis. Plurimum quippe deformitatis olim ab illustribus viris in mendacio reponebatur. Tum Athislus scire sibi libitum dixit, quis Danorum opinione Frowini interfector credatur. Ad haec Keto, dubitari, inquit, cui tanti facinoris claritatem arrogari conveniat, presertim cum eum publica auctoritas acie extinctum perhibeat. Respondit Athislus, frustra aliis Frowini necem adscribi, quam ipse dumtaxat alterna manus consertione peregerit. Mox, an ulla Frowino soboles superesset, perquirit. Ketone deinde duos eius filios exstare dicente, aetatis eorum ac staturae habitum perquam libenter se cognoscere dixit. Refert Keto hos sibi corpore propemodum aequales esse, aetate

a) traiectus 1; *corr. St. inter errata typogr.* b) *sic* (Suethicum) *fr. And.*; Sueticae 1. c) *sic St.*; ieiuniis 1. d) *i. e.* scyphi, *ut St. scripsit.* e) diutile 1. f) cruorem 1; *emend. St.* g) admirationi *corr. St.*

1) Jellinge, pagus unum milliarium cum semisse ab urbe Veyle distans. M.

pares, proceritate persimiles. Tunc Athislus: 'Si mens', inquit, 'illis ac virtus paterna constaret, acerba michi tempestas ingrueret'. Interrogante deinde eo, an crebram paternae necis mentionem haberent, Keto, quicquid remedio temperari non possit, supervacue verbis replicari subiunxit, nichil prodesse testatus inexpiabile malum assiduis iterare molestiis. Quo dicto documentum dedit ultionem minis precurri non oportere. Cumque regem acuendi roboris gratia cotidie solitariae digressionis officio 5 utentem videret, receptis armis, cum fratre previum eius consectatur incessum. Quibus Athislus visis harenam pressit, quod imminentes vitare deforme existimaret. Illis deinde se perempti ab eo Frowini p.168. penas sumpturos dicentibus, presertim cum plurimo iactantiae fastu se solum necis eius fateatur auctorem, cavendum eis, inquit, ne, dum ultionis effectum appetant, infirmas et inopes virium manus stulta secum audacia conserant, dumque alienum affectent exitium, proprium experiantur occasum, optimae 10 indolis habitum prepropera laudis cupidine consumpturi. Quam ob rem parcant iuventae, parcant et indoli, nec temere votum eis incesserit pereundi. Itaque paternae cladis iniuriam pecunia a se rependi permittant, ingentisque gloriae loco habeant, quod tantum principem mulctae nomine choercuisse et veluti quodam terroris imperio concussisse credantur. Haec vero se non timore percitum, sed adolescentiae eorum miseratione motum docere. A quo Keto frustra tempus tanta verborum ambage deduci pre- 15 fatus, quod tam iustae ultionis affectum pecuniae promissione labefactare conetur, progredi illum iubet et, si quid sibi virium sit, solitario secum experiri congressu; nam et se, remoto fratris adminiculo, propriis acturum viribus, ne manu impari pugna conseri videretur infamis. Duos siquidem cum uno decernere ut iniquum, ita etiam probrosum apud veteres credebatur. Sed neque victoria hoc pugnae genere parta laudabilior habita, quod potius dedecori quam gloriae iuncta videretur. Quippe unum a 20 duobus opprimi, ut nullius negocii, ita maximi ruboris loco ducebatur. Tanta autem Athislum fiducia ceperat, ut ambos ad se pariter incessendum hortaretur, prefatus se tutioris pugnae potestatem factu- p.169 rum, quibus pugnandi votum detrahere nequeat. Quam indulgentiam Keto ita aversatus est, ut prius se fato quam ea usurum testaretur, oblatam certaminis conditionem vicio sibi vertendam existimans. Quem Athislus manum secum cupidius conserentem modesto pugnae genere excipere cupiens, clypeum eius 25 dumtaxat adacto levius mucrone converberat, animosior salutis suae quam efficacior defensor. Quo diutule gesto, monet, uti fratrem cepti consortem adciscat nec alienae manus opem exposcere erubescat, cum solitariam sui conatus experientiam sine effectu esse videat. Abnuenti parcendum negat, minasque opere prosecutus, summis eum viribus temptat. A quo tam valido ferri ictu exceptus est, ut ipsum, diffissa casside, capiti illabi cogeretur. Quo vulnere irritatus — nam multus e vertice cruor profunde- 30 batur —, Ketonem crebris ac vegetis ictibus petitum, genibus humum petere coegit. Quod Wigo intueri non passus, propior privatae caritati quam publicae consuetudini, ruborem pietati cedere coegit, invasoque Athislo, fraternae imbecillitatis protector quam spectator esse maluit. Quo facto plus obprobrii quam laudis contraxit, quod in iuvando fratre statutas duelli leges solvisset eidemque utilius quam honestius opem tulisse videretur. Siquidem ex altera lance dedecoris, ex altera pietatis partibus indulsit. 35 Itaque promptius quam speciosius Athisli caedes ab ipsis peracta noscebatur. Quae ne vulgo clam esset, corpus eius, abscisso capite, equo impensum, extra nemus ferentes, propinquioris pagi incolis tradunt, Frowini filios paternae necis ultionem ab Athislo Sueonum rege exegisse testantes. Talem pre se victoriam ferentes, primis a Wermundo honoribus excipiuntur, utilissimum ab eis opus editum iudicante sublatique aemuli gloriam quam admissi obprobrii famam cupidius intuente nec tyranni necem ullis 40 ignominiae partibus affinem censente[1]. In proverbium apud exteros ductum, quod priscum dimicandi ius regius labefactasset interitus[2].

p 170. Cumque Wermundus aetatis vicio oculis orbaretur, Saxoniae rex Daniam duce vacuam ratus, eique[a] per legatos mandat, regnum, quod preter aetatis debitum teneat, sibi procurandum committat, ne nimis longa imperii aviditate patria[b] legibus armisque deficiat. Qualiter enim regem censeri posse, cui senectus 45 animum, caecitas oculum pari caliginis horrore fuscaverit? Quod si abnuat filiumque habeat, qui cum suo ex provocatione confligere audeat, victorem regno potiri permittat. Si neutrum probet, armis secum, non monitis agendum cognoscat, ut tandem invitus prebeat, quod ultroneus exhibere contempnat. Ad haec Wermundus, altioribus suspiriis fractus, impudentius se aetatis exprobratione lacerari respondit, quem non ideo huc infelicitatis senectus provexerit, quod pugnae parcus timidius iuventam exegerit. 50 Nec aptius sibi caecitatis vicium obiectari, quod plerumque[c] talem aetatis habitum talis iactura consequi soleat, potiusque condolendum calamitati quam insultandum videatur. Iustius autem Saxoniae regi impatientiae notam afferri posse, quem potius senis fatum operiri quam imperium poscere decuisset, quod aliquanto prestet defuncto succedere quam vivum spoliare. Se tamen, ne tanquam delirus priscae libertatis titulos externo videatur mancipare dominio, propria manu provocationi pariturum. Ad haec 55 legati scire se inquiunt regem suum conserendae cum caeco manus ludibrium perhorrere, quod tam

a) ei *corr. St.* b) patriam 1; *quare St. corr.* l. a. destituat. c) plaerunque 1.

1) Sueno Agg. c. 1. breviter narrat, Uffi ad tricesimum usque aetatis annum loqui noluisse *propter enormitatem opprobrii, quod tunc temporis Danis ingruerat, eo quod in ultionem patris duo Dani in Sueciam profecti, patricidam suum una interemerunt. Nam et tunc temporis ignominiosum extitit improperium, si solum duo iugularent, praesertim cum soli strenuitati tunc superstitiosa gentilitas operam satagebat impendere.* 2) Illud me 60 iudice nunquam fuit in usu, neque apud nostrates neque inter exteros, sed cerebro narratoris tantummodo debetur. M.

ridiculum decernendi genus rubori quam honestati propinquius habeatur. Aptius vero per utriusque pignus et sanguinem amborum negocio consuli. Ad haec obstupefactis animo Danis subitaque responsi ignorantia perculsis, Uffo, qui forte cum ceteris aderat, responsionis a patre licentiam flagitabat, subito- [f. xxxv.] que velut ex muto vocalis evasit. Cumque Wermundus, quisnam talem a se loquendi copiam postularet, inquireret, ministrique eum ab Uffone rogari dixissent, satis esse perhibuit, ut infelicitatis suae vulneribus alienorum fastus illuderet, ne etiam a domesticis simili insultationis petulantia vexaretur. Sed satellitibus Uffonem hunc esse pertinaci affirmatione testantibus: 'Liberum ei sit', inquit, 'quisquis est, [p.171.] cogitata profari'. Tum Uffo frustra ab eorum rege regnum appeti inquit, quod tam proprii rectoris officio quam fortissimorum procerum armis industriaque niteretur. Preterea nec regi filium nec regno successorem deesse, sciantque se non solum regis eorum filium, sed etiam, quemcunque ex gentis suae fortissimis secum adciverit[a], simul pugna aggredi constituisse. Quo audito, legati risere, vanam dicti animositatem existimantes. Nec mora, condicitur pugnae locus, eidemque stata temporis meta prefigitur. Tantum autem stuporis Uffo loquendi ac provocandi novitate presentibus iniecit, ut, utrum voci eius an fiduciae plus admirationis tributum sit, incertum exstiterit. Abeuntibus autem legatis, Wermundus, responsionis auctore laudato, quod virtutis fiduciam non in unius, sed duorum provocatione statuerit, potius se ei, quicunque sit, quam superbo hosti regno cessurum perhibuit. Universis autem filium eius esse testantibus, qui legatorum fastum fiduciae sublimitate contempserit, propius eum accedere iubet, quod oculis nequeat, manibus experturus. Corpore deinde eius curiosius contrectato, cum ex artuum granditate lineamentisque filium esse cognosset, fidem assertoribus habere cepit percontarique eum, cur suavissimum vocis habitum summo dissimulationis studio tegendum curaverit tantoque aetatis spacio sine voce et cunctis loquendi commerciis degere sustinuerit, ut se linguae prorsus officio defectum nativaeque taciturnitatis vicio obsitum credi permitteret. Qui respondit, se paterna hactenus defensione contentum, non prius vocis officio opus habuisse, quam domesticam prudentiam externa loquacitate pressam animadverteret. Rogatus item ab eo, cur duos quam unum provocare maluit: hunc iccirco dimicationis modum a se exoptatum respondit, ut Athisli regis oppressio, quae, quod a duobus gesta fuerat, Danis opprobrio exstabat, unius facinore pensaretur, novumque virtutis specimen prisca ruboris monumenta convelleret. Ita antiquae crimen infamiae recentis famae litura respergendum dicebat. Quem [p.172] Wermundus iustam omnium aestimationem fecisse testatus, armorum usum, quod eis parum assuevisset, prediscere iubet. Quibus Uffo oblatis magnitudine pectoris angustos loricarum nexus explicuit, nec erat ullam reperire, quae eum iusto capacitatis spacio contineret. Maiore siquidem corpore erat, quam ut alienis armis uti posset. Ad ultimum, cum paternam quoque loricam violenta corporis astrictione dissolveret, Wermundus eam a laevo latere[b] dissecari fibulaque sarciri precepit, partem, quae clypei presidio muniatur, ferro patere parvi existimans. Sed et gladium, quo tuto uti possit, summa ab eo cura concissi[c] iussit. Oblatis compluribus, Uffo manu capulum stringens, frustatim[d] singulos agitando comminuit, nec erat quisquam ex eis tanti rigoris gladius, quem non ad primae concussionis motum crebra partium fractione dissolveret. Erat autem regi inusitati acuminis gladius skrep dictus, qui quodlibet obstaculi genus uno ferientis ictu medium penetrando diffinderet, nec adeo quicquam predurum foret, ut adactam eius aciem remorari potuisset. Quem ne posteris fruendum relinqueret, per summam alienae commoditatis invidiam in profunda defoderat[e], utilitatem ferri, quod filii incrementis diffideret, ceteris negaturus. Interrogatus autem, an dignum Uffonis robore ferrum haberet, habere se dixit. Quod si pridem a se terrae traditum, recognito locorum habitu, reperire potuisset, aptum corporis eius viribus exhiberet. In campum deinde perduci se iubens, cum, interrogatis per omnia comitibus, defossionis locum acceptis signorum indiciis comperisset, extractum cavo gladium filio porrigit. Quem Uffo nimia vetustate fragilem exesumque conspiciens, feriendi diffidentia percontatur, an hunc quoque priorum exemplo probare debeat, prius habitum eius, quam rem ferro geri oporteat, explorandum testatus. Refert Wermundus, si presens ferrum ab ipso ventilando collideretur, non superesse, quod virium eius habitui responderet. Abstinendum itaque facto, cuius in dubio exitus maneat.

Igitur ex pacto pugnae locus expetitur. Hunc fluvius Eidorus ita aquarum ambitu vallat, ut, earum [p.173.] interstitio repugnante, navigii dumtaxat aditus pateat. Quem Uffone sine comite petente, Saxoniae regis filium insignis viribus athleta consequitur, crebris utrimque turbis alternos riparum anfractus spectandi aviditate complentibus. Cunctis igitur huic spectaculo oculos inserentibus[f], Wermundus in extrema pontis parte se collocat, si filium vinci contigisset, flumine periturus. Maluit enim sanguinis sui ruinam comitari quam patriae interitum plenis doloris sensibus intueri. Verum Uffo, geminis iuvenum congressibus lacessitus, gladii diffidentia amborum ictus umbone vitabat, patientius experiri constituens, quem e duobus attentius cavere debuisset, ut hunc saltem uno ferri impulsu contingeret. Quem Wermundus imbecillitatis vicio tantam recipiendorum ictuum patientiam prestare existimans, paulatim in occiduam pontis oram mortis cupiditate se protrahit, si de filio actum foret, fatum precipicio petiturus. Tanta sanguinis caritate flagrantem senem fortuna protexit. Uffo siquidem filium regis ad secum avidius decernendum hortatus, claritatem generis ab ipso conspicuo fortitudinis opere aequari iubet, ne rege ortum plebeius comes virtute prestare videatur. Athletam deinde explorandae eius fortitudinis gratia, ne domini sui terga timidius subsequeretur, admonitum, fiduciam a regis filio in se repositam egregiis dimicationis operibus pensare precepit, cuius delectu unicus pugnae comes adcitus[a] fuerit. Obtemperantem illum pro-

a) *sic* (*pro* adsciv.) *semper fr. Andeg., Lassenii, Kall-Rasm., aliis locis etiam* 1. b) latera 1; *corr. St.* c) *ita* 1 *pro* conscisci, *quod St. restituit.* d) frustratim *falso St.* e) defodera 1. f) *sic recte corr. St., qua locutione Val. Max. usus est; cf. infra p.* 55, *l.* 26; infer. 1. *H.-E.*

piusque congredi rubore compulsum primo ferri ictu medium dissecat. Quo sono recreatus Wermundus, filii ferrum audire se dixit, rogatque, cui potissimum parti ictum inflixerit. Referentibus deinde ministris eum non unam corporis partem, sed totam hominis transegisse compagem, abstractum precipicio corpus ponti restituit, eodem studio lucem expetens, quo fatum optaverat. Tum Uffo reliquum hostem prioris exemplo consumere cupiens, regis filium ad ultionem interfecti pro se satellitis manibus p.174. parentationis loco erogandam impensioribus verbis sollicitat. Quem propius accedere sua adhortatione coactum, infligendi ictus loco curiosius denotato, gladioque, quod tenuem eius laminam suis imparem viribus formidaret, in aciem alteram verso, penetrabili corporis sectione transverberat. Quo audito, Wermundus skrep gladii sonum secundo suis auribus incessisse perhibuit. Affirmantibus deinde arbitris utrumque hostem ab eius filio consumptum, nimietate gaudii vultum fletu solvit; ita genas, quas dolor madidare non poterat, laeticia rigavit. Saxonibus igitur pudore mestis pugilumque funus summa cum ruboris acerbitate ducentibus, Uffonem Dani iocundis excepere tripudiis. Quievit tum Athislanae caedis infamia Saxonumque obprobriis expiravit.

Ita Saxoniae regnum ad Danos translatum post patrem Uffo regendum suscepit, utriusque imperii procurator effectus, qui ne unum quidem rite moderaturus credebatur. Hic a compluribus Olavus est dictus atque ob animi moderationem Mansueti cognomine donatus. Cuius sequentes actus vetustatis vicio solemnem fefellere noticiam. Sed credi potest gloriosos eorum processus[a] exstitisse, quorum tam plena laudis principia fuerint[b]. Tam brevi factorum eius prosecutione animadverto, quot[c] illustrium gentis nostrae virorum splendorem scriptorum penuria laudi memoriaeque subtraxerit. Quodsi patriam hanc fortuna Latino quondam sermone donasset, innumera Danicorum operum volumina tererentur[d]. . . . . . .

f XXXVI. p 177. Post hunc Dan[1] regnum capessit. Qui cum duodecimum aetatis annum ageret, legationum petulantia fatigatur, Saxonibus bellum aut tributum afferre iussus. Sed rubor pugnam pensioni anteposuit, potius ad strenuue moriendum quam timide vivendum impellens. Itaque prelata pugnandi sorte, Danorum iuventus Albyam fluvium tanta navigiorum frequentia complevit, ut facile eius transitum perinde ac continuo ponte iuncta puppium tabulata prestarent. Quo evenit, ut Saxoniae rex eadem[e], quam a Danis exigebat, conditione adigeretur. . . . . . .

EX LIBRO V.

. . . .

f XLV. p 223 Post haec[2] Sclavorum mandatur irruptio. Ad quam choercendam Ericus[3] cum octo navigiis destinatur. Quippe Frotho rudis adhuc rei bellicae videbatur[4]. Ericus igitur, ne virilem umquam operam detractaret[f], susceptum gratulanter officium fortiter exequendum curavit. Qui cum piratas septenis navibus esse cognosceret, una tantum e suis advectus, reliquas ligneis propugnaculis cingi tonsisque arborum ramalibus obduci iubet. Deinde cum hosticae classis numerum plenius speculaturus procederet, insequentibus se Sclavis, ocius ad suos refugere cepit. At hostes, ut insidiarum ignari, ita fugientem comprehendere avidi, crebro incunctantique fluctus remigio concussere. Naves enim Erici liquido cognosci non poterant, frondentis silvae speciem preferentes. Qui cum angustioris se maris flexui tradidissent, subito Erici classe conclusos vident. Sed primum inusitata facie stupidi, navigio nemus agi putabant, deinde fraudem foliis subesse cognoscunt. Seram ergo incuriae penitentiam agentes, habitam incautius navigationem remetiri temptabant. Sed dum puppes obvertere parant, ab hoste eas insiliri conspiciunt. Ericus vero, subducto in littus navigio, funda procul in hostes saxa torquebat. Igitur Sclavorum caesi plerique[g], quadraginta capti fuere; qui postea vinculis ac fame choerciti, inter varias cruciatus angustias spiritum deposuerunt. Interea Frotho traiciendae in Sclaviam expeditionis gratia tam e Danis quam ex finitimis ingentem adciverat classem. Huius minima ratis exstabat, quae bissenos veheret nauticos totidemque remigiis agi posset. Post haec Ericus, sociis patientius prestolari iussis, actae iam cladis famam Frothoni perlaturus occurrit. Cumque navigando puppim forte piraticam vadosis ac minus altis gurgitibus inflictam haerere conspiceret, quod res fortuitas dictorum gravitate prosequi solitus erat: 'Obscura p 224. est', inquit, 'ignobilium sors, fortunaque vilium sordida'. Deinde nave propius applicata, piratas proprium contis navigium expedire connisos ac circa eius servationem impensius occupatos oppressit. Quo peracto, cum ad regiam classem redisset, Frothonem nuncia victoriae salutatione reficere cupiens, salvum fore florentissimae pacis auctorem iubet. Rex verum eius dictum fieri precatus, augurem esse sapientis animum affirmabat. Ericus vera a se dici parvulaque victoria maioris omen afferri respondit, exiguis sepe rebus magnarum presagia captari testatus. Regem deinde manum spargere hortatus, Iutiae equitatum terreno proficisci itinere iubet, reliqua exercitus parte marinum ineunte compendium. Tanta autem navigiorum frequentia mare compleverat, ut nec receptui portus, nec castris littora, aut f XLVI commeatibus impensae suppeterent. Terrestris autem acies tanta fuisse fertur, ut compendii gratia complanasse montes, meabiles effecisse paludes, lacunas aggeribus exaequasse vastissimasque voragines in-

a) progressus *Krantz I*, 22. b) fuerunt *Kr.* c) quod *St.* d) tener. *Kr.* e) eidem — conditioni *corr. St.* f) detrectaret *corr. St.* g) plaerique 1 *saepe.*

1) Tertius huius nominis secundum ordinem a Saxone propositum. Uffoni successit Dan II, huic Huglethus, tunc Frotho II. cognomento Vegetus. Islandicos nonnisi unum Dan agnoscere, monet Müller; neque hunc verae historiae vindicare licet. 2) Sub Frothone III. rege, qui post Fridlevum, Dani III. successorem, regnasse dicitur. 3) Filius Regneri pugilis, cuius res gestas Saxo fusius retulit. 4) Septennis successerat.

iectis molibus explesse dicatur. Interea Strunico Sclavorum rege belli inducias per legatos petente, Frotho tempus apparatui negat, affirmans hostem induciis instrui non oportere. Preterea hactenus se bellicorum operum expertem vixisse, nec debere eorum initia ancipiti rerum expectatione suspendere; quod, quisquis primam feliciter miliciam gesserit, consimilem de cetero fortunam sperare possit. Tale enim quemque omen habiturum pugnae, quale congressionum principia dederint, cum initiales bellorum successus sequentibus augurio fore soleant. Ericus responsi prudentiam laudat, affirmans ita ludum foris agi oportere, prout domi fuerit inchoatus, Danos a Sclavis provocatos esse significans. Quod dictum acerrimo prelio prosecutus, Strunico cum gentis suae fortissimis interfecto, residuos in fidem (p. 225.) accepit. Tum Frotho convocatis Sclavis per preconem edixit, ut, si qui inter eos rapinae aut furto assuevissent, ocius exhiberentur, promittens se talium mores primis honoribus donaturum. Iussit etiam, ut, quicunque malarum artium studiis calluissent, premia recepturi prodirent. Grata Sclavis promissio fuit. Cuius spem quidam cupidius quam consideratius secuti, prius prodidere se ipsos, quam alieno possent indicio declarari. Quos tanta lucri cupiditas fefellit, ut, ruborem quaestui postponentes, crimen pro gloria ducerent. Quibus sponte exhibitis: 'Hac[a]', inquit, 'Sclavi, vos ipsos patriam peste vacuefacere convenit'. Continuoque eos a lictoribus abripi iussos, in altissimas cruces civium manu subfigendos curavit. Plures a paucioribus punitos crederes. Ita callidi ingenii rex, dum veniam, quam victis hostibus tribuit, crimen confessis negavit, totam pene Sclavicae gentis stirpem consumpsit. Sic indebiti premii cupiditatem debita consecuta est pena, iustoque supplicio indignae mercedis aviditas adacta est. Crediderim iure exitio traditos, qui cum taciturnitatis munimento salutem servare potuissent, voce periculum adciverunt. . . . . . .

(f. XLVI. p. 231.) Inter haec rex Hunorum, audito gnatae[1] repudio, adiuncto sibi rege Orientalium Olimaro, adversum Danos biennio belli apparatum contraxit. Igitur Frotho non solum indigenas, sed etiam Norvagienses ac Sclavos in copias vocat. . . . . . .

(f. XLVIII p. 238.) Interea Frotho, distributo per municipia milite[2], diligentius impensas hibernis commeatibus necessarias convectabat. Sed ne sic quidem onerosum impensis exercitum sustentare suffecit. (p. 239.) Par propemodum Hunorum cladi pernicies incidit[3]. Igitur ad inhibendum advenarum confluxum classe in Albiam missa, ne quid traiceretur, curae habuit. Cuius duces Revillus et Mevillus fuere. . . . . . . Triginta reges (f. XLVIII' p. 240.) sequebantur Frothonem, qui ipsum amicicia vel obsequio colerent. . . . . . . Ceterum viginti regna imperio Frothonis adiecerant, quorum reges triginta predictis adiuncti, Danorum partibus militabant. Hac virium fiducia cum Hunis pugna conseritur. . . . . . . Eo bello septuaginta ac centum reges, qui aut ex Hunis erant aut inter Hunos militaverant, submisere se regi. . . . . . . Igitur Frotho vocatis in concionem regibus sub uno eodemque iure degendi normam imponit. Prefecit autem Olimarum Holmgardiae[b. 4], Ønevum Cønogardiae[5]; Hun vero captivo[6] Saxoniam tribuens, Revillum Orcadibus donat. Provincias Helsingorum, Iarnberorum[7] et Iamtorum[c. 8] cum utraque Lappia Dimaro cuidam procurandas attribuit, Dago (p 241.) Hestiae regimen erogavit. Quorum unumquemque certis tributi legibus oneravit, obsequium beneficio applicans. Itaque Frothonis regnum Rusciam ab ortu complectens, ad occasum Rheno flumine limitatum erat[9].

Interea Hithinus[d. 10] apud Høginum[11] quorundam obtrectatione insimulatus est, quasi filiam eius ante sponsalium sacra stupri illecebris temerasset; quod tunc immane cunctis gentibus facinus habebatur. Igitur Høginus credulis[e] auribus rem falso nunciatam excipiens, Hithinum regia apud Sclavos stipendia colligentem classe lacessit, consertaque manu victus, Iutiam petivit. . . . . . .

(f. LI. p. 254.) Quo tempore cunctis pene terris eximia fortitudinis laude Danicum nomen inclaruit. Volens itaque Frotho fulgorem imperii sui perpetuo firmitatis habitu prorogare, primum adversum furta ac latrocinia tamquam familiaria mala ac domesticas pestes severitatem suam distringere curae habuit, quibus vacue- (p 255.) factae gentes tranquilliorem vitae usum apprehenderent, ne propagatae pacis incessus ullo malignitatis obstaculo laederetur. Providit quoque, ne, cessante hoste, civilis patriam lues exederet, aut post exteram pacem domestica grassaretur improbitas. Denique in Iutia tamquam in capite regni sui magni ponderis auream armillam triviis affigi curavit, edictae a se innocentiae experimentum tam insignis predae documento daturus. Cuius irritamentum quamquam improbas lacesseret mentes ac sinistra sollicitaret ingenia, superabat tamen indubitatus periculi metus. Tanta siquidem Frothonianae maiestatis auctoritas erat, ut etiam aurum rapinae expositum perinde ac firmioribus claustris obsitum tueretur. Cuius rei novitas ingentem auctori claritatem concivit[f]. Qui cum, patratis late caedibus, insignes ubique victorias edidisset, ocium omnibus erogare constituit, ut pacis iocunditas bellorum atrocitati succederet, et cladis finis salutis initium foret. Sed et omnium opes ob hoc maxime edicti munimento vallandas curavit, ne domi raptorem invenirent, quae foris hostibus caruissent.

Per idem tempus publicae salutis Auctor mundum petendo servandorum mortalium gratia mortalitatis habitum amplecti sustinuit, cum iam terrae, sopitis bellorum incendiis, serenissimo tranquillitatis ocio

a) *sic corr. St.;* hanc 1. b) Holing. 1; *corr. St.* c) Ianitorum 1; *corr. St.* d) Aithinus *h. l.* 1. e) credulus 1; *corr. St.* f) *i. e.* conscivit, *ut St. corr.*

1) Hanundae, quae Frothoni III. nupserat, sed propter matrimonium laesum repulsa erat. 2) Contra Hunos collecto. 3) Quos inediam passos esse supra narravit. 4) Pars Russiae septentrionalis. 5) Islandis Kænugard, parş Russiae. M. 6) Regi Hunorum victo. 7) i. e. Dalekarlia. M. 8) Jamtaland. 9) Cf. similia in Ann. Ryensibus, SS. XVI, p. 394. 10) *Rex aliquantae Norvagiensium gentis antea dicitur.* 11) Iutorum regulum.

fruerentur. Creditum est tam profusae pacis amplitudinem ubique aequalem nec ullis orbis partibus interruptam non adeo terreno principatui quam divino ortui famulatam fuisse, caelitusque gestum, ut inusitatum temporis beneficium presentem temporum testaretur auctorem. . . . . . .

EX LIBRO VI.

. . . .

Iisdem temporibus[1] Starcatherus quidam, Storverki filius, periclitatis naufragio sociis, solus vi aut fortuna delapsus, ob incredibilem corporis animique prestantiam hospes a Frothone colligitur. Cuius cum aliquamdiu contubernalem egisset, in dies cultius ac decentius habitus, tandem specioso donatus navigio, maritimas excubias procurando piraticum munus agitare precipitur. Siquidem excellentius humano habitu corpus a natura sortitus, ita id animi magnitudine aequabat, ut nulli mortalium virtute cedere putaretur. Cuius tam late patens claritas fuit, ut adhuc quoque celeberrima factorum eius ac nominis opinio perseveret. Neque enim solum apud nostros egregiis operum titulis choruscabat, verum etiam apud omnes Sueonum Saxonumque provincias speciosissima sibi monumenta pepererat. Hunc in ea regione, quae Suetiam ab oriente complectitur, quamque nunc Estonum aliarumque gentium numerosa barbaries latis sedibus tenet, originem duxisse memoriae proditum constat. . . . . . .

Post haec Starcatherus ad inhibendam Orientalium defectionem una cum Wino[a] Sclavorum principe delegatur. Qui simul adversum Curetum, Semborum, Samgalorum[b, 2] omniumque postremo Orientalium exercitus preliati, claras late victorias edidere. . . . . . . Igitur cum nulla fortunae saevicia vires eius victoria fraudare potuisset, Poloniae partes aggressus, athletam, quem nostri Wasce, Teutones vero diverso litterarum scemate[c] Wilzce nominant[3], duelli[d] certamine superavit.

Interea Saxones defectionem moliri idque maxime in[e] animo habere ceperunt, qualiter invictum bello Frothonem preter publici conflictus morem opprimerent. Quod optime duello gerendum rati, mittunt, qui regem ex provocatione lacesserent, scientes eum discrimen omne prompta[f] semper mente complecti, animique eius magnitudinem nulli prorsus exhortationi cessuram. Quem tunc temporis maxime adoriendum putabant, cum Starcatherum, cuius plerisque formidolosa virtus exstabat, negotiosum abesse cognoscerent. Cunctante vero Frothone seque cum amicis super dando responso collocuturum dicente, supervenit Starcatherus, piratica iam regressus; qui ex hoc maxime provocationis habitum reprehendit, quod diceret regibus nonnisi in compares arma congruere, eademque adversum[g] populares capienda non esse; per se vero tamquam obscuriore loco natum pugnam rectius amministrandam existere. Igitur Saxones Hamam, qui apud eos gimnicis palmis clarissimus habebatur, multis aggressi[h] pollicitationibus, si duello operam comodaret[i], molem corporis eius auro se repensuros[k] esse promittunt, illectumque pecunia pugilem ad campum conflictui deputatum militaris pompae tripudio prosecuntur[i]. Hinc Dani Starcatherum regis sui partes executurum ad certaminis locum miliciae insignibus ornati producunt[l]. Quem Hama aetate marcidum iuventae fiducia despicatus, defunctum viribus senem lucta quam[m] armis excipere preoptavit. Eundem[n] adortus, terrae nutabundum adegerat, ni fortuna, quae vinci vetulum non sinebat, iniuriae restitisset. Ita enim impellentis Hamae pugno obrutus memoratur, ut genibus nixus humum[o] mento contingeret. Quam corporis nutationem egregia ultione pensavit. Nam ubi, resuscitato poplite, manum expedire ferrumque destringere[p] licuit, medium Hamae corpus dissecuit[q]. Complures agri sexagenaque mancipia victoriae premium exstitere. In Saxones vero post Hamae caedem adeo Danorum insolevit imperium, ut pro cubitalium membrorum quolibet indicem servitutis stipem quotannis pendere cogerentur. Quod aegre ferens Hanef, bellum demendae pensionis cupidine cum animo volutabat. Cumque pertinax amor patriae mentem in dies oppressorum miseratione perfunderet, spiritum pro libertate civium erogare cupiens, rebellionis studium patefecit. Quem Frotho, traiectis per Albiam copiis, apud vicum Hanøfra[4], taliter ab eo nuncupatum, occidit. Suertingus vero, quamquam non minus civium afflictatione moveretur, dissimulato patriae malo, pervicaciori quam Hanef ingenio libertatis propositum agitabat. Quod quidem studium dubitari solet virtuti an vicio propius fuerit. Ego vero plane id sceleris arguo, quod insidiosa defectionis cupiditas edidit. Nam etsi patriae libertatem quaerere perutile videbatur, ad hanc tamen dolo ac proditione contendere non licebat. Cum ergo Suertingi facinus plane ab honesto deciverit[r], ne utile id quidem exstitisse constabit[5]. Nam speciosius est aperte quem velis incessere odiumque in propatulo exercere, quam adulterina familiaritate veram nocendi cupidinem obscurare. Sed quicquid scelere paritur, gloria vacuum est brevesque et occiduos fructus habet. Nam, sicut lubricus animus est, qui fallendi supercilium clandestinis artibus tegit, ita quicquid dolo affine est, fluxum ac fragile esse convenit. Plerumque enim crimen in auctorem recidere cognitum est; quod et Suertingo evenisse fama compertum habetur. Qui cum convivii simulatione exceptum regem incendio consumere

a) Wivo Slav. *fragm. Lassenii saec. XIV in., editum a Chr. Bruun, 'Tidskrift for Philologi og Paedagogik' II (1861) p. 43 sqq., quod in p. 275 (ed. Müller) incipit.* b) Saugalorum 1; Samgaborum *corr.* Samgal. *fragm. Lass.* c) cemate *fr. Lass.* d) duali *fr. L.* e) cum *fr. L.* f) promta *fr. L.* g) adversus *fr. L.* h) agr. *fr. L.* i) *sic fr. L.* k) a. sepulturos, *et in marg. post. manu* repensuros *fr. L.* l) *sic fr. L.;* perducunt 1. m) q. a. *bis scr. fr. L., semel minio del.* n) Eundum *fr. L.* o) humo *fr. L.* p) *sic fr. L.; et aliis locis* 1; distr. *h. l.* 1. q) *desinit fr. L.* r) *sic pro* desciv. 1.

1) Sub Frothone IV. Largo, filio Fridlevi, qui Frothoni III. successerat. 2) Semgallen. 3) Ex hoc loco Müller nimis audacter coniecit, Saxonem cantores audivisse Saxonicos pugnam Starcatheri cum athleta Polonico Wilzce dicto decantantes. Mihi Saxo de gente Wilzorum, inepte sane, cogitasse videtur. 4) Hannover; cuius nomen cum Hanef Saxo coniungere ausus est. 5) Respexit Saxo ad illa Valerii verba VI, c. 5. init.: *Iustitiae sancta penetralia, in quibus . . . nihil utile, quod parum honestum videri possit, ducitur.* ST.

statuisset, ab eodem occupatus, tametsi ipsum mutuo peremisset, occiditur. Quo evenit, ut alterius scelus amborum interitus foret. Itaque, etsi dolus in hostem efficax fuerit, auctorem tamen impunitatis presidio non donavit.

Frothoni filius Ingellus succedit. Cuius transversus ab honesto animus, relictis maiorum exemplis, totum se petulantissimi luxus illecebris mancipavit. Igitur a bono rectoque discolor viciaque pro virtute complexus, discissis continentiae nervis, intermissisque regiae maiestatis officiis, sordidum luxuriae mancipium evasit. Sane quicquid compositis moribus obvium aut inconcinnum erat, excoluit, paterna avitaque decora fedissimarum libidinum assuetudine polluebat, clarissimos maiorum titulos improbissimis obscurabat operibus. Adeo namque libidini ventris obnoxius erat, ut nec patris ultorem agere nec hostium iniurias propulsare gestiret nichilque, dum gulae pareret, modeste ac continenter habendum putaret. Egregium stemma ocio inertiaque corrupit, fluxamque ac voluptariam vitam degens, degenerem spiritum atque a parentum vestigiis obliquo longe calle distortum in obscenissimas feditatum voragines precipitare gaudebat. Fartores, lixas, frixoria, gulae multiplices officinas variosque torrendae aut condiendae dapis artifices legere claritatis loco ducebat. Arma vero, miliciam, bella nec ipse quidem usu discere nec alios exercicio celebrare sustinuit. Ita abiecto virili studio, femineum aemulatus est, quem in omnem culinae nidorem irrestrictus palati pruritus accenderat. Semper crapulam proflans [p. 284] cunctisque sobrietatis partibus exutus, indigestam ventris saniem fetido oris anhelitu ructabatur. Nec minus luxuria fedus quam Frotho milicia clarus exstabat. Adeo deliciis animum[a] intempestiva gulae corruptela molliverat. Cuius intemperantiae fastidio Starcatherus ad deserendam Ingelli familiaritatem adductus, petito Suenonum regis Haldani contubernio, ocio negocium pretulit. Adeo ne nimiae quidem luxuriae assensor esse sustinuit. Filii vero Suertingi veriti, ne Ingello penas paterni facinoris darent, sororem ei in matrimonium contulerunt, ultionem beneficio precursuri. . . . . . .

Nocte vero Ingello cibum cum Suertingi filiis capiente, apparatissimis dapibus insistens, luxurioso [f. LX'. p. 299] mensas epulo cumulavit, senemque[1], ne maturius se convivio subtraheret, familiari invitatione retinuit, tamquam operosioris escae oblectamenta solidum virtutis rigorem excavare potuissent. Quibus cum Starcatherus oculos inseruisset, eorum usu lasciviore contempto, ne quid externo ritui indulgeret, tem- [f. LXI.] perantia, qua plurimum pollebat, appetitum suum adversus deliciarum irritamenta firmavit, ne bellicam claritatem convivalibus illecebris absumendam permitteret. Erat enim fortitudo eius frugalitatis amatrix, aliena nimiae ciborum abundantiae et ab immoderato dapum usu aversa, utpote quae aliquo in momento ponendi[b] luxuriam numquam vacavit semperque, voluptate omissa, virtutis respectum egit. Cum ergo vetustos continentiae mores omnemque pristinae consuetudinis habitum novo luxu ac lauticia corrumpi animadverteret, rusticioris escae paratum appetens, cenae sumptuosioris impendium fastidivit. Igitur profusam dapum indulgentiam aspernatus fumidoque ac rancidulo cibo usus, famem eo sapidius, quo simplicius pepulit, ne verae virtutis nervos externarum deliciarum contagione tamquam adulterino quo- [p. 300.] dam dulcore remitteret aut priscae frugalitatis normam inusitatis gulae superstitionibus abrogaret[c]. Ceterum indignanter ferebat assam dapem eandemque elixam unius cenae sumptibus erogari, edulium pro monstro accipiens, quod culinae nidoribus delibutum, fartoris industria multiplicis temperamenti varietate perfricuit. E contrario Ingellus, proiectis maiorum exemplis, innovando mensarum ritu licentius sibi, quam mos patrius permittebat, indulsit. Postquam se enim Teutoniae moribus permisit[2], effeminatae eius lasciviae succumbere non erubuit. Ex cuius sentina in patriae nostrae fauces haud parva luxuriae nutrimenta fluxerunt. Inde enim splendidiores mensae, lautiores culinae, sordida cocorum ministeria variaeque farciminum sordes manavere. Inde licentioris cultus usurpatio a ritu patrio peregrinata est. Itaque regio nostra, quae continentiam in se tamquam naturalem aluit, luxum a finitimis depoposcit. Cuius Ingellus illecebra captus, iniurias beneficiis rependere erubescendum non duxit. Neque illi misera parentis clades cum aliquo amaritudinis suspirio obversata est. . . . . . .

a) nimium 1; *corr. St.* b) ponendo *proposuit Madvig e loco Valerii Max. IV,* 3. c) obr. 1; *corr. St.*

1) Starcatherum. 2) Haec ex posterioris aevi moribus ficta esse, omnes consentient. Dahlmann p. 279. poetae, qui Starcatheri res celebrabat, haec tribuit; v. infra p. 304 sqq. (f. LXII), ubi ille dicit:

Me gravis sessor cubito repellit,
Qui boni formam vicio prophanat,
Dum gulae parens nichilum diurnis
Prorogat escis. . . .
Quid dapem deses colis ocioque
Mollior scortis stomachum reclinas? . . .
Sed probum quaerens, adii gulosum,
Deditum ventri vicioque regem,
Cuius in luxum studium refudit
Feda voluptas.
Claret Haldani ratus esse sermo,
Qui brevi nobis cecinit futurum,
Quod patri gnaro generandus esset
Filius excors.
Degener quamquam reputetur heres,
Non opes magni patiar Frothonis
Advenis lucro fore vel rapinae
More patere.

Et post p. 307:

Uxor Ingelli levis ac petulca
Teutonum ritus celebrare gestit,
Instruit luxus et adulterinas
Preparat escas.
Nam novis palpat dapibus palatum,
Captat ignoti libitum saporis,
Aestuans ferclis onerare mensas
Lautius omnes.
Haec viro vinum pateris propinat,
Cuncta propenso meditans paratu,
Cocta torreri iubet et secundo
Destinat igni.

f. LXI. p. 302. Videns autem Starcatherus[a] eos qui Frothonem oppresserant[1] in summa regis dignatione versari, concepti furoris magnitudinem acerrimo oculorum habitu prodidit internosque motus externo oris indicio patefecit, occultam animi procellam aperta luminum saevicia testatus. Denique Ingello se regiis dapibus delenire cupiente, edulium reppulit[2], quod vulgaris cibi vilitate contentus peregrina admodum obsonia p. 303. fastidiret, communibusque epulis assuetus, nullius gulam saporis oblectatione palparet. Interrogatus, cur fronte tam nubila regiae liberalitatis obsequio uti noluisset, reperiendi Frothonis filii gratia Daniam sibi petitam asseruit, nec eius, qui petulantis stomachi ingluviem operosa dapum ubertate farciret. Hoc enim familiaris[b] regi Teutonum luxus egerat, ut excoctas aquis epulas deliciosae satietatis studio rursum igni torrendas preberet. Post haec Ingelli mores intactos preterire non passus, in eius caput omnem reprehensionis amaritudinem transtulit, impietatis dampnatum, quod nimiae saturitatis usu oscitans[c], partam edendo crapulam feda ructatione exhalaret, Saxonicamque imitatus illecebram, amplissimis a sobrietate excessibus aberrasset[d], adeo virtute vacuus, ut ne minimam quidem eius umbram consectaretur. Maxime autem illi turpitudinis[e] cumulum accedere memorabat, quod in ipso miliciae tyrocinio ulciscendi parentis immemor, neglecta naturae lege, paterni sanguinis carnifices benivolentia atque officio amplecteretur, iniquissime meritos amantissima caritate complexus, eosque, in quos quam acerrime animadvertere debuerat, non modo impunitate donasset, verum etiam convictu ac mensae honore dignos iudicasset, a quibus potius capitale supplicium sumendum fuisset. Preterea [hic[f]] hoc carmine[3] usus asseritur. . . . . . .

f. LXIII'. p. 315. Tantum autem monitus sui incitamento[4] profecit, ut ab enervi et frigescenti animo veluti quadam reprehensionis silice flagrantissimum fortitudinis ignem extunderet. Primum enim rex vacuas carmini aures prebuit, deinde impensiori educatoris sui hortamine concitatus, serum ultionis calorem animo traxit, oblitusque convivae, hostem induit. Ad ultimum discubitu evolans, omnem irae suae procursum in consessores effudit, ita ut ferrum adversus Suertingi filios cruenta severitate nudaret et, quorum gulam mensae deliciis foverat, destricto[g] mucrone iugulum peteret. Hiis namque continuo trucidatis, sacra mensae sanguine involvit, infirmum societatis vinculum diremit erubescendumque convivium egregia crudelitate mutavit atque ex hospite hostis, ex abiectissimo luxuriae mancipio truculentissimus ultionis minister evasit. . . . . . .

EX LIBRO VII.

. . . .

f. LXVIII'. p. 338. Per idem tempus[5] Hildigisleus, claro Teutonum loco ortus, formae et nobilitatis fiducia Sygnem, Sigari filiam, postulabat. Apud quam[h] maximum ei contemptum obscuritas peperit, quod fortitudine vacuus aliena probitate fortunam instruere videretur. Precipue eandem in amorem Hakonis magnalium eius spectata deflexit opinio. Quippe maiorem fortium quam mollium respectum agebat, nec formae, sed operum insignia mirabatur, sciens omne decoris blandimentum sola virtutis aestimatione sordescere nec aequa illi lance conferri. Sunt enim puellae, quae potius amatorum claritate quam specie capiuntur, quasque non oris, sed mentis habitum aestimantes, in alterum copulae votum solus animi respectus accendit. Hagbarthus vero cum Sigari filiis Daniam petens, iisdemque ignaris, sororis eorum alloquio potitus, tandem eam ad clandestini concubitus promissionem fide sibi obligandam adduxit. Quae postmodum, forte pedissequis insignes procerum titulos conferentibus, Hildigisleo Hakonem pretulit, in illo nichil preter speciem laudabile reperiri, in isto oris lituram animi flore pensari testata. Nec eum simplici laudationis genere extulisse contenta, tali concentu usa perhibetur. . . . . . .

f. LXIX. p. 340. Quae vox[6] ita ad astantium aures delapsa, ut Hagbarthus Hakonis laudari vocabulo putaretur. A qua cum Hildigisleus[i] Hagbarthum sibi prelatum dolenter tulisset, Bolwisum quendam luminibus captum muneribus illicit, qui Sygari et Hamundi filios[7] ad amicicias odio permutandas adduceret. Rex quippe Sigarus senum duorum, quorum alter Bolwisus erat, consilio cuncta fere gerere consueverat. Horum p. 341. tam discors ingenium fuit, ut alter inimiciciis dissidentes in gratiam reducere solitus esset, alteri curae foret amicicia iunctos odio sequestrare et simultatum pestes alternis ventilare dissidiis. Primum itaque Bolwisus apud Sygari filios Hamundi sobolem pleno obtrectationis mendacio lacerabat, affirmans eam numquam fida pace societatis iura servare solitam, bello potius quam federe continendam. Itaque iuvenum pactione perrupta, Alf[k] et Hamundus, Hagbartho procul agente, Sigari[l] filiis Alf et Algero prelium inferentibus, apud portum qui Sinus-Hamundi dicitur[8] opprimuntur. Quos Hagbarthus, postmodum integris viribus superveniens, in ultionem fratrum bello consumpsit. Hildigisleus[m] ambas nates telo traiectus elabitur. Quae res insectandorum risu Teutonum occasio exstitit, quod opprobrii nota plagae deformitas non careret. . . . . . .

f. LXXIII. p. 359. Post haec Gyuritha[9], quae regii sanguinis sola apud Danos supererat, cum a Sivaro Saxonicae gentis nobilissimo postulari cepisset, latenterque ei Haldanum[10] preferret, conditionem proco[n] intulit, ne

a) Stracath. *h. l.* 1. — *Haec habet prius fragm. Laverentzii, a.* 1728, *ut credunt, combustum, cuius varias lectiones edidit Bruun, 'Lykenskn.' p.* XII; *quod in p.* 300 *(ed. Müller) incipit, in fine p.* 304. *desinit.* b) familiarium *fragm. Lav.* c) ocitans *fr. Lav.* d) *sic corr. St.*; oberr. 1. e) ad t. *corr. St.* f) *deest fr. Lav.* g) distr. *St.* h) quem 1; *corr. St.* i) Hildeg. *h. l.* 1. k) Helwin *recte corr. St.* l) a S. *St.* m) Hisdigisileus *h. l.* 1. n) pro eo 1; *corr. St.*

1) Filios Suertingi. 2) Starcatherus. 3) Ex quo supra p. 55, n. 2. quasdam strophas attulimus. 4) Carmine a Saxone metro Sapphico reddito. 5) Regnante Sigaro, qui post Olavum, Frothonem V, Haraldum, Haldanum, Unguinum et Syvaldum, eius patrem, regnasse dicitur. 6) Carmen interpositum. 7) Helwin, Hagbarthus et Hamundus recensentur. 8) De cuius situ non constat. 9) Alfi filia, Sigari neptis. 10) Borcari filium. Similia de Gram et Signe lib. I. narrari, Müller monuit.

suum prius connubium peteret, quam Danorum regnum membratim divisum in unum corpus redigeret idque sibi per iniuriam ereptum armis restituisset. Quod frustra temptante Sivaro, omnibus arbitris pecunia ab ipso corruptis, tandem ei despondenda conceditur. Quod Haldanus apud Rusciam per negociatores expertus, tanto studio navigationi incubuit, ut nuptiarum tempus adventu precurreret. Quarum 5 prima die regiam petiturus precepit, ne comites prius a constitutis sibi moverentur excubiis, quam ferri stridorem eminus aure perciperent. Cumque convivis parum cognitus coram virgine constitisset, ne vulgaris eloquii nuditate pluribus intellecta depromeret, in hunc modum abstrusa carmen ambage compegit. . . . . . .

Necdum responsum virgo complebat[1], et iam sponsum Haldanus ferro transverberat. Nec unum 10 oppressisse contentus, maximam convivarum partem obtruncat. In quem cum Saxones cessim ebrietate labantes irruerent, a supervenientibus eius vernaculis trucidantur. Hiis gestis, Gyuritha potitur. . . . . . . [f. LXXIII'. p. 360.]

EX LIBRO VIII.

Historiam belli Suethici Starcatherus, qui et eiusdem prelii precipuum columen erat, primus Danico digessit eloquio, memoriae magis quam litteris traditam[a]. Cuius seriem ab ipso pro more patrio vulgariter 15 editam digestamque Latialiter complecti statuens, inprimis prestantissimos utriusque partis proceres recensebo. Neque enim michi multitudinem complectendi cupido incessit, quam ne precise quidem numerus capit. Et prius eos qui ab Haraldi partibus steterant, mox qui sub Ringonis stipendiis egerant stilo retexam. [f. LXX VI'. p. 376.] [p. 377.]

Igitur ex ducibus, qui ad Haraldum coierant[2], clarissimi noscitantur . . . . . . At Sle[b] oppido cum 20 Hacone Genam-scisso sub Hetha Wisnaque ducibus Tummi velificator excesserat. Quarum muliebri corpori natura virilem animum erogavit. Webiorgam quoque eodem spiritu preditam Bo, Brami filius, et Brat Iutus belligerandi cupidine prosequuntur. Hiis agglomerantur Orm Anglicus, Ubbo Fresicus, Ary altero cassus lumine, Alf et Goter. Post quos Dal corpulentus et Duc Sclavicus recensentur. Wisnam vero imbutam rigore feminam reique militaris apprime peritam Sclava stipaverat manus. Cuius precipui 25 Barri ac Gnizli satellites agnoscuntur. Ceteri vero ex eadem cohorte corpus clypeolis tecti, prelongis ensibus aeriique coloris parmulis utebantur. Quas belli tempore aut in tergum repellentes aut impedimentorum gerulis dantes, abiectis pectorum munimentis, expositisque ad discrimen omne corporibus, districtis martem mucronibus intenderunt. E quibus Tolcar atque Ymi precipui claruere. . . . . . . [p. 378.] [p. 379.]

At ex parte Ringonis computantur. . . . . . Post quos septentrionalis[c] Albiae[3] finitimi supputantur 30 Saxa[d], Fletir et Saligothus, Thord nutabundus, Throndar nasutus, Grundi, Othi, Grinder, Tovi, Coll, Byarchi, Hogni ingeniosus, Rokar fuscus. Hii siquidem multitudinis collegium aspernati, in unam se aciem a cetera cohorte secreverant. . . . . . . Ceterum alas globosque maxime Curetum Estonumque consertior turma texuerat. Ultima funditorum acies stabat. [f. LXXVII. p. 381.] [f. LXXVII'. p. 386.]

Interea classis Danica, ventorum indulgentia aspirante, septem dierum continuam navigationem 35 emensa, Calmarna[e] oppidum subiit. Mirareris late ventis velificatum mare, caelumque ex oculis intenta antennis linthea eripiebant. Nam Sclavi ac Livi Saxonumque 7 milia classem auxerant. At per solidum proficiscentibus Scanienses, quod locorum periti essent, duces ac previi destinantur. Igitur ubi prestolantibus Suetis Danicus supervenit exercitus, Ringo suis, quoadusque Haraldus aciem centuriasset, patienter considere iussis, non ante signa canere precepit, quam regem propter aquilas curru compositum 40 aspexissent, prefatus sperare se facile collabi aciem posse, quae caeci ductamine niteretur. . . . . . . Preterea[4] ex parte adversa perpaucos Danos esse, Saxones complures aliasque effeminatas gentes in acie stare. Ob quod cogitare debere Sueones Noricosque, quantum Germanos ac Sclavos septentrionalis[c] semper turba prestiterit. Spernendam ergo aciem fore, quae potius lubrica hominum colluvione quam solido[f] militum robore contexta videatur. Nec parum ea oratione militum animos accendebat. . . . . . . [p. 387.]
45 Interea[5] Ubbi Fresicus[6], promptissimus Haraldi miles ac pre aliis habitu corporis insignis, preter undecim, quos in acie vulneraverat, 25 delectorum pugilum interfecit. Ii omnes Sueti sanguine fuere vel Gothi. Deinde primam aggressus aciem, consertissimos[g] hostes insilit palantesque metu Sueones hac illac hasta gladioque dispellit. Et iam pene res in fugam cesserat, cum Hagder, Rolder et Gretir aemulatione virtutis athletam adorti, publicam perniciem privato redimere periculo statuerunt. Verum 50 comminus instare veriti, spiculis procul agendum curabant. Sicque crebrescentibus iaculis, eminus Ubbo confoditur, nemine propius cum ipso manum conserere presumente. Centum quadraginta quatuor sagittae prius pectus preliantis obsederant, quam lapsis corporis viribus solo poplitem daret. . . . . . . [f. LXXVIII. p. 389.]

a) traditum 1; *corr. St.* b) Atsle 1; At Sle *corr. St., Slesvicum intelligens, quod valde dubium videtur. (Sed haec civitas etiam Hethae nomine ab antiquo urbis Slesvicensis nomine Hetheby adinvento indicari videtur. H.-E.).* c) septen- 55 trionales 1; *corr. St.* d) Saxo *corr. St.* e) *sic* 1; Calmarnam *corr. St.* f) soli 1; *corr. St.* g) confertissimos *corr. St.*

1) Quod carmen interpositum continet. 2) In historia Islandica huius praelii (Bragvallensis) Sögubrot dicta (Fornald. sögur I, p. 379–382) pleraque horum nominum recensentur. M. Equidem 60 pauca tantum excerpsi. 3) In libro Islandico de Gothalbi agitur, neque Saxonem aliter sensisse, ex nomine *Saxa* colligendum puto. 4) Oratio Ringonis. 5) In pugna Danorum et Sueonum, Haraldi et Ringonis. 6) Sögubrot pluribus adhuc verbis facinora huius pugilis enarrat et occursum eius ipsum Starcatherum detrectasse asserit; undecim ab eo in acie vulneratos dicit, quinque vero pugiles et sedecim Sueones et Gothos in prima acie versantes ab eo occisos, ipsumque viginti quatuor sagittis adverso pectore exceptis cecidisse. M.

f LXXIX'. p. 396. Deinde cum consuetum a Sclavis per legatos tributum exigeret[1], non solum legatorum caedibus, sed etiam vi Sclavica apud Iutiam lacessitus, septem reges uno certamine superavit solitumque tributi ius victoria confirmavit. . . . . . .

f. LXXXII'. p. 407. Quam rem Gøtharus[2] a Syvardi[3] instinctu profectam iudicans, iniuriarum vindictam armis exequi parat. [A[a]] quo Syvardus apud Hallandiam expugnatus, sorore ab hostibus capta, concessit in Iutiam. Ubi Sclavorum vulgus pugnam sine principe ausum acie superavit, tantum gloriae ex victoria nactus, quantum ex fuga dedecoris traxerat. Verum hiisdem, quos ductu vacuos debellaverat, paulo post ducem p. 408. nactis pugna apud Fioniam cessit. Adversum quos identidem in Iutia preliatus, infelicem pugnae eventum habuit. Quo evenit, ut Scania Iutiaque exutus, media dumtaxat regni veluti quasdam exesi corporis partes sine capite retineret. Iarmericus ex eo genitus cum sororibus admodum parvulis preda hostibus fuit; quarum altera Norvagiensibus, altera Germanis, quod venalia quondam solebant esse connubia, precio vendita est. Itaque Danorum regnum fortissime propagatum[b], tantis etiam maiorum titulis illustratum, tot victoriis auctum, ob unius viri inertiam ex summo nitore fortunae et florentissimo rerum statu eo ignominiae pervenit, ut pensionem, quam prius exigebat, exsolveret. . . . . . .

Interea Iarmericus apud regem Sclavorum Ismarum cum coaevo sibi collacteoque Gunnone coniectus in carcerem captivus degebat. Quo demum erutus atque exercendi ruris culturae applicatus, rusticum opus exequitur. Ob cuius promptissimam administrationem ad regalium mancipiorum magisterium transfertur. Eo quoque sincerissime gesto, in necessariorum regis gregem assumitur. Ubi cum se iuxta aulicorum ritum egregia morum amenitate gessisset, brevi in amicorum numerum translatus, p. 409 primum familiaritatis locum obtinuit, ac veluti quibusdam meritorum gradibus fretus, ab infima sorte ad spectatum honoris fastigium concessit; et ne segnem enervemque iuventam ageret, militaribus se studiis assuefecit, naturae dotes industria cumulans. Grata omnibus Iarmerici indoles erat; soli reginae suspectum adolescentis ingenium fuit. Fratrem quoque regis fato functum repentinus rumor edocuit. Cuius corpus Ismarus amplissimo funere elaturus, quo maior exequiarum pompa fieret, regia comitate convivium instruit. At Iarmericus alias cum regina familiaris [rei[c]] curam sortitus, ad fugam, cuius facultatem regalis absentia promittere videbatur, circumspiciendam accessit. Animadvertebat enim se etiam inter opes positum miserabile regis mancipium fore et quasi alieno beneficio precarium spiritum possidere. Preterea, quamquam primis apud regem honoribus uteretur, libertatem deliciis preferendam existimans, visendae patriae noscendique generis eximia cupiditate flagrabat. Sciens autem, quod regina, ne quis captivorum elabi posset, competentibus providisset excubiis, quo viribus pervenire nequibat, arte assurgendum procurat. Fiscellam[4] itaque byblo ac vimine textam, qua agrestes instar hominis formata aves aristis deturbare consueverant, vivo cane complevit. Quam[d] etiam detracto sibi cultu, quo verisimilius humanam representaret imaginem, texit. Deinde privatum regis aerarium demolitus, egestam inde f. LXXXIII. pecuniam notis sibi tantum recondidit locis. Interea Gunno absentiam socii simulare iussus, illata in regiam fiscella, impulsoque ad latrandum cane, percontanti, quidnam hoc esset, reginae mente captum clamitare retulit Iarmericum. Illa ad aspectum statuae similitudinis errore delusa, insanum aede eici iubet. Tunc Gunno perlatam foras statuam perinde ac furentem socium lectulo tradit. Sub noctem vero p. 410. vigiles epularum hilaritate ac vino provehit largiore, abscisaque[e] dormientium capita, quo turpiore eos morte consumeret, inguini sociavit. Excitata strepitu regina causamque eius discere cupiens, concita fores petivit. Sed dum caput incautius exerit, improviso Gunnonis ense confoditur. Quae cum mortificum vulnus experta corrueret, reflexis in occisorem luminibus: 'Nullius', inquit, 'obtentu fraudis, si incolumi michi vivere licuisset, hiis finibus impunitus excederes'. Ad hunc modum crebras in percussorem minas moribunda profudit. Post haec Iarmericus una cum Gunnone, preclari facinoris socio, tabernaculum, in quo rex fraternas convivio celebrabat exequias, cunctis temulentia victis, admoto furtim incendio complet. Quo latius fuso, quidam, ebrietatis stupore discusso, immissis equis deprehensos periculi insequuntur auctores. At iuvenes primum iumentis, quae receperant[f], vecti, ad ultimum hiisdem prolixiori cursu debilitatis, pedites dedere fugam. Iamque pene occupatis amnis remedio fuit. Pontem enim, quem ante morandi persecutoris gratia precisis ad medium trabibus non modo onerum impatientem, sed etiam ruinae propinquum effecerant, pretergressi, in opacam de industria voraginem concesserunt. Quibus imminentes Sclavi, dum, parum prospecto periculo, equis improvidi pontem onerant, desidentibus tabulatis excussi, precipitantur in flumen. Sed dum enando ripam appetunt, a Gunnone et Iarmerico obstantibus intercepti, mersi aut interfecti sunt. Ita iuvenes egregia calliditate usi, non ut fugitiva mancipia, sed quasi prediti consilio senes, maius aetate sua facinus ediderunt, quod acute conceperant efficaciter adimplendo. At ubi in littus ventum, rapto quod fors[g] obtulerat navigio, in altum procedunt. Quos qui insequebantur barbari navigare conspectos vociferando revocare conati, regnaturos, si redeant, spondent, quod publico veterum instituto regum percussoribus regnorum successio decreta fuerit. p. 411. Diu recedentium aures pertinax Sclavorum clamor promissis pellacibus exsurdabat.

Ea tempestate Buthlus, Syvardi frater, Danis perfunctorie preerat; a quibus venienti Iarmerico regnum tradere coactus, ex rege privatus evasit. Eodem tempore Gøtharus Sybbonem stupratae sororis

a) *deest* 1; *suppl. St.* b) propugnatum *Krantz II*, 14. c) *sic Kr. II*, 15. *et St.*; *deest* 1. d) quin *Kr.* e) abscissaque *Kr.* f) repererant *Kr. et ita corr. St.* g) sors *Kr.*

1) Omundus, filius Olonis, qui Haraldo Hildetan successisse dicitur. 2) Rex Sueonum. 3) Filius Omundi, rex Danorum. 4) Fiscella est vas vimineum, quod agrestes varios in usus contexunt. Biblus hoc loco idem est ac iuncus. M.

insimulatum occidit. Cuius nece affines permoti, ad Iarmericum eiulabundi decurrunt seque in ultionem propinqui Gøtharum cum eo oppugnaturos promittunt. Nec parum promissa solverunt. Nam eorum auxiliis oppresso Gøtharo, Iarmericum Suetia potiri contigit. Qui cum duarum gentium imperio fungeretur, auctae[a] dominationis fiducia Sclavos prelio temptat. Quorum 40 captos, applicatis totidem lupis, laqueo adegit. Quem supplicii modum, olim parricidis debitum, ob hoc circa hostes peragere voluit, ut, quantae in Danos rapacitatis exstiterint, ex ipsa atrocium belluarum communione videntibus conspicuum foret. Subacta quoque regione, presidia locis opportuna disponit. Inde profectus, Sembonum, Curetum compluriumque orientis gentium cladem exercuit. Qua regis occupatione Sclavi datam sibi defectionis materiam iudicantes, interfectis qui ab ipso presides constituti fuerant, Daniam depopulati sunt. Quorum classem Iarmericus, forte e piratica rediens, interceptam delevit eoque facinore priores victoriarum titulos decoravit. Ceterum optimates eorum, primo tibias loris traiectos moxque immanium taurorum ungulis alligatos[b] molossisque incessentibus raptim in cenum voraginesque pertractos, lacrimabili spectaculo consumpsit. Ea re hebetati Sclavorum animi, summa cum trepidatione regis imperium coluerunt. . . . . . .
Ita domesticis rebus compositis, rursum in externas cupidinem vertit[1]. Igitur navigatione cepta, quatuor (f. LXXXIII'. p. 412.) fratres, genere Hellesponticos, obvios pelago factos piraticaeque admodum studiis assuetos maritima pugna attemptare non distulit. Qua triduo gesta, sororem eorum cum medietate tributi, quo victos oneraverant, pactus, prelium revocavit.

Post haec Livorum regis filius Bicco[2] captivitate, quam sub memoratis fratribus ducebat, elapsus, Iarmericum, a quo olim fratribus spoliatus fuerat, iniuriae haud oblitus, accessit. Apud quem benignius habitus, brevi arcanorum omnium arbiter singularis evasit. Hunc ut suis per omnia tractabilem monitis sensit, in res quam maxime factu detestabiles consultantem adduxit atque ad scelera flagiciaque committenda compellit. Adeo nocendi artem obsequii simulatione captabat. Precipue eum adversum eos quos sanguine proxime contigisset armabat. Ita fraternam ultionem, quia viribus nequibat, fraude exequi pertemptabat. Quo evenit, ut rex, virtutum loco viciorum sordes amplexus, ob ea quae perfidi monitoris impulsu atrociter gesserat communibus in se locum odiis daret. Adversum quem etiam Sclavorum tumultus exoritur. Cuius sopiendi gratia duces eorum captos, traiectis fune tibiis, equis in diversa raptantibus prebuit lacerandos. In hunc modum consumpti principes, corporum suorum distractu pertinacis (p. 413.) animi penas dederunt. Quae res Sclavorum obsequia in suo statu aequali ac solida subiectione continuit.

Interea qui ex sorore Iarmerici apud Germaniam orti educatique fuerant, avito nomine freti, in avunculum arma suscipiunt, aeque sibi regnum atque ei deberi[c] certantes. Quorum munitiones rex apud Germaniam machinis demolitus, oppidis compluribus aut obsessis aut captis, nonnullis etiam solo aequatis, incruentam ad cives victoriam reportavit. Occurrunt Hellespontici, pactis sororem nuptiis offerentes. Quibus celebratis, rursum Bicconis instinctu Germaniam petens, captis bello sororiis laqueo spiritum eripere non dubitavit. Optimates quoque convivii simulatione contractos eodem exemplo consumendos curavit. . . . . . .

Ea[3] tempestate per summam caeli intemperantiam agrorum ubertate corrupta, ingens annonae (f. LXXXIV'. p. 416.) caritas incidit. . . . . . .

Cumque, ut dixi, sive parum compluta humo seu nimium torrida, torpentibus satis ac parce fructi- (f. LXXXV. p. 418.) ficantibus campis, inediae languor defectam escis regionem attereret, nullumque, parum suppetentibus alimentis, trahendae famis superesset auxilium, Aggone atque Ebbone auctoribus, plebiscito provisum est, ut, senibus ac parvulis caesis, omnique demum imbelli aetate regno egesta, robustis dumtaxat patria donaretur, nec nisi aut armis aut agris colendis habiles domestici laris paternorumque penatium habitacula retinerent. Quorum mater Gambaruc[4], id ad se deferentibus filiis, cum a scelesti decreti auctoribus salutem in crimine repositam animadverteret, dampnata concionis sententia, necessitatem parricidio redimi oportere negabat, propius honestati consilium fore asserens animorumque ac corporum virtuti (p. 419.) expetibilius, ut, servata erga parentes ac liberos pietate, patria excessuri sorte deligerentur. Quae si senes invalidos obtulisset, robustiores se eorum loco exilio offerrent eiusque pondus pro debilibus perferendum sua sponte susciperent. Ceterum indignos esse vita, qui illam scelere et sacrilegio comparare parentesque ac prolem tam iniquo sententiae genere persequi sustinuissent, caritatis loco crudelitatis officia peracturi. Postremo cunctos male patriam demereri, apud quos parentum aut liberorum amori proprii spiritus caritas preponderaret. Huic voci ad concionem relatae plerique suffragiis assentiebantur. Igitur omnium fortunis in sortem coniectis, qui designabantur extorres adiudicati sunt. Quo evenit, ut, qui sponte necessitati parere noluerant, fortunae iudicio obsequi cogerentur. Primum itaque Blekingiam[5] advecti ac deinde Moringiam[d] preternavigantes, ad Gutlandiam se[e] appulerunt; ubi et, Paulo teste[6], auctore Frig dea Longobardorum vocabulum, quorum postea gentem condiderunt, traduntur adepti. Tandem ad Rugiam se applicantes, desertisque navigiis, solidum iter ingressi, cum multam terrarum partem emensi armisque depopulati essent, post editas late strages, postremo petitis in Italia sedibus, priscum gentis vocabulum suo nomine permutarunt. . . . . . .

a) ante 1; *corr. St.*; Auctus . . . viribus *Kr. I*, 16. b) alligatis 1; *corr. St.* c) debere 1; *corr. St.* d) Boringiam *male St.* e) *delevit St.*

1) Iarmericus. 2) Idem ille qui in historia Volsungorum c. 40—42. dicitur Bikki et in Wilkinasaga c. 248—368. appellatur Sifka. M. 3) Regnante Sywaldo, secundo post Iarmericum rege. 4) *Gambara* e Paulo, Hist. Lang. I, 3. 7. 8, corrigendum videtur. 5) Satis temere nomina a Paulo, Hist. Lang. I, 7—11, tradita rerumque ordinem mutavit Saxo. 6) Hist. Lang. I, 8.

f. LXXXVIII. p. 432.

Thorkillus[1] universitatis Deum votis aggressus eique cum precibus libamenta defundens, mox prioris caeli usum ac perspicua rerum elementa prospera navigatione collegit. Iamque alium sibi orbem atque ipsum rerum humanarum aditum perspicere videbantur. Tandem ad Germaniam, christianis tunc sacris initiatam, appulsus, apud eius populum divini cultus rudimenta percepit. Ubi sociorum manu ob inusitatum aeris haustum propemodum consumpta, duobus tantum, quos sors ultima preterierat, comitatus, reditum ad patriam habuit. . . . . . .

LXXXVIII'. p. 334'

Defuncto Gormone, Gotricus ex eo genitus regnat. . . . . . .

p. 435.

Cumque Gotricus, qui et Godefridus est appellatus, transfusis in exteros preliis, famam ac vires felicibus propagasset auspiciis, inter cetera factorum monimenta hanc quoque Saxonibus tributi legem indixit[2], ut eorum duces, quoties apud Danos regni mutatio obvenisset, centum equos niveos suffecti regis initiis dedicarent; quodsi novum Saxonibus ducem variata rerum successio peperisset, is quoque predictae pensionis obsequio potestatis principium Danicae maiestatis titulis inclinaret, quo et gentis nostrae fateretur imperium et subiectionis suae solemne preberet indicium. Nec Germaniae quidem oppressione contentus, per Refonem legationi addictum Sueoniam temptat. . . . . . .

f. LXXXIX.

Accidit interea, ut rex Francorum Karolus contusam bello Germaniam non solum christianismi sacra suscipere, sed etiam ditioni suae parere compelleret[3]. Quo comperto, Gøtricus finitimas Albiae gentes adortus, Saxoniam, susceptum Karoli iugum cupidius amplexantem ac Romana arma Danicis preferentem, ad pristinum regni sui titulum revocare temptabat. Quo tempore Karolus victricia trans Rhenum castra receperat, ideoque ab advenae hostis congressu, perinde ac fluvii interstitio vetitus, temperabat. Quem cum ob res Gøtrici comprimendas iterato transmeare proponeret, a Leone Romanorum pontifice in Urbis tuendae presidium accersitus, mandato paruit, filio vero Pipino gerendi adversum Gøtricum belli partes commisit, ut, dum ipse in longinquum hostem ageret, hic contra vicinum susceptum pugnae negocium procuraret. Oportebat enim, ut gemina curarum anxietate distractus sparsa manu aptum utrique remedium provideret. Interea Gøtricus speciosam ex Saxonibus victoriam referens, contractis denuo viribus ac frequentiori copiarum robore comparato, non in Saxones modo, verum in omnem Germaniae populum amissae dominationis iniuriam ulcisci constituit. Ac primo quidem classe Fresiam domat[4]. Quae provincia admodum situ humilis, quoties saeviente oceano obiecta fluctibus aestuaria perrumpuntur, totam inundationis molem patentibus campis excipere consuevit. Huic Gøtricus non tam arctam quam inusitatam pensionem imposuit. De cuius conditione et modo summatim referam. Primum itaque ducentorum quadraginta pedum longitudinem habentis aedificii structura disponitur, bisenis distincta spaciis, quorum quodlibet vicenorum pedum intercapedine tenderetur, predictae quantitatis summam totalis spacii dispendio reddente. In huius itaque aedis capite regio considente quaestore, sub extremam eius partem rotundus e regione clypeus exhibetur. Fresonibus igitur tributum daturis mos erat singulos nummos in huius scuti cavum conicere, e quibus eos dumtaxat in censum regium ratio computantis eligeret, qui eminus exactoris aures clarioris soni crepitaculo perstrinxissent. Quo evenit, ut id solum aes quaestor in fiscum supputando colligeret, cuius casum remotiore auris iudicio persensisset. Cuius vero obscurior sonus citra computantis defecisset auditum, recipiebatur quidem in fiscum, sed nullum summae prestabat augmentum. Compluribus igitur nummorum iactibus quaestorias aures nulla sensibili sonoritate pulsantibus, accidit, ut statam pro se stipem erogatori multam interdum aeris partem inani pensione consumerent. Cuius tributi onere per Karolum postea liberati produntur. Cumque Gøtricus, transcursa Fresia, ac reverso iam Roma Karolo, in ulteriores se Germaniae provincias effundere statuisset, proprii satellitis[5] insidiis circumventus, ferro domesticae fraudis interiit. Quo audito, Karolus effuso gaudio exultavit, nichil eo casu umquam fortunae suae iocundius obvenisse confessus[a].

EX LIBRO IX.

. . . .

f. LXXXIX'. p. 439.

Huic[6] succedit Hemmingus; cuius dignum memoratu opus non repperi, nisi quod pacem cum cesare Ludovico iurisiurandi firmitate composuit[7]. Et forte complura temporum eius insignia, quamquam preclara exstiterint, vetustatis livore teguntur. . . . . . .

f. XCI. p. 448.

Interea Danorum quidam pertinacioris erga Regnerum[8] odii, obstinatis ad rebellandum animis, Haraldi[9] quondam profugi partibus advoluti, prostratam tyranni fortunam attollere conati sunt. Qua temeritate insolentissimos belli civilis adversum regem spiritus excitaverunt externisque liberum domesticis implicuere periculis. Ad quos constringendos Regnerus cum Insularium Danorum classe profectus, rebellium agmen elisit, Haraldumque superati exercitus ducem, fuga in Germaniam actum[10], honorem improbe partum impudenter[b] abicere compulit. Captivos quoque simplici morte afficere non contentus, tortos necare maluit, ut, qui ad deserendam impietatem adduci non poterant, ne spiritum quidem nisi

a) Explicitus est liber octavus *add.* 1. b) prudenter *Kr. IV*, 7.

1) In navigio a daemonibus territus. Sub Gormone rege, qui post Sywaldum, Biørn et Haraldum regnasse dicitur. 2) Haec ex Adamo I, 16. valde aucta. 3) Praeter Adamum Einhardum Saxo legerat, sed historiam mire turbavit. 4) Narrat etiam auctor historiae regis Olavi Tryggvii filii (Fornmannasög. I, p. 106), Godefridum regem Iutlandiae interfecisse Hraerecum ducem Frisonum et gentem vectigalem reddidisse. M. Cf. Adam I, 23. 5) Ita Einhardus, V. Kar. c. 14. 6) Olavo, Gøtrici filio. 7) Adam I, 16, Ludovici nomen Saxo perperam addidit. 8) Qui post Syvardum et Ringonem regnasse dicitur. 9) De quo ita Saxo ed. Müller p. 444: *Iuti ac Scani . . . Haraldo cuidam rerum contribuunt summam*, qui ope Norvagiorum fugatus est. 10) Haec ex Adamo I, 17. Caeterum fabulas vendit Saxo.

per summam penarum violentiam deponere sinerentur. Ceterum latifundia eorum qui cum Haraldo profugerant secum stipendia peragentibus partitus est, eo patres punitiores iudicans, quod ad liberos, quos suo iudicio repulissent, carioribus patrimonio spoliatis, honorem hereditatis suae translatum viderent. Sed ne sic quidem ultionis satietate perfusus, insuper Saxoniam, quod eam asylum hostium Haraldique profugium crederet, oppugnare constituens, implorato filiorum auxilio, Karolum, tunc forte illis imperii sui finibus immorantem, offendit. Cuius cum interceptis vigilibus preiectas fefellisset excubias atque ob hoc cetera factu levia duceret conatuque promptiora speraret, subito divina futuri muliercula, tamquam caeleste quoddam oraculum aut divinae voluntatis interpres, salutari regem predictione permonuit adventantisque periculi malum felici vaticinio precucurrit, Syvardi classem ad Sighnini[a] fluminis[1] fauces appulisse denuncians. Imperator, attente accepto monitu, hostilem interpretatus adventum, significatos sibi barbaros pugnae opposita constringendos curavit. Qua in Regnerum habita, non similiter ut discriminis cautelam hausit, belli actum implevit. Itaque infatigabilis ille totius pene Europae domitor, serenissimis amplissimisque victoriis tantam terrarum partem emensus, tot civitatum, tot gentium victorem exercitum, aversis bello pectoribus, unius provinciae parvula manu profligatum aspexit. Cumque Regnerus, oneratis tributo Saxonibus, de morte Heroddi[b, 2] certum e Suetia nuncium accepisset, ... Suetiam petiit. . . . . . .

Inter haec Haraldus quorundam astipulatione Danorum, Regneri miliciam languidiore studio comitantium, recidivos patriae tumultus incutiens, regii nominis usurpator emersit. Qui Regneri ab Hellesponto redeuntis armis exceptus, cum, rebus infeliciter gestis, exhausta domesticae opis presidia animadverteret, Lodovicum Maguntiae constitutum auxilia petiturus accessit[3]. At Lodovicus, summo amplificandae religionis ardore confertus, conditionem barbaro intulit, opem spondendo, si Christi cultum exequi consensisset. Nullam enim posse aiebat animorum intervenire concordiam dissona sacra complexis. Quam ob rem petitorem opis primum religionis contubernio opus habere, neque magnorum operum consortes existere posse, quos supernae venerationis formula disparasset. Qua sententia et salutem hospiti et sibi pietatis preconium peperit. Haraldum enim solemni lavacro usum consequenter Saxonicis roboravit auxiliis. Quibus is fretus, in territorio Slesvicensi dicandam Deo aedem sollicita moliebatur impensa. Hic itaque sanctissimi tenoris specimen a Romanis ritibus mutuatus, profanato perfidorum errore, delubra diruit, victimarios proscripsit, flaminium abrogavit atque inconditae patriae christianismi sacra primus intulit, reiectoque daemonum cultu, divinum aemulatus est. Supremo quicquid ad custodiam religionis attinuit scrupulosissima cura servavit. Sed non tam efficaciter quam pie rem auspicatus est. Superveniens enim Regnerus inductaque per eum sacra temerans, vera religione proscripta, pristino adulterinam loco restituit ac suo cerimonias honore donavit. Haraldus vero profugus fortunam ad sacrilegium transtulit. Nam ut precipuum inchoatae religionis specimen ita primum neglectae spectaculum fuit atque ex splendido sanctitatis auctore infamis eiusdem desertor evasit[4]. . . . . . .

Inter ipsum[5] namque ac Guthormum, Haraldi filium, subito tanta clade confectum est bellum, ut, eorum utroque cum innumeris aliis interempto, regia Danorum stirps atrocissimis exhausta caedibus ad unicum superioris Sivardi filium[6] redigeretur.

Hic consanguineorum iactura regnandi fortunam adeptus, utpote propinquorum nece quam incolumitate felicior, relictis aliorum exemplis, per aviti negocii vestigia decurrit. Repente namque studiosissimus piratici muneris executor apparuit. Et utinam in abolendo christianismi cultum[c] temerarium Regneriani spiritus non egisset heredem[7]! Siquidem religiosissimum quemque aut suppliciis insequi aut rebus exuere exilioque mulctare perseveravit. Sed frustra principium causer, cuius exitum probem. Laudabilior enim est vita, cuius initium turpe speciosus finis abripit, quam cuius probabile exordium in culpas flagiciaque decurrit. Siquidem Ericus, ad salutares Ansgarii monitus sacrilegae mentis errore deposito, quicquid per eiusdem insolentiam commiserat expiavit, tantumque in excolenda religione se gessit, quantum egerat in aspernanda. Itaque non solum sanioris disciplinae haustum docili animo traxit, verum etiam primaevas maculas finali puritate pertersit. . . . . . .

Qui[8] etiam se ipsum apud Angliam, iam pridem christianismi peritam, solemnibus aquis humectandum exhibuit. Ceterum privatam salutem suam in publicam exhuberare[d] cupiens, ab Agapito, qui tunc civitatis Romanae sacris preerat[9], Daniam divinitus erudiri petivit. Quod antequam votis exequeretur, absumptus est. Nam fatis suis Romanae legationis precucurrit adventum, animo certe quam effectu superior, tantumque supernae compensationis ob pietatis propositum assecutus, quantum ceteris prestatur ex opere. . . . . . .

Post hunc[10] Gormo arcem obtinuit, semper infensi erga religionem animi, christicolarum perinde ac teterrimorum hominum respectum extinguere cupiens[11]. Omnes huiusce normae participes vario iniuriarum genere fatigatos quibus potuit calumpniis insequi non quievit. Quin etiam, ut priscum delubris cultum restitueret, templum in fundo Slesvicensi a religiosis conditum, tamquam sacrilegum aliquod im-

a) Sighuini *corr. Velschow.* b) *sic h. l.* 1, *supra* Herothus, *quod St. hoc etiam loco scripsit.* c) cultu *corr. St.* d) *ita* 1.

1) Sequana intelligitur. 2) Suetiae regis. 3) Adam I, 18. Reliqua finxisse videtur Saxo. 4) Non probabile est, eum unquam sacra christiana palam deseruisse. M. 5) Sivardum regem, Regneri filium. Adam I, 30. sequitur Saxo. 6) Ericum. 7) Sequentia ex Adamo I, 30. 31. 8) Frotho, qui Canuto, filio Sivardi, successisse dicitur. Aliter de ipsius baptismo refert Hist. Roskild., supra p. 23. 9) Temere hunc saec. X. papam ex Adamo II, 3. huc traduxisse videtur Saxo. 10) Haraldum, qui Gormoni Anglico patri, filio Haraldi, successisse dicitur. 11) Cf. Adam I, 61.

pietatis domicilium, ab imis fundamentorum partibus demolitus est; quos suppliciis non attigerat, sacrae cellae strage puniens. . . . . . . Brevi enim Haraldi atque Kanuti felix prole mater[1] apparuit. Qui cum virilem attigissent aetatem, exerta classe effrenatam Sclavorum insolentiam domuerunt. . . . . . .

EX LIBRO X.

. . . .

Post haec Haraldus[2], armis Sclavia potitus, apud Iulinum, nobilissimum illius provinciae oppidum, Sturbiorno duce competentia militum presidia collocavit. Quorum piratica egregio animorum robore celebrata ac finitimis paulatim tropeis[a] alita, eo demum ferocitatis excessit, ut continuis nautarum cladibus septentrionalem repleret oceanum. Ea res plus Danico imperio quam ullum terrenae miliciae negocium attulit. Inter quos fuere Bo, Ulff, Karlshefni, Sivaldus aliique complures, quorum prolixam enunciationem tedio quam voluptati propinquiorem stilo prosequi supersedeo[3]. Inter haec Sturbiornus, ultionis aculeo lacessente, acceptam iniuriam pensare cupiens, Haraldo in opem accito, memorem dampnorum iram adversus invisam Erici dominationem destrinxit[b]. Cuius rei gratia Haraldus Hallandiam[c] proficiscens, Teutonicae irruptionis nuncium, quae a cesare Othone gerebatur, accepit. Igitur alienae rei impetitionem quam propriae defensionem languidiore studio prosecutus, externae pugnae proposito domesticae curam anteposuit, reflexoque in Iutiam cursu, ad opem oppressis ferendam precipiti celeritate contendit. Sed eo superveniente, cesar Iutiam, utpote regio ductu vacuam, nullo resistente, permensus, cum Lymici sinus obiectu, tunc temporis Wendalam aquis claudentis, ulterius excurrere vetaretur, coniecta in undas lancea, non solum iter ad Eydoram reflexit, verum et simillimum fugae reditum habuit. Siquidem hastam, cuius usum habebat, maritimos in fluctus relinquendi monumenti gratia iaculatus, suum freto vocabulum indidit[4]. Verum ut impetu gravis, ita exitu vanus apparuit. Haraldus quippe ardentissimo cursu abscedentes hostium reliquias insecutus, Epponem[5], extremi agminis ducem, cum iis quos repperit trucidavit. . . . . . .

Post haec Thyra, quo patriam a clandestinis exterorum irruptionibus tutiorem prestaret, quantum a Slesvico ad occidentalem oceanum patet vallo fossaque proscindere aggressa est, superque iacto aggere tenacissimi operis, terrenum molita est munimentum. Cui postmodum Waldemari regis Absalonisque Danicae gentis antistitis consimilis erga patriam pietas murum cocti lateris superiecit, uti potius veteris valli occiduos lapsus solidior novae molis structura reficeret[d], quam debilem eius situm crebrior in posterum ruina submitteret. Siquidem priori munitione fundamenti loco usi, imperfectum femineae virtutis propositum virili prudentia compleverunt, tanto excellentius opus edentes, quanto se muliebri noverant industria clariores. . . . . . .

Interea defuncto apud Norvagiam Haraldo, filius eius Haquinus patriam hereditariae pensionis ignominia exuere cupiens, cum Haraldum, auditis quae cesar apud Iutiam gesserat, Germanicis diutule[e] bellis implicandum speraret, palam detractandae[f] stipis audaciam prebuit, plus spei ac fiduciae ex Saxonicis armis quam suis viribus capiens. Verum Haraldus, rebus cum imperatore compositis, consortium catholicae religionis amplexus, divinam humanamque pacem regno suo conciliavit[6]; sicque Haquinum conceptae inaniter spei irritum reddens, se ipsum errore, patriam preliis liberavit. Comperta vero Haquini defectione, tanto in Norvagicae iuventutis contumaciam asperius animadvertendum putavit, quanto eam adversum se cervicem insolentius extulisse cognovit. Missa igitur adversus hanc Iulinae piraticae manu, Bo atque Sivaldo ducibus contemptus sui ultionem mandavit. . . . . . .

Haraldum vero duos ex Gerytha filios sustulisse memoriae proditum est. Quorum maior Haquinus excellentissimae indolis habitu ac felicissimis naturae incrementis fratris Suenonis fulgorem suppresserat. Idem Sembos aggressus, cum militum animos periculosi belli respectu aliquanto infractiores animadverteret, quo melius fluctuantibus fugae spem demeret, ignem subductae classi subiecit eoque necessitatis duramento imbecillitatis ignaviam reppulit. Effecit enim, ut navigiorum facultate defecti reditum victoria struendum animadverterent. Itaque quo aequiore animo se ipsum classe spoliavit, eo tutiore hosti spolia detraxit. Miserta est tunc profecto fortuna Danici ducis, a navigiorum iactura nautarum presidia mutuantis, cum summam classis inopiam opem victoriae cerneret. Igitur ut prudenti, ita periculoso consilio salutarem ministravit eventum. Potiti enim Sembia Dani, necatis maribus, feminas sibi nubere coegerunt, rescissaque domesticorum matrimoniorum fide, externis avidius inhaerentes, suam cum hoste fortunam communi nuptiarum vinculo partiti sunt. Nec immerito Sembi sanguinis sui contextum a Danicae gentis familia numerant. Adeo enim captivarum amor victorum animos cepit, ut, omissa redeundi cupiditate, barbariem pro patria colerent, alienis quam suis coniugiis propiores[7]. . . . . . .

a) trophaeis 1. b) distr. *corr. St.* c) in H. *St.* d) reficiceret 1. e) diutile 1. f) detrect. *corr. St.*

1) Thyra, Gormonis uxor. 2) Gormonis filius, Blatan vulgo dictus. 3) Innuunt haec verba, Saxoni ad manus fuisse integrum Iomivicensium catalogum, haud dubie ad leges metricas consarcinatum. M. 4) Oddesund. 5) Eundem habet Müller, quem Widukindus III, 50. Ibonem dicit. Sed hoc valde dubium. Cf. de Saxonis loco aliisque Islandorum narrationibus Grund, 'Forschungen' XI, p. 580; vix tamen haec ex Adami loco II, 3. facta putarim. 6) Adam I. I. 7) Similia Ann. Ryenses, SS. XVI, p. 398, sub rege Lothene Knut referunt.

Nec[1] silentio implicandum quod sequitur. Toko quidam aliquamdiu regis stipendia meritus, officiis, quibus commilitonum studia superabat, complures virtutum suarum hostes effecerat. Hic forte, sermone inter convivas temulentius habito, tam copioso se sagittandi usu callere iactabat, ut pomum quantumcunque exiguum baculo e distantia superpositum prima spiculi directione feriret. Quae vox primum obtrectantium auribus excepta, regis etiam auditum attigit. Sed mox principis improbitas patris fiduciam ad filii periculum transtulit, dulcissimum vitae eius pignus baculi loco statui imperans. Cui nisi promissionis auctor primo sagittae conatu pomum impositum excussisset, proprio capite inanis iactantiae penas lueret. Urgebat imperium regis militem maiora promissis edere, alienae obtrectationis insidiis parum sobriae vocis iactum carpentibus. Itaque ex dictis etiam non dictorum effectui obligabatur, evenitque, ut conatus suos ad id quod minus presumebat erigeret et quod parum professione coluerat plenius experientia celebraret. Neque enim solida virtus, tametsi detractionum laqueis implicata, iustam animi fiduciam abicere potuit. Quin etiam eo certius quo difficilius experimentum accepit. Exhibitum itaque Toko adolescentem attentius monuit, ut aequis auribus capiteque indeflexo quam patientissime strepitum iaculi venientis exciperet, ne levi corporis motu efficacissimae artis experientiam frustraretur. Preterea demendae formidinis consilium circumspiciens, vultum eius, ne viso telo terreretur, avertit. Tribus deinde sagittis pharetra expositis, prima, quam nervo inseruit, proposito obstaculo incidit. Cui si fortuna caput adolescentis obiecisset, haut dubie in patris periculum nati pena recideret, spiculique error percussorem percussi exitio sociasset. Virtutem ergo patris an ingenium filii impensiori ammiratione prosequar, ambigo, quorum alter artis suae prudentia parricidium cavit, alter corporis animique patientia sibi sospitatem peperit, patri pietatem servavit. Enimvero iuvenile corpus senilem[a] animum roboravit, tantum fortitudinis in expectando iaculo exhibens, quantum peritiae pater in emittendo prebuerat. Itaque constantiae suae beneficio, ne sibi spiritus, patri salus eriperetur, effecit. Interrogatus autem a rege Toko, cur plura pharetrae spicula detraxisset, cum fortunam arcus semel dumtaxat experimento prosequi debuisset: 'Ut in te', inquit, 'primi errorem reliquorum acumine vindicarem, ne mea forte innocentia penam, tua impunitatem experiretur violentia'. Quo tam libero dicto et sibi fortitudinis titulum deberi docuit et regis imperium pena dignum ostendit. Sed iis necessitatum procellis erutum paulo post par mali tempestas implicuit. Haraldo enim eius se artis, qua Finnii[b] nivales saltus peragrant, peritiorem iactanti Toko in consimili genere laudis suam ausus conferre virtutem, apud Collam[2] rupem editae professionis experimentum prebere compellitur. Sed quod minus exercicio celebraverat, plenius a virtute mutuatus est. Eminentis enim scopuli cacumine conscenso, exiguo se fusti credidit, lubricasque plantis tabulas adaptando, rapidum in preceps vehiculum egit. Cuius precipiti raptu in preruptos silices actus, nichilominus debitum eius regimen intrepida manu continere suffecit. Neque illi aut periculi magnitudo aut ullus animi stupor, quominus firmo se corpore contineret, officere potuit. Exterruisset alium conspecta precipicii immensitas, atque ante ipsum periculi ingressum plena metus hebetudine confecisset. Tandem illiso cautibus vehiculo, cui insistebat, excussus, fortuito fustium fragmento solidum incolumitatis presidium reperit, fatoque alioqui propinquus[c], felici naufragio insperatam salutis anchoram apprehendit. Enimvero acrius clivo impactus, perfracti vehiculi dampno tutum cursitandi eventum habuit. Nisi enim impetum eius invia petrarum robora vastaeque voragines interpellassent, haut dubie procursum subiectum rupi pelagus excepisset. Ubi a nautis exceptus, inviso regi tristiorem fortuna sua famam reliquit. Vehiculi[d] quoque fragmenta a navigantibus inter undas reperta falso periculi eius fidem auxerant. Ipse vero suspectam Haraldi presentiam reputans, quod virtuti suae premiorum loco pericula proponi cognosceret, studiorum suorum exercicia ad filii eius Suenonis miliciam contulit. . . . . . .

Igitur relicta patria, Iulinum Danicis armis refertum, utpote fidissimum miliciae suae gremium, exilio petivit[3]. Interea Sueno, nondum paterno odio pietatem violasse contentus, conciliandae sibi plebis gratia effusis impietatis habenis, delendorum sacrorum curam animo pertinacius sumpsit, omnique Divinitatis cultu patria eiecto, victimarios templis, aris libamenta restituit[4]. Quem rursum pater mixtis Danorum Slavorumque copiis apud Helgenes littus aggressus, diem prelio, tam fugae quam victoriae alienus, extraxit; in quo defatigati exercitus nectendae pacis gratia posteram lucem colloquio tribuunt. Cum[e] forte Haraldus creandae compositionis fiducia licentius evagatus, in angustiores nemoris partes concessit. Ubi cum exinaniendi ventris gratia arbustis insideret, a Tokone iniuriarum suarum ultionem sitiente sagitta vulnus excepit, idemque saucius a suis Iulinum relatus[5], celerem vitae exitum habuit. . . . . . .

Defuncto Haraldo, Sueno prosperam sibi in divina saeviendi occasionem venisse gavisus, totam religionis stirpem ab radice convulsit, eoque auctore Dani susceptum Divinitatis cultum repetita superstitione mutarunt, hoc liberius erroris sui recursum complexi, quo certius amarissimum eius reprehensorem occidisse[f] cognoverant. Quam temeritatem vindex contemptus sui Divinitas non parva rerum acerbitate pensavit, auctorem eius tristissimis fortunae vicibus[g] insecuta. Ipsum namque deserendae religionis ducem perquam graviter affectum violentissimis casibus implicare non destitit, laetisque successibus spoliatum, amarum vitae usum experiri coegit. Quippe a Iulini oppidi accolis piratica Daniam

a) senilis animus *prop. Kinch (falso, ut e sequentibus verbis patet H.-E.)*. b) *ita* 1; Finni *St.* c) propinquius 1; *corr. St.* d) Vehiculo 1; *corr. St.* e) Tum *emendandum videtur. H.-E.* f) accidisse 1; *corr. St.* g) viribus 1; *corr. St.*

1) De hoc loco celeberrimo aliquid annotare supersedeo. 2) Kullen in Scania. 3) Haraldus a Suenone filio victus. 4) Adam II, 25. 5) Adam l. l. De Palnatokke alii aliter retulerunt.

incessentibus captus, facta sibi redimendi potestate, corpus suum auro semel, argento bis rependendum promisit[1]. . . . . . .

Eo tempore piraticae usus nostris creber, Sclavis perrarus exstitit; qui ob hoc latius ad eos manare cepit, quod Iulini oppidi [accolae[a]] piraticae studiis adversum patriam usi, eo maxime Danis, quod ab ipsorum ingeniis traxerant, nocuerunt. Quem incursationis morem nostris annis Waldemari regis maximique pontificis Absalonis propensae pro civibus excubiae domuerunt. Quorum strennuo interventu tranquillus terris cultus geritur, tuta aquis navigatio celebratur. At Sueno oppressionum[b] suarum vindictam sitiens, maximeque Iulinum perinde ac scelestissimi contubernii domicilium armis evertere cupiens, sinum, quo Møen insula a Falstria secernitur, regia classe complevit. Qui cum se mox in Sclavorum effusurus provinciam videretur, qui Iulini constiterant audacter callidi, impetum hostis arte precurrendum duxerunt. Nam cum muniendae classis gratia nocturnas a Danis circuiri vigilias nossent, delectos remiges subornaverunt. Qui mane, anticipato vigilum more, simulatoque ab excubiis reditu, frequentem liburnis portum brevi lintre permensi, cum ad regis usque navigium processissent, esse gubernator dixit, quod secretius eum nosse admodum oporteret. A quo rex noctu exploratae rei nuncium afferri ratus, detracto navigii tegmine, capiteque exerto, veluti familiaris colloquii gratia acclive vocanti corpus prebuit. Quem ut ille insidiis opportunum animadvertit, subito cervicem eius perquam violento amplexu corripuit liburnaeque detractum apparitorum ope myoparoni suo iniciendum curavit. Nec segniter fugam nautae concitatis remorum ictibus expetebant. Ita presidium strennuae calliditatis amplexi, quod armis nequibant, insidiis promoverunt. Igitur qui paulo ante in maiestatis fastigio fulserat, tunc barbarorum miserabile mancipium contumelioso ludibrio fortunae effectus, nescio, patris maior an religionis iniuria provinciam, quam parentis exilio violaverat, ministram carceris ultricemque parricidii sensit, patriam, quam sacris spoliaverat, etiam opibus exuere necesse habuit. Neque enim ocius a suis iuvari poterat, utpote quibus primum detrahenda navigiis tegmina, aptandi foris remi extollendaeque undis anchorae fuerant. Cessit igitur expeditio fraudi; nec barbariem absque regio ductu petere ausa, soluta classe, domesticis militem littoribus reddidit. . . . . . . Ita populus, sacrilegi animi probator, religiosi punitor, quantum in patris sanctitatem contemptus, tantum in filii labem honoris congesserat; cultumque eius, quia sacrorum morem abrogaverat, copiosa favoris indulgentia prosecutus, ter regem a piratis captivum, interposita munerum pactione, receperat. . . . . . . Ceterum barbari nondum rebus eum exuisse contenti, truculentius affectum iurare etiam, iram remissurum, compellunt, gemina miserum pactione torquentes. . . . . . .

Hac fortunae saevicia Sueno ad amplectendam religionis caritatem adactus, abstractos caligine oculos salutari lucis contemplatione suffudit. . . . . . . Igitur cupido, sed inefficaci serendae religionis auctori[2] numinis[c] sui illustrator Deus Popponem, ingenio ac sanctitate conspicuum precipuaque litterarum scientia excellentem, preclari operis consortem adiecit. Hic, Danorum concione publice apud portum, cui glaciei frequentia agnomen peperit[3], habita, cum eos, ne fana excolere vellent, sermone flectere nequiret, evidenti indicio certissimum assertioni suae argumentum prebuit doctrinaeque fidem conspicuo sanctitatis miraculo publicavit. Percontatus enim, an monitis suis obsecuturi essent, si ad flagrantis ferri tactum manum eius laesione vacuam conspexissent, universis haud dubie parendum respondentibus, candentem ferri laminam cirothecae formam habentem expediri iussit[4], eique brachium cubito tenus inseruit ac protinus per omnes interrite circumlatam ante principis pedes excussit, dextramque nulla ex parte corruptam in eodem incolumitatis colorisque habitu religiosae omnium ammirationi conspiciendam monstravit. Quo tam mirifico spectaculo alioqui inexorabiles studio suo consentaneos reddidit effecitque, ut periculum non impedimentum monitorum eius esset, sed experimentum. Enimvero ipsam rerum naturam audacis voti constantia superavit. Quin etiam ea miraculi celebritate aeternum[d] genti nostrae religionis spiritum ingeneravit. Quo evenit, ut Dani, abrogata duellorum consuetudine, pleraque causarum iudicia eo experimenti genere constatura decernerent, controversiarum examen rectius ad arbitrium divinum quam ad humanam rixam relegandum putantes. Quam ob rem Poppo a maximo pontifice Bremensi Adaldago apud Arusium[5] honorem gerendi pontificii, vitae atque operibus suis perquam debitum, impetravit. Eodem officii nomine Harico[e] Slesvicum[f], Lefdago Ripae cesserunt[6]. Gerbrandus Roskildiae claruit[7]. Adeo religiosissimi principis exactissima sanctitas christianismi[g] cultum novis sacerdociis auxit, cellis atque sacrariis decoravit. Prius enim quatuor haec[h] religionis domicilia, externis sacrorum contenta presulibus domesticaeque prelationis expertia, fortuito magis quam solido pontificum ordine nitebantur. Nec minus Norvagia Bernardi ex Anglia profecti saluberrima ammonitione profecit[8]. Cuius[9] regi Olavo tanta sumendorum auspiciorum annotandorumque omnium cura acta est, ut etiam aquarum sacrarum liquore perfusus, cum pariter[i] religiosae disciplinae rudimenta sorpsisset, nullo tamen

a) *supplevi, ut p.* 68, *l.* 58. *legitur H.-E.; deest* 1; piratae patriae *St., qui in veteri cod. ita emendatum se repperisse dicit.* b) oporess. 1. c) nominis *prop. Kinch.* d) externum 1; *corr. St.* e) Henrico *perperam St.* f) Seuiscus cum 1; *corr. St.* g) christianissimi 1; *corr. St.* h) hic 1; *corr. St.* i) partem 1; *corr. St.*; parce *prop. Kinch.*

1) Cf. Sueno Agg. c. 4, supra p. 32. 2) Suenoni iam ad christianam fidem converso. 3) Isefiord. 4) Cf. Hist. Rosk., supra p. 23. et Adami schol. 21. 5) Popponem Slesvici episcopatum gessisse constat. 6) Adam II, 4. 7) Quem multo post vixisse ex Adamo II, 53. constat. 8) Duos Bernardos nominat Adam II, 53. 55; sed neuter in Norvagia praedicasse refertur. (At procul dubio ex cap. 55. hoc sibi persuasit Saxo. H.-E.). 9) Cf. Adam II, 38, quem a Saxone adhibitum esse, minus recte Müller in dubium vocavit.

sanctitatis exemplo, nullius auctoritate doctrinae, quominus augurum[a] monitus consectaretur futuraque per pullarios disceret, vetari posset. Itaque sanctitate vacuus nec nisi[b] inanem eius umbram complexus, susceptam religionis speciem fucosa superstitione dampnabat[1]. Consimilis eiusdem pontificis industria Suetiae regem Olavum ad christiana sacra perductum Iacobi nomine venustavit, morum profectui decus vocabuli tribuens. Utrum autem idem rex ab eo an a Bremensium pontifice Unnone[2] sacrorum usum disciplinamque perceperit, parum comperi. Eo tempore Lundenses sacrarium moliti, sub Gerbrando Roskildiae presule rem divinam domestici templi religione gesserunt. Ceterum Unnonis corpus Byrce oppidum veteri fama inclytum[3], Bernardi Lundense hypogeum tenet. . . . . . .

Iisdem temporibus Popponi Rimbrandus, Harico[c] Marcus pontificii religione successit. Pro Lefdago Fulbertus sacerdocio fulsit[4]. Post quem Othincarus Albus, splendidissimo loco natus, infulas sumpsit[5]. Cuius liberalis in Deum animus, ne parvula quidem sibi summa retenta, amplissimum patrimonium necessariis templorum usibus erogavit cellasque ante id rei familiaris inopes uberrimis agris ac latifundiis locupletes effecit, adeo ut excellentissimae totius Iutiae civitates, quicquid pene prediorum possident, a religiosa eius donatione perceperint. Itaque propior publicae devotioni quam privatae facultati solidaeque magis quam fluxae laudis appetens, momentaneo rerum impendio mansuras[d] animi delicias comparavit seque patrimonii quam religionem rei familiaris inopem esse maluit, ad eum hereditatis suae honorem transferens, a quo pia dona perpetuis bonis rependenda cognoverat. Nec possessionem sacris impendisse contentus, ut omnes virtutis partes ac numeros exequeretur, etiam rerum beneficiis virtutum adiumenta subtexuit. Siquidem Syalandiam et Scaniam officio piae eruditionis aggressus, mirificum sacri dogmatis auctorem agere cepit. Ac ne parcius animi quam corporis officium amministraret, tantum se in amplificanda religione gessit, quantum egerat in locupletanda, pro quo patrimonium erogaverat, etiam morte paratus occumbere. Ceterum Sueno . . . . . . in ipso perfectissimae vitae fulgore decessit. . . . . . . Quis enim crederet illum a maximo solio ad Sclavorum perventurum catenas? Quis rursus existimaret a Sclavicis vinculis ad regni rediturum insignia? Attamen ex rege captivus atque ex captivo rex est factus . . . . . .

Kanutus . . . . . . primum Sclaviae ac Sembiae, perinde ac debilioribus regnis, ferrum inicere statuit. Quarum alteram Sueno, tametsi graves iniurias passus, obstante religionis vinculo, concutere formidabat; altera, ab Haquino[6] oppressa, absumpto eo, rebelles Danis manus exercuit. Solerter igitur a Danici regiminis successore provisum est, ut in hac paterni gravaminis, in illa defectionis noxam puniret. . . . . . . Cuius propositi compos, spes suas, duabus splendidissimis victoriis alitas, terciam ab Anglis expetere docuit. . . . . . .

Qui[7] cum, Anglorum rebus obtentis, nectendam cum finitimis amiciciam decrevisset, Normanniae prefecti Roberti filiam Immam matrimonio duxit eiusque fratri Rykardo sororem Estritham coniugio potiendam permisit[8]. Igitur ex Imma Kanuto Gunnildaque suscepta, duorum populorum concordiam communi sanguinis vinculo stabilivit. . . . . . .

Igitur Kanutus sex prepollentium regnorum possessor effectus, eximio sui fulgore etiam Romanum illustravit imperium. Enimvero eius principi Henrico[9] filiam Gunnildam nuptum tradidit, eundemque paulo post Italica consternatione perculsum auxilio prosecutus, pristinae fortunae, pressa rebellium conspiratione, restituit[10]. . . . . . . At cesar ex Gunnilda filium aeque fortuna ac vocabulo Magnum suscepit[11]; a quo illustrium Teutonicorum imagines splendidaque Germaniae lumina successionis serie pullulasse produntur.

Eo temporis Guthscalcus Sclavicus, eximiae indolis adolescens, commilitium regis stipendia meriturus accessit. Is a Pribignevo patre[12], christiani cultus amantissimo deficientemque a religione Sclaviam nequicquam revocare conante, preter nationis suae morem percipiendae litterarum disciplinae gratia doctoribus traditus, ut eum a Saxonibus potiendae Sclaviae cupidis interemptum cognovit, efferatum ingenium leni studio mitescere passus non est[13]. Repente enim armis scolam mutavit, et ne alienigeni ingenii exercitatione patrios ritus pigrius prosequeretur, litterarum cultum in tyrocinium vertit, omissoque doctrinae studio, strennui vindicis quam ignavi discipuli partes agere maluit, audacter quam industrie animo uti satius autumans. Itaque naturae magis quam preceptoris monitis obsecutus, parta tandem ultione, Kanuti commilitium expetivit. Ita adolescentis mens, in ipso doctrinae limine saeviciae stimulis intercepta, studiosae rationis elementis ingenitum sanguini suo rigorem expugnare non potuit.

a) augurium 1; *corr. St.* b) non 1; *corr. St.* c) Henrico 1; *sed v. supra p.* 64, *l.* 49. d) mensuras 1; *corr. St.*

1) Multa confuse narrantur. Haudquaquam rex Sueciae Olavus (Skautkonning), sed filius eius Anundus sacra unda lavatus nomen Iacobi accepit. M. 2) Quem Suetiam visitasse apud Adamum I, 63. legit. 3) Adam I, 64. 4) Ita etiam Hist. Roskild., supra p. 23, quae a Saxone lecta esse puto. 5) Cf. Hist. Rosk. l. l., quae de altero Othincaro dicere videtur. 6) Filio Haraldi Blaatand; cf. l. X, supra p. 62. 7) Kanutus Magnus. 8) Adam II, 52, qui Kanuti sororem Margaretam dicit. Sed Estritha, mortuo priore marito Ulf, Roberto II. comiti Normanniae nupsit. 9) Conradi filio, patre vivente. Cf. Adam II, 63. 10) Similia prorsus falsa Sueno Agg. c. 5. tradidit, supra p. 33 sq. Kanutum a. 1027. Romam profectum esse constat. 11) Certum est, Gunhildam nonnisi filiam genuisse. Suspicatus est Suhmius ('Historie af Danmark' IV, p. 24), Saxonem confudisse Gunhildam cum Ulfhilda, filia Olavi Sancti, quae Ordulfo duci Saxoniae desponsata ex eo peperit Magnum. M. 12) Utonem patrem dicit Adam II, 64. 13) Ita etiam Adam l. l., a quo Saxo postea quidem discessit, non tamen ita, ut eum ex alio fonte hausisse statuamus oporteat.

Eodem tempore apud Daniam sacrorum antistites aliis alii successisse traduntur. Nam Gerbrando substituitur Avaco[1], Othynkarus[a] iunior Ripensis[b] pontifex creatur[2]. . . . . . .

[f. CVII. p. 536.] Ut[c] autem Kanutus a Richardo, quod sororis suae repudium egisset atque adversus uxorem severius aequo maritali supercilio usus fuisset, tamquam a coniugalia sacra contumeliose tractante penas sumpturus ac thori genialis iniuriam repulsurus, in Normanniam magna se classe traiecit[3]. . . . . . . Cuius impetum Richardus, Siciliam petens, fuga precurrere maturavit. Interea Kanutus ob gravis[d] miliciae labores adversa valitudine pressus, cum se corporis firmitate defectum ac mox spiritu cariturum animadverteret, convocatos proceres nonnisi bello confecto domos reverti iussit, haut dubie victoria potituros, si funebri eius lecto humeros in acie subiecissent atque inter primos preliantium globos ducis nomine [p. 537.] corpus suum exanime pertulissent[e], idque, fugato hoste, quo clarius cinerum suorum monimentum extaret, apud Rothomagum, promissa[f] indigenis libertate, sepulturae mandarent; facile usuros conditione Gallos, si illico hostem finibus suis excessurum cognoscerent parvoque impendio grandi patriam metu liberare quivissent. O immensam perituri regis industriam, quae suis in ultimas rerum angustias devo-[1035.]lutis disciplina quam spiritu vividior affuit! Enimvero superstitum salus decedentis ingenio stetit. Nam corpus eius funebri lecto a militibus in acie perlatum, ad Danorum usque victoriam veluti viva adhortatione profecit, ut non minus extincti quam superstitis fortunae pondus inesse crederes. Cui mox sepulturam, discessuros se pacti, a Rothomagensibus expetiverunt. Rapuere conditionem hostes, cineribusque eius in urbe sua acquiescendi locum dederunt. Ita milites suscepti monitus ratione pugnam, pactionem, sepulturam atque exequias prosecuti, fato functum humeris suis regem in acie[g] pertulerunt, victoresque, funerato eo, sumptis tantum commeatibus, ad propria reditum habuerunt[4]. . . . . . .

[f. CVIII. p. 543. f. CVIII'] Quem[5] Magno[6] terra marique pertinacius insequente, in Iutiam se repente Sclavicus effudit exercitus. Quorum irruptio dubium victori effecit, fugacemne hostem pellere an imminentem excipere debuisset. Quidam enim gentis illius nobilissimus, duodecim filiis maritimis predonibus apud Daniam spoliatus, Iutorum fines ferro orbitatem ulturus invasit[7]. Quam ob rem Magnus perseverantissimis popularium precibus committendi prelii auctorem agere postulatus, omisso aemulo, a domestico hoste in externum arma convertit et, quasi privatae affectionis oblitus, publicam induit, ne suas quam regni partes curiosius egisse videretur. Nec dubitavit alienigeni sanguinis dux, summa adhuc fluctuante, in se ipsum dubiae potestatis transferre periculum. Nocte vero, quam belli dies insecutus est, quietem eius certae predictionis species adumbravit. Quippe somnum capienti imago cuiusdam obversata predixit hoste eum [p. 544.] superiorem futurum inque aquilae nece victoriae fidem auspiciaque sumpturum. Expergefactus rex, visionis ordinem die postera magna cum omnium admiratione vulgavit. Sed et somnio[h] omen consentaneum fuit. Progresso namque exercitu, aquilam, quae in quiete demonstrata fuerat, comminus considere conspectam, pernici equo advolans, basta petivit fugamque alitis veloci iaculo precucurrit. Itaque novitate rei ad spem victoriae spectatores erexit. Arripuit igitur omen exercitus atque fortuito aquilae occasu certissimam hostium ruinam interpretatus est. Cuncti quippe eventum somnio congruisse cernentes, perinde atque securi rerum, in fortunam suam acceptae[i] rei presagium referunt et quasi indubitatam vincendi sortem pari mentium alacritate presumunt. Quos eo audaciae ipsa auspicii religio provehebat, ut, iam sibi victoriam ante oculos preponentes, absque respectu periculorum certatim in prelium prosilirent. Quibus primam pugnandi occasionem corripientibus eodemque eventu quo omine dimicantibus, caeduntur funditus Sclavi[8]. Victor Magnus felici pugna popularibus percarus evasit, eorumque propensiore subsidio roboratus, ad prosequendum regni aemulum redit, eo quidem instantius, quod rerum successus quo plus sibi gratiae peperit, hoc magis Suenonis favorem absumpsit, aversoque vulgi animo, magnopere residuum eius debilitavit auxilium; nec solum contrahendarum virium spem sustulit, [p. 545.] sed etiam contractas excussit. Quin etiam Guthscalcus[9] Sclavicus inter ceteros, qui infelicis eius miliciae stipendia deseruerant, diu se sub alienis auspiciis rem infeliciter gessisse considerans, cum domino[10] nichil spei relictum animadverteret, militem exuens, defectorem agere non erubuit, suamque experiri fortunam quam alienam sequi tutius duxit, ut, cum regem meliora speraturum diffideret, paternae saltem neci ultionem non negaret. Consilio respondit eventus. Siquidem, gestis varie bellis, Sclaviam suae ditionis effecit, utque externis rebus infractus, ita domesticis invictus apparuit. Nec quaesitae dominationis felicitate contentus, Saxoniam postmodum, parentis necem ultus, obtrivit, parvae gloriae regnum aut divicias reputans, si non ultionem opibus adiecisset. . . . . . .

EX LIBRO XI.

. . . .

[f. CIX. p. 548.] Principio regni Suenonis[11] Roskildensium sacrorum antistes Avachus[k] moritur. Sufficitur Wilhelmus[12], quo Kanutus maior et scriba et sacerdote usus fuerat, genere quidem Anglus, sed omnium virtutum

a) Otkynk. *h. l.* 1. b) Ripeñ 1. c) At Kan. *prop. Kinch.* d) graves *Krantz IV*, 29. e) praetul. *Kr.* f) permissa *Kr.* g) aciem *Kr.* h) somno 1; *corr. St.* i) acceptum regi pr. *prop. Kinch.* k) Anachus 1; *corr. St.*

1) Adam II, 62. 2) Ib. II, 34. 3) Haec ex ingenio ficta sunt. 4) Admiratio oritur, unde Saxo longam illam de ultimis Canuti fatis desumpserit fabulam, quae apud eum solum legitur et verae historiae omnino repugnat. M. Cf. Suen. Agg. c. 5, supra p. 34. 5) Suenonem Estrithson. 6) Rege Norwagiae, filio Olavi Sancti, regno Danico potito a. 1042—1047. 7) Adam II, 75, qui de octo filiis Ratiboris loquitur, qui 'patrem ulcisci quaesierunt'. 8) Adam. l. l. 9) Etiam haec ex Adamo l. l. sumpta suo more mutavit, ampliavit. 10) Suenone, in cuius militiam post Kanuti mortem illum transiisse finxit. 11) Estrithson a. 1047—1076. 12) Adam III, 70, qui de eius origine nihil tradidit.

partibus ac numeris abunde instructus, idemque pontificalium sacrorum apprime peritus. Ad cuius usque tempora Scaniae genti religionis privilegio Roskildensis presidebat auctoritas. Ab eo viro dividuum esse sacerdocium cepit[1]. Cuius Scania veluti alteram partem adepta, protinus inter coniuncta admodum oppida novam muneris potentiam partita est. Nam Lundia Dalbiaque protinus susceptum inter se sacrorum divisere primatum geminaque eiusdem dignitatis usurpatione certarunt. Nam alteri Henricus, Eginus alteri sacerdos accessit. Verum Henrico ob immoderatum potionis usum absumpto, pontificatus eius universum ius omniaque honoris insignia ad Eginum Lundensium presulem concesserunt, ac veluti in unum corpus utraque sacerdocii summa confluxit, quamquam merito in ebriosi antistitis fato sobrius civium honos expirare non debuit. Sed in gregis perniciem sordida pastoris intemperantia redundavit, innoxiaque civitas poti pontificis temulentiam deponendi sacerdocii causam habuit. Ita alterum inimica bibendi cupiditas abstulit, alterum salutaris continentiae disciplina provexit. Indignum populari, nedum pontifice, excessum, cuius plenam ignominiae sortem omnis aevi derisus pleno cavillationis ludibrio prosequitur. Ita bibulus presul candorem sacerdocii turpissimis gulae maculis obsoletum, quem vivendo corruperat, moriendo consumpsit humanique calicis cupido haustu divini usum amittere meruit. Cumque ordini gloriam deberet, notam intulit, pro virtutis conciliatore probri auctor effectus. Nec immerito, qui aliis continentiae et frugalitatis specimen exhibere debuerat, tam indecenti fato violatae sobrietatis penas pendebat. Huius memoria Danicis annalibus non parvae est verecundiae, quoniam perridicula morte consumptus, privatum obprobrium publico rubore perfudit. . . . . . .

Cuius[2] filii duo confestim in Daniam cum sorore[3] migrarunt. Quos Sueno, paterni eorum meriti oblitus, consanguineae pietatis more excepit, puellamque Rutenorum[a] regi Waldemaro[4], qui et ipse Iarizlavus a suis est appellatus, nuptum dedit. Eidem postmodum nostri temporis dux ut sanguinis ita et nominis heres ex filia nepos obvenit[5]. Itaque hinc Britannicus, inde eous sanguis in salutarem nostri principis ortum confluens, communem stirpem duarum gentium ornamentum effecit. . . . . . .

Sed et filia[6] Siritha, quae postmodum Guthscalco[b] Sclavico coniunx accessit, in sequentibus referenda, pellice pariter orta proditur. Tandem rex animum suum ab illecebris luxuriae et immoderato veneris usu retractum, genialis thori castitate cohibere constituit. Ut ergo multorum pellicatuum experientiam licenti[c] nuptiarum usu uniusque matrimonii lege redimeret nec talibus ulterius cubiculis maiestatis suae vigorem absumeret, Gutham, Suethico rege genitam, sanguine coniunctam sibi, legitimae prolis cupiditate complexus, simulata coniugii religione, collegit eiusque coitum pro matrimonio habuit. Ita ut[d], dum ad coniugalia sacra celebranda animum induxit, eorum nomine flagicium coloravit, dumque ab uno se crimine retrahit, in aliud repente provolvit. Sed tolerabilius, quod alieni sanguinis quam quod suae propinquitatis copulam usurpavit, quamquam uterque huiusce veneris usus impudiciciae crimini sit obnoxius. Quam rem Eginus et Wilhelmus intactam preterire passi non sunt. Quippe regem a tam illicito thalamo frustra conantes abstrahere monitisque dirimendi contractus perseveranter aggressi, adversum incestuosam eius libidinem debitae reprehensionis amaritudinem destrinxerunt[e]. Cumque correptioni insistentes nichil se ea profecisse cognoscerent, apud Bremensium antistitem iniustas eius nuptias accusantes, maiori pontificio castigationis arbitrium reliquerunt. A quo cum rex per sacram ac salutarem ammonitionem incesti reus ageretur[7], disciplinae minas opposuit seque ferro correptionis insolentiam repressurum edixit. Itaque vexationis impatiens, plus crudelitati suae quam sacrosancti iuris viribus indulgendum putavit, religionisque quam nuptae desertor esse maluit. Quae res ab Hamburgensibus maritimi periculi metu ad Bremenses pontificium transtulit[8]. Haec volventem Wilhelmus propositum exequi monitis suis passus non est. Sanctitate enim consilii consentaneum furori impetum ab eius pectore submovit, maximaque doctrinae suae perseverantia studium eius a sententia revocavit. Itaque repente sanior affectus regis animum occupavit. Saluberrimo namque preceptoris imperio resipiscere coactus[9], continuo iniusti concubitus nexum rescidit, depositoque stuprosae mentis ardore, nuptam repudio submovit. Nec solum ira abstinuit, sed etiam ab illicita connubii usurpatione mentem retraxit. Gyutha quoque paternos penates repetens, susceptis

a) Rutenorun 1. b) Guthslalco 1. c) *ita* 1 (*etiam infra:* illiciti concubitus noxam licentis evitatione pensavit); decenti *St.* d) *delevit St.* e) *ita* 1; distr. *St.*

1) Adam IV, 8, cuius narrationem Saxo valde ampliavit. 2) Haraldi regis Angliae a Wilhelmo Normanno victi. 3) Gytha. 4) Cf. Wedekind, 'Noten' II, p. 399, qui Wladimirum II. intelligit. 5) Hoc alii de Waldemaro I, alii de Waldemaro II. intelligunt ideoque filiam illi Ingiburgem, Canuti ducis uxorem, hi Sophiam Waldemari I. uxorem habent; cf. Velschow, Prol. p. XLII sqq.; Paludan-Müller, 'Hist. Tidskrift' Ser. IV, t. V, p. 365 sqq. 6) Suenonis Estrithson regis. 7) Adam III, 11; cuius narrationem ampliavit et deformavit. 8) Quod falsissimum esse constat. 9) *flexus per litteras papae* Adam l. l.

viduitatis insignibus, cum summa morum sinceritate consenuit, castitatemque votis professa, virilis concubitus experientiam abdicavit[1]. . . . . . .

f. CXII'. p. 565. Veniam nunc ad Kanutum, Suenonis filium, qui propiciae fortunae beneficio summis naturae dotibus cumulatus, magno cum indolis experimento aetatem animo precucurrit. Quippe, contracta iuventute, myoparonum piratica monstra perdomuit, Sembicis atque Estonicis illustrem tropeis adolescentiam egit novisque virium gradibus paterni roboris fundamenta transcendit. . . . . . .

f. CXIII. p. 566. 1076. Tandem Suenonem ultima pene senectute confectum apud Suddathorp[2], Iuticarum partium oppidum, febri implicatum adversa corporis valitudo corripuit. . . . . . .

f. CXIV. p. 573. 1080. Quo[3] mortuo, Kanutus fraternis suffragiis in regni fastigium revocatus, orientale bellum, quod in adulescentia orsus, in exilio auspicatus fuerat, accepto solio, potius amplificandae religionis quam explendae cupiditatis gratia totis viribus innovandum curabat, cum incrementis fortunae etiam claritatis augmentum apprehendere cupiens. Nec ante manum p. 574. ab incepto retraxit, quam Curorum Sembonumque ac Estonum funditus regna delesset. Deinde, sublato hoste, nuptias circumspiciens finitimaque coniugia obscura ac dignitate sua minora reputans, prefecti Flandriae Roberti[4] filiam Ethlam in matrimonium advocavit; ex qua filius ei Karolus[5] obvenit. . . . . . .

f. CXV'. p. 582. Qui[6] cum fratrum suorum turbam iuveniliter intemperantem patriae admodum onustam videret, largis uberibusque stipendiis alitam, uno dumtaxat Olavo Slesvici partibus presidente, in clientelam assumpsit ac publicum pondus privato levavit impendio. Tandem Danorum nomen, armis in desidiam cadentibus, a paterni avunculi[7] temporibus obrutum animadvertenti[a] novandarum rerum cupido subrepsit. Utque eius animum certius representaret, non contentus studia sua orientalibus decorasse victoriis, Angliam infelicitate amis- p. 583. sam hereditatis duxit nomine repetendam. . . . . . . Primum igitur occultum Olavo consilium prodit, eoque id ipsum hortante, rem deinde popularibus aperit. Alacris omnium assensio fuit. Sed quem rex sibi fraternae caritatis vicissitudine respondere crediderat, latenter aemulum habebat, insidiosaeque eius adumbrationis[b] ignarus, affectum referri sibi, quem ipse impenderet, aestimabat. Quem etsi prudentia secus monuit, sanctitas tamen malignam de fratre suspicionem referre prohibuit, ne consanguineam fidem temere dampnare inque fraudis metu hostes ac necessarios iuxta ponere videretur. Verum Olavus affectatione regni pietatis erga germanum oblitus, perfidissimi pectoris habitum summa fidei simulatione tegebat vulgatumque regis propositum non solum adulationibus fovit, sed etiam hortamentis instruxit; non quod potentissimum regnum ab eo recuperari posse speraret, sed ut imperatae rei difficultatem in odium imperantis converteret Enimvero fratris animum fastidiose aestimans, piissimum eius amorem parricidali fraude pensabat. p. 594. Nam cum eum, quod neglectam ante severitatem novis legibus restituisset, civibus invisum animadverteret, quo odium eius cumulatius redderet, quod publice displiceret, privatim exequi stimulabat. Et ne solus insidias volveret, lecta societate, clandestinae coniurationis cetum instruxit. Nec frustra ingenium fuit. Quippe primores, quorum violentia regiis sanctionibus retusa fuerat, parricidalis cum Olavo propositi consortium habuerunt. 1085. Kanutus vero omnium animos gloriae magis quam sceleri intentos existimans, imperata classe, Lymici maris oris advehitur; a quo brevissimus in oceanum transitus patet, quondam navigiis pervius, nunc vero interiecta harenarum mole preclusus. Hic rex fraternum diu prestolatus adventum[8], navigandi cunctatione exercitus alacritate est excussus. Nam f. CXVI. Olavus, reddita tarditatis ratione, veniendi moram in dies extraxit, commentumque cassandae expeditionis excogitans[c], alimenta perfidiae mendaci impedimentorum simulatione quaerebat, eo moram trahere cupiens, donec aut regem sine eo proficiscentem interim ipse regno privaret vel tarditate suspensum exercitu[d] destitueret, rexque vel desertorum impunitate despicabilis vel pena cunctis invisus evaderet. Ita et fratrem et dominum adventus sui cunctatione ludificans, tam vafrae tamque insidiosae rationis commento gene-

a) animadvertendi 1; *corr. St.* b) adulationis *corr. St.* c) exagit. 1; *corr. St.* d) *ita St.*; exercitū 1; exercitus *Madvig.*

1) Plura de ea retulit. 2) Soderup prope Apenrade. 3) Haraldo Hein, Suenonis filio. 4) I. Frisonis. 5) Postea a. 1119—1127. comes Flandrensis. 6) Canutus Sanctus rex. 7) Canuti Magni. Similiter Sueno Agg. c. 6: *paterni sui avunculi se doluit exhaeredatum potentia.* 8) Immo ipse Olavus ad regem Slesvici moram trahentem a classe eius adventum exspectante missus est, ut Passio Kanuti et Aelnothus c. 13 (supra p. 5. 6) referunt. Cf. etiam Sueno Agg. c. 6. H.-E.

rosi ac fortis propositi molitionem subruere conabatur. Nec eum callida consilii ratio fefellit. Nam tota a rege classis, fastidita eius expectatione, defecit. Rerum enim quae a fratre gerebantur ignarus, morantis adventum sepenumero mandatis exegerat, cum tandem de eius perfidia certior factus, classe prestolari iussa, Slesvicum lectissima manu festinato contendit ibique fratrem inopinatum et attonitum intercepit. Deinde productum accusatumque nec obiecta valide propulsantem, perinde ac convictum impotentemque defensionis, compediri a militibus iubet. Qui indebitam regio sanguini contumeliam suis manibus amministrandam negabant. Cuius tanta apud ipsos veneratio fuit, ut ex eo ortos morte quam vinculis mulctare mallent, tolerabilius rati, quod communis conditio admittit, quam quod servile supplicium exigit. Sed et gentis nostrae verecundia summam in vinculorum pena turpitudinem reponere consuevit hiisque affici omni fato tristius ducit, ingenuas mentes probroso quam cruento supplicio punitiores existimans, tantoque alterum altero speciosius censens, quantum naturae habitus a fortunae vicio distare creditur. Mandatam militibus operam communis frater Ericus exequitur, plus iusti imperii quam iniqui germani respectui tribuendum, nec sanguini parcendum, dum vicia puniuntur, existimans; quippe quem virtus defecerit, nullam stirpis reverentiam obtinere animique labe fedum omnem generis infuscasse splendorem. Igitur non tam fratris nomen quam parricidae propositum intuebatur. Adeo sanguinis precium evilescit, cum se moribus ignobilem fecerit. Post haec rex Olavum catenis[a] choercitum navigioque in Flandriam relegatum carcerali custodiae mandandum curavit[1]. Cuius captionem coniurati parum fama aut nuncio experti, quo callidius exercitum solverent, inertem regis moram absentiamque causati, classem clandestino monitu circumventam domos abire iusserunt. . . . . . . Cumque magnates Olavum, quem sibi factionis ducem futurum speraverant, a fratre interceptum audissent, proposita fraude defecti, summam eius dissimulationem egerunt. . . . . . . Quam rem[2] aemuli regis in popularium concilio deplorantes, calumpniam mendaciis exaggerabant. Veris quoque maiora fingentes, invisos cunctis reddidere quaestores. Quippe militum opus, non regis imperium iudicabant, nec iubentis, sed iussi studium intuebantur. Quorum instinctu multitudo quaestores adorta, communem iniuriam publica consternatione cohibuit, magis quid fieret, quam quid fieri iussum esset, inspiciens. Nec eorum caedibus satiata, in regem quoque vesana prorupit. Qui impetum eius opportune sua ratus absentia declinandum, Slesvicum concessit, ibique coniugem[3] cum filio[4] constitutam, si res sinistre cessissent, perfugere in patriam iussit, nullum inter perfidos presidium habituram. Siquidem intempestivum regno heredem domesticorum arbitrio relinquere verebatur. . . . . . .

Haec[5] audiens regina[3], patriam[6] cum filio impubere[4] repetit, geminis post se relictis filiabus; ex quibus Ingertha Folconi Suethicae gentis nobilissimo nupta, Benedictum Kanutumque filios habuit, hiisdemque mediantibus, Birgerum, qui et nunc exstat[7], Suetiae ducem cum fratribus suis nepotem accepit. Verum ex Ceciliae matrimonio Ericus Gothorum prefectus Kanutum cum Karolo procreavit. Ex quibus generosissimarum imaginum numerosa posteritas clara propinquitatis serie cohaerens emersit. . . . . . .

EX LIBRO XII.

Interfecto Kanuto, Iuti iniquae societatis pertinacia singularem Olavi gratiam amplectentes, creari eum regem alacerrimis petivere suffragiis, hunc sibi plurimum gratiae relaturum sperantes, cui tanto regnum discrimine quaesivissent. Neque eius fratribus hunc honorem, eximio Kanuti amore suspectis, erogandum duxerunt. Igitur pecunia pacta, Nicolaum, communem tam preteriti quam futuri regis germanum, vadem pro eius redemptione dederunt receptoque regnum imponunt. Nec parvum Nicolaus fraternae caritatis specimen edidit. Siquidem fraternas induere catenas[a] suisque vinculis germano regnum emere non dubitavit[8]. Quod audiens Ericus, contumeliae memor, quam ei communis fratris iussu inflixerat, ultionis metu cum coniuge Botilda, quae Ulvoni Gallitiano ex filio Thrugoto neptis obvenerat, Suetiam petivit. Dani vero, collato certatim aere pro sponsoris

a) cathen. 1.

1) Cf. Passionem Kanuti et Aelnoth. c. 13. H.-E. 2) Exactionem pecuniae immitius a quaestoribus Canuti regis factam in Iutia septentrionali. 3) Quae supra Ethla dicta est, Adela. 4) Karolo. 5) Canuti Sancti regis a. 1086, Iul. 10. occisi necem. 6) Flandriam. 7) Qui obiit a. 1202. 8) Knytlinga saga c. 64 (infra) rem aliter narrat.

reditu, pactam creditori pecuniam numerarunt. Quem[1] Flandrensi custodia liberatum infesta parricidis fortuna veluti cladem aliquam nostrorum abundantiae ac fertilitati iniecit. . . . . . .

Fuere Erico[2] filii Haraldus, Kanutus et Ericus, sed primus concubina, secundus matrimonio, tercius adulterio ortus proditur. . . . . . . Filias quoque complures ex concubinatu habuit, quarum unam Haquino cuidam, Beronianae necis ultionem pollicito, premii nomine nuptum dedit. Frater siquidem Erici Bero, Holsatiis Dytmersisque subactis, eo loci, ubi Wermundi filium Uffonem cum duobus Saxonicae gentis lectissimis manum duelli nomine conseruisse proditum est[3], munitionem inhibendae defectionis causa molitus, vallo fossaque insulam cinxit[4]. Cuius dominationem popularium quidam privatim perosus, concionantis latus hasta transfixit.

Ea tempestate Sclavorum insolentia diu Danicae rei miseriis alita — quippe magis ociis Olavi provecta quam ullis eius negociis retusa fuerat —, piratica nostros acerrime lacessebat. Sed[5] et Autonem quendam, splendidissimo loco natum, Falstriam e Sialandia petentem morique quam intercipi preoptantem, occidit. Enimvero ingenita Danico sanguini virtus captivitatis sortem omni fato tristiorem existimat. Quam rem Skialmo Candidus — frater hic Autonis erat — in celeberrimis Danorum conciliis querelarum frequentia prosecutus extudit, ut auctoritate eius motum vulgus unius necem omnium manu ulciscendam decerneret. Adeo quippe regia maiestas popularem[a] evexerat, ut ei decernendarum expeditionum ius esset, armisque publicis non imperium principis, sed plebis arbitrium presideret. Preterea Alli et Herri, Scaniae oriundi, sed eius usum facinoribus demeriti, Iulinum, certissimum Danorum profugium[b], proscriptorum titulo petiverunt. Cuius enixe negocia consectantes maritimisque patriam latrociniis incessentes, rem Danicam atrocius profligare ceperunt. Tunc Danica iuventus Iulinum adorta, fractos obsidione cives, quotquot intra menia piratas habebant, cum pecunia pactionis nomine prebere coegit. Quibus nostri in potestatem acceptis, laesae patriae penas crudelissima mortis ratione expetendas duxerunt. Nam quo violentiore eos morte consumerent, revinctis post terga manibus, palis primum affigendos curabant, deinde ventrium cava cultro rimati, nudatis extis primaque viscerum parte protracta, cetera stipitibus explicabant, nec ante supplicium remiserunt, quam tortos, extis funditus alvo egestis, horridae rapacitatis spiritum profundere coegissent. Quod spectaculum ut specie triste, ita re nostris perquam utile exstitit. Non solum enim reis penam inflixit, sed etiam ceteros consimilem cruciatus causam vitare permonuit. Itaque non minori visentibus documento quam afflictis supplicio fuit. Nec semel quidem Ericus Sclavici roboris amplitudinem pressit et nervos debilitavit[c], sed iterum ac tercio effrenata gentis illius ingenia tanto tempore retudit, ut nulla eum ulterius piratici aestus procella pulsaret.

Interea defuncto Egino[6], Ascerus, clarissimo inter Iutos loco natus, Lundense sacerdocium sumpsit. Forte autem Hamburgensis antistes[7] ob inanes et falsas suspiciones Ericum execratione mulctandum censuerat. Quod veritus rex, appellatione sententiam precucurrit Romamque e vestigio petivit; ubi causae suae examine diligentius habito, pontificis accusationem potenter reppulit cunctisque defensionis partibus actore superior rediit. Nec contentus efficacissimum causidictionis[d] suae propugnatorem egisse, adversariae partis odio penetralium sacrorum decus externo sacerdocio subiectum habere passus non est. Quam ob rem Romam regressus[8], tum se, tum etiam patriam ac domestica sacra Saxonica prelatione liberari petivit, ne religionis ratione exteris admodum obsequi cogeretur, aut eius disciplinam ab alienigenis petere necesse haberet. Nec difficilem curiae consensum habuit. Quae ne clarissimum virum repulsa afficeret, tum dignitatis, tum etiam fatigationis eius intuitu mota, petitioni annuit, seque regnum ipsius summi sacerdocii insignibus adornaturam spopondit, atque ea promissorum spe regem a se exhilaratum dimisit. . . . . .

a) libertatem *suppl. St.* b) perf. *corr. St.* c) debelitavit 1. d) *emendavi H.-E.;* causae dictionis 1.

1) Olavum, ut Kinch legere vult; cf. supra p. 69, l. 19. 2) Bono regi a. 1095—1103, fratri Canuti Sancti. 3) Vide supra l. IV, p. 51 sq. 4) De urbe Rendsburg ita constructa sunt qui cogitarint. 5) Haec solus Saxo retulit, ab Absalone fortasse accepta, cuius avus Skialmo fuit. Cf. L. Giesebrecht, 'Wend. Gesch.' II, p. 157. 6) Alio loco p. 599. Richaldo successisse Ascerum tradit. 7) Liemarus. 8) Duplex Erici iter Romanum solius Saxonis testimonio nititur. M. Cf. V. Kanuti c. 1, supra p. 12.

Tunc rex[1] Haraldum[2] filium, quem prestantior aetas honori tempestivum effecerat, [f. CXX'. p. 609.] regis partibus perfunctorie donat. Scialmoni vero Candido, splendidissimae atque integerrimae dignitatis viro, cui non solum totius Sialandiae, sed etiam Rugiae vectigalis a se factae procurationem detulerat, peragendae circa Kanutum educationis officium mandat. . . . . . . Sed neque Ericus patriae, quam deseruit[3], curam abiecit. Ne enim Dani [1103.] sub externo pontifice sacrorum munera celebrarent, missis ad curiam legatis, in ornamentum domesticae religionis maximi sacerdocii insigne expetendum curavit. Nec eum Ro- [p. 610.] manae promissionis fides fefellit. Profectus enim a curia legatus[4], qui sacri insignis prerogativa nostrae gentis sacerdocium adornaret, cum, celeberrimis Danorum urbibus inspectis, cuncta curiosissime collustrando, non minorem personarum quam civitatum respectum [f. CXXI.] egisset, Lundiae ob egregios Asceri mores, tum quod ad eam e finitimis regionibus terra marique transitus abunde pateat, hunc potissimum honorem deferendum existimavit. Nec solum eam Saxonica ditione eruit, sed etiam Suetiae Norvagiaeque religionis titulo magistram effecit. Nec parum Dania Romanae benignitati debet, qua non solum libertatis ius[5], sed etiam exterarum rerum dominium assecuta est.

Interea Ericus petitam navigio Rusciam terrestri permensus itinere[6], magna orientis parte transcursa, Bizantium veniebat. Quem imperator nequaquam urbe excipere ausus, extra menia tendere iussum, hospitalitatis officiis prosequebatur, ratus religionis simulatione dolum intendi. . . . . . . Deinde piraticis ab ipso[7] navigiis commeatuque donatus, [f. CXXI'. p. 613.] Cyprum contendit. Cuius insulae natura adeo quondam tumulorum impatiens fuit, ut mandata sibi interdiu corpora proxima nocte reiceret. Hic rex febri implicatus, cum vicinum sibi fatum adesse cognosceret, apud celeberrimam Cypri urbem corpus suum funerari petivit, prefatus tellurem, aliorum cineres respuentem, suos quietius habituram[8]. Igitur pro voto tumulum nactus, corporis sui beneficio vetustam humi indignationem repressit eam- [p. 614.] que humanis ante cadaveribus reluctantem, non solum suae, sed etiam alienae sepulturae patientem effecit. Coniugem[9] quoque eius idem peregrinationis labor finivit[10]. . . . . . . [1103.]

EX LIBRO XIII.

. . . .

Magnus[11] vero felicioribus naturae quam fortunae incrementis evectus, teterrimum [f. CXXII. p. 617.] consanguineae caedis piaculum edidit atque ad notissimum perfidiae[a] exemplum evasit. [f. CXXII'.] Cui mater[12] ampliorem propinquorum favorem affinitatum beneficio creare cupiens, Henrico[13] Regnaldi fratris[b], Kanuto Ingiburgam, sororis[14] filiam, coniugio copulavit. . . . . . .

Henricus vero, Guthskalci ex Siritha filius, maternis a Nicolao bonis indigne spoliatus, [p. 618.] tam acrem eorum repetitorem agere cepit, ut, Danis infatigabiliter imminens, ipsum intra Slesvici fines ad tuendam salutem suam statione et excubiis uti cogeret. Interiectam Albiae[15] Slesvicoque provinciam cultore vacuefecit. Cuius rei ulciscendae gratia Nicolaus, [1113?] excita classe, Liutcham[16] appellit, Elivo[17] Slesvicensis prefecturae viro equestres obviam sibi copias ductare iusso. Necdum enim Dani externas obequitando pugnas conficere nove- [p. 619.] rant. Verum prefecti levitas, pecuniae ab Henrico pactione corrupta, cupidius quaestum quam imperium intuebatur. Itaque Nicolaus Sclavicis in campis vacuam equis phalangem explicat. Tunc Sclavi pedites obequitando lassare quam cum tota acie manum conserere tutius rati, nunc alas, nunc cornua circumvolando eademque varie iaculis incessendo, obliquis hostem insultibus lacerabant. Procursu namque in eum directo[c], fuga referebantur, nec recursum segnius quam impetum edebant; nostrorumque maiore mole quam pernici-

a) *ita corr. St.;* fidei 1, *quod fortasse ironice dictum.* b) filiam Ingertam *ins. St.* c) cita *add. St.*

1) Ericus in Terram Sanctam profecturus. 2) Cognomine Kesia. 3) Supra p. 607: *Iudaeam . . . adire constituit.* 4) Albericus, ut Chron. Sial., ubi haec exscripta sunt, Langebek II, p. 608, adiecit. 5) Cf. Vit. Kanuti c. 1, supra p. 12: *patrie sue consulens libertati.* 6) Aliam viam Knytlinga saga c. 79 (infra) innuere videtur. 7) Alexio Comneno I. imperatore. 8) Cf. V. Kanuti c. 1. Similia Wilbrandus, Peregr. Hier. I, 30, ed. Laurent (Hamburg 1859. 4°) p. 22 sq., narrat. 9) Botildam. 10) Cf. Robertus Elgensis c. 1, supra p. 9. 11) Filius Nicolai regis. 12) Margareta. 13) Cognomento Skatelar, filio Suenonis, nepoti Suenonis Estrithson. 14) Filiam Micislavi et Christinae. 15) Saxo suo more rem ampliavit, fortasse Waldemari II. tempora respexit, quo Dani ad Albiam usque dominationem extenderant, quare non est cur locum corruptum esse censeamus; v. Jørgensen, 'Bidrag' p. 49. 16) Lütjenburg intelligitur. 17) *Elavus* in Chron. Sialandiae scribitur, *Olavus* a Gheysmero.

1113? tate sibi imminentium ex adverso congressum vitantes, reiectis habenis, adversos[a] premebant, terribilem bello virtutem furtim et quasi insidiarum latrociniis attemptantes. Ita laxata debilitataque Danorum acies, quia rem in plano parum feliciter gesserat, vicini montis editum occupavit, salutem suam, quam armis tueri nequibat, loci presidio munire cupiens; eoque potita, verticis beneficio subiectum hostem secura conspexit. Die postera, 5 ne loci quam suis viribus munitior videretur, ancipitem campi fortunam repetere quam certo montium tutamento gaudere maluit. Sed equestris miliciae spiritum pedestris ferre non potuit. Quo evenit, ut, amissum pugnae decus recuperare nitentes, pristinae cladis ignominiam postera cumularent. Crediderim hanc pugnae fortunam ab instrumentorum magis quam animorum inopia profectam, quia, dum fortitudinis spiritus parum curiose 10 prima miliciae commoda circumspexit, non metus, sed inertiae penas pependit, suaque potius negligentia quam alienis viribus proculcatus occubuit. Haraldus[1], re fortiter gesta, adeo graviter affectus proditur, ut gradiendi inops clypeoque a suis exceptus, alienis manibus castra sequeretur. Kanutus[2] quoque per summam vulnerum acerbitatem pedum firmi- p. 620 tate defectus, promptissimam militis fidem expertus est, qui, ne dominus ab hoste inter- 15 ciperetur, periculum eius suo discutere non dubitavit. Sociis namque de industria fugere iussis, ipse torporis[b] simulatione cursum lentius agens, imminenti sibi Sclavo manus obtulit vinciendas, eiusdemque propius obequitantis habenas corripiens, lata a sociis ope, equo barbarum spoliavit. Quo potitus, protinus eo summam Kanuti imbecillitatem adiuvit. Igitur ut callidae, ita periculosae fortitudinis felix exitus fuit. Subeunte crepusculo nostri 20 f CXXIII infelicem pugnae eventum sortiti, reliquias suas unico repetiti verticis presidio tuebantur. Cibo quoque et potione defectos preter vulnera ac lassitudinem etiam alimentorum inopia lacerabat. Igitur ad ultimam pene tabem redacti, cum et pericula undique et nusquam auxilia circumspicerent — quippe et Scaniensium tempestate detinebatur adventus, et Elivus[c] pecunia ab Henrico corruptus, reddita tarditatis ratione, copias ducere supersede- 25 bat —, humanae opis desperatione ad caeleste presidium confugerunt absumptaeque spei suae reliquias in Dei quam hominum fortitudine reponere maluerunt. Postera vero die, Aug. 9. qua Laurentianae vigiliae sacra recolebantur, divinam potentiam nullo melius quam frugalitatis voto propiciandam rati, concione lugubriter habita, lucem, qua vel privatum Laurentii vel publicum sanctorum solemne precurrimus, sive quam divinae passionis memo- 30 riae dedicare consuevimus, annuo temporum volumine repetitam, ab omni Danica aetate continentissima ieiunii religione excolendam promittunt. Quod votum publicae necessitatis exigentia nuncupatum exactissima posteritatis cura firmavit, indignum rata, statam a maioribus continentiam stomachi impatientia atque escarum aviditate convellere. Diluculo vero nostrorum acies centuriatis globis naves repetere adorsa, Scanienses nuper classe ad- 35 vectos obvios habuit. Quorum adventus beneficio recreata, ipsos perinde ac corpore et viribus integros, ne terga ab equitatu incesserentur, curare iubet. Deinde composito gradum agmine promovens, cum forte limosam obiecti lacunaris[3] voraginem traicere debuis- p. 621. set neque eam ullo compendii deflexu vitare quivisset, peragrare adorsa, sed mox palustri ceno tenacius implicata ac desidentis luti illuvie prepedita, confuso transitionis impetu 40 similem fugae tumultum edebat. Maior pars labili paludis mole pessumdata pecorum more ab hostibus trucidabatur. Ita transmeandi avidis improvidaque et caeca festinatione ruentibus impedimentum periculo fuit. Tandem aegre in littus reditum discessumque est. Cumque Sclavi, perinde ac victoria freti, verbis virium suarum laudem pre se ferentibus Danicas vituperio insequerentur et quasi illarum imbecillitati fortitudinis suae iactantia 45 procacius insultarent, Henricus, qui probe nostrorum animos noverat, diversa se, inquit, hostium robur aestimatione complecti; quippe regis eorum in equo prevalido exemplum liquere. Qui si vires suas scisset, omne equitis imperium sperneret; quas quoniam ignorat, facile insidentis arbitrium patitur. Ita Nicolaum, si viribus suis fidem haberet, cuncta prospere, diffidentem vero nichil feliciter executurum. Post haec Elivus[c], quod patriae 50 fortunam venditaverit, a rege perfidiae dampnatus, non solum prefecturae beneficio, sed etiam patrimonii rebus ignominiose exutus, ultima inopia sordidissimi lucri penas persolvit[4].

a) aversos *prop. Kinch.* b) corporis 1; *corr. Kinch.* c) Elinus *h. l.* 1.

1) Cognomine Kesia. 2) Laward, filius Erici Boni. 3) Rara admodum vox et melioris notae autoribus plane incognita. ST. 4) Aliter Vita Kanuti c. 1, supra p. 12, cui maiorem fidem tribuendam esse censeo. 55

At Henricus ob superioris pugnae successum audaciae incrementis evectus, littorales Danos piratica lacessendo, non solum Eidorae finitima, sed etiam cuncta Slesvico valloque quod Danorum-opus vocamus interiecta vastabat. Ipsam interdum urbem illatis clam per navigia copiis improvidam aggrediebatur. Itaque post exactum Elivum[a] adhuc finibus illis
5 provisore vacuis, creberrimae exterorum violentiae etiam domestica furta accessere, tantoque civitas intus quam foris acerbius urgebatur, quanto ad nocendum occulta manifestis proniora noscuntur. Aeque civis ut hostis formidabatur. Quippe Fresones cum Holsatiis p. 622 ac Dytmerchis, impunitatis spe ob prefecturae vacationem concepta, dies latrociniis, noctes furtis emetiebantur, et ubi fastigia nequibant, imas aedium partes ligonibus adorti, cuni-
10 culis custodem fallebant. Nec minor aedituorum in asservandis rebus cura flagravit. Equi intra repagulum, ne furtim abstrahi quirent, ferro compediebantur. Aedium excubitores uberioris cautelae gratia valvis affixi iacebant. Nec serarum claustris contenti, etiam fossa aditus obfirmabant. Ita grassante latrocinio, quidam ingenuae stirpis plurimorum paupertatem partarum nequiter opum incrementis abolitam[b] cernens, absque respectu verecun-
15 diae eadem amplecti animum induxit, clarissimamque indolem suam, spe lucri incitatam, ex summo nobilitatis fastigio in obscenissimam atque profundissimam turpitudinis sentinam abicere non erubuit. Ita sanguinis decore indecenter usus, vires generis ad scelerum licentiam transtulit et quod virtutibus nutrimentum esse debuerat viciis obtentui fecit. Siquidem nulli facta eius aperta criminatione insequendi audacia fuit, tantoque propensior
20 delictis impunitas habebatur, quanto conspectior delinquentis noscebatur auctoritas.

Ea tempestate missi a Kanuto, qui pecuniam, quam educator eius depositi nomine p. 623. conservaverat, in Fioniam e Sialandia transferrent, cum, ab utroque littore aeque distante navigio, procul piratas imminere conspicerent, expensam fune crumenam undis occultavere. Postremo cum se parum potentes remigii animadverterent, fugae diffidentia implicati,
25 reciso[c] tenaculo, vetustas regum opes harenis quam hostibus relinquere maluerunt. Quam rem Nicolaus in Sialandiam ex Fionia traiciens tametsi eminus specularetur, periclitantibus presidio fore nequivit, quod exiguis et inhabilibus ad remigium navigiis uteretur. Postea cum Kanutum iocundum pre se vultum ferentem conspiceret, oris hilaritatem increpans, ob recentem aviti paternique aeris iacturam dolere ei admodum expedire dicebat. Ille
30 nichil hac se moveri fortuna dicebat, sed eius beneficio summam liberalitatis occasionem accepisse respondit; ut enim ante nichil ex paternarum opum cumulo decerpere ausum, ita deinceps accessuras abunde erogaturum. Maximum quippe avariciae nutrimentum divicias esse, quas quisquis asservare intenderit, humanitati vacare non possit. Qua voce se pecuniae, sed eam regi imperare monstrabat. Cuius rei precipuum exstitit documentum
35 quod sequitur. Cum, ob creberrimas acerrimasque finitimorum excursationes nemine Slesvicensis prefecturae beneficium etiam oblatum recipere audente, Kanutus tam periculosum a patruo honorem non opum cupiditate, sed fiducia virtutis expeteret, neque gratis eum 1115? impetrare quivisset, vendita patrimonii parte, formidolosum aliis munus precio assecutus est[1]; eam demum quaestuosam esse miliciam ratus, qua gloriae et claritatis stipendium
40 potuisset acquiri. Ita rex extimescendum ignaviae decus virtuti venale fecit, emptor vero plus lucri in miliciae quam opum agitatione reposuit. Principio siquidem perceptae potestatis Henrico per legatos mandat libenter se cum eo de pace acturum, si primum et dampna Iutiae emendatione pensata et spolia ab ipso restituta fuissent. Quibus profectis, p. 624. ipse interim, perinde ac responsi prescius, non solum suorum, sed etiam eorum quos ex
45 finitimis amicos habebat manu contracta, legatorum reditum armis subsequi statuit. Henricus se neque cum Danis amicicias gesturum neque a maternae hereditatis petitione cessaturum respondit. Quo accepto, Kanutus rursum ad eum legatos mittit, omnem sequestrae pacis communionem publice recisuros[d]. Quorum Henricus irrisa legatione Kanutum impatienti sessoris equo persimilem ait, se vero petulantiae eius frenos inicere curaturum. Hiis
50 auditis, Kanutus, ut magno impetu, ita minimo tumultu noctu iter ingressus, ferrique et predae abstinens, quominus adventus eius provideretur, diluculo ad Henrici munitionem pervenit. Ille tam subitae irruptionis incautus, nec arma capere nec se presidio tueri parat, sed protinus vicinum menibus flumen equo attemptans, unico aquae interstitio hostem

a) Elinum 1. b) obol. 1; *corr. St.* c) rescisso *St. (nullo iure H.-E.)* d) rescissuros *St.*

55 1) V. Kanuti c. 2, supra p. 13: *cum prece petitum optinuit,* ubi Saxonem legisse *cum pretio* statuere possis.

fefellit, laetatusque est, quod salutem suam amni quam oppido credere maluisset. Quem cum Kanutus ulteriore iam ripa potitum aspiceret, an maderet, per ludibrium percontatus est. A quo e contrario, quid ita incederet, interrogatus, venisse se, inquit, ut promissa ab eo lora recipiat. Ille minas sibi, quas nuper intenderat, responsi urbanitate exprobratas intelligens, ignominiam ioco prosecutus: 'Adeo michi', inquit, 'calcium viribus obniti videris, ut ne tangi quidem continerive queas'. Tunc Kanutus prius castrum, deinde ceterae regionis culta vastavit. Secundo quoque novatis copiis omnem Sclaviam strage atque incendio implicavit[1], nec solum patriam hoste, sed etiam hostem robore vacuefecit, adeo ut prius provocare solitum ne propriae quidem tutelae sufficientem relinqueret. Postremo cum totas Henrici vires prudentia sua ac fortitudine debilitasset, sanguinis, quo illum proxime contingebat[2], natura actus, ut publice hostem, ita privatim amicum egit. Semel namque, dimisso exercitu, viginti dumtaxat equitibus comitatus, ad locum, in quo Henricum diversari didicerat, cursum direxit, premissis qui suae ei salutationis mandata perferrent. Henricus falso hostem sibi blandiri inquiens, protinus, ubinam esset, perquirere instituit. Quibus eum in porta adesse referentibus, ipse nuncio attonitus, mensam, ad quam forte prandendi gratia discumbebat, vi manus discutere parat. Tunc legati presentiam ducis a pace profectam iurantes, conceptum falso metum affirmationum suarum perseverantia discusserunt. Quibus ut Henricus fidem habuit, fugae meditationem amoris indicio castigavit. Enimvero tabulae innixus, suffuso lacrimis ore, infelicem Daniam futuram, dum tali viro caruerit, aiebat; se vero amiciciam eius sincera amodo fide culturum. Hunc nimirum consanguineus amor et suae infelicitatis oblivisci et hostis virtutem fateri coegit, utque propriae fortunae immemorem, ita alienae[a] laudatorem effecit. Deinde presentem amplexatus, haud parcius lacrimas quam epulum prebuit. Quippe presentem eius mansuetudinem quam preteritas noxas attentius intuens, frequentiae dampnorum unius beneficii indulgentiam anteposuit. Sed neque Kanutus profectum a pietate merorem ingratus excepit. Quin etiam plus in creanda pace quam fruenda dape voluptatis reponens et quasi mediatoris partes agere exorsus, Henricum avunculi gratiam expetere iussit ac demum consensum eius perseverantia ammonitionis obtinuit. Siquidem Henricus rem maternam, cuius repetendae causa adversa Danis arma tulerat, precii pactione interposita, Kanuto in possessionem ascripsit, eandemque Kanutus ad regem conditione[b] qua acceperat transtulit ac deinde receptam ab eo pecuniam Henrico numeravit. A quo etiam postmodum ad convivandum accersitus excipitur, affirmante priori eius adventui minus quam decuit impense servitum. A quo etiam Henricus nuper se vita atque incolumitate donatum iudicans, Sclaviam ei iurisiurandi firmitate legavit[3]. Huic accessit, quod ad gerenda cum Teutonicis bella, quibus precipue Sclavia vexabatur, filiorum virtutibus diffidebat, maluitque maturum fortitudine heredem circumspecta arbitrii sui libertate consciscere[c] quam sub naturali, sed invalido patrimonium exteris pervadendum relinquere. Haec offerentem Kanutus impietatis sibi notam immerentium liberorum contemptu pariturum affirmat seque tam iniustis eius promissis usurum negat. Postremo perseverantissimis Henrici precibus superatur, propositi rationem a natorum secordia[d] mutuantis. A quo etiam imperatoris gratia, quod Sclavia in eius beneficio reponi videretur, admodum egere permonitus, equum ei calces auro confixum muneris loco transmisit donumque per se habile inusitatis ungularum ornamentis accipienti venerabilius reddidit. Crediderim tunc imperatorem plus laudis in dantis industria quam dono reposuisse, cum primi precii metallum quo contemptibilius habitum, hoc gloriosius videret oblatum. Absumpto Henrico, legatam sibi provinciam nullo refragante possedit[4].

Interea Haraldus[5], cum nec domi clarus nec foris celeber haberetur, virtutis inopiam quaestuum copia levare cupiens, refertum nequicia animum in imam turpitudinis vora-

a) alieni 1; *corr. St.* b) conditionē 1; *corr. St.* c) *ita pro* consciscere 1. d) socordia *St.*

1) Relationes Danorum res a Canuto gestas fortasse in maius auxerunt. De toto bello tacet Helmoldus. M. Nimiam fidem tam L. Giesebrecht II, p. 207. quam Reich, 'Knud Laward', 'Jahrbücher' X, p. 209 sqq. his narrationibus tribuunt. 2) Mater Henrici Siritha amita fuit Canuti (v. supra l. XI, p. 67; l. XIII, p. 71). M. 3) Haec a Saxone minus accurate tradi videntur. M. Sane quae Reich p. 240 sqq. ad defendendam Saxonis narrationem contra Vitae Kanuti c. 4, Helmoldi aliorumque testimonia protulit, minime probare possum. 4) Quod falsum esse constat. Heinricus a. 1127. obiisse videtur, Kanutus aliquanto post regnum Abodritarum a Lothario rege accepit. Cf. Bernhardi, 'Jahrb., Lothar' p. 390. 395. 5) Kesia.

ginem egit. Ad rapinas et furta mancipiis utebatur; servorum labores latrociniis applicabat; satellitum cultui viciniae spolia, sumptui impendebantur armenta. Aestatem piratica pariter civibus atque exteris insidiosus exegit. Ceterum quo Roskyldiae dampnosius immineret, adversam ei munitionem erexit, quam et sordidissimae clientelae frequentia complevit. Itaque ruris opima populatus, pari vernarum maleficio civilia lacerabat. Qui clam noctu meritoriis sese tabernis subicientes, complacitas animo merces impune tollebant, aliis interim districtos hospitum iugulis gladios applicantibus interitumque minantibus, ni iniuriae patientiam prebeant. Ea furti violentia summam civitatis opulentiam ad ultimas rei familiaris angustias redegit. Talibus calumpniae stimulis lacessita provincia, accensis indignatione animis, ultrices dampnorum manus Haraldi bonis inicere aggressa, spolia spoliis, rapta raptis ulciscitur. Neque enim sibi aliena corripere, sed propria resumere videbatur. Ipse tuto terras tenere nequiens, consternatae multitudinis impetum navigio vitavit. Quem Kanutus alieni rapacissimum ac viciosissimis ubique lucris incumbentem aspiciens, avi persimilem aiebat omnigenis alitum pennis nidum compaginanti, subito ventorum turbine disiciendum. Ita Haraldum predonem omnium effectum omnibus predam ex se daturum aliorumque spolia suorum indubitanter periculo luiturum.

At Erico[1] modestum erga populares ingenium erat. Qui cum debitam sibi paternae rei portionem expeteret, ab Haraldo fratre repellitur, negante adulterio ortum[2] ad hereditatis communionem pertingere. Ea re, ut par erat, motus, acerrimum bonorum eius pervasorem agere cepit fraternisque spoliis iniurias suas ulcisci probitatis loco duxit. Ceterum Arnacum[a, 3] rapta congessit, sordido neglectoque loco splendidas opes complexus. Quem Haraldus noctu ibidem inopinatum adortus, postquam fuga delapsum cognovit, morae copia non suppetente, circa predam haerere metuens, tecto faces subiecit, refertamque suis opibus aedem flammis absumere quam raptori intactam dimittere maluit. Quo comperto, Kanutus profectas a contemptu lites compescere cupiens metuensque, ne degenerati patris fulgor in filiis exolesceret, utrique Slesvicum venire districtius mandat; si supersedeant, parte corporum spoliandos minatur. Presentes deinde fraterne coarguens, curiosa animi inspectione aequissimam inter eos patrimonii participationem peregit, Ericoque ac Haraldo in paterna bona eundum iudicavit.

Eodem tempore Henrici[4], Suenonis filii, coniunx[5], mariti convictum ingenti perosa fastidio, aliena veste sumpta, suis se penatibus intempesta nocte subduxit. Apud quam iuvenum quidam, ut fama est, plurimam obsequio familiaritatem adeptus, callide effecit, ut ad suum eam amorem perduceret. Deinde, ne res amborum periculo proderetur, muliebriter allectam, viriliter cultam, furtive devexit. Quam vir eius fortuitis subsecutus indiciis, apud Alaburgiam[6] in cultu familiari deprehensam, amatore delapso, domum reduxit. Verum hanc ignominiam a clandestino Kanuti consilio profectam ratus, integerrimi viri innocentiam tacitis suspicionis motibus insecutus, insontem notabat. . . . . . .

At Magnus[7] incidentem sibi nuptiarum cupidinem Polanorum presidis Bokisclavi filiam postulando complevit[8]. Qua sibi per internuncios desponsa, mox Sclaviae excitam paterno imperio classem admovit; rex cuius[b] Vartisclavus diutinas cum Danis Polanisque inimicicias gesserat. Hic Nicolaus urbem Oznam[c, 9] oppugnare adorsus, obsidionem pactione redimere coegit. Inde Iulinum navigans, Bokisclavum magna manu instructum obvium habuit. Cuius copiis auctus, celerem oppidi expugnationem peregit. Deinde, relicto victoriae socio, allatam filio sponsam abducit. Vartisclavus rem Sclavicam intolerabili vastationis onere fessam conspiciens, pacem colloquio petit. Quo parum prospere habito, pari supplicatione apud Strelam discedentes aggreditur. Ubi cum pacis pignoribus fretus navigium regis ab ipso invitatus intrasset, maligno satellitum instinctu captivi more habitus, regredi prohibitus est. Quam rem Kanutus in concione querela prosecutus, magnopere regem monere cepit, ne plus alienae perfidiae viribus quam propriae indulgeret temperantiae, neve hostem fidem suam secutum captione implicans, ut eum libertate, ita se ipsum perpetuo

a) Arnacum 1; Arnachum *corr. St.* b) eius *corr. St.* c) *sic Müller*; Ornam 1.

1) Emun. 2) Cf. supra p. 70, l. 5. 3) Arenakke in insula Seeland. 4) Skatelar. 5) Cf. supra p. 71, l. 32. 6) Aalborg. 7) Filius Nicolai regis. 8) Aliter Knytlinga saga c. 89 (infra), quae filiam Burislavi principis Rugianorum Magno nupsisse tradit; id quod Beyer, 'Jahrb. für Meklenb. Gesch.' XIII, p. 30—48. defendit; sed cf. Wigger, ib. L, p. 124. 9) Usedom; v. Giesebrecht p. 214.

famae splendore privaret. Fore enim, ni captivum omitteret, ut privatum crimen publicus patriae rubor existeret. Itaque efficaci persuasione usus, et amicum oppressione et dominum infamia liberavit. Quae tam iusta Kanuti sententia, totius concionis suffragiis comprobata, magnum alienae invidiae irritamentum prebebat. Dimissa classe, nuptialia sacra apud urbem Ripam agi placuit. Illuc siquidem frequens navigiis portus oppido splendidam mercium varietatem importat. Ubi cum Kanutus in veste Saxonica ceteris cultior progrederetur, Henricus, obfusis invidia oculis, alieni cultus splendorem ferre nequiens, orta inter ipsos altercatione, latus eius adversum gladios ostro tutum fore negavit. Quem Kanutus nullo[a] magis ovillis securum tergoribus respondit, lacessitum vestis suae fulgorem urbano rusticitatis opprobrio speciosius quam minis aut conviciis ultus. Itaque exprobratam sibi externi cultus aemulationem domestici cavillatione prosequi contentus exstitit.

Idem postmodum orientis partes piratica pervagatus, cum speciosa domum spolia retulisset ideoque se dignitatis incrementa accepturum speraret, pro gratia accusationem expertus est, culpatus a rege, quod in re Suethica[1] predam egisset. . . . . .

Verum plerisque Magnum sanguine vel necessitudine contingentibus Kanuti invisa felicitas erat. Nichil enim adeo invidiae faces quam parium impar virtus excitat. Sed precipue aemulum ei Henricum genialis thori contumelia faciebat[2]. Margareta[3] autem, benignissima consanguineae caritatis alitrix, consilii sui tranquillitatem concitatis iuvenum ingeniis opponebat saluberrimaque disciplinae moderatione insidiosam petulantium rabiem temperabat. Quae cum intercutis humoris vicio immodico tibiarum turgore premeretur neque letiferam morbi rabiem medicamentis levare quivisset, ad ultimam pene tabem redacta, Kanutum egregiae indolis fiducia advocat impenseque hortatur[4], patriae pacem propinquorumque concordiam fidei suae beneficio foveat, tutamento stabiliat, tantumque se in rebus domesticis gerat, quantum egerat in externis. Adiecit quoque, existere qui regiae familiae caritatem odio disicere niterentur, se vero plenis salubritatis monitis pestiferos talium instinctus pressisse. Ille Deum simplicitatis suae testem affirmat, seque omne vitae tempus innocentia ac fide exacturum, periculorum procellas excipere quam infligere malle promittit odiaque beneficiis repensurum testatur. Illa promissionis beneficio delectata, tantae fidei securam aequo se animo obituram asseruit. Quae ut iuvenilis invidiae fluctus viva cohibuit, ita consumpta laxavit. Nam ab eius fato iuventutis impatientia primam propositi sceleris licentiam mutuata est. Sed[5] et Henricus preter communem simultatem etiam privata Kanutum indignatione perosus, iniectos malignitati suae frenos audaci impietate discussit. Ubbonem quoque prefectum et Haquinum filium, quo firmius dolum strueret promptioremque sceleri aditum conciliaret, insidiarum participes facit. Hii tres eximium Kanuti fulgorem virtutis aemulatione pertaesi, grave mendacii incitamentum adversum excellentem eius claritudinem destrinxerunt[b]. Itaque splendidissimum patriae lumen densissimis tenebris involvere cupientes, nichil eum regis vitae temporibusque deferre, sed ipsius exitum prepropera ambitione precurrere iamque regiam sibi potentiam arrogare dicebant.

Movit regem tanti contemptus opinio, denunciataque concione[6], Kanutum iubet accersi. Qui cum prior prestitutum frequentiae locum adisset, supervenienti patruo[c] Teutonicae comitatis more pallio vacuus obviam accurrit equoque descendentem continendae sellae ministerio veneratus est. Tunc Nicolaus fari in concione exorsus, docet Suenonis filios in regni gestione aetatis precipue respectum egisse, successionis habitum aetatis ordine dispensasse, dominandi ius in annorum prerogativa constituisse, neque minori maiorem honore precurrere licuisse. Quam ob rem sese ut natu minimum, ita etiam regno postremum fraternae moderationis exemplo nullam fortunae violentiam intulisse, expectatorem beneficii eius, non raptorem fuisse, neque ad intempestivum aetati culmen manus prepropera porrexisse cupidine. Kanutum[7] vero parum priorum exempla secutum, violato speciosissimae consuetudinis habitu, regni ius, cum re necdum queat, appellatione precerpere,

a) nihilo *corr. St.* b) distr. *ubique sine causa scripsit St.* c) patrio 1; *corr. St.*

1) De Estoniae littoribus cogitari censet Müller. 2) Cf. supra p. 75, l. 36. 3) Uxor Nicolai regis. 4) Haec ex Vita c. 2. Aliter Helmoldus I, 50. 5) Vita c. 6. 6) Ripis, ut Vita c. 4. refert. De curia Slesvici habita Helmoldus I, 50. retulit. Neque haec ita iungenda esse puto ut Reich p. 249. proposuit. Sed easdem res diverse narratas esse puto. 7) Vita c. 4. 5.

singulare nominis insigne celerius quam iustius occupare, iamque a suis falso regis titulo censeri non erubescere; consultius acturum, si regnandi fortunam non in suorum adulatione, sed in exstantis adhuc regis occasu reponere maturumque prestolari decus quam intempestivum precipere[a] mallet. Hiis atque consentaneis modis regiae sibi nuncupationis insigne eripi querebatur. Tunc exsurgens Kanutus, diu vultum humi intentum habuit dicendique exordium aliquantisper sudore et suspiriis precucurrit. Tandem et oculos et animum levans, gladiique, ut mos est, capulo innixus: 'Peccant', inquit, 'pater, qui moderationem tuam supra quod aut maiestati aut aetati debes exasperant, quique pacatissimae mentis tuae serenum mendaciorum procellis incitant, obtrectationum sibilis vexant. Sed onustum michi valde est, quod integerrimam animi tui temperantiam aliquid ab alienissima tibi iracundia mutuatam et quasi sinistro rationis ductu transversam ferri conspicio. Reice, quaeso, nugarum auctores mendaciter obstrepentes falsaeque huius criminationis figmentum respue! Neque enim iniurioso tibi nomine censeri sustineo. Herum me mei, non regem appellant. Itaque cum a Sclavis dominus salutari consueverim, sinistri tantae comitatis interpretes alienae urbanitatis occasione insimulationis materiam aucupantur, ipsique venerationis officia negligentes, etiam aliorum iusta criminantur obsequia. Ego vero non regnum, ut aisti, vocabulo usurpo, sed temperata nominis dignitate fastuosum salutationis decus fugio, invidendum honoris fastigium sperno. Ita absque omni maiestatis tuae preiudicio barbara circa me resultat humanitas. Meam vero inter alienos venerationem indigne ferunt, qui et michi lucem et fidum lateri tuo militem eripere gestiunt. Hos aeque tui usus ac mei capitis hostes iudico. Esto vocari me regem; en filium tuum Magnum nuper apud Gothiam regii cultus et nominis insignibus potitum comperimus[1]. Michi quoque si par apud Sclaviam fortuna favisset, certe binis regum obsequiis uti iocundum ducere debueras idemque tuae quod meae fortunae incrementum existimare. Proprio namque parta negocio tuo quam alacerrime subiectarem fastigio, foretque, ut inde serviciorum fructum decerperes, unde alioqui dampnorum adversa perferres. Itaque plus amoris quam odii in mea fueras felicitate repositurus. Adde, quod pro tua ac patriae incolumitate excubare omni sorte laetius, omni studio speciosius duxi. Ipse, an efficaciter militaverim, nosti. Littora, Dani, si placet excolite, aequoribus aedes quantalibet propinquitate iungantur; ipsi undas cavete, a maritimis ego vos predonibus[b] prestabo securos. Et si veri confessorem agere non erubescis, ipse iam pridem Slesvici consistens salutem tuam adversum Saxonum excursationes iugibus excubiis vallare necesse habuisti[2]. Eo si nunc divertere libitum est, liberas metu noctes exigere poteris. Preterea angustias regni tui sola Daniae possessione contentas inusitatis terminorum augmentis explicui. Quos prius infensos habueras, nunc in tributum acti, tuo per me famulantur imperio. Itaque, quarum ego rerum sementem ieci, tu fructum absque negocio messuisti. Et quidem impensam ad militem, emolumentum ad regem redundare par est. Et ne ulterius privatae miliciae facta prosequar, etiam in publica adverso pro te vulnera corpore excepi. Et tamen sic de te meritum suspicione et querimonia causabundus[3] aggrederis veterisque militis tui promptissimam fidem et certissimam innocentiam notare deforme non ducis. Hiisne ergo operibus merui, ut adversum me aemulationem tuam in concione destringeres? Haecne ex labore premia, ex milicia stipendia decerpam, ut, cuius beneficentiam sperabam, indignationem experiar? Aliena a te sit ingrati haec animi labes, ut operum meorum beneficiis invidia atque obtrectatione respondeas. Verum totam hanc insimulationis vim ab invidia profectam non tuae, sed tuorum malignitati imputandam existimo. At in regni fastigio collocatos[c] difficiles accusatoribus aures prebere convenit. Diu paternum hoc imperium gere feliciterque et nominis et regni insignibus utere! Heredem tibi, quem natura dedit, fortuna conciliet. Ego vero, in quocumque me fortunae habitu continuero, numquam celsitudinem tuam fide vel obsequio colere supersedebo'. Permulsus oratione rex, placidiorem oris habitum induens, offensam falso instinctu conceptam in ipsa repente concione deposuit, execratus eos qui simplicitatem eius scurriliter attemptassent, seque deinceps adversum huiusmodi criminationum susurros aures obseraturum promittit.

1130. p. 634. f. CXXVI. p. 635.

a) praeripere *St.* b) *sic Krantz V, 10;* cavete a maritimis, ego vos a pr. 1. c) collocatis *Kr.*

1) Ut Saxo supra ed. Müller p. 629. narravit. 2) Vita c. 2. 3) i. e. qui accusat, crimen intendit. ST.

1130. Cumque Henricus omnem obtrectationis suae molem prudentissima Kanuti responsione subversam videret, familiaribus regem minis aggreditur, summa illum regni affectatione teneri, inquiens, incertamque Magno regni potitionem[a] futuram, si populo iudice de summa secum foret controversiam habiturus. Quippe Kanutum ceterae nobilium turbae p. 636. popularium suffragiis preferendum. Quam ob rem debere patrem successionis ius proprio 5 potius quam alieno mandare iudicio destinatumque heredi locum aemulo vacuefacere, dum filii rebus consultum esse velit. Itaque sapere eum, si suspectam Kanuti fortunam ferro precurrere studeat. Hae voces sepius lacessiti regis animum sollicitudinibus implicatum graviori quam ante suspicione torserunt.

Tunc Magnus, perinde ac fortunae suae consulendi tollendique aemuli a patre licen- 10 tiam nactus, accitos, qui se superius Henrico scelestissimi consilii collegio sociaverant, iurare coegit fidum se commissi silentium acturos. Adiectus est hiis Haquinus cognomine et genere Iutus[1]. Neque voci eius ulla ex parte diffisum est, quamquam Kanuti sororem[2] in matrimonio habere nosceretur. Igitur coniurati diu secum taciteque lustrantes, quibus periculorum procellis quove exitii pondere divinum Kanuti caput obruerent, pestiferi con- 15 silii laqueos humi decubando nectebant, ut, si rem casu detegi contigisset, numquam stando sedendove saluti ipsius insidiatos se esse tuto iurare quirent presidioque situs innocentiae sibi munimentum conciscerent[b], ignorantes verborum artificio iuramentum edentem periurio obnoxium fore. Quorum fucosa atque errabunda simplicitas plus criminis in vocis quam actus impietate reposuit, non in manuum, sed labiorum temeritate 20 religionis violationem constituens. Cum[3] autem Haquinus Iutus cepti modeste sermonis exitum Kanutinae[c] saluti insidiosum adverteret, protinus collegio se pestiferae conspirationis abrupit conclaveque excessit, ne latronis potius quam necessarii partes egisse videretur. Igitur a coniurationis auctore, ne iurisiurandi vinculum perrumperet, monitus, neque fautorem consilii neque proditorem se futurum respondit, quamquam satius esset immerentis 25 periculum indicio precurrere quam silentio tolerare. Ut autem Magnus insidiarum contextum familiaritatis presidio obscuraret cunctamque suspicionis notam calliditatis acumine vitaret, ante omnia consultum duxit, ut cum eo, cuius ardentissime cruorem sitiebat, p. 637. fictam amiciciae aequalitatem iurisiurandi pactione consereret, perinde ac religionis pondere propinquitatis vinculum astricturus. Et ut cunctam malignitatis notam sanctitatis 30 simulatione precurreret nichilque perfidum aut obscurum volvere putaretur, iniquissimam molitionem suam insidiosa religionis adumbratione contexit. Quippe contracta apud Syalandiam nobilium frequentia, Kanutoque circa divinum[d] natalis solemne convivandi gratia Dec. 25. Roskyldiam vocato, sacrae sibi peregrinationis amorem incessisse perhibuit. Preterea coniugis ipsum ac liberorum tutorem ordinat eique plenissimam rei familiaris suae custodiam 35 mandat[4]. Et[5] forte tunc Ingiburga consilii cognitionem consciorum indiciis apprehenderat, statimque virum, ut preparatas capiti suo vitaret insidias, missis litteris monendum curavit. Ille nuncium non tam a deprehensionis certitudine quam a muliebri pavore profectum existimans, monitionem respuit, seque non minus fidei in Magni quam uxoris precordiis reponere dixit. Quem si fortuna aeque ac coniunx consilio instruere voluisset, ob- 40 iectos perfidiae laqueos consultius vitasset neque credulitatem suam alienae malignitatis hamis implicandam prebuisset.

1131. Interea magnatibus apud Roskyldiam quatuor solemnium dies[6] continuo feriatis, p. 638. Kanutus ac Magnus, publico iam conventu soluto, sacri temporis residuum dividuo peregere contubernio. Eodem forte tempore quidam Kanuto admodum sanguine coniunctus in 45 eius conspectu dissidentem secum militem fuste percussum interemit, atque ob id curia abire iussus, Magnum petivit. Providens autem Magnus, ne per eum ullum consilii sui indicium ad Kanutum manaret, nocte, qua ad detestabile carnificis ministerium peragendum contendit, ceteris se sequi iussis, solum hunc pristina Kanuti familiaritate suspectum comitem recusavit[7]. Consilii deinde participes iureiurando obstrictos fidem facere com- 50

a) *ita* 1, *vocabulo, ut videtur, a* potiri *derivato;* petitionem *corr. St.* b) *ita* 1 *pro* conscisc. c) *ita Madv.;* Kanuti nae 1. d) divini *corr. St.*

1) In Vita c. 6. dicitur Scaniensis. 2) Ragnhildam. Knytlinga saga c. 90 (infra) hoc de altero Haquino (Norvagiensi) dicit. 3) Vita c. 6. 4) Vita c. 6: *me et mea consilio tuo ordinare disposui.* 5) Vita c. 5. 6) Quatuor dies inter Ianuar. 1. et epiphaniam intelligere videtur. 7) Haec ex alio fonte hausta de Haquino Iuto intelligenda esse censet 55 Reich p. 249.

1131. pulit, silentio se cuncta tecturos. Post haec militem latebra claudit insidiasque circumspecta locorum obscuritate disponit. Mox Kanutum apud oppidum Haralstadium ab Erico Falstriae prefecturae viro domi exceptum per coniuratorum quendam genere Saxonem, arte cantorem, sine arbitris sibi obvium venire iubet. Occursus locum apud citimum[a] villae nemus denunciat. Ille nichil in re doli suspicatus, duobus tantum militaris ordinis viris totidemque equisonibus in comitatum assumptis, armis vacuus, equum petivit neque lateri suo ferri munimentum adciscere curae habuit. Quem[1] cum e famulis quidam gladio vacuum incedere vetuisset, nequaquam se in salutis tutelam ferro opus habere respondit. Tantum enim fiduciae et pacis in Magni societate reposuerat, ut in occursum eius ne ense quidem utendum putaret. Monitore vero, ne ferrum omitteret, insistente, aegre gladium sumpsit. Tunc cantor, quod Kanutum Saxonici et ritus et nominis amantissimum scisset, cautela sensim instruere cupiens, cum iurisiurandi religio, quominus id ageret, obstare videretur, quia liquido nephas ducebat, sub involucro rem prodere conabatur, integritatem suam inter fidum arcani et pium innocentiae servatorem partitus. Igitur speciosissimi carminis contextu notissimam Grimildae erga fratres perfidiam[2] de industria[b] memorare adorsus, famosae fraudis exemplo similium ei metum ingenerare temptabat. Sed nullis monitorum ambagibus securitatis eius columen quassare potuit. Tantum quippe fidei in Magni propinquitate repositum habebat, ut salutem suam periclitari quam ipsius amiciciam notare mallet. Quem cantor certioribus adhuc indiciis aggredi perseverans, loricae, quam sub veste gestabat, summa detexit. Sed ne eo quidem suspicionis irritamento refertum fortitudine pectus ignavia astringere valuit. Ita solidae industriae satelles fidem suam et periurio vacuam et innocentia plenam prestare voluit. Iamque Kanutus primos silvae aditus subibat, cum a Magno occiduum arboris truncum insidente falsa oris hilaritate et fictis osculorum blandimentis excipitur. Cuius ut astrictum amplexibus pectus ferro tectum agnovit, quid ita eo cultu esset, perquirere institit. At ille dissimulandae fraudis cupidine munimenti rationem referre cupiens, esse virum, inquit, vitae rusticae, cuius populari penates vellet[3]. Kanutus et rei atrocitatem et temporis religionem sancte aestimans — quippe epiphaniae sacra gerebantur[4] —, ne privata ira publicum solemne macularet, orabat. Quo neque se ultionem remissurum neque proposito cessurum iurante, ipse satisfactionis iusta promittere suamque pro eius correctione sponsionem offerre cepit. Obstrepentibus deinde qui insidiis addicti fuerant, oculos in[c] partem circumferens, quid sibi militum haec manus velit, interrogat. Cui Magnus iam de regni successione et rerum summa agendum respondit. Tunc Kanutus, ut patris eius maiestas diu laetis fortunae velis prosperum cursum teneat, exoptat; tempestivam vero talium mentionem incidere negat. Haec dicentis verticem exiliens Magnus obiurgantis more corripuit. Igitur Kanutus, patente iam dolo, manum capulo inserens, vagina ferrum abstrahere conabatur; iamque gladium mediotenus destrinxerat, cum eum Magnus capitis media diffissum exanimat. Ceteri coniuratorum prostratum crebris confodere cuspidibus. Sanguis eius terrae redditus salutarem fontis scatebram perpetuis usibus mortalium amministrat.

Cuius caede comperta, Skyalmonis filii, quibus multa ad eum ex educationis communione familiaritas erat, petitum ilico regem, ut ipsum in Roskyldensium monumentorum area tumulari patiatur, exorant[5]. Ille loci copiam negare, civitatem tanti mali aspectu exasperandam[d] dicere, eosque, a quibus funebris Kanuti pompa duceretur, indignationem suam adversum invisam Magni presentiam acrius destricturos. Quapropter exequias potius sediciosum pugnae strepitum quam pium humanitatis obsequium habituras. Hic michi pavorem specie, revera odium exhibuisse videtur curasseque, ne specioso occisi funere tetrior interfectori labes accresceret. Reversi qui regi supplicaverant, miserandum amici corpus tenui funere Ryngstadium extulerunt. Nec divina laborantibus beneficentia defuit. Siquidem locum, in quo, pausantibus gerulis, funebris eius lectus constiterat, repentino fontis ortu signavit. Aliis quoque compluribus rerum indiciis ingens sanctitatis eius splendor eluxit. Facinoris fama promiscuum patriae lamentum excivit omniumque[e] penates

a) vicinum *sine causa St.* b) industiria 1. c) eam *suppl. Kinch.* d) *minime* non, *ut Kinch vult, inserendum puto.* e) omnique 1.

1) Vita c. 7. 2) Haec Saxo, cum Vita c. 7. dicat: *ordinem cuiusdam parricidii cantando.* 3) Cf. Vit. c. 8. 4) Cf. Vita c. 7, sed Kanutus die Ian. 7. occisus est. 5) Cf. Transl. c. 2, supra p. 18.

1131. plangore complevit. Populus enim, cum calamitosum de nece eius nuncium accepisset, protinus conviviorum, quae ea tempestate gerebantur, hilaritate deposita, morem tempori impensum merore mutavit, inque eo lamentando uterque sexus unius gemebundi amici vocem habuit. Cuius funus publico luctu elatum, quantus eius amor omnium animis insitus esset, indicio fuit. Itaque cuius vitam patria caritatis officiis excoluerat, morti quoque testes grati animi lacrimas erogabat, ut Kanutum eiulatibus, ita raptorem spiritus eius validissimis execrationibus insecuta.

Magnus vero ob impiae caedis eventum profuso in gaudium animo Roskyldiam repetit, regnumque, quasi sublato iam aemulo, spei firmitate complexus, erubescendam facinoris fortunam tripudio prosequi deforme non duxit. Quin etiam sanctissimis Kanuti vulneribus, quibus plenas penitentiae lacrimas debuerat, voluptate ex facinore concepta, per ludibrium insultare sustinuit. Ne autem sanguis caelo terraque egregie meriti propagine vacuus inter- Ian. 14. iret, heredem Deus extincto subiecit. Nam octava post haec luce Ingiburga[a] Kanuti conceptum ex eo marem enixa proditur; cui et materni avi[1] nomen inditur. Tunc Haquinus, quem superius Sunniva ortum significavi[2], cumque eo Petrus, matre Botilda natus[3], et filii Skyalmonis, facinoris atrocitatem gravi querelarum contextu prosecuti, indignam amici necem in popularium ubique conciliis deplorabant, adversum iniquissimum percussoris actum vulgi iram erigere cupiendo. Quin etiam tunicam eius crebris foraminibus absumptam omnium oculis in concione subiciebant. Nec parum luctuosam eorum actionem lacerae vestis irritamentum adiuvit. Quippe compluribus ingentem ultionis cupiditatem tam p. 642. fedae lacerationis spectaculum ingeneravit. Sed et sanctitas Kanuti crebris signorum indiciis prodita ac divinis vulgata miraculis, incredibili cladis eius conquestoribus adminiculo fuit. Haraldus quoque interdum declaratam apud Ryngstadium[b] concionem maiore regni quam ultionis affectatione petivit, ibique tristissimam fraternae necis querelam peregit. Ericus vero insularum a Kanuto prefectura donatus, sola vindictae meditatione sollicitus aestuabat. At Nicolaus popularis inimiciciae metu periculosum concionis aditum suspicatus, suamque vel filii copiam multitudinis viribus offerre non ausus, Lundensium antistitis Asceri consilium advocat. Quo edoctus, Magno Roskyldis relicto, Ryngstadium petit, sperans se per absentiam filii pacatiorem plebis frequentiam reperturum. Verum quia habendam in collibus concionem tuto petiturus non videbatur, in oppido acquiescere quam incertam populi fidem discrimine suo temptare maluit. Cumque Kanuti fratres fatum eius apud concionem pari fuissent querimonia prosecuti, populus lacrimosa eorum actione permotus, tam innocui sanguinis carnificem publica dampnatione mulctavit sententiamque suam adversum tam pii spiritus oppressorem destrinxit. In regem vero pristina adhuc fortuna venerabilem, tamquam de eius incertus[c] consensu, severius consulere passus non est, ne noxam et innocentiam in aequo ponere videretur. Itaque patriae parentem, honoris pariter eius atque aetatis aestimatione verecundius habita, ab hoc animadversionis genere immunem reliquit. Orta tandem de regis absentia mentione, subitis consternationis furiis incitatus, laxato concionis ordine, intra suos eum penates opprimere gestiebat, prefatus iuste regem ab hiis adiri, quos prior ipse petere noluisset, presertim cum presentiam suam concioni, quae per eum vigere debuerat, in vicinia constitutus negasset. Quod cum rex ex hiis quos ad cognoscendas concionis voces direxerat accepisset, Ascerum emittit, qui reverentiam et nobilitati suae et sacerdocio debitam irae vulgi irrumpentis opponeret. Ille plebis in occursum contendens, conspecto Erico, dexteram habenis eius equo delapsus in- p. 643. seruit. Quem diu ac multum, ut iram conceptam[d] temere remitteret, precatus, pro Magni facinore decretam lege correctionem, pro patris eius innocentia statutam defensionis iusticiam promittebat. Quin etiam, detracto pileo, consternatae multitudini capitis sui maiestatem obiecit. Tantum autem eius apud Ericum precatio valuit, ut regi non modo salus, sed etiam in proximo petendae concionis licentia deferretur. Quamquam enim populus ardentissimo studio in Kanuti ultionem ferretur, auctoritatem tamen antistitis, quae inter Danos

a) uxor *supplendum videtur. H.-E.* b) Rygnstadium 1. c) incerta 1; *corr. St.* d) temere conc. *corr. St.*

1) Waldemari seu Wladimiri principis Rutenorum; v. supra l. XI, p. 67; cf. Knytlinga saga c. 93 (infra). H.-E. 2) De Sunniva, matre Haquini Norvagiensis, antea Saxo nihil. 3) Nominatur etiam in Hist. Roskildensi; cf. Langebekii notam, SS. I, p. 380.

1131. amplissima erat, ante oculos preponens[a], plus eius precibus quam suis sententiis indulgendum putavit. Itaque rex, concione sine filio petita, non aliter defensionem sibi conciliare permissus est, quam ut se Magni presentiam vitaturum, eumque domo ac patria excessu- (f CXXVIII.) rum nec ante receptam a populo veniam reversurum iuraret. Ceterum, ne vulgi iram exasperaret, dividuum cum eo concilium habuit, internunciis partium mandata gestantibus. Arbitri[b] siquidem regis, facultatem exilii, quod Magnus apud Gothiam, cuius rex esset, agere poterat, intuentes, conditione utendum monebant, futurum rati, ut interim in omnium animis odii eius habitus exolesceret, ipseque prolixioris absentiae beneficio mitiorem patriae sententiam reperiret. Populum quippe exilii eius miseratione movendum, iram, quam sceleri inflixerat, penitentiae remissurum sperabant. Ita pacato popularium motu, rex Iutiam, Magnus Gothiam, exilii speciem prebiturus, petivit.

Huius pactionis obtrectatores amici regis fuere. Quippe qui Magno occidendi Kanutum consilium dederant, conditionis habitum execrantes, teterrima sibi ratione regem consuluisse dicebant, satius affirmantes, ut ipse rerum summam deponeret, quam unicum filium et in spem regni procreatum ob leves agrestium minas exilii deformitate dampnasset. Quam ob rem oportere Magnum reversionis ius paterno potius quam populari arbitrio subiectum habere citissimoque revocationis beneficio patriae et propinquis, inconsulta plebis malignitate, restitui. Hiis vocibus irritatus Nicolaus, missis qui Magnum accerserent, abdicatam eius communionem inimica religioni caritate repetiit. Nec pensi duxit cum contemptu periurii dampnatam sanguinis sui presentiam amplexari. Cuius indulgentiae temeritas procellam, Magni discessu pacatam, reditu concitavit. Enimvero Ericus ac Haraldus (p. 644.) Nicolaum, cui eatenus indempnitatem detulerant, utpote voce sacrilegum, consilio parricidam, detestabili filio dampnationis consortione iunxerunt, scelere pares pena aequandos existimantes. . . . . . . Cumque ob hoc datum sibi iustum belli titulum animadverteret[1], (f CXXVIII'. p. 645.) sed ob rerum angustias regio apud Ysoram[2] nomine insigniri nequiret, Syalandiam reversus, eius Scaniaeque suffragiis recusatum prius honorem accepit, omnique dissimulatione reiecta, acrius in fratris ultionem erigitur. Inde litteras ad Lotharium facit, amici necem ulciscatur, orat, parricidii a Magno penas expetat, eumque in societatem belli tum precibus, tum etiam premii pactione sollicitat. Imperator[3] maiore potiendi regni quam exigendae ultionis cupiditate perductus, secus Iutiae menia gradum Romano militi struxit[c]. Etenim propositi spem non tam in viribus suis quam in interno dividuae regionis motu reposuit. Cui se Ericus apud Slesvicum classe obvium dedit. At Magnus utriusque hostis adventum accurata valli munitione precurrens, validum portis presidium applicuerat. Interiectis diebus, Nicolaus citeriora valli immenso Iutorum agmine circumfudit. Cuius tantae copiae erant, ut imperator acie manum cum eo conserere formidaret, sed neque classe Erici ad copias suas in urbem traiciendas uti presumeret. Cumque nec aggerem oppugnare nec militem navigiis mandare tutum duceret, inaniter tempus a se teri conspiciens, pacis conditiones excogitavit, quibus speciosam sibi solvendae obsidionis rationem conscisceret[d]. Ericum itaque, cui integerrimam opis stabilitatem spoponderat, aversatus, pactum cum adversae partis principibus habuit, ut obsidioni ipse parceret, Magnusque Romani imperii militem ageret. Qui cupide conditione usus, supplex Lotharium (p. 646.) veneratus est; sed insidias parabat obsequio. Ille ex pacto copias trans Eydoram recepit. Quo accepto, Ericus cesarem navigio petitum per summam Teutonicae perfidiae execrationem exprobratione levitatis insequitur, futurum affirmans, ut Magnus tali se circa ipsum fide gereret, qualem nuper in excolenda Kanuti societate prebuerat. Nec vana assertio exstitit. Imperatore siquidem Eydoram remenso, Adolfum[4] extremos ab eo curare iussum[5] Magnus per insidias adortus, non solum copiis spoliavit, sed etiam arma defor- (p. 647.) miter abiectantem nando fugam capessere coegit. Ericus imperatoris ope defectum se videns, per summam animi aegritudinem orientalia repetivit. Superveniunt legati a Magno rege Norvagiensium missi, maiorem Kanuti filiam[6], sed nondum nuptiis tempestivam, eius coniugio petituri. Quorum legationem Ericus contrahendarum virium spe favora-

a) proponens *corr. Müller.* b) Arbitrii 1; *corr. St.* c) *fort.:* sistit; *Kinch propos.* sustinuit. d) *ita* 1.

1) Ericus Emun. 2) In insula Seeland. 3) De hac expeditione cf. locos a Bernhardi p. 406 sqq. collectos. Neque tamen Helmoldum a Saxone lectum putarim. 4) H. comitem Holsatiae. 5) Cf. Helmold. I, 51, qui rem aliter narravit. 6) Christinam.

biliter habuit, excepit alacriter, cupiens finitimorum auxilia affinitatis beneficio comparare. Ipse quoque, bellis ocium interpellantibus[a], adhuc coniugio vacuus, novercam Magni, Norvagiensium quondam reginam[1], utpote dignus hac nuptiarum vicissitudine, favente eiusdem privigno, suscepit uxorem.

1132. Hybernis itaque per quietem exactis, recidiva belli tempestas efferbuit. Nam Nicolaus occasivum Daniae militem contrahebat. Ericus Christierni[2], splendidissimo inter Iutos loco nati, promissis evectus[b], orientis auxilia pugnae comparat. Is Magni odio a Nicolao deficiens, enixe se Erico affuturum spoponderat. Petrus vero Roskyldensium pontifex Ericum corpore, Nicolaum animo comitabatur, metu alterum, alterum caritate complexus. Sed Haraldi favor inter ruborem et odium varie fluctuatus est. Ut enim Nicolai castra verecunda pudoris meditatione vitabat, ita fratris prelationem perosus, miliciam eius invidia detrectabat. Itaque partes eius cum duobus spectatae indolis filiis specie magis quam benivolentia prosequebatur. Neque enim ei parcius adversum germanum, a quo se in p. 648. regni petitione superatum videbat, quam in fratris interfectorem odium erat. Interea Christiernus, necessariorum manu contracta, acie regem aggredi statuebat. Cuius Nicolaus non solum defectione, sed etiam hostili molitione comperta, copias, quas adversum hostes contraxerat, inter navalem terrestremque partitur exercitum. Quin etiam Christiernum acie excipere parat, Magnum classi[c] prefectum Erico obvium destinat. Iam vero Ericus ad in- f. CXXIX. sulam cui Syra nomen appulerat. Quo ignorato, Magnus aura quam eventu prosperiore ab Arusia solvit, navigiisque aliis alia precurrentibus, sparsa incompositaque classe processit. Cuius Ericus adventu precognito, scafa exceptus, nunc singulos, nunc universos classis suae magistros maximeque Petrum et Haraldum, quorum dubiam suspectamque fidem habebat, impensioribus pugnae hortamentis sollicitat. Neque enim repente cum tota Magni classe manum conserere cupiebat, sed navigia, ut cuique celeritas cursum dederat, accedentia sigillatim nautarum internicione vastavit. Quorum Magnus eminus pericula speculatus, confestim demisso velo, navigium suum anchorae quam aurae credere preoptavit, disiectamque pelago classem lituo recinente contraxit. Igitur ignavis fugam, fortioribus pugnam apprehendentibus, Ericus, cum navium numero prestaret, arctissimo earum contextu hostem conclusit ac veluti classe classem obsedit, atrocitatemque pugnae augebat necessitas. Cumque Iutenses neque victoriae facultatem neque fugae copiam fortunae suae suppetere viderent, duci quam sibi consulere preoptantes, salutem eius propriis servavere periculis. Quippe consertissimae classis cuneum irrumpentes, quia victoriam Magno prestare non poterant, victo fugam quaerebant. Nam eidem mioparonem ingresso veluti quandam elabendi semitam securis periculorum animis extruebant. Quo dilapso, nichilominus pugnandi pertinaciam retinentes, aut morte aut captione finivere bellum. Cumque victores spoliis devictae classis incumberent, inter egestam navigiis predam quendam velo implicatum conspiciunt. Cuius ex deformitate latebrae formidinem p. 649. aestimantes, protinus ob ignaviam eum laqueo consumpserunt, uti fedo mortis genere spiritum redderet, quem pugnae fortiter impendere dubitasset. Interea Christiernus[2], manu cum Nicolao infeliciter conserta, per ingentem suorum stragem capitur et in ostii Slesvicensis ergastulum relegatur. Ericus vero recentis pugnae successu elatus, sed eorum quae circa Christiernum gerebantur ignarus, potiendae Iutiae spe mare Lymicum classe complevit. Ubi cum, expositis incaute copiis, et Christierni fugam et regis adventationem nuncio didicisset, plus amici fortuna concussus quam propria recreatus, recepto milite, reverti maturavit. Ex cuius agmine complures tardius navigia repetentes ab imminenti regis exercitu trucidantur. Hunc eventum secutus Haraldus, ad Nicolaum occultis se promissionibus invitantem defecit. Plus siquidem indignationis ex Erici dominatione quam irae ex Kanuti internicione conceperat, eique frater fratris oppressore onustior erat. Quin etiam Magnus, ut laetum hostilis miliciae incrementum, ita tristem suae defectum aspiciens, fraterni commilitii societatem labefactare temptabat. Haraldum itaque, quem Erici partes dubia fide secutum noverat, promissis dignitatis incrementis urgebat. Nam et Haral- p. 650. dus, quamquam iram obsequio tegeret, incitatiore odio adversus Ericum quam Erici impugnatorem ardebat. Itaque non solum eius arma deseruit, sed etiam, quo validiorem

a) iuterp. 1. b) erectus *corr. St.; sed similiter alibi (infra ed. Müller p. 743).* c) classe 1; *corr. St.*

1) Malfridam. 2) Suenonis Agg. avus, v. supra p. 27, n. 2.

[1132.] Nicolao opem impenderet, castellum, quod in Roskyldensi suburbio molitus fuerat, impensiore munimento vallavit, invidiam fraterna prelatione conceptam perfidia defectionis exsatians. Idem cum Ericus magna Sialandensium manu per obsidionem clausisset vallique firmioribus obstaculis conatus suos admodum interpellari videret, a Saxonibus, qui Roskyldiae degebant, tormentorum artificia mutuatus, domesticas vires externis cumulavit ingeniis. Quippe nostri rerum adhuc militarium rudes, raro talium usu callebant. Primum itaque saxum parum vegeto iactu machinamento egestum citraque valli propinquitatem collapsum ludibrio castrensibus fuit. Siquidem irrisa tormenti vi, ulteriores eius impulsus irritos augurabantur. Secundum incitatius actum ac mirifico cuidam tecto superne impactum pondere et incussu suo funditus penetralia transverberavit aedemque magno cum fragore collisit. Quae domus, fundamenti loco lignea tantum base subnixa eidemque velut cardini imminens, levi attactu quamlibet in partem circumagi poterat. Quo viso, Haraldus fiduciam, quam ex primi iactus defectu conceperat, in secundi processu deponere coactus, cum neque se domi obsidionem laturum neque foris auxilia accepturum speraret, noctu maritima aggeris parte perfracta, quod ab hoste negligentius obsideretur, equos per prerupta demissos pedes cum suis insequi cepit. Cumque totis in castris tumultus exoriretur, citato acrius equo, comitibusque, ut Haraldo occurreretur, de industria vociferari iussis, non Haraldus, sed Haraldi insecutor creditus, inter medios perstrepentium globos facilem [p. 651.] fugae meatum habuit. Itaque non minus fictae fugientium voces quam temporis habitus hostium existimationem fefellisse creduntur. Fuere tamen ex Teutonibus, qui hunc[1] in ipso fugae procursu sagittis a se confixum assererent. Ita vafri ingenii dux obsidionem arte, periculum calliditate frustratus, reperta rate Iutiam petit. . . . . . .

[f. CXXIX'.] Per eadem tempora divi Kanuti filia, iam pridem regi Noricorum desponsa[2], per legatos ab eo in Daniam missos nuptura deducitur.

[1133.] Peractis hybernis, Nicolaus diutinam deficientis a se regni ulcisci cupiens iniuriam, crebra Iuticarum partium classe Syalandiam appulit. A quo Ericus apud Weram-pontem[3] gravissimo prelio superatus, cum uxore, quondam Norvagiae regina[4], filioque parvulo Suenone, quem ex pellice procreaverat, necessitudinis fiducia Magnum[5] petivit eiusque huma- [p. 652.] nissimam primo hospitalitatem mox dolum atque fallaciam expertus est.

Interea[6] Nicolaus, Haraldi Teutonicorum supplicia exigentis precibus inclinatus, Roskyldiam irrupit comprehensosque in urbe Germanos incentoris arbitrio mulctandos dimisit. Quos Haraldus, tum quia tormentorum opifices, tum quia de falsa nece sua gloriantes audierat, extrema narium parte precisa deformes reddidit, percontatus, an Haraldus eorum fuerit iaculis interfectus. Tunc quidam ex hiis, applicatum ori suo cultrum aspiciens, parcendum sibi, quod doctus esset, asseruit. Haraldus hominem litterarum peritum existimans, revocato lictore, ad epulas[a] perductum, ipsas, ut fieri assolet, solemnium nuncupatione verborum dedicare precepit. Cui captivus suendi se, non sacrandi professorem respondit. Haraldus, hominis acumine delectatus, impunitatem astuciae tribuit, iramque, quam deceptus abiecerat, correctus repetere erubescebat, ne errorem supplicio emendare videretur. . . . . . .

[f. CXXX p. 654.] Ericus vero fidissimam sibi Lalandiam repetens, intercepti Ubbonis suspendio, quem Nicolaus minorum insularum prefectum creaverat, clarum reditus sui indicium dabat. Audito deinde regem divini natalis dies[b] Lundiae feriari debere, adventum eius, petita [Dec. 25.] Scania, precucurrit totamque regii apparatus impensam preripuit. Quod audiens in Sialandia rex, alimentis publica administratione contractis, procedere supersedit. Aestate [1134.] vero preter Scanicam[c] omni Danica classe contracta, ad Fotam sinum[7] appulit, pedestremque propter littus aciem statuit. Quae cum centuriatis parumper ordinibus constitisset, [p. 655.] adventante Erico, excitum equorum ungulis pulverem in speciem nebulae eminus exhalare conspiciens, paulatim ad naves gradum retulit. Sed inter eundum adventantis equitatus fragore perculsa, incessum ad fugam convertit. Quam superveniens Ericus, fortuna, non prelio superatam, impune cecidit incruentamque, Deo parricidium vindicante, victoriam

a) epistolas 1; *corr. St.* b) die *St.* c) Scaniam 1; *corr. St.*

1) Haraldum. 2) Cf. supra p. 81, l. 50. 3) Værebro in Selandia. 4) Cf. supra p. 82, n. 1. 5) Caecum regem Norwagiae, qui Kanuti filiam in matrimonium duxerat. 6) Cf. Bernhardi, 'Lothar' p. 539, n. 34. 7) Fotaevig (cf. supra p. 35, n. 4), ubi pugna a. 1134, Iun. 4. commissa est. H.-E.

1134. habuit. Magnus cum aliquanta fortium manu cedere veritus, ceteris terga obvertentibus, adverso hostem corpore repellebat. Quippe cum fugam parum liberam cerneret, animosum sibi consciscere exitum mortemque suam pugnando clariorem efficere egregium duxit. Quin etiam, ne pristinum fortitudinis suae splendorem obtereret, fatum quam fugam amplecti maluit. Postremo, ut insigni pugna ita multa adversariorum strage edita, super pro- 5 stratorum a se cadaverum struem una cum Petro pontifice Roskyldensi consumptus occubuit; quem ut fati comitem ita tumuli quoque consortem habuit. Nicolaus, admoto sibi per villicum equo, navem petivit. . . . . . .

f. CXXX'. Crediderim hanc victoriam[1] humanis parum viribus partam, sed Deo piissimi viri interitum ulciscente concessam. Neque bellum aliud crebriorem pontificum cruorem ab- 10 sumpsit. Quippe Petrus Roskyldensis et Henricus Suethicarum partium pontifex omnesque p. 656. Iutiae preter unum antistites hoc prelio oppressi traduntur. . . . . . . At Nicolaus fuga Iutiam[a] elapsus et tamquam ad fortunae ludibrium reservatus, aestimato pariter et orbitatis suae et aetatis habitu, non ut sibi successorem, sed ut aemulo hostem relinqueret, Haraldum regni post se declarat heredem. Deinde Slesvicenses ob Magni iam pridem 15 facinus infensos ad habitum pacatae mentis reducere cupiens, de componenda secum pace sollicitat, eosdemque et aetatis suae et fortunae miserationem[b] acturos existimans, sumendorum obsidum gratia oppidum intrare constituit. Rursum cum caput suum inexploratae fidei civibus obicere dubitaret, Beyonis cuiusdam summam inter oppidanos auctoritatem gerentis hortatum secutus, salutem simul cum suspicione deposuit. Portas siquidem de 20 industria patefactas ingressus, ut pium cleri, ita ferocem plebis occursum repperit. In excipiendo namque eo dividuum civitas animum habuit. Clericis quippe eum sacrae processionis officio venerantibus, cetera vici pars ut hostem excepit. Qui cum inter plateas p. 657. adversis sibi signis obviam iri conspiceret, amicis, ut in aedem Petri confugeret, exhortantibus, aulam petivit. Et ne cruenta corrixatione divini fedarentur penates, regia sese quam 25 templo tueri maluit, paterno in lare quietius obiturum prefatus. Nec defuit militibus prompta mens ad eius salutem suis cladibus defendendam. Diu siquidem intactum eum animosis corporum suorum obiectibus servaverunt. Neque triste duxerunt pro tuenda illius incolumitate suam ultimis implicare periculis. Quorum Slesvicenses primum sanguine profuso, ad ultimum et regium absumpserunt[c. 2]. 30

EX LIBRO XIV.

f. CXXXI. p. 658. Interea Ericus, destinata in Iutiam classe, cum ad Syram insulam appulisset, nuncium de regis oppressione suscepit. Et forte in ea rerum colluvione Ericus ac Bero, natu inter Haraldi filios primi, deserto patre, fidelius se quam felicius Erico iunxere. Iidem noctu clandestina patris legatione petiti, silenter accepta gesserunt. At Ericus nichilominus lega- 35 tionis indicium nactus, experiendae eorum fidei gratia aliquamdiu ignorantiae simulatione silentium egit. Quibus secretum paternum tegere perseverantibus, cum se nullam ex eis arcani cognitionem suscepturum putaret, desperato voluntariae confessionis indicio, vocatos in medium vehementi perfidiae exprobratione pulsabat, quod rem a patre mandatam parum lucide pertractassent. Interrogati quoque, quam ad eos pater legationem habuerit, 40 p. 659. consultos se, quid agere eum potissimum expediret, ut ad Norvagiam exularet, respondisse dicebant, ideoque non ante consilium fateri voluisse, quam ei a consultore obtemperatum agnoscerent. Quorum affirmatio, quamquam vera esset, fidem non habuit, quod invita potius quam ultronea videretur. Igitur eorum experiri Ericus asserta cupiens, ambos arctissima apud castrum Slesvicense custodia asservari precepit, uti, veritatis cogni- 45 tione suscepta, aut innocentiae premium aut reatui penam referret. Cui postmodum idem forte castellum intranti memorati iuvenes compeditis semet incessibus obtulerunt, supplicesque eius genibus advoluti, pretentis innocentiae meritis, captionis remedia flagitabant. Quorum Ericus ut fortunae misertus, ita fidei gratulatus — quippe fuga patris filiorum affirmationem adiuverat —, sicut erat mero percalefactus, et calamitati lacrimas dedit et 50 veracitati salutem promisit. Quod cum forte Christiernus ex aulicis cognovisset, antelucano

a) Iutia 1; in Iutiam *St.* b) miseratione 1; *corr. St.* c) Explicitus est liber decimustertius. Incipit liber decimusquartus *add.* 1.

1) Fotvicensem. 2) Die Iun. 25. a. 1134.

tempore petenti sacrarium Erico obvius factus, hesternae eum temulentiae lascivia concitatum intemperate munificum exstitisse ridebat, quod Daniam hosti dono dare sustinuisset. Rationem quoque dicti lucidiore sententia persecutus, fore inquit, ut Haraldi filiis maior vinculorum suorum quam absolutionis respectus incesseret, odium liberatori pro 5 gratia relaturis. Quid enim aliud Ericum[a] eorum saluti parcentem agere quam Haraldo robustorum iuvenum auxilia reservare? Hiis vocibus inclinatus Ericus, a promisso suo quam ab amici consilio recedere maluit profectamque a crapula indulgentiam sobria animadversione cassavit. Huic clementiae studium in crudelitatis exhortatione deponere rubori non fuit. Itaque, quorum spes ad vitam intenderat, salus aquis consumpta est[1]. . . . . .

10 Interea Haraldus, repetita Iutia, Urnicae concionis suffragiis rex est declaratus. Quo [1135.] comperto, Ericus, navigiis glacietenus — nam gelu undam duraverat — in altum usque [p. 660] pertractis, Iutiam tacite petivit, Haraldumque apud Scypetorp[2] vicum noctu cum superstitibus filiis interceptum, diluculo conclavi extractum, absque respectu fraternitatis capitali supplicio affecit. Ex quibus Olavus, clausum armis cubiculum videns, mutata cum feminis 15 veste, salutarem inter hostes egressum habuit. . . . . . . Huic[3] Ericus tametsi opitulari vellet, [f. CXXXI.] Sclavis domesticam pacem interpellantibus, animum opere comitari nequivit. Igitur omissis [p. 661.] amici rebus, propriis curam iniecit, contractaque adversum Rugiam classe, quo gnavius bella [1136?] conficeret, maritimae Danorum expeditioni primus equos adiecit, quaternos singulis navigiis mandans; eumque morem diligens posteritatis cura servavit. Classis eo numero digesta, 20 mille et centum navigiis frequens reperta est. Quibus Dani ad Rugiam appulsi, urbem Archon[b] adversum se valido presidio firmatam inveniunt. Quam ne finitimorum auxiliis iuvari sinerent, tractum, qui Archonensium fines propemodum Rugia abscisos cum continenti committit, ligonibus concisum, in vallum opacae admodum altitudinis redegerunt. Tuitio eius Hallendensibus[c] credita, iisdemque Petro parere iussum. Quos Rugiani, quaesito per 25 vada transitu, noctu inopinatos adorti, compluribus caesis, a cetero repelluntur exercitu. Igitur Archonenses, cum nec vires conserendi belli haberent neque locum ad contrahenda auxilia suppetere cernerent, necessitate victi, salutem et in christiana sacra transitionem pacti, statua, quam venerabantur, retenta, Danis se tradunt. Erat enim simulacrum urbi precipua civium religione cultum crebrisque finitimorum officiis celebratum, sed falso 30 sacri Viti vocabulo insignitum[4]. Quo asservato, oppidani veterem sacrorum morem penitus abrogari passi non sunt. Primum itaque solemni ritu prolui iussi, stagnum maiore pellendae sitis quam initiandae religionis ardore petentes, sub specie sacrorum fessa obsidione corpora refecerunt. Datur Archonensibus pariter rerum divinarum antistes, qui et [p. 662.] eis cultioris vitae formam prescriberet[d] et novae religionis rudimenta contraderet. Sed 35 post abscessum Erici cum antistite pulsa religio. Siquidem Archonenses, abiecta obsidum caritate, pristinum statuae cultum repetentes, qua fide divinum susceperunt, prodiderunt. . . . . . .

Semel quoque Erici salus satellitis eius somnio servata proditur. Nam cum ex freto [f. CXXXII. p. 663.] Slesvicensi Sialandiam petere statuisset . . . .

40 Per eadem tempora decedente Ascero Lundensi, de novi antistitis suffectione divi- [p. 664. 1137.] duum regis ac populi suffragium fuit. Siquidem Scanienses ob egregia Asceri merita Eskyllum, arctissima ei consanguinitate iunctum[5], ne pontificium[e] a familia discederet, suffragiis amplectuntur. Rex vero rubore fugationis ammonitus[6] neque suorum in Eskyllo dedecorum oblitus, Rikonem Slesvicensem, qui nuper Albero successerat, quod in potiendo 45 regno familiari eius opera usus fuerat, eorum arbitrio preferebat. Nec tamen haec vota palam ad litem et controversiam progressa fuerant, Scanis metu sententiam occultantibus. Eodem tempore Plogus quidam, claro inter Iutos loco natus, tametsi regis miliciam profite- [p. 665.]

a) Ericus 1; *corr. St.* b) Archonam *corr. St. inter errata typogr.* c) Halland. *corr. St.* d) perscriberet 1; *corr. Madvig.* e) potif. 1.

50 1) Cf. Sueno Agg. c. 7: (Ericus) *nepotem suum Biornonem, iniqua compensatione talionem reddens, captivavit annexumque molari in profundum abyssi demersit. Fratres quoque eius . . . undecim numero ferro iussit . . . necari.* H.-E. 2) Skjaerup haud 55 procul a Fridericia. In curia Ialing (Jelling prope Veile) Haraldum, noctu ad Erici colloquium evocatum, occisum esse scribit Sueno Agg. c. 7. H.-E. 3) Haraldo Norvegiae regi ab Erico auxilium petente. 4) Suantevit. Cf. Helmold. I, 6. II, 12. 5) Nepotem eius, episcopum Roskildensem. 6) Ericum regem ab Eskillo Sialandia expulsum esse narrat Saxo p. 664.

1137. retur, latentes capiti eius insidias comparabat. Ad quem Rypam veniens, miliciae titulo stipendium postulabat. Quo recepto, datum sibi cladis eius premium reputabat. Et forte Ericus inter quosdam populares acrius dissidentes regali iudicatione componere rogatus, publica id concione exequi statuebat. In qua cum Plogus cuidam ex plebe de se querenti satisfacere iuberetur, dicendi simulatione facta, non sine lancea progressus, auditum sibi preberi petivit. Stabat autem et rex hastae innixus turbantique silentium populo manu, ne obstreperet, innuebat. Quem Plogus loricam veste tectam gerere existimatum diu curiosis speculatus oculis, ut inermem deprehendit, lancea transverberavit. Et ne timidius dicere quam facere videretur, regem a se prostratum vociferans, ceteros ad militum internicionem hortatur. Aulicis itaque passim metu dilabentibus, Ericus, Haquini filius, cui ex f. CXXXII. patientia[a] cognomen obvenit, egregium fortitudinis exemplum prebuit. Diu siquidem exanime regis corpus gladio protexit, sociisque in fugam lapsis, solus ex tot commilitonibus intrepidum mentis habitum tenuit, dignus, ut ei in regnum successor fieret, pro quo etiam extincto pugnam gerere perstitisset.

Iamque vacantem Daniae possessionem nemo sanguinis virtutisve fiducia aut petere aut rapere presumebat. Quippe Sueno Erici, Kanutus Magni et Waldemarus Kanuti filius p. 666. nondum regno tempestivi fuere. Christiernus vero Waldemarum, paternam[b] cuius ultionem adiuverat, regno dignissimum predicabat. Quem honorem mater[1] multis et gravibus periculis obsitum ac vix quidem adultis gestabilem, perniciosum parvulo futurum advertens, poscenti puerum Christierno tradere recusavit, maioribus id munus deberi prefata. Postremo pertinacius insistentem iureiurando obstringit, in regem eum eligi non passurum. Quo Christiernus ad populum et concionem usque perlato, patris[2] eius beneficia memorat, ut domi leges et iura stabilierit, ut foris hostem represserit, ut furtis rapinisque patriam vacuefecerit, ut Daniam pene exhaustam et exsanguem Sclaviae magistram reddiderit, ut etiam unicuique per vim amissa ad integrum restituerit, utque cunctis hiis operibus sanguini suo regnum deferri meruerit. Verum cum filius eius nondum maturos imperio annos acceperit, neque Danis sub auspiciis puerilibus rem gerere militarem expediat, virum debere circumspici, qui usque ad provectam pupilli aetatem tutorio regnum nomine procuraret[3]. In quod munus aptius neminem quam Ericum, superioris Erici ex filia[4] nepotem, quod audacia ac pietate prestaret maternumque genus ex regibus duceret, adcisci posse, adulto rerum summam pupillo cessuram. Ita Erico et populi favor et pueri maie- p. 667. stas vires regias dedit. . . . . . . Tunc Eskyllus[5], cognito regem apud Iutiam decessisse, repente in Scaniam maioris sacerdocii[6] affectatione pervehitur[c]. Ericus vero infectum antedecessoris[d] propositum circa Ryconem[7] explere cupiens, pontificalis ei dignitatis incrementa tribuere gestiebat. Scanienses autem ultima quaeque perpeti quam pontificium in novam transferre familiam preoptantes, bellum adversum regem decernunt. Quo ille cognito, ne multorum inimicicias unius viri familiaritate contraheret, proposito suo cupide cessit, 1138. Eskylloque sedem mutare permisso, Rykonem Sialandiae[8] presulem, mediantibus cleri suffragiis, creat. . . . . . .

f. CXXXIII'. p. 671. 1144. Post haec Ericus nuptiarum sollicitatus affectu, Bremorum antistitis Harwici germanam[9] uxorem duxit, natu quidem nobilem, sed non tam pudicicia quam parentela conspicuam. Cuius instinctu vetera regum latifundia in eos maxime, quorum forti opera adversus Olavum[10] usus fuerat, dono contulit. . . . . . . Verum non eadem virtute peregrina p. 672. ac domestica bella confecit[11]. Expeditiones enim, quas adversum Sclavos ductabat, non tam timori eis quam ludibrio fuere. Adeo enim apud eum inertia omnia solutaque fuere, ut ne a viro quidem edita putarentur. Infimi cuiusque in solvenda milicia arbitrium sequebatur. Sepe lixarum redeundum vociferantium clamorem secutus, classem dimisit. Ob cuius molliciem animata barbarorum atrocitas non solum eum foris pervagantem contempsit, sed etiam domi consistentem invasit. Qui cum in Fyoniam forte e Syalandia navigatione contenderet, piratas post tergum imminere conspiciens, avide petito littore, armamentisque omnibus in predam relictis, non sine rubore et metu navigio cessit.

a) Agni *add. St.* b) paterno *perperam St.* c) provehitur *Krantz V,* 20. d) antecessoris *Kr.*

1) Ingeburgis. 2) Kanuti Lavard. 3) Ita etiam Helmoldus I, 67. 4) Ragnibilde. 5) Episcopus Roskildensis. 6) Archiepiscopatus Lundensis. 7) Episcopum Slesvicensem. 8) i. e. Roskildensem. 9) Liutgardam, filiam Rudolfi marchionis. 10) Haraldi Kesiae filium rebellem. 11) Ericus Lamb rex.

Interiectis annis, cum apud Syalandiam febri se implicatum sentiret, Fyoniam usque, cuius erat oriundus, concessit, spiritum, ubi acceperat, redditurus. . . . . . . 1147.

Defuncto Erico, ambiguum plebis de regno suffragium fuit. Quippe Kanutus in Iutia, Sueno apud Syalandiam, Magni alter, alter superioris Erici filius, ingenti ambitu regnum petebant[1,*]. Siquidem hunc paterna, illum avita merita venerabilem faciebant. . . . . . . f. CXXXIV. p. 673

Per eadem tempora Romanus antistes barbaricae tempestatis procella rem divinam pene obrutam eversamque conspiciens, datis per Europam epistolis, universos christianae credulitatis hostes ab eius cultoribus oppugnari precepit. Singulae autem catholicorum provinciae confinem sibi barbariem incessere iubebantur. Ne ergo Dani privatae miliciae rebus publicae religionis officia detrectarent, sumptis sacrae peregrinationis insignibus, imperium amplectuntur. Igitur Kanutus ac Sueno, invicem obsidibus datis, depositisque inimiciciarum exerciciis, rei melius gerendae gratia pacem pro tempore statuunt revocatumque a suis visceribus ferrum ad sacrorum vindictam convertunt. Discordiam itaque a regni aemulatione profectam sociae expeditionis federe castigantes, iunctis viribus Sclaviam petunt, Germanis ex condicto diversam eius invadentibus plagam. Iuti Kanuto duce, Hetbienses Suenone hostilem occupant portum. Superveniunt extremi Sialandenses ac Scani prioremque classem, prout cuique locus patebat, sua circumincludunt. Occurrunt in littore Saxones, et ipsi vindicandae religionis cupientissimi, miliciae socii Danis futuri. Mox Dobinum[2], insigne piratica oppidum, ab utroque circumsidetur exercitu, omni Danica multitudine preter paucos classis custodes navigia relinquente. Quorum raritate cognita, Rugiani[a] primam obsessis opem inimicae classis oppressione porrigere statuunt. Mox Scanos, quos ordo proximos offerebat, adorti, ferme omnes fuderunt, Iutis iocundam eorum cladem ducentibus neque socios computantibus, quos duce a se diversos noverant. Sed et Fotensis[b] nondum pugnae memoria exoleverat, et recens partium odium aestuabat. Adeo, quos privatae irae agitant, publica numquam communio federat. Ascerus vero Roskildensis, qui classis a rege curam acceperat, suo repente navigio per ignaviam cedens, mercatorium[c], cymba advectus, conscendit, eoque latebram nactus, quos specioso pugnae exemplo ad fortitudinem incitare debuerat, deformis fugae spectaculo territabat. Primum autem Scani, ne timidioribus fuga suppeteret, communibus vinculis arctius naves in classem sociant; mox victi nexus industrie procuratos fortuitis ruptionibus lacerant, parsque ferro periit, pars necem sibi inter undas precipicio maturavit. Cumque Rugiani complures ob magnitudinem naves captu difficiles animadverterent, multitudinis specie metum eis ingerere cupientes, classem suam, abductis[d] caesorum navigiis, duplicant, eademque perinde ac remigum plena tentoriis instruunt, vacuitatem umbraculis obscurantes. Usi sunt et alio non minore mentiendae classis ingenio. Noctibus enim tacita navigatione in altum pergentes, diluculo referuntur, imaginem recentis classis et supervenientium auxiliorum effigiem prebituri. Sed crebro id agentium frustra calliditas fuit. Interea Danis obsidionem arcentibus[e], eorum classis piratico bello nunciatur oppressa. Hac fama revocati, correptis navium reliquiis, Rugianos resistere formidantes portu propellunt sociorumque stragem fuga hostium ulciscuntur, ob interfectorum cadavera parum adhuc navigabili ponto. Suenoni vero, navi qua venerat spoliato, suam cedere Kanutus liburnicam voluit; sed suspecta aemuli humanitas erat, oblatumque notabatur obsequium. Nam cum eius partes incolumes suasque propemodum exhaustas videret, alieno navigio reditum experiri fisus non est. Slesvicum

f. CXXXIV'. p. 675. — p. 676. — p. 677.

*) *De Kanuto satis fabulosam addere placet narrationem, quae in Vita Nicolai Arusiensis, SS. R. Danicarum V, p. 304. 308. ex collectione Bartholini edita legitur:* Beatus Nicolaus, regis Danorum Kanuti filius, frater Valdemari Slesvicensis episcopi fuit, cuius mater de eius partu moritur. . . . . . .

Avunculus meus, qui in Skibia diu habitavit, narrare consuevit, ubi dicitur quod sequitur: Dicitur de Kanuto rege transeunte a plaga boreali Iutiae versus australem iuxta oppidum Hatherslevense, de nocte dixit ei astronomus, quod illa nocte generaretur puer magnus coram Deo et hominibus. Dixit rex: 'Vellem ego esse pater illius pueri'. Et fecit ad se vocari puellam nobilem, de qua genuit sanctum Nicolaum.

a) rugiā 1; *corr. St.* b) *ita Suhm, Dahlm. et Madvig;* forensis 1. c) mercatorum 1; *corr. St.* d) adductis *St.* e) urgentibus *corr. St.*

1) Ex iis, quae de rebus tunc gestis usque ad Waldemari regnum Saxo longius narrat, ea tantum exhibenda duxi, quae res Germanicas tangunt. 2) Cf. Helmold. I, 65. De Dobini situ in sinu Wismariensi v. notam ib. ad c. 62, SS. XXI, p. 58, n. 72; Petersen p. 207.

devectus, interiecto tempore, prior Kanuto Sialandiam occupat, Roskildiamque menium in- [f. CXXXV. p. 678.] opem receptaculi gratia vallo fossaque complectitur. . . . . . . Tanta inter partes virtutis et gloriae aemulatio fuit. Interea nobilissimi Iutorum et in rebus bellicis singulari miliciae laude conspicui duabus Suenonem liburnicis petiverunt. Quorum viribus succinctus, as- [1149.] sumpto Eskillo, manum in Sialandiam traiecit ac prope Thorstani[c] vicum[1] bello cum Kanuto concurrit. Ubi inclinata suorum acie, timidiorum fugam secutus, fortiorum victoria revocatur et, dum vinci credidit, victor repentinus evasit. Kanutum vero sui, sive quod tenera adhuc aetate esset, sive quia belli eum implicare periculis nollent, in aciem descendere passi non sunt, pro duce pugnae spectatorem effectum.

[p. 679.] Interiectis diebus, Waldemarus, divi Kanuti filius, armis tunc primum per aetatem maturus, sed paterna in Kanuto merita perosus, Suenoni se iungit, in eius castris miliciae tirocinium habiturus. Cuius favor plurimum Suenoni virium conciliavit. A quo paternae prefecturae[2] dignitate donatus, Kanutum quendam, Henrici[3] filium, sub Kanuto, Magni filio, eiusdem beneficii titulis inhiantem, crebra belli congressione perdomuit. Nec minor ipsis mediocris rei quam regibus summae aemulatio erat. Semper autem ad Waldemarum victoria redundavit. Erat autem Kanutus insignis facundia, sed moribus effusissimus. Sueno et fortunae favore et virium incrementis accinctus in Fioniam excedit, mox aemulum apud [1150.] Iutiam persecuturus. Ubi ab exule quodam Ethlero[4] sollicitatus, bellum in Holsatios parat, abunde minora ad traiciendum navigia promittente. Incolae siquidem, quo transitus impeditior foret, pontem convulserant. Venientibus Eidoram, promissoris incuria binas tantum naviculas exhibuerat. Quarum altera Sueno suos precedere cupiens, saniore militum sententia revocatur, rogatus propositum hostium aliena traiectione prenoscere neque propriis rem periculis explorare. Siquidem haud procul eis latebram esse, partem copiarum, quantam a se superandam crediderint, irrupturis. Nec falsa predictio fuit. Holsatii quippe vicinis se saltibus occultantes, patienter primorum aditum prestolantur; transvectisque quos a [p. 680.] se capi posse confiderent, procursu facto, omnes aut neci aut captioni subiciunt, quamquam [f. CXXXV'.] Danis in propulsando periculo animus non deesset, utpote qui nec fugere possent et in regis oculis pugnam edere necesse haberent. Ita nostros ad virtutem capessendam et salutis desperatio et presens ducis incitabat aspectus. Quorum periculis exturbati scafarum magistri, circa palos medio amne defixos haerebant, neque residuos transvehere neque translatos referre ausi. Itaque nec regi ad procedendum nec victis ad resiliendum opi fuere[5]. . . . . . .

[f. CXXXVI. p. 683.] Tunc vero lacerae Danorum res disiectaeque fuere, cum, interius sociali bello flagrante, exterius piratica pestis ingrueret. Cuius propulsandae causa Sueno toti Sclaviae bellum crebrius quam prosperius inferebat. Neque enim tanta illi in preliis perseverantia, quantus furor atque impetus fuit. Nam cum receptui consulere debebat, tam avide littus repetere consuevit, ut par fugae reductio videretur. Neque suorum ei res curae fuere, dummodo prior ipse navigium rapuisset. Quae regis ignavia tantam Sclavis audaciam dedit, ut crebro copias eius revertentes opprimerent. Ipse quoque Wibergam adhuc munimenti expertem, quo tutiori sibi receptaculo foret, terreis menibus clausit magnisque eam stipendiis [f. CXXXVI'. p. 684.] instruxit. . . . . . . Hiis Kanutus opprobriis[6] irritatus, navigio commeatuque empto, plurimum in avunculis[b, 7] et materna fisus necessitudine, Poloniam profugit. Quem illi maternae rei nomine regni consortionem appetere rati, ceteris in locis admissum, munimentis excipere passi non sunt. Ad ultimum eum ne[c] placida satis fronte conspiciunt, insontem notantes, cum propinquo caritatem deberent. Augebat hunc metum recens maioris eorum fratris depulsio. Itaque receptus quidem, sed nullam, ut dixi, urbium intrare permissus, ad prefectum Saxoniae Henricum[8] pervehitur. Apud quem minorem spe sua fortunam expertus, Hamburgensem antistitem Hartvicum accedit, iam pridem Danis iuridictioni[d] suae exemptis infensum. A quo humanissime habitus, bellique tandem subsidia mutuatus, domesticorum militum fidem tacita legatione pertemptat. Responsum est, omnes ed eum ocis-

a) Thorstam 1; *emend. Madv.* b) avunculi *falso St.* c) nec *prop. Kinch.* d) *sic* 1.

1) Høie-Taastrup (praef. Hafniensis). 2) Slesvicensis. 3) Skatelar dicti. 4) *Ethelerus de Thetmarsia natus,* Helm. I, 67, qui res multo accuratius narravit. 5) Sequitur pugna Wibergis commissa, qua victus a Suenone Kanutus in Sueciam profectus est. 6) A Suecis ei illatis. 7) De eius matre, Boleslavi ducis filia, v. supra p. 75. 8) Leonem.

sime transituros, datamque Suenoni fidem pristina mutaturos. Qua promissione securior factus, peregrina manu Iutiam intrat[1]. Sed et suis nec humanitas Suenonis nec obsidum caritas nec periurii respectus, quominus ad eum signa referrent, obstaculo fuit. At Sueno, ubi de eius adventu cognovit, virium diffidentia apud Wibergam, recentibus a se munimentis excultam, obsidionem ferre constituit. Ubi ad sustentandam sumptuum necessitatem bona eorum qui ad Kanutum concesserant rapinis exhaurit predatuque stipendia contrahit. 1151. p. 685

At Kanutus ex proximae pugnae eventu urbem oppugnare diffisus, formidata locorum fortuna, procul menibus castra constituit, operiri volens, quoad aemulus, protelatis diebus, alimentorum egestate vexatus, aut turpiter fugam aut temere bellum arriperet. Ea Kanuti spes Suenoni victoriae fuit. Eodem tempore Bruno quidam, qui et Kanutum ipse e Saxonia secutus fuerat, sive Suenonis instinctu corruptus, cum quo vetusta sibi societas erat, sive delati belli taedio satiatus, impetrata utcumque licentia, cum aliquot Ripam secessit. Sueno vero cum rem familiarem magnis in urbe sumptibus exhausisset neque trahendi diutius belli materiam circumspiceret, audendum aliquid cum periculo ratus, noctu magnis itineribus tacitus ad hostium castra contendit eosque mane divina curantes improvidos irrumpit. Quibus repentino metu perculsis, ut cuique animus erat, aliis fugam, aliis arma capere negocium fuit. Medius horum interfluebat rivus occultis voraginibus frequens, sed uno dumtaxat vado meabilis, quod Suenonianis incognitum, Kanuticis notum prior loci inspectio fecerat. Exiguus idem et obscurus olim, nunc belli inclytus fama. Igitur qui irruperant ignorantia loci invias rivi partes aggressi, precipitatis equis, improvidi impetus penas dedere. Experti periculum, eminus instant fundisque ac iaculis provocant, congressum prohibente lacuna. Tunc Saxones ostentandae virtutis avidi, ne rebus locus officeret, equis vadum insiliunt. Waldemarus, postquam id[a] loci equitabile videt, tamquam hostes transitu prohibiturus, eo frena[b] convertit, adversoque cum eis equo concurrens, impactam uni lanceam ingenuo militandi more perfregit. Sed contra in ipso gurgite ita quaternis simul hastis excipitur, ut equus in clunes consideret, ipse tamen ob egregiam equitandi peritiam sella pelli nequiret. Quintam inter frontem galeamque defixam, adacto capulo collisam, avulsit. Hiis malis liber, arrepto equo, cum paucis vadum superat, et ne secuturis angustias faceret, procul rivo secedit, ibique facta acie, pugnam capessit. Quin etiam totam hostium turbam, quoad omnis sociorum permeasset exercitus, parva manu sustinuit, Suenonique certissimus auctor victoriae fuit. Quo opem ferente, Kanuti partes fugam fecere. Grandem quippe ex superioribus preliis metum hauserant, eorumque memoriam abicere nequeuntes, aegris semper infractisque animis erant; adeo enim Kanuticorum[c] animos res adversae corruperant, ut maiore fortitudinis parte defecti perseveranter hostem ferre nequirent, nimioque timoris captu hebetatis animis, faciles semper in fugam existerent. Saxones vero, quibus agitatio militaris familiarior erat, equestri exercitatione usi, crebro equorum reiectu victoribus insultabant, ita fugam moderantes, ut eam non sine ordine et regimine dirigere viderentur. Promptissimus horum Folradus eo prelio cadit, neque captorem reperire quivit, quamquam obrutus prendi se plurimum precaretur. Ceteri interdiu male fugientes, oppido noctu manserunt, ubi a fugae persecutoribus intercepti, hospicio necantur. Condixerant enim victores nemini parcere devictorum, tum Saxonum odio, tum quia proximo bello captos et a se redimendi potestate donatos denuo hostes experti fuissent. Kanuto Saxonia refugio fuit; de cuius fuga Ripenses, uti acta erat, ab intermeantibus edocti, quo plus victori placerent, confestim Brunonem capiunt, Suenonis in brevi iudicio presentandum. Quem Sueno oblatum aliquamdiu familiarius habuit, mox donatum abire permittit. Quae res ei apud conterraneos suspicioni primum, mox cladi atque exitio fuit. Fuere enim interfectorum propinqui, qui crederent eum pecunia a Suenone corruptum, sociorum salutem iniquissimo subvertisse consilio, declinati belli argumento doli coniecturam trahentes neque aliud beneficentiam regis quam fraudis premium exstitisse putantes. Cui cum de perfidia diem dixissent omnemque accusationis suae vim validissima eius defensione elusam viderent, invictum foro insidiis occupant. p. 686. f. CXXXVII. p. 687.

Sueno, perinde ac privatis iam periculis liber, ad publica propulsanda animum induxit. Locis marinis natura munitis complura agrestium presidia condidit. Bina castra, alterum in

a) ad 1; *corr. St.* b) fręno 1. c) Ranut. 1.

1) Cf. Helmold. I, 70, quocum hoc loco Saxo convenit.

1151. Fionia, in Sialandia alterum, propter fretum molitur, quae piratis timori, incolis vero receptui forent. Sed a Sclavis utrumque convulsum proditur. Bellum cum ipsis magna apud Fioniam virtute gessit. Quorum copias ita cecidit, ut plerisque militum palmas ferro prerosas habentibus media digitorum caro crudesceret.

Eo tempore propter incursus, qui a maritimis crebri predonibus edebantur, apud Roskildiam Wethemanno auctore piratica cepit; cuius haec disciplina, hii mores fuere. Navigia piraticae[a] magis idonea sibi visa absque possessoris permissu assumendi potestatem habebant, octava acquisitorum parte naulum daturi. Navigationem orsuri, apud sacerdotes preteritae vitae piacula deplorabant, eorumque religiosa animadversione puniti, perinde ac statim decessuri, divina altaris libamenta sumebant, cuncta prosperius cessura rati, si rite Deum ante bella placassent. Parvo viatico sumpto, onera et impedimenta vitabant, armatura ac cibo simpliciter contenti nichilque, quod navigationem moraretur, amplexi. Multae illis vigiliae multaque parsimonia erat. Remorum manubriis considendo innixi somnum carpebant. Quoties propter littora illis navigatio erat, eadem ante speculatoribus perlustranda mandabant, ne quid incompertum forte vel improvisum occurreret. Insulas, ad quas vento afflarentur, petebant, missis qui loca procellis aversa percurrerent, quod peregrina classis tranquillis soleat portubus delectari. Crebrum eis cum hoste certamen, sed ubique facilis ac pene incruenta victoria fuit. Predam ex aequo partiebantur, nec maior gubernatoris portio quam privati remigis erat. Christianos, quos, expugnata classe, captivos repererant, amictu donatos ad propria dimittebant; tanta eis in conterraneos humanitas erat. Octogenas et binas piraticas puppes varie et vicissim cepere, numquam ipsi classem viginti duabus frequentiorem habentes. Stipendiis defecti, impensas a civibus contrahebant, premii loco predae dimidium recepturis. Hic piraticae cultus, ut dixi, Roskildiae ceptus, ab urbis gremio etiam ad agrestes manavit, ab omni ferme Sialandiae parte subsidia mutuatus. Enimvero angustus primum ac tenuis magna brevi incrementa contraxit. Sed neque ante redditam terris pacem ulla ex parte remissior fuit.

Interea Kanutus Frisiam Minorem, quae et ipsa Danicarum est partium, cum paucis exilii comitibus petit[1]. Dives agri provincia est, pecoribus opulens. Ceterum confinis occeano patet humilis, ita ut eius interdum aestibus eluatur. Qui ne irrumpant, vallo littus omne precingitur; quod si forte perfregerint, inundant campos, vicos et sata demergunt. Neque enim illic locus natura alius alio editior exstat. Plerumque agros ab imo convulsos alio loci traiciunt, locum eorum occupante lacuna, in quorum consederint prediis[b], possidendos. Inundationem comitatur feracitas; gramine tellus exuberat; torrefacta in salem gleba decoquitur. Hyeme continuo celatur aestu, stagni speciem prebentibus campis; unde et, in qua rerum parte locanda fuerit, pene ambiguum natura fecit, cum alia anni parte navigationis patiens, alia aratri capax existat. Incolae eius natura feroces, corporibus agiles, anxiam et gravem armaturam contempnunt, ancilibus utuntur, missilibus dimicant. Agros scrobibus cingunt, saltus contulis edunt[2]. Penates in editum, subiecto glebarum acervo, provehunt. Hos a Frisonum gente conditos nominis et linguae societas testimonio est. Quibus novas quaerentibus sedes ea forte tellus obvenit, quam palustrem primum ac humidam longo duravere cultu. Administratio deinde provinciae sub nostris regibus esse cepit. A qua Kanutus cum forte presidium implorasset, prompto omnium favore suscipitur, pollicitus se eis aliquid de consuetae pensionis onere laxaturum. Avidi promissionis Frisi, intuitu exilis premii immani se negocio onerant. Ac primum menia propter Mildam fluvium, quis eum recipiant, condunt. Tantulo stipendio ingens milicia stetit. Sueno, reditus eius opinione accepta, Iutis in equitatum digestis, a Sialandis et Scanis classem adciscit[c]. Ex qua nonnullas naves Slesvici subductas ad Eidoram usque solo tenus pertrahendas curavit, ne ea pars hostibus elapsui foret. Quae res ei impendio magis quam usui fuit. Inde cum copiis ad recens oppidum pergit. Id inter paludes amnemque situm natura quam opere munitius erat. A latere ei Milda fluvius fuit angustis alveis, sed placide manantibus aquis. Quod quia rex ob angustias exercitu circumvenire non poterat, locis ex copia idoneis castra defigit. Deinde caesis virgultis, quae nemus proximum offerebat, ad peragrandas paludes constramenta fieri iubet, quibus, cum opportunum

a) piratę 1; *corr. Kinch.* b) *ita Madv.*; praesidiis 1. c) *ita* 1.

1) Breviter haec Helmoldus l. l. tradit. 2) i. e. brevibus contis scrobes transiliunt.

foret, velut pontibus uterentur. Interea quidam ex Frisica iuventute, sive morae impatientes, sive vegetioribus animis virtutis iactandae cupidi, provocandi gratia rivum, qui inter castra medius erat, consueta arte transiliunt vagumque eminus hostem incessunt. Nec lacessentibus obvii defuerunt. Complures ex utroque agmine huic se certamini ingerunt, suorum quique pericula propulsuri, neutris communis fortunae negocium patienter inspectare valentibus. Itaque paulatim crescente pugna, adeo omnium huc animi confluxerunt, ut ex eo belli presultu totius victoriae summa pendere videretur. Quo viso, filius Thorstani Petrus, omnium regis archanorum particeps, non ignarus Frisicae temeritatis, confestim armari exercitum prestolarique castris paratum iubet. Huius rei inscii Frisones tota amnem manu repente transvolant, rati sine paratu regem in castris esse. Ita audacius quam prudentius omnis eorum irrupit exercitus, inopinatum hostem opprimere avidus. Sed Suenonianis non segnius occursantibus, ad notas sibi refugere paludes. Quas mox equites factorum a se pontium stramentis usi facile superant, translatique fugam acerrime persequuntur. Aliud quoque ferro sibi compendium struunt. Nam tanta in fugientes strages exercita est, ut, constratis cadaveribus, amnis mox a victoribus permeari potuerit. Fusis Frisonibus, Kanutus cum paucis exilii sociis eques[b] elabitur. Reliquis fugae expertibus oppidum receptui fuit. Cui Sueno Kanutum inesse ratus, obsessos quam poterat infensus aggreditur, sperans obtentione eius totius belli finem futurum. Saucios integris mutat, fessis requietos succedere iubet, diurno prelio nocturnum sociat omnique instantia curat, ne lassis quies remedio fiat. Addebat obsessis animum recens captivorum occisio, nec cuiquam a victore toties laeso venia sperabatur. Contra rex, si pugnam remitteret neque mox oppido potiretur, Fresos auxilio obsessis futuros timebat, ideoque perseverantiore prelio opus ducebat. Sic metus utrimque pugnandi pertinaciam fecerat. Nec interdiu dimicasse contenti, noctem quoque bello contribuunt. Tunc vero anceps prelium erat. Cum forte Waldemarus, clamore cominus orto, Fresos instare ratus, in partem qua strepitus exaudiebatur cum signis accurrit sociosque perquam strennue repugnantes, errore noctis elusus, oppressit. Ita fortissimi animi dux temporis habitu circumventus, quibus opem ferre decreverat, cladem atque exitium irrogavit. Oppidani assiduis plagis et continua lassitudine exhausti nullumque pugnae supplementum habentes, cum nec vires nec vulnera ullo momenti spacio recreare quivissent, desperatis rebus, dedidere se regi. Cuius fidem atque clementiam ultra ac rati fuerant experti sunt. Tum vero rex et in Plogo, qui Ericum occiderat, singulare pietatis specimen dedit. Neque enim a patris interfectore penas exigere voluit, plus deditionis moribus quam ultionis aculeis debiturus. Ceteros quoque nec morte nec captione mulctatos absque redemptione dimittit, prefatus se eorum obsequia ac odia iuxta aestimaturum. Nichil enim iis prospere cessurum, qui toties mobili fide et sacramento fuissent. Dimissi cum duce exilium amplectuntur. Id enim gratiae apud suos Kanutus habebat, ut nulli umquam fortuna eius fastidio esset. At Fresones mulctae nomine duo milia librarum regi cum obsidibus pendunt. Post haec, sive rubore fugae, sive naturae stoliditate compuncti, Waldemarum obsecrant, precetur regem, bellum cum eis hac lege iteret, ut victor aequam priori summam recipiat, victus ex veteri pensione quantum Kanutus spoponderat remittat. Ille precantium temeritatem incertosque pugnae eventus solertius aestimans, extremae dementiae voces consilii sui salubritate cohibuit, perquam stultum affirmando victos a victore noxias belli conditiones expetere.

Interea Kanutus apud Germaniam Fridericum, Romano recenter imperio functum, auxilii imploratione sollicitat, promittens se patriae procurationem in eius beneficio repositurum. Imperator, cui et summa naturae calliditas et maxima proferendi imperii cupiditas esset, tantum alieni in ditionem suam redigere avidus, Suenonem veteris amiciciae et commilitii monitum, promisso honoris incremento, ad colloquendum sibi simulatione caritatis invitat, eximiam sibi visendi eius cupidinem incessisse significans, sed Romanae maiestatis amplitudinem, quominus eum accedat, obsistere. Quippe Sueno adolescentiae tempore militaris rei perdiscendae gratia Conradi cesaris clientelam ingressus, cum Friderico adhuc privatae fortunae, quem et aetate et ingenio aequabat, diu sodalitatis officia gesserat. Itaque, non quod fallacissimi hominis commentis crederet aut aemulo asylum demere vellet, sed ut sola se Germanis fama cognitum etiam spectandum subiceret pre-

a) equo corr. St. inter errata typogr.

p. 693. 1152. sentemque famae suae miratoribus exhiberet, cultiore pompa instructus, mandatum exequitur. Nec parum gloriae apud curiam magnificentia clientelae et apparatus ostentatione contraxit totiusque in se Germaniae oculos ob virtutis ammirationem convertit. Mersburgum oppidum, Teutonicae nobilitatis frequentia completum, ingressus[1], ab imperatore primum veneranter habitus, mox vario accusationis genere vexatus, disparem promissis fidem expertus est. Cui demum conditiones huiuscemodi proferuntur, ut imperatoris ipse, eius vero Kanutus, renunciata regni affectatione, militem ageret, beneficii iure Sialandiam recepturus. Alioqui imperatoris vires Kanuto obtentui fore, expeditamque cum eo manum in Daniam esse mittendam, quae vel Suenonis precurreret reditum vel confestim impugnaret adventum. Sueno in re tam anxia aut periclitandum sibi aut parendum fore cognoscens, simulata assensione, paterna bona, quibus in Sialandia abundabat, tamquam peculiaria a conditionis tenore sublegit, ne violandae pactionis omnis domi deesset occasio. Quod quia Germanico iuri familiare erat, admissu facile fuit. In hoc Kanutus pacti parum credulus Waldemarum, qui cum Suenone aderat, sponsorem efflagitat, fidem eius integritatemque tutissimum rerum suarum pignus existimans. Neque enim alium ex regio comitatu pari constantia pro capite suo excubiturum putavit. Ille Suenonianae perfidiae conscius, cum vanam ac lubricam compositionis fidem adverteret, ne alienam in se labem recidere pateretur, sponsionem pertinacius abnuit. Tandem, rege compellente, vix atque aegre vadimonium dixit, prefatus se, si Sueno pactum perrumperet, Kanuti partibus accessurum. Probata utrimque conditione, discessum est. Reversus in regnum Sueno deque aemulo comitem nactus, remissis e vestigio litteris, fidem cesaris aperta fraudis p. 694. exprobratione dampnavit initasque cum eo pactiones obsequii negatione subvertit, in eas se conditiones fallaciter adductum affirmans, in quas Danicorum adhuc regum nemo concesserit. Preterea, Kanuto iusta petenti provinciali dumtaxat amministratione concessa, regios penates a cetera se conditione secrevisse dicebat. Fraudatus pacto Kanutus, vadem sollicitat. Qui cum regem deserere vel sponsionem corrumpere aeque fedum putaret, utrobique famae periculum contemplatus, mutare pactum quam evertere maluit, statuens, ut, cum rex Sialandiam commeatui suo necessariam duceret, aliud pro ea Kanuto stipendium assignaret, nec fructu parcius nec spacio contractius nec honore defectius. Assensus conditioni rex, tripertitam Kanuto prefecturam constituit eique in Iutia, Sialandia ac Scania peculiare beneficium tradit, intercisam loco dominationem minus solidae potestatis gesturam existimans. Huius rei Kanutus Waldemarum denuo predem exposcit. Quem velut antea repugnantem Sueno, condendi federis avidus, sponsionem iterare coegit, negans[a], si pacto obviam isset, eius Kanutive defectionem aegre laturum. Hoc fretus pignore Kanutus cupide conditionibus fruitur. Igitur Sueno, perinde ac bellorum metu solutus, in superbiam lapsus, patrios mores, quod parum sibi viderentur exculti, tamquam agrestes et inconditos, petita a finitimis urbanitate, mutavit, spretoque Danico ritu, Germanicum aemulatus est. Nam et cultum Saxonicum sumpsit et, ne eo invidiosius uteretur, militum studia ad similem vestis usum adduxit, rustici moris taedio comptioris famulicii grege palacium instruens. Quin etiam epulandi rusticitate depulsa, externas mensis comitates adcivit[b] commessationumque ritus cultiore ministerio gerendos instituit. Nec solum cultum novavit, sed etiam edendi bibendique facetias tradidit. . . . . . .

f. CXXXIX. p. 697. Quod flagicium Sueno perinde ac commune probrum in omne Sueonum regnum ulcisci statuit, publicum ruborem communibus armis submovendum existimans. Sed nuptiarum apparatu preventus — quippe Saxonum satrapae Conradi[2] filiam[3] nuper desponsam uxorem ducturus erat —, propior privatae copulae quam publicae vindictae, miliciam retentabat. Per hanc Suenonem[c] in peregrinos ritus adductum falsa plebis opinio referebat eiusque super consuetudinum novitate consilium accusabat.

Per eadem tempora Nicolaus urbis Romae cardinalis, Britannicum permensus oceanum, Norvagiam Lundensium adhuc ditioni parentem, immunitate concessa, maximi pontificatus titulis insignivit. Quod in Suetia quoque legationis potestate peragere cupiens, Sueonibus et Gothis de urbe et persona tanto muneri idonea concordare nequeuntibus,

a) se *add. Krantz V,* 31. b) *ita* 1. c) Sueonem 1.

1) Mense Maio a. 1152. Cf. Helmold. I, 73; Otto Fris., Gesta II, 5, qui rem aliter narrant. 2) Marchionis Misnensis de Wettin; cf. Helmold. I, 84. 3) Adelam.

certamini decus negavit rudemque adhuc religionis barbariem summo sacrorum honore dignatus non est. Verum inspecto temporis habitu, cum per oceanum reverti hibernae 1154. navigationis metu in periculis duceret, Daniam reditui suo percommodam arbitratus, offensam eius ex Norvagiae promotione contractam beneficii delinimento[a] sedare constituit. 5 Eskillum[1] igitur mandatis aggressus, plus novae dignitatis, quam veteris amiserit, recepturum promittit, definiens se ereptae Norvagiae dampna Suethici primatus munere pensaturum. Rapuit promissum Eskillus cupideque legati copiam flagitat. Qui veniens, apud ipsum futurum Suethici sacerdocii insigne deposuit, dandum ei, in quem concors Sueonum Gothorumque suffragium convenisset. Statuit quoque, ut, quicumque maximi Sueonum pontifices p. 698. 10 creandi essent, pallio a curia dato, per Lundensem insignirentur antistitem, eamque sedem perpetuo venerarentur obsequio. In hoc, privilegio dato, confirmationem a curia adciscendam promittit; quod effectu perfacile fuit. Siquidem Romam reversus, decedente Eugenio, maximus pontifex subrogatus est[2], peregitque publicae religionis presul, quod privatae legationis minister annuerat. Qui mos[b] usurpatione posterorum firmatus, sub hoc usque 15 tempus antiqui tenoris observatione perfruitur. Hiis peractis, Nicolaus, nondum Dania egressus, Suenonem Suethica meditabundum bella Romana industria a proposito revocare conatus, locorum difficilium, inopis regni, infructuosae victoriae habitum pretendebat. Siquidem eius miliciae negocium ingens, fructus exiguos fore, priusque ei cum vastis et immanibus scopulis quam cum hoste certandum. Quo victo, nichil preter ignobilem pre- 20 dam et sordida spolia victoribus occupandum. Postremo, cum stolidam regis perseverantiam consilii sui sapientia superare nequiret, inertiam eius facetissime cavillatus est. Nam araneam eum aemulari dicebat, quae, telarum figmentis cum discrimine vitae et viscerum suorum egestione consertis, quid nisi scarrabeos putres et vilia prenderet animalia? Cuius exempli evidentia araneae regem, miliciam telae, victoriam venatui conferebat. Ita avi- 25 dum ducem, exiguae rei cupiditate se ipsum viribus exinanientem, inutili bello delectari monstrabat. Cuius Sueno dignitatem potius quam monitum veneratus abeuntemque eum ad regni fines usque commeatibus prosecutus, destinati olim belli studium animo revocavit. . . . . . .

Interea Sclavorum expeditio ad orientales Sialandiae partes inusitatae multitudinis f. CXLI. p. 704. 1153? 30 classe nunciatur ingressa. Qui quoniam rus ante vastarant[c], cuncta predae vacua pretergressi, inopinatam aggredi Roskildiam statuunt. Igitur ne fumi indicio proderentur, incendio penitus abstinebant. Accedebat eorum audaciae, quod ex speculatoribus ociosam urbem regemque procul ex ea profectum acceperant[3]. Quo nuncio instructi, intacto rure, eam contentius petebant. Ex quibus nonnulli pernicioribus equis suburbium prope limina- p. 705. 35 que civitatis accesserant. Rex ipse dum nocturnam vigiliam sopore avidius redimit, sero paratu tanti discriminis nuncium excipiebat. Primus ex Danis Radulphus, equestris miliciae apprime peritus, promptioris equi beneficio in hostem occurrit. Sed cum solitarius esset, nunc evitando hostes, nunc persequendo opem ab exercicio mutuatus est. Quoties inculta camporum offenderat, ob armaturae molem aegrius fugam conficiebat. Nam Sclavos simili 40 pondere vacuos liberior equorum pernicitas adiuvabat. Quo viso, plus viribus equi quam velocitati confisus, cursum ad cultiores agros de industria dirigere cepit. Igitur caballi, quibus vires parum suppeterent, officiente stipula, prestantem robore equum imitari non poterant. Ita dum agilitatis equinae certamen ad virium conamen transtulit, ab instantibus occupari nequivit. Quippe densior seges plus vilium iumentorum quam robusti animalis 45 cursum debilitavit. Interrogatus, quis esset, mercatorem, respondit. Percontantibus, quasnam merces haberet, respondit, arma, quibus equos commutare soleret. Sed et eum quem insideret hoc sibi mercimonio obvenisse subiunxit. Regem quoque Roskildiae esse rogatus asseruit. Illis eum necessarios suos allocuturum urbe nuper excessisse dicentibus, egressum quidem eum, sed reversum astruxit. Quod quia cum speculatorum affirmatione non 50 conveniebat, in mendaciis duxerunt. Idcirco autem Radulphus circa regis statum veris utendum putavit, quod, si qua a se veraciter ederentur, contrario modo hostibus credidit

a) deliniamento 1; *corr. St.* b) mox 1; *corr. St.* c) vastarent 1; *emend. St. inter errata typogr. et Madv.*

1) Archiepiscopum Lundensem. 2) Nicolaus episcopus Albanensis, Adrianus IV. papa dictus, non 55 Eugenio III, sed Anastasio IV. a. 1154, Dec. 4. successit. Qui mense Nov. a. 1154. Romam reversus erat; cf. Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 9937. 9938. H.-E. 3) Qui tamen eo iam reversus erat.

1153? existimanda. Interea regii equites, ut quisque apparatu velox ac manu strennuus erat, Radulpho admixti in unam cohortem se receperant, incursaturi ilico hostem, ni Radulphus intuitu paucitatis auxilia sociorum exspectanda duxisset. Tantam eis victoriae certitudinem assidua bellorum felicitas suggerebat. Contra Sclavi revocatos a preda socios in aciem corrogant. Radulphus ubi primum excitati pulveris indicio regem affore deprehendit, supervenientis auxilii fiducia prelium facit. Cedentibus Sclavis, cum pedites necarentur, equites seorsum in globum contracti prius velut ex consulto terga vertebant, mox imminentem a tergo regem, equitum eius paucitate conspecta, conversi fugarunt. Quos Radulphus, intermissa peditum strage, cum suis adortus, in veram et precipitem fugam coegit. Sed ab iisdem longius insectandis, quod equis prestarent, revocatus, admixta regia cohorte, ferrum ad pedites retulit. Fugientibus tanta adhuc predandi cupiditas inerat, ut occisorum arietum corporibus pellem cursitando detraherent. Quantum in illorum pectoribus avariciae clausum putemus, qui inter extrema pericula, abiectis armis, ignobilem predam et vilia fugae impedimenta, quo melius sibi consulerent, deserere passi non sunt? Paucissimi ex eis in littus elapsi, per lubricum pelagi nando navigia petiverunt. Nonnulli, fuga cupidius inita, caeco metu undas aggressi, passim exanimati sunt, precipitato in mare spiritu, quem ab hoste servare studuerant. Interea Sclavorum equites, velut ex abdito provolantes, victoriam regi e manibus per insidias eripere conabantur. Igitur Dani, dum ad finem pugnae perventum autumant, prelium iterant. Quorum virtute victi Sclavi, fuga avidius sumpta, adeo salutem suam ferro subtrahere gestiebant, ut per maritimae rupis ardua semet cum equis effeminato pavore precipitantes, vitam finirent et inter scopulos spiritum deformi corporum ruina deponerent, quem audacter in acie profundere dubitassent. Abducendis igitur navigiis ob ingentem nautarum stragem aegre remigia suppetebant[1].

Iisdem temporibus, effusis piraticae habenis, a Wandalicis finibus Eidoram usque omnes per orientem vici incolis vidui ruraque culturae expertia iacuere. Sialandia ab ortu et meridie marcida situ[a], vastitate torpebat. Siquidem agrestium inops patriae loco predonibus fuit. Fioniae nichil residuum preter paucos incolas piratica fecerat. Falstria, spacio quam virtute contractior, incolarum fortitudine parvitatis dampna pensabat. Quippe tributarii ignara iugi, aut pacto hostem aut viribus submovebat. At Lalandia, tametsi Falstriae granditate prestaret, pacem tamen pensione petebat. Cetera vastitas occuparat. Itaque non armis, non urbibus confisum; anfractus aequorum, quominus piratas admitterent, prelongis palis ac sudibus obstruebantur[b]. Advertens igitur rex nutantes patriae res et iam pene collapsas se propriis viribus a piratica vindicare nequire, Henrici ducis, cuius insignes ea tempestate vires fuere, adversum Sclavos opem pecuniis promerendam putavit. Cui mille quingentas argenti libras mercedis nomine pollicitus, publica collatione summam explevit. At Henricus, cuius venalis magis quam utilis amicicia esset, pecuniam assecutus, vel quia noluit vel quia nequivit, parum stabiliter in promisso se gessit. Ita rex, non accepta pace, dum patriae rebus consulere quaerit, miseriam eius dedecore cumulavit. Quae res adversum eum popularium iram acrius destrinxit, deforme ducentium pacem censu, non armis exquiri, communemque patriam regis vicio esse deceptam. Igitur Sueno, desperatis malorum remediis, a piraticis periculis propulsandis ad cives usque cavendos curam retorsit. Renovatisque suspicionibus, Waldemarum occupare animum intendit, tamquam altero sibi onustorum sublato, facilius reliquum aggressurus. Quod insidiis quam bello commodius gerendum ratus, perinde ac coniugis dotem exquisiturus, ad socerum iter instaurat, interque delectos comites Waldemarum profectionis sequacem adsciscit[c], quia domi eum tuto relicturus non videbatur, in carcerem Conrado servandum tradere cupiens. Quem dolum Waldemarus, amicorum sibi complurium litteris indicatum, venienti Slesvicum regi, memoratis quae pro eo fideliter ac strennue gesserat, cum exprobratione perfidiae palam obiecit. Neganti in eum a se crudeliter esse consultum, susceptos apices, abscisis indicum vocabulis, ostendit. Meminisse deinde monet, ut precipuam ei bellicorum[d] manum conciliaverit, ut corpore adverso diras pro eo plagas acceperit, ut

a) situs *St. (perperam; cf. Verg. Aen. VI*, 462: loca senta situ. *H.–E.*). b) exstr. 1; *corr. St.* c) *tla* 1. d) bellicosorum *St.*

1) Ad hanc de Slavis victoriam respexit Helmoldus I, 70. M. Pugnam apud Kalslunde commissam esse tradit Knytlinga saga c. 110 (infra).

secum maiorem semper victoriae partem traxerit, egregiisque meritis suis gratiae loco dolum ac fallaciam erogari conqueritur. Comitatum nichilominus pollicetur, prefatus sciturum eum peracta fraude nequiciam sibi, non astum effectui fuisse. Contra Sueno suspicionem levare summa dissimulatione temptabat. Neque enim ad deponendam perfidiam tantae fidei meritis adduci poterat. Irrevocabilis itaque propositi pertinacia Stadium advectus, a presule Bremorum Hartvico domo suscipitur[a]. A quo cum ulterioris viae ducem exposceret, non impetrato, Waldemarum, quem ei perfamiliarem sciebat, preces iterare compellit. Quo pontifex clam vocato, regii consilii commentum aperit, confessus se de industria negare, quod ei perniciosum adverteret. Ut autem regi satisfacere videretur, dissimulata potestate, ductum ab Henrico, quod potentia ac dignitate prestaret, commonet expetendum, verum has preces suo Suenonisque et Waldemari nuncio committendas. Quibus Henricus auditis, cum et regis dolum calleret et Waldemaro consulere vellet, quod a socero commodius accipere posset, frustra Suenonem a se flagitare respondit. Abductum deinde Waldemari legatum, quam noxia mittenti precetur, edocet, ipsumque, ni redeat, apud Conradum extrema passurum denunciat. Igitur Suenonis nuncius, collegarum utroque dimisso, Conradum accedens, nunciat suspectos regem habere propinquos, quos pridem inimicicias exercentes connubii recentis[1] affinitas concordes effecerit. E quibus unum ei fraudulenter accitum in comitatum cessisse, quem apud ipsum novarum rerum metu vinctum haberi cupiat. Preterea procedendi gratia profectionis ei debere prestari ductorem. Quaerente Conrado, quo pacto regem aemulus comitaretur, fidem eius secutum asseruit. Tunc Conradus Suenonis consilium execratus, dedecere senem se, inquit, quod iuvenis fugisset, admittere. Nempe deforme vetulo esse de integritatis duce perfidiae fautorem evadere notamque, quam eatenus caverit, sub ultimum tempus sibi conciscere. Malle igitur se generum filiamque cum nepote ex ea suscepto cruci subfixos videre quam fidei et sinceritatis opinionem, tot annis servatam, extremae aetatis infamia corrumpere alienaeque fraudis propositum impiissimi favoris prosequi nutrimento. Tum demum affuturum se subsidiaque laturum, si gener, omissa fraude, palam, quos metuat, impetat. Ad huius vocis nuncium Sueno rubore perfusus, ulterioris viae tutatore negato, in regnum revertit. . . . . . .

At Sueno[2], continuato apud socerum exilio triennium emensus[3], ipso defuncto[4], Saxonum satrapae Henrico, datis vadibus, pecuniam pollicetur ingentem, si regno per eum restitui posset. Pactus premium dux, cum ad aggerem quam Danorum-structuram appellant summis viribus pervenisset, transitu per eum qui portae preerat, pecunia corruptum, obtento, obsidione censum a Slesvicensibus extudit. Tunc Hartvicus Bremorum pontifex, qui et ipse post Henricum expeditionis auctor exstiterat, meruisse eum, inquit, qui portam patefecerit, cum pecunia simul, quam pactus esset, suspendi, quatenus ad horrorem consimilis facti in eodem laqueo proditor et proditionis premium conspicerentur. Illic Sueno peregrinam classem predatus, direptas Rutenorum merces stipendii loco militibus erogavit. Quo facto non solum advenarum in posterum frequentiam deturbavit, sed etiam splendidam mercimoniis urbem ad tenuem angustumque vicum redegit. Saxones, desertum ab incolis rus nullo resistente permensi, hoc longius, quo licentius ruebant. Nam Australes Iuti paucitatis suae metu in septentrionalem partem, quae multitudine prestabat, elapsi, sub specie fugae bellum parabant. Et qui prius auxilia Suenoni spoponderant, alienorum viribus succincto succursum negabant, ne peregrinam manum adversum patriam iuvisse viderentur. . . . . . .

Interea Waldemarus, apud Sialandiam Teutonici motus opinione suscepta, ad Iutiam concitus tendit, remisso coaevo atque collacteo suo[5] Absalone, qui revertentis a Suetia[b] Kanuti post se maturaret adventum. Tantum autem eius apud Iutos presentia valuit, ut et fortibus fiduciam afferret et ignavia torpentes ad bellum pro patria suscipiendum erigeret.

a) suspicitur 1; *corr. St.* b) Suetie 1; *corr. St.*

1) Waldemarus nuper Sophiam sororem uterinam Kanuti sibi desponderat, ut Saxo p. 703. narrat. H.-E. 2) A Kanuto et Waldemaro victus et regno pulsus. 3) *mansit illic annis fere duobus* Helmold. I, 84. (Tribus mensibus tantum Suenonem ibi mansisse tradit Knytlinga saga c. 110. H.-E.). 4) Conradus demum a. 1157, Febr. 5. defunctus est, a. 1156, Nov. monachatum suscepit. H.-E. 5) Quod non sensu stricto dici potuisse, monet Müller, cum Absalon a. 1128, Waldemarus a. 1131. natus esset.

Idem Henricum, nobilem inter Saxones virum, cum quo iam pridem affinitatem, data ei in matrimonium cognata, iunxerat, per internuncios occultius obsecrat, uti veteris amiciciae causa ad procedendum socios incitet ducisque reditum modis omnibus interpellet, brevi se cum exercitu superventurum denuncians. Tantam illi fiduciam et numerus militum et alacritas dabat. Huius tumultus nuncio Kanutus e Suetia revocatus, cum delectis Sialandiam intrat, extemplo Iutiam petiturus. Sed cum coortae tempestatis magnitudine transitu prohiberetur, afflicti mora milites, Waldemarum pacem cum hostibus pepigisse, idque se per agrestium quendam recenti nuncio cognovisse fingebant. Hoc famae commento Kanutus audito, ingrati animi labem exprobrat parum honestum de eo sermonem habentibus, qui suum communi periculo caput obiecerit; hortaturque, si dignis eum laudibus prosequi nolint, saltem linguas ab indigna ipsius obtrectatione cohibeant. Hesbernus solus, Skyalmonis Candidi ex filio nepos, idemque Waldemaro ob puericiae et educationis societatem percarus, transfretare se velle dixit, quae apud Iutiam gererentur Kanuto renunciaturum. Igitur ut strennuam, ita periculosam navigationem feliciter emensus et quasi cum ipsa rerum natura luctatus, saevientium elementorum rabiem incredibili remorum certamine superavit. Nunciatur interea Saxonibus totius Iutiae vires ad Waldemarum coisse, tantaque hostes manu esse, ut sine periculo et clade excipi nequeant. Hac dux fama attonitus, Henricum, quem apud Waldemarum affinitatis iure magnae familiaritatis locum habere noverat, ubinam regulus eius degeret, simulato ioco perquirere instituit. Quo latebras eum ac solitudines circumspicere respondente, dux eludi se sentiens, a ficta et ludicra ad seriam et sollicitam interrogationem convertitur. Repugnantem illum commissaque tegere perseverantem per debitam Romano imperio fidem orat obtestaturque, ut, quae ab hoste parari sciat, indicio precurrat neque, quod civibus perniciosum advertat, silentio contegat. Hac Henricus adiuratione permotus, verum esse quod rumor docuisset asseruit. Bellum siquidem pre manibus esse, quale prius experti non fuerint, superstitesque recordationem eius perpetuo narratu prosecuturos. Formidolosa cunctis Henrici affirmatio fuit. Idem, an hostes exspectandi essent, consultus, omnium animos ad prelium virili exhortatione provexit, ita fidem suam inter amici preces et ducis imperium partitus, ut nec huius mandatum negligeret nec illius salutem silentio falleret. Quam sententiam publico metu refutante, cupidus reversionis exercitus occasionem a tempore mutuatus est. Ne enim ob piscium raritatem veris, quod imminebat, statum solemneque ieiunium solveret, remeandi sibi necessitatem imposuit, omnique simulatione competentium alimentorum causabatur inopiam, ignaviae studium religionis nomine colorando. Quod quidem in eorum abscessu[a] luce clarius fuit. Iter enim, quod semenstri[1] spacio venientes confecerant, triduo remensi sunt, multa post se onera multaque impedimenta nimia festinationis cupidine relinquentes. Tunc reversus Hesbernus Kanuti exspectationem summis ambiguitatis curis implicitam certo rerum nuncio absolvit.

Parvo post tempore vi Sclavica tanta apud Fioniam clades incidit, ut, si secundam huic similem accepisset, cultu vacua mansisset, resque eius non afflictae modo, verum etiam perditae fuissent. At Sueno non contentus semel Saxonibus supplicasse, iterato ad Henricum decurrit, perque Sclavos eius ditioni parentes in patriam se pervehi laborabat[2]. Quorum classe translatus in Fioniam, laetis civibus, ad urbem Othenas[3] se contulit, salutem suam adversum innumeros paucorum presidio defensurus. Sed et pax immunitasque per Sclavos eius fautoribus promissa[4]. . . . . . . Hiis ita compositis[5], Kanutus in Sialandiam, cuius iam possessionem adeptus fuerat, Waldemaro comitante, precedit, Suenonem brevi subsecuturum hospicio suscipere cupiens. Quem postridie Ryngstadio susceptum expertus, dum in eius occursum bonae fidei studio pergeret, Ryngstadiae[b] religionis prelatum cum Radulfo equite Teutonico obvium habuit, affirmantem, nunciatum fuisse Suenoni[c] cum armatorum multitudine eum[d] venire. . . . . . . Inter[6] cetera cantor Germanicus

a) absessu 1. b) Ringstadicae *St.* c) Suenonem *perperam St.* d) *omisit St.*

1) Amplector sententiam Suhmii ('Hist. af Danmark' VI, p. 228) Saxonem semestre intellexisse dimidium mensem. M. *Iter* 15 *dierum* habent Ann. Ryenses, SS. XVI, p. 402. 2) Cf. Helmold. I, 84. 3) Odense. 4) Paulo post de divisione regni tractaturi convenerunt tres principes. 5) Pace facta inter tres principes a. 1157, regno inter eos diviso. 6) In epulis a Suenone Roskildiae paratis. Quomodo Kanutus ibi, die Aug. 9. interfectus sit, Waldemarus saucius fuga evaserit, uberius narratur.

[1157.] fugam Suenonis exiliumque cantilena complexus, varias ei contumelias formatis in carmen conviciis obiectabat. Quem ob hoc acrius a convivis increpitum Sueno, dissimulata molestia, fortunas suas liberius recinere iubet, perquam libenter se post aerumnas malorum meminisse confessus. . . . . . . Eadem nox[1] Sclavos ad Hallandiam mille quingen- [f. CXLVI. p. 729.] tarum navium classe appulsos naufragio obruit[2]. E quibus quotquot vivi in littus evaserant, ferro periclitati sunt.

Diluculo Waldemarus, amministrato per Hesbernum viatico, militibus abunde firmatis, secundo mari in Iutiam pervenit. Vibergum progressus, Suenonisque dolum pro concione causatus, omnium animos ad mesticiam lacrimosa fortunae suae narratione deflexit. Cuius assertioni non minus miserationis quam fidei vulneris presentia conciliavit. Itaque nescias, miserior plaga an felicior fuerit. At Sueno, fugae eius opinione accepta, refectis navibus, quas ante quassaverat, expeditionem in Iutiam parat[3]. . . . . . .

Hiis ita compositis[4], ut regni initia strennuis miliciae operibus auspicaretur patriam- [f. CXLVII. p. 736.] que tot annis piratica laceratam ac ferme tercia ex parte ad situm et vastitatem usque redactam iniuriarum ultione reficeret, publica classe Masnet insulam[5], bellum Sclavis factu- [1158.] rus, accedit. Ubi dum populum in concione exhortaretur, seniores, quibus pro rostris dicendi mos erat, classem tuto processuram negabant. Nam et suos commeatibus defici, et hostes compertum regis habere propositum. Aucupandae ergo opportunitatis gratia dilatu opus existere, quoad melior gerendae rei facultas incideret. Ceterum non parvae temeritatis esse adversum providos et premunitos armorum experiri fortunam. Preterea in eam classem Danicum penitus coisse robur, quod si periclitari contingeret, profecto Sclavos unius victoriae beneficio Dania potituros. Nam si res parum ex sententia cederent, nonne patriam penitus in eorum funere perituram? Minime igitur uni prelio tantae nobilitatis vires impendere debere, dummodo victrices parum gloriae, victae dedecoris plurimum sint laturae. In hanc sententiam totius concionis suffragia consonabant. Cuius [f. CXLVIII.] arbitrio rex expeditionem remittere coactus, proposito suo celerius quam cupidius cessit. Apud quem Absalon in navem regressum, desidiam eius eludens, facetissime cavillatus est. Nam cum solutae expeditionis causam perquireret, dixissetque rex, ne tot fortes periculo obiectarentur: 'Ergo', inquit, 'cum ignavis et ignobilibus ceptum exequere, aut pro- [p. 737.] ficue victor futurus aut parum dampnose vincendus, cum nullo in momento vilium internicio ponenda sit'. Ita lepidi ingenii adolescens indignationem suam ad inertiae exprobrationem sub ioci specie convertit. Quae tam faceta eius urbanitas tacitum regis convicium fuit. Per eadem tempora[6] Ascero Roskyldensium antistite decedente . . . . . Itaque non minus [f. CXLVIII. p. 738.] patriae parentem quam pontificem egit[7], miliciae et religionis sociato fulgore conspicuus. Prima illi pridie quam palmarum solemne instaret apud Borlundam[8] vicum adversum [1159. Apr. 4.] Sclavos congressio exstitit. Nunciata namque eorum irruptione, clientela dumtaxat sua, quae decem et octo militum numerum explebat, instructus, adversum quatuor et viginti navium copias ut periculoso, ita felici certamine dimicavit. Compluribus siquidem adversae partis equitum fusis, pedites ferme omnes oppressit. Nec in tanto discrimine quem- [p. 739.] piam ex suis preter unum amisit, pontificatum et miliciam pulcherrima victoria auspicatus. Paucos ex hostibus, arma spoliaque fugae liberius ineundae gratia per ignaviam abiectantes, iuncta campis silva servavit.

Eodem anno civitas Arusyensis acerrimis piratarum incursibus afflicta proditur. Tunc quoque Falstrensibus paucitatem suam adversus infinitam Sclavorum classem publica munitione tuentibus, cum forte pincerna regis ad alia negocia obeunda in eam provinciam missus communi obsidione premeretur, provincialium quidam arbitris regis segniciem exprobrando dixisse fertur priores reges in talis, presentem vero in prima pedum parte calcaribus assuevisse. Quod dictum pincerna, desidiae conscientia provocatus, maligna animi interpretatione regiis auribus modo quo non debuit inculcavit et quod suae contumeliae erat in maiestatis opprobrium transtulit. Alia quoque haud leviori criminatione adversum

1) Altera, ut videtur, post necem Kanuti regis (Aug. 11—12), qua Waldemarus Suenonis insidias fugiens, 'tempestate exorta, maris saevitiam expertus est'. 2) Cf. Knytlinga saga c. 115. 3) Sequitur narratio belli inter Waldemarum et Suenonem gesti. 4) Victoria prope Wibergum (in Grathe campo) de Suenone a Waldemaro reportata die Oct. 23. et Suenone occiso. De tempore v. Hovgård, 'Hist. Tidskrift' ser. IV, t. II, p. 472 sqq. 5) Masnedøe prope Vordingborg. 6) Die 18. Apr., Liber mem. Lund. p. 91. 7) Absalon episcopus Roskildensis electus. 8) Boeslunde in toparchia Slagelse. M.

1159. Falstrenses asperatum regis animum inflammabat, unius precipitis linguae vehementiam universorum excidio mulctare cupiens. Siquidem impiissimam eis proditionis noxam affixit, quasi consiliorum omnium adversum Sclaviam conceptorum indicia ad eam transmittere solitis, familiaritatemque, quam interdum conciliandae sibi salutis gratia ad hostes habebant, in crimen deducens, obsequia timori potius quam caritati erogabat[a] perfidiaeque deputabat. Nam et captivos a Sclavis sibi commissos in custodia asservare et plerumque patriae arma, metu potius quam benivolentia adducti, lato hostibus nuncio precurrere consueverant, scilicet ut salutem suam, quam viribus protegere nequibant, saltem beneficio munirent. Huius itaque pestifera rex exhortatione corruptus, reliquias Falstriae ferro penitus exhaurire constituit atque ad id peragendum Sialandiae dumtaxat ministerium sufficere credidit[1]. . . . . . .

f. CXLIX. p. 741. 1159. Tunc rex, Absalonis, Petri, Sunonis et Hesberni, qui potissimum consiliis eius preerant, prudentioribus monitis informatus, citiore quam maiore exercitu occultoque magis incursu quam aperta classe expeditionis in hostem agendae consilium cepit, cum multo facilioris sit negocii inopinatos quam providos oppugnare, et plerumque prevalidae multitudinis sententia salutaribus maiorum iussis obniti soleat, apud quam plus virium Sclavici nominis terror quam regium possideret edictum. Idcirco autem perpaucos huius rei arbitros adcivit[b], quod sciret, quaecumque ferro geruntur, publicis viribus, sed privatis consiliis amministrari oportere. Et quoniam de Sialandensium nichil obsequio dubitabat, Scanicae classis ducem agere preoptavit. Cumque nondum integra valitudine Scanienses Lundiae contractos expeditionis sollicitaret edicto, maximus pontifex Eskillus — nam ei ceteri proloquium deferebant — negabat in expedito naves esse, quibus tam subito iussum perageretur. Cumque rex obtemperantibus gratiam, supersedentibus iram se repensurum dixisset tantaque propositi cupiditate perfusum[c], ut unico proficisci navigio quam expeditionem remittere mallet, Eskillus, indubitatae voluntatis eius firmitate comperta, non solum consilium probavit, sed etiam, qui regi comites deessent, admodum execratus, sua eum navi impensaque excepit. Iam pridem enim regem expeditionum dissuetudo[d] navigio spoliaverat. Postremi Lalandenses ac Falstrici in classem coire iussi, ne longa prescientia edocti furtim ad Sclavos imperatae rei indicia deferrent. At ubi Landoram[2] classe perventum, rex spectandi exercitus sui avidus, in campo copias explicare constituit, ut totas vires oculis subiciendo, an ea manu tuto bellum commissurus videretur, aspiceret. Ab huius littoris continenti longior harenae tractus, brevibus abscisus, curvatis anfractibus portum navigiis facit, humilis[e] ita, ut veniente aestu lateat, abscedente visatur. Nam p. 742. vadosus eius introitus diffusiore spacio opacae altitudinis undas includit. Sed quoniam hunc locum cuncti Danorum reges[f] vanissimi erroris deliramento suspectum perinde ac fatalem cavere consueverant, proximo portu universi agminis apparatum curiosissime contemplatus est, adhibitis qui miliciae rudes rei bellicae documentis imbuerent, quatinus vires suas potius solida oculorum fide quam caeco aestimationis augurio metiretur. Huic miliciae speculationi quatuordecim diebus intentos maior commeatuum pars ocio consumpta defecerat. Egressis portu tranquilla toto mari navigatio incidit. Sed ut taciti improvisique appellerent, remigiis eam quam velis instruere maluerunt, Absalone cum septem navibus premisso, qui Rugyani littoris excussius indagaret accessum. Siquidem Arcon oppidum, vetusto[g] simulacri cuiusdam cultu inclytum, ignaris incolis incendio temptare cunctosque eius presidium petituros ex improviso opprimere statuerunt; munimentum quidem habitatore vacuum serarumque dumtaxat claustris firmatum, existimantibus indigenis parum humanae tutelae egenum, quod presentis numinis excubiis esset vallatum. Summa vero contractae classis ordine digesta ducentarum et sexaginta[h] navium numerum reddebat. Absalon exequendae speculationis gratia cum propemodum ad Rugiam pervenisset, indicantibus nautis, cognoscit regiam navem subito remigium velo mutasse; miratusque, quid ita cetera classis incederet, quae paulo ante velis, quo occultior navigatio gereretur, abstinendum condixerat, postquam eam a statuto declinare cognovit, et ipse, non suppetentibus propositi sociis, per summam animi confusionem puppim ultimus vertit regemque Mønen-

a) *Madvig haec corrupta censet, Saxonem fortasse scripsisse ratus:* obsequia, quae — erogabant, perfidiae deputabat *(verba transponere mallem* obs. caritati potius quam timori erog., *reliquis non mutatis H.-E.).* b) *ita* 1. c) perfusus esset *corr. St.* d) desuetudo *corr. St. inter errata typogr.* e) ita hum. *St.* f) regis 1; *corr. St.* g) venusto 1; *corr. St.* h) *sic* 1 *et Kr. VI,* 4; CCXL *Epit. Gheysm.*

1) Regis morbus haec impedivit. 2) Locus in littore Scaniensi, ubi postea urbs Landskrona condita est.

sium in portu[1] receptum mestior quam libentior comes petivit. Quippe quia cepti comitibus deficiebatur, indignatus optimam gerendae rei facultatem omitti, cum et aeris favor et militum arridebat alacritas, ab inchoata navigatione aegre proram avertit. Hunc Petrus, Suno et Hesbernus, cum quibus rex consilia sua participare solebat, rate egressum excipientes, tam deformem regis ab utili illustrique consilio defectionem anxie querebantur. Quos tandem rex obviam sibi venire iussos ubi tristes animadvertit, ammirans, cur eo vultu essent, visum sibi, inquit, ne tarda et intempestiva navigatio proferretur, cursum eius ad insulam fuisse flectendum, mane cuncta commodius executuro. Quippe dies labori, noctes quieti familiares existere. Cumque nullum ab amicis responsum daretur, taciturnitatis ammiratione permotus, proferre eos quae sentiant imperat. Illi quae invicem contulissent Absalonem proponere iubent. Tum ille: 'Quid miri est', inquit, 'segnes haesitare voces, quas ingenti meroris pondere obrutas, quasi fauce obclusa, latens animi strangulat aegritudo? Enimvero vicem tuam ad ignominiam vergere conspicientes, interno mentis luctu perfundimur. Quippe imperii ius obsequio mutas paresque quibus preesse debueras, utilissimis consiliis spretis, eorum monita consectando, qui in aequo ponunt, pulcherne rerum tuarum cursus an deformis existat. At postquam sine collega aut aemulo regnare cepisti, altera nunc expeditio geritur, nec illius remissio quam huius fedior apparet. Siquidem, summa rerum opportunitate contempta, parvulas commeatuum reliquias habentes, ociosis navigationis excessibus excusabilem reversionis titulum quaerimus, et cum nullis urgeamur obstaculis, ignaviam nostram necessitatis nomine censeri cupimus. Hiscine patriam operibus vindicandam, talibusve regnum ingeniis auspicandum duxisti? Si vero maris saevicia navigationem interpellari contigerit, quid superest, nisi ut, necessitatis imperio cogente, domos inglorii petamus, teterrimis effeminatae mentis opprobriis insectandi?' Haec et similia, tum molestiae stimulis, tum fiducia familiaritatis evectus, per summam verborum acerbitatem apud regias aures eloqui non dubitabat. Quamquam autem rex adversum dictorum eius libertatem acrius exarsisset, tamen, ne monitorem impudentius avertere videretur, magnitudinem irae, quam vultu teste conceperat, moderatione sua ad leve[a] et tolerabile responsum deflexit, dicendo complures operum suorum testes exstare, nichilque tam fortiter ab Absalone gestum, quod si nondum virtute aequaverit, adhuc factis[b] aemulari non possit. Nec plura eloqui passus, cymba navigium repetivit, subiungente Absalone, haudquaquam eum utilia suadenti succensere debere, cum aliquanto satius sit apertis amicorum monitis instrui quam occultis amarae sugillationis morsibus obtrectari. Postera nocte concitatum acrius mare eo tempestatis excessit, ut regia classis non portu, non anchoris, quominus sparsa pelago disiceretur, retentari potuerit; nulla ex parte remissior eodem aeris habitu quatriduo perseveravit. Quae res iram regis adversum Absalonem accensam magnopere delinivit. Sed quod iam corde salubre deprehenderat, voce fateri erubescebat, pudore serum animi eius intellectum celante. Nam interim nulla ad amicos communione habita, postridie predictos viros forte littori insistentes accessit, comitibusque propius accedere vetitis, concitationem animi sui, inquit, tametsi dissimulatione uti vellet, iracundis oris notis proditam esse dicebat[c], parum quidem ammiratione dignum, cum consultantis vocem monitis potius quam contumeliis excipi deceat. Quaedam tamen ab eis sapientius quam tempestivius dicta, quae si ante triduum prolata fuissent, ingentis mali materiam precurrere poterant. Seras quidem monitoris partes esse, quae rem, dum in arbitrio est, negligentius obeunt, exactam sollicitudine prosequuntur. Inemendabilia autem corrigere velle, proximum amentiae errorem esse. Frustra igitur se conviciis attemptatum fuisse, cum et irrevocabiles preteritorum eventus existant, et plerumque animi commotio parum cum ratione consentiat. Orturae vero tempestatis saeviciam absque caelestium monitis humano presagio comprehendere nequivisse, neque, quin ea delictorum penas lueret, dubitare. Quam ob rem aut naturae ignorantiam aut improvisae necessitatis violentiam vicio sibi verti non oportere. Omissis igitur preteritorum querelis, ad tempestiva rebus consilia animum operamque devocare par esse. Malle enim se spiritum specioso exitu quam expeditionem deformi reditu finire. Tunc Petrus, Absalonis sententiam aliquanto leniori monitorum genere prosecutus, docet neminem[d] regum fidas amicorum

a) lene *corrigendum videtur H.–E.* b) satis *St.* c) *delevit St.* d) minime regem *prop. Kinch.*

1) *In portum Monum insulae subalbidae* Krantz, Wandalia V, 18.

1159. voces infensis auribus excipere convenire, cum sepe clari illustresque viri spreti salutaris consilii penas perniciosa morte pependerint. Ceterum aura, dum faveat, utendum esse, quod eius anceps incertaque varietas existere soleat. Sustinendum itaque, donec tempe- p. 745. statis immensitas ad tolerabilem remigiis habitum concidat. Adhuc enim tridui commeatus superesse, exiguoque traiectu hostes accedi posse. Quodsi presenti alimentorum ope deficerentur, alia armis esse poscenda. Oportere ergo mox, ut undas remigio habiles viderint, sparsam ocius uniri classem, incessuramque sociali remigio progredi. Quippe navigationem omnem hoc alacriorem, quo aequabiliorem existere. Rex, monitore laudato, Absaloni speculandae tempestatis officium mandat, sibi, cum primum eam remigii patientem adverteret, indicaturo. Absalon cupide precepto, quod suis monitis extuderat, obsecutus, nocte postera, aura sensibiliter impetum remittente, eventu gavisus, antelucano tempore, peractis divinis, ad regem pervenit, nunciando tempestatem ex parte collapsam, possibilem quidem profectioni, sed difficilem fore, nec nisi summa cum remigii difficultate navigationis capacem existere. Respondente rege moras esse rumpendas, per ludibrium subtexuit pulchre se operam impensuros, si, navigationis medietate confecta, unde solverant sint reversuri. Cuius dicti proclivitas, tametsi ioco mordacior videretur, ingens regi capessendae virtutis prebuit incitamentum; lepida tamen irrisione non caruit, subiungente rege revertentem[a] se ex eo quae in Sclavia gerantur posse cognoscere. Principio classis laetam alacremque navigationem pleno fiduciae remigio proferebat. Nam intra propinquae telluris anfractus aurae vis, quae aperto mari licentius incumbebat, latentium undarum habitum asperare non poterat, terreni tractus obstaculis undique secus incitatiorem fluctuum allapsum arcentibus. At ubi in altum dirigi navigia cepere, intolerabili pene tempestatis occursu excipiebantur. Antistes, ne fortissimos monitus suos parum iusto conatu prosequi videretur, ingenuo pudore firmatus, perseverantissima remigii obluctatione quasi cum necessitate certabat regemque virtutis aemulatione provectum cepti sui comitem existere coegit. Itaque lenta et inhabilis ac pene inconcessa navigatio, hinc saeviente mari, inde claudicante remigio, fuit. Ea freti repugnantis violentia regiam navem, adversis undarum p. 746. molibus implicatam, per summam procellarum asperitatem laxatis propemodum compagibus disiungi coegit. Quo viso, rex, tum vitandi periculi, tum etiam complendae navigationis gratia tutiore excipi cupiens, Ingimari Scaniensis ratem propius adesse iussam, ensem dextra signumque laeva corripiens, ut temerario, ita prospero saltu involat, eamque remis acrius citari iubet. Eskyllum virtutis pertinacia aliquamdiu subsequi conatum affectumque regis quam debilitatem navigii sui propensius intuentem partim regiae vocis prohibitio, partim referta periculo necessitas reverti compulit. Eo viso, complures reversionis occasionem ab erroris simulatione mutuari ignavia docuit. Quibus tamen erroris commentum patrocinio fore non debuit, cum regem navigium, non iter mutasse translati signi indicio liquere potuerit. Nonnulli quoque conquassatioribus navigiis inviti relabebantur, quod, hiisdem compagum firmitate defectis, concitati maris incursum sustinere nequibant. Qui vero procedere perseverabant, ut viribus corporis labores continuitati sufficere possent, edendi navigandique pariter officio fungebantur[b]. Ne enim navigationis cursum vel parvula remigii intermissio moraretur, dextra remos, laeva cibos tractabant. Exigua classis pars, Absalone duce, virtutis et gloriae aemulantior, inusitatae tempestatis saeviciam incredibili remorum certamine superavit, obluctatumque pelagus infatigabili permensa navigio, hora antelucana ad insulam Hythini[c][1], ipsa quoque necessitate superior, appulit. Tunc Absalon, ne quid inexcussum omitteret, per Wethemannum, piraticae operibus clarum, officio speculationis addictum, et portus hostilibus navigiis vacuos et[d] Rugiam nichil hostile metuentem cognoscit. Nam armenta securis custodibus propter littus errantia, inopinatos incolas esse, fidem fecere. Rex languido remigio seram navigationem emensus, obtento portu, protinus in Absalonis navem se contulit fatigatumque taedio ac vigilia corpus somno excepit. Reliquiae, quae cum eo fretum superaverant, annumeratae sexaginta[e] dumtaxat navigiorum classem explebant. Duo tunc Hallandenses, natu quam p. 747. animis nobiliores, paucitatem suam indubitato periculo oblatam rati, navigio, quo communiter utebantur, Absalonem petebant, seque prepropero regis alloquio opus habere dicentes,

a) reverentem 1; *corr. St.* b) fungebantut 1. c) Hythim 1; *em. Petersen.* d) ad 1; *corr. St.* e) XL *Epit. Gheysm.*

1) Hiddensöe.

1159. postquam somno eum acquiescentem audierant, ocius excitari poscebant. Absalon salutarem eius quietem importune rumpendam negans, quae afferrent regem ex se cogniturum affirmat. Tum illi conquassationem navigii, inopiam commeatuum, longinquitatem reditus pretendentes, optimam sibi navigationis facultatem prosperantibus ventis incidisse dicebant, quod, quibus adversis aegre processerant, secundis facile reverti possent. Quam ob rem eorum se beneficio uti malle quam cassam et inutilem expeditionem agendo aut navigii vicio aut inediae malo perire. Quos Absalon non solum deformitatem propositi specioso consilio mutare, sed etiam, quominus se probris obicerent, honesto silentio supprimere iubet, ne tam pudendae voces alienis auribus exceptae inexpiabilem eis timiditatis notam inurerent. Itaque enervis et effeminati animi trepidationem falso causarum commento colorare eos asseverabat, docendo facilia refectu navigia fore et opima commeatuum supplementa per predam late patentem levi negocio concisci posse. Ceterum ipsos famam et opinionem suam gravissimo crimine corrupturos, si regem apud hostes in tanta suorum paucitate sine respectu pudoris deserere sustinuissent. E quibus alter domi se negocia [f. CLI.] regia, quae summa cum celeritate exequi necesse haberet, manere subtexuit. Contra Absalon simulationem eius, quia blandimentis nequibat, minis discutere cupiens, eos qui in expeditione solvenda plus arbitrio suo quam regiae indulserint reverentiae, non tantum bonorum, sed et lucis ac spiritus ereptionem patria lege meritos astruebat. Sed ne ea quidem periculi denunciatione, quominus faventem navigationi ventum velo colligerent, imbecillitatem eorum durare trepidationemve corrigere potuit. Discedentes itaque execratione et convicio per summam verborum acerbitatem insequi perseveravit. Quod cum experrectus rex ex Absalone cognosceret, tam impudentes et improbos desertores penas sibi luituros iurabat. Conscensa deinde insula, accersitos navigiorum rectores agendorum percontatione sollicitat. Compluribus, ut redeatur, expedire visum, quod tuto hostem [p. 748.] lacessere nequeant. Placituram rex sibi sententiam affirmabat, nisi ea res et gravis patriae rubor et ingens hostium incitamentum existeret. Nam et eos Danicae expeditionis presentiam ex castrorum vestigiis comperturos et clandestinam eius reversionem timiditati dumtaxat imputaturos. Huius rei causa periculo se quam rubori patere malle, haudquaquam proram, nisi lacessito hoste, versurum. Preterea se eorum, qui simulata navium fragilitate defecerant, ignaviam aequaturos, si, quos labore vicerant, virtute non superarent domosque impensa male navigatione repeterent. Tunc Wethemannus, incautas Rugiae res recenti speculatione expertus, admovendas littori copias suadet; si ignari incolae fuerint, impune predam caedemque facturas; sin providi, confestim absque discrimine redituras. Utro autem modo se gerant, per arantium morem deprendi posse asseverabat, qui, cum primam diurnae operae partem exegerint, quo ad laborandum fiant vegetiores, sopori se prosternere soleant. Hunc vero nonnisi metu vacuis altaque securitate firmatis obrepere solitum. Ceterum, nemine talium dormiente reperto, precautae gentis indicium accipi. Quem rex piratico potius muneri consentanea quam magnitudini suae convenientia docuisse dicebat. Numquam enim Danorum reges a Sclavis fugatos memoriae proditum fuisse, sed ne se quidem primum regiam dignitatem hoc deformitatis genere maculaturum. Tunc Guemerus[a, 1] Falstricus, quamquam alias vegetioris quam sapientioris animi aestimaretur, sive ingenio suo, sive regis fortuna monente, summam omnium haesitationem ancipiti studio fluctuantem salutari exhortatione discussit incertamque consilii concionem ad suam sententiam perduxit, affirmando temeritatis esse exiguam manum cum immenso hoste conserere. Ceterum Bartam[b] provinciam[2], a Rugia brevi freto discretam, ob parvitatem sui, quocumque paratu esset, populatu perfacilem fore. Denique regem quiescendi gratia cubile petere exhaustasque vigiliis vires et attritum curis animum somno reficere iubet, vespere, quominus provisus irrumperet, classem applicaturum. Preterea vadosi fluminis[3] angustias [p. 749.]

a) Gnemerus 1; *corr. Velschow.* b) Barcam 1 *et Epit. Gheysm.; emend. Petersen.*

1) Gvenmar Ketilson in Knytlinga saga dictus. 2) Haud dubie tractum Barth, septentrionalem partem Pomeraniae citerioris. M. De locis in terra Slavorum a Saxone et in Knytlinga saga nominatis diligenter egit N. M. Petersen, 'Annaler for nordisk Oldkyndighed' 1836/37. p. 202, iis usus quae Schwarz, 'Geographie Norder-Teutschlands', et Kombst, 'Baltische Studien' I, exposuerunt; necnon chartam adiecit. 3) 'Die neue Au' fluvium, qui in sinum Grabow effunditur, intelligit L. Giesebrecht p. 101; Barthe sive Barthke fluvium Petersen p. 224.

1159. intraturos sparsam navigationem tacito conficere remigio iussit, ne aut obstrepentium remorum fragor securitatem incolis demeret, aut ipsimet, impactis harenae navigiis, circa incertae altitudinis vada diutius haerere cogerentur. Cetera se exploraturum promittit. Rex cupide consilio obsecutus, vespere, signo navigationi dato, destinatum amnem occupat. Cuius expeditius permeandi gratia ternis navigiis iunctis classem incedere iubet, ne 5 confusa fluvialibus tardaretur angustiis. Cui Guemerus[a] rate obvius, opportunitatem invadendae gentis aucupatus, interceptos incolarum speculatores adducit. Laetus eo rex, diluculo peragratis silvis, rura ac vicos hoc acrius, quo latentius irrupit incolasque adhuc somni securitate torpentes repentina incursione protrivit. E quibus complures, perstrepentis equitatus fragore perculsi, patrios duces adventare credebant. Sed hunc eorum errorem 10 adacta repente corporibus iacula discusserunt. Complures eorum, exertis per ostia capitibus, Kazymarusne an Bugisclavus adventaret, rogabant. Quorum percontatio propriis eorum funeribus excepta est. Antistes cum parte copiarum longinquam regionis plagam diverso complexus itinere, eo locorum pervenerat, ut a regia cohorte eximiae paludis interiectu distaret. De cuius admodum incessu dubius, ne direptos a se vicos exuri pateretur, 15 illustri consilio providit. Tandem procul ignes a rege editos conspicatus, sibi quoque consimilis facti potestatem suppetere confestim illato tectis incendio declaravit sociisque sui prosperitatem excursus resperso flammis rure nunciandam curavit. Cumque predam abunde actam existimassent, iter ad naves remensi, quamquam grandi invicem a se interstitio discessissent, vestigia tamen sua, quominus clandestinos reditus captasse viderentur, 20 neve alter alterum impetuosa festinatione precurreret, mutuis ignium fumigiis prodiderunt. Interea Skyalmo quidam cognomento Barbatus in asservandae classis officium relictus, ne hostili remigio preveniente amnis exitu prohiberetur, ad mare navigia reducit. Ubi dum Rugianorum navali incursatione peteretur, in paucas rates totius classis presidium transfert, instructioribus quam frequentioribus navigiis hostibus occurrere preoptans. 25

p. 750. Quibus obvia navigatione fugatis, ne sociorum reversio tardius navigiis exciperetur, omissa fugitantium insecutione, portum revisit. Iterato lacessitus, eodem ausu invasoribus restitit. Sed et compluries attemptatus, crebra hostium irritamenta occursationis perseverantia superavit. Ita pertinaci magis quam acri incursatione vexatus, opportuna hostem agitatione premebat. Inter haec regi in littus supervenienti non parvae ammirationi fuit, navigiis 30 custodia vacantibus, abesse Skyalmonem; quem tandem ab agitatione redeuntem cetero prosecutus exercitu, Rugianos fugam a remigio mutuantes velorum intensione prosequitur. Sed intervallo precessionis et volucritate navigationis adiutos instando magis quam occupando vexabat. Tunc quendam vicinae ratis rectorem in anteriorem navigii sui partem fortitudinis simulatione progressum aspiciens, verbisque magnam pre se laudem 35 ferentibus prosecutus[b], quaecumque viro forti erogarentur, egregie et laudabiliter impensa asseverabat. Ad ultimum vento obliquante prohibitus, quantum velis emensus fuerat, conversa navigatione, remorum obsequio pensat. Sed quo prosperiorem velificandi, hoc difficiliorem remigii usum habuit. Itaque Danis adversa cum mari navigatione certantibus, Sclavi, quos locorum habitus non fallebat, ignotum nostris profundum compendiaria navi- 40 gatione sulcantes, subito fugam in insidias vertunt. Quos Absalon per occultos pelagi recessus prosilire conspiciens, sociis metu navigationem citantibus subsequi quam antecedere maluit, previae classis terga plenis pietatis excubiis tutaturus. Pudet referre quod sequitur[1]. Maxima Danorum pars, rubore posthabito, quamquam hostes imminere conspiceret, deserto rege, velis malos onerare sustinuit. Rex cum paucis admodum navigiis relictus, 45 aliquanto desertores aegrius quam hostes ferebat. Tunc etiam militem, quem paulo ante in prora astantem probaverat, brevitatem veli sui, quo maior navigationis cursus existeret, pannorum additamentis producere conspicatus, laudem convicio mutavit, amorem timidis erogatum imprudenter impensum affirmans. Ita absque supremae necessitatis discrimine

p. 751. verae ac solidae fortitudinis habitum explorare promptum non est. Enavigantium discessio 50

f. CLII. non clamore, non signis, denique nullo exhortationis genere revocabilis fuit. Adeo omnium aures pavor concluserat. Cumque rex, intermisso paulisper remigio, a presentibus, quid factu opus potissimum esset, inquireret, cunctantibus ceteris, Absalon insulam Hythini[c]

a) Gnem. 1. b) ad ultimum *h. l. add.* 1, *quae recte delevisse videtur St.* c) Hythim 1.

1) *Ibi rem relatu pudendam Danicus scriptor cum rubore commemorat* Krantz. 55

petendam ibique secunditatem aeris exspectandam hortatur. Quod Petrus fieri oportere non 1159.
sine rationum assertione negabat, quod, perseverante tempestate, nec reditum nec supplementum classis habituri viderentur, Sclavis adversum se cotidiana copiarum incrementa sumpturis. Pandenda igitur vela, eamque navigationis aequalitatem habendam esse, ut
5 naves volucritate prestantes, complicata velorum parte, tardiores operirentur et quas celeritate precurrerent, societatis iure consequi debeant. Ita strennua Absalonis adhortatio eximiae Petri prudentiae cessit. Uterque siquidem annis suis similia cogitabat. Ille etenim iuvenili animo condigna, hic canis suis consentanea proponebat. Ita septem solis navigiis ex omni Danorum classe residuis, Sclavi multitudine freti incitatissimo remigio acerri-
10 moque clamore cum contemptu paucitatis irrumpunt. Sed maiore impetu quam audacia rem exequebantur. Quippe cum primum excepere sagittas, propius ferre remos ausi non sunt. Paulo post destrictorum ensium laminis nunc cervices suas, nunc scuta pulsare ceperunt, rati se Danos hoc minarum genere territuros. Remigium deinde magno clamoris strepitu prosecuti, horribiles late sonos edebant. Hic quoque procursus priori persimilis
15 fuit. Obviis namque Danorum missilibus repulsi, continuo remigium retulerunt. Tercio ut hostem apparatu terrerent, contractos[a] sole clypeos aqua perfundere genibusque superpositis[b] in pugnae usum extricare ceperunt, veluti indubitatum nostris prelium illaturi. At tum demum, seu cupiditate predae, seu vi pudoris accensi, vehementius navigia concitant. Quae species ut initio acris, ita exitu inanis apparuit. Telorum enim obiectu velut ante
20 deterriti, invictam paucitatis constantiam ulterius lacessere destiterunt, quamquam Danorum provocatione admodum sibi insultari conspicerent. Rex cum ad aspectum patriae per- p. 752.
venisset, concidente paulatim vento, tam remissam et languidam navigationem agebat, ut, quamquam propasso velo uteretur, eo fere loci diem opperiretur, ubi noctem ingressus fuerat. Sed cum zephyris deficeretur, processum a remigio mutuatus est. Tandem obviam
25 Eskilli ratem ingressus, Scaniam repetivit. . . . . . .

Autumno rex crebra Sialandensium ac Scanorum, rara vero Iutensium manu provinciam Arcon urbi confinem adortus, cum, ingenti preda acta, ad littus reverteretur, Rugiani repetentem naves exercitum hiisdemque scandendis intentum a tergo per insidias circumfundere gestientes, magnis viribus in insulam[1] e continenti traiciunt. Per idem tempus
30 coorta nebulae vis spissam caelo caliginem intendit. Quae res incertos viae Danos atque errore nebulae implicatos aliquamdiu subsistere coegit. Crediderim hunc aeris habitum propiciae fortunae interventu futurae eorum victoriae paruisse. Iamque Sclavi, quia nubium obscuritas prospicere non sinebat, caliginis errore protracti, in medios ferme hostes p. 753.
inciderant, cum, subito discussa sole nebula, exercitus propemodum consertos aspiceres.
35 Tunc Prisclavus[2], olim e Sclavia profugus, equo provolans, adesse barbaros factamque Danis optatae pugnae copiam nunciat, exhortans omnes invictam Danici nominis aemulari virtutem. Responsum a rege est, reperturos hostes qui fatum fugae preferre cupiant. Igitur Dani, quorum animos preceps belli cupido exagitabat, preter usitatum pugnae morem confusis copiarum ordinibus conspectos hostes incursare ceperunt. Nec tardior victoria
40 quam impetus fuit, pugnam fuga precurrentibus Sclavis. In quo procursu duo regii milites ita inter se fortuitis equorum impulsibus concurrerunt, ut uterque excussus prosterneretur. Super quos rex corruente equo ita precipitatus est, ut laevus eius cubitus, pertuso clypeo, terrae altius infigeretur. Absaloni[c] itaque erigendi eius gratia descendere cupienti manu, ne subsisteret, innuit, feliciter se lapsum reputans, si modo hostium cladibus attolleretur.
45 Sed hic[d] eventus tristior specie quam omine fuit. Regis namque lapsus hostilis ruinae presagium edidit. Quippe superati sine prelio barbari impune obterebantur. Quorum magna pars sinum, per quem traiecerat, avidius repetens, salutem in undis, quam quaerebat, amisit; nec minor fluctibus quam ferro periclitantium numerus exstitit. Pars, quo tutius hostem vitaret, ore tenus de industria aquis corpus immerserat. Nec hoc quidem
50 auxilii genus, quominus a Danis in eadem vada descendentibus interimerentur, latebram eis prestare potuit. Cumque, ceteris intra aquam prostratis, unus adhuc, occultum pedibus saxum complexus, sociae stragi superesse videretur, Absalon militibus ad opprimendum eum descendere profunditatis metu cunctantibus: 'Non hic', inquit, 'ea proceritate est,

a) contactos 1; *corr. St.* b) suppositos *St.*; superpositos *prop. Velschow.* c) Absalon 1; *corr. Madv.* d) his 1;
55 *corr. Madv.*

1) De peninsula Wittow cogitat Giesebrecht l. l. p. 104. 2) Nicloti filius.

1159. quam vestra, milites, aequare non possit. Neque enim vadabiliorem sibi quam nobis gur-
p. 754. gitem occupat'. Quam vocem frater eius Esbernus exhortationis loco suscipiens, quamquam barbarum latentis saxi beneficio uti non dubitaret, saluti suae[a] fraternae voluntatis imperium pretulit, aliisque renuentibus, aquas hostili cruore infectas armis onustus intravit. Cumque, emissa in barbarum lancea, solum repetere vellet, undis verticem involutus, profundo se excipiente, demergitur, perissetque, nisi sociorum presentia auxilio fuisset. Enimvero Olavus[1] undis eum abstrahere cupiens, stimulatum calcaribus equum in illud profundum egit, exceptumque brachio levare conatus, pene sella pronus excutitur. Igitur urgente fato, suae quam alienae saluti propior exstitit sibique, ceptam amici curam postponendo, consuluit. Cuius propositum Nicolaus quidam fortius quam felicius aemulatus, non temperavit, quominus concitato equo gurgitem peteret. Sed ab incepto se, pari periculo revocatus, abstinuit. Igitur equitum ope defecto peditum opera servari contigit. Cumque littori restitutus fuisset, extinctus ab intuentibus putabatur, adeo illapsus corpori humor anhelitum occultabat. Tandem sociis corpus suum diutius agitantibus, vomitu undam egerere cepit. Cuius onere liberatus, suspicere magis quam eloqui valuit. Itaque qui aderant corpus eius frigore obstupefactum applicatae vestis fomento prosequebantur. Quibus percalefactus, non oculorum modo, sed etiam vocis usum recuperavit. Ceterum ipso die adeo exsanguis permansit, ut vix eum funebris oris notae desererent. Nec silentio oblitterandam alterius Danici equitis virtutem existimo. Qui cum, nemine sociorum comitante, fugam hostium avidius quam cautius insecutus fuisset, barbaris, qui effugerant, ut se eis capiendum preberet, rogantibus, spreta prece, equo desilivit mortemque dimicans
f CLIII. quam deditus lucem amplecti maluit. Igitur ingenti hostium caterva ad se opprimendum
p. 755. nitente, quotquot propius accesserant interfecit, ac sine ulla specie metus pugnans, super factam a se stragem plenis gloriae vulneribus corruit. Itaque non solum innumeros fati comites habuit, sed etiam superstites fortitudinis suae spectaculo attonitos reliquit. Cuius excellenti virtute tantum promotum est, ut deinceps Sclavi manum cum Danis acie conserere non auderent.

1160. Anno postero Danis expeditionem parantibus, Rugyenses ob recentem cladem suscipiendi belli fiducia defecti, Domborum quendam prestanti facundia ad pacem ab ipsis petendam decernunt. Quo Absalon excepto, navigium eius expeditionis sibimet usui vertit, nautis vero, quoad reverteretur, hospicia cum impensis expedienda curavit, ipsoque Domboro secum assumpto, regiae classis conventum petivit. Siquidem legatos hostium expeditionis tempore susceptos ad reditum usque eius mutua Rugiensium Danorumque consuetudine retentari fas erat, ne ad suos exterarum rerum nuncii reverterentur, speculationis potius quam legationis officia peracturi. Sed contrariae tempestatis perseverantia navigationem morante, cum Iuti, labentibus alimentis, expeditionem soluturi viderentur, eorum egestati Sialandenses ac Scani impensis liberaliter commeatibus affuerunt, ne tanta virium parte maligno necessitatis obstaculo fraudarentur. Fionienses vero, tametsi commeatibus abundarent, ne minimam quidem eorum partem ad sustentandam sociorum inopiam contulerunt. Quod videns Domborus, pacem, quam ante supplex petiverat, sub aequis tantum conditionibus offerebat. Ceterum Absalonis apud regem interventum poscebat; a quo oblationem suam liquida fide prosequi rogatus, pignoris loco lapillum se aquae iniecturum asseruit. Siquidem icturis fedus barbaris religioni erat calculum in undas conicere, seque, si pacto obviam issent, mersi lapidis exemplo perituros orare. Sed contra poscente obsides Absalone fucosaque superstitionum mendacia in rebus seriis recipienda negante, haudquaquam Domboro mutua petendorum obsidum fiducia defuit. Quod Absalon indigne ferens, Rugianos non solum obsides Danis, sed etiam pecuniam cum supplementis classis
p. 756. transmittere solitos asseverabat, cum Dani nichil tale Rugianis umquam a se concessum solutumve meminerint. Tunc Domborus: 'Si sapientia', inquit, 'qua te preditum existimas, viges, quae a me proponenda sunt docili animo excipies, tenaci memoria apprehendes. Quisquis rite se gerit, circa tria tempora maxime cogitationem expendit; ex iisdem duo leviori cura complectens, tercii pre ceteris habitum intuetur. Siquidem preterita meminit,

a) frat. suae 1; *corr. Madv.*

1) Haud improbabilis est coniectura Suhmii (VII, p. 49), illum fuisse Olavum cognomine Glug, qui Gytham, filiam Ebbonis, neptem Skialmonis Candidi, in matrimonium duxerat. M.

futura prospicit, presentia colligit. Stolidus vero inter spem futuri memoriamque preteriti 1160. presentium facultatem omittere et quod in manibus retinet excutere consuevit. Quo pacto tu quoque, vanissimis sollicitudinis ambagibus implicatus, adeo scrupulosa cura preteritorum imagines recolis futurosque meditaris eventus, ut ad ea quae pre manibus sita sunt et 5 oculis obversantur aspicere nequeas. Quippe dum prioris aevi recordationi animum inseris, felicitatis eius exemplo futura metiris, teque spem ex memoria adeptum, quid instans aetas afferat, preterit. Fateor olim Danos gente nostra potitos; sed presens fortunae benignitas iisdem nunc favoris blandimentis partes nostras prosequitur, quibus quondam vestras excolere consueverat, sortemque nostram ad hanc felicitatis summam perduxit, 10 quam vestrae quandoque rei status attigerat. Quippe quanto vobis inferiores extitimus, tanto nunc viribus successuque prestamus, eo rerum fortuna ductante progressi, quo Danicae quondam prosperitatis incrementum excesserat. At dum temere votis extenderis, nova ac recentia stolida vetustatis simulatione pretergrederis eisque me conditionibus adigere conaris, quas pro presentium habitu prestare potius quam postulare debueras. Fines vestri 15 armis et exercitibus nostris[a] miserabiliter obtriti, situ marcidi culturaeque inopes iacent, nostrarum diffusio partium vix alendae, quam genuit, multitudini sufficit, et tamen quos omnifariam potentiores advertis, non superiores modo, sed etiam pares habere fastidis. Tunc demum tributi nos exactione sollicita, cum et sortem nostram successibus aequaveris et eam malis, quibus tua nunc premitur, adactam conspexeris'. Haec Domborus. Sed Ab- 20 salon, dissimulato indignationis conceptu, paucis eum responsis excipiens, ad regem quae p. 757 acceperat perfert. Verum pertinax freti saevicia navigationem interpellando finem expeditioni fecit.

Rex quamquam superius Sclavos secundis successibus attemptasset, plus tamen negocii in eorum expugnatione, quam ut propriis viribus exequeretur, advertens, Saxoniae satra- 25 pam[1] in armorum miliciaeque collegium ingentis premii pollicitatione sollicitat. Ille tum amplissimae mercedis captura, tum etiam potiendorum finitimorum spe invitatus, expeditionis societatem spopondit. Sed superius Waldemarum rex Noricus[2] per summum amiciciae cultum navigio draconem simulante donaverat. Quod Absalon mira arte effigiatum Roskyldensi remige exornare et ad conventum usque Danorum dirigere iussus, cum in 30 portu Isørensi, parum secundantibus ventis, voto diutius moraretur, nichil aegrius tulit, quam quod, aliis in expeditionem proficiscentibus, tardior ipse superventurus videretur, qui ceteros et velocitate apparatus et procinctu navigationis alias precurrere consueverat. Itaque cum, mente taedio et pudore sopita, in puppi iaceret, futuram maris tranquillitatem nocturnis imaginibus speculatus est. Existimavit enim ab homine se accersi, accessoque 35 littore, cum Burgalanensi pontifice Tokone aliquamdiu spaciatum, iussumque ab eo quae audiret sagaci mente comprehendere et tenaci mandare memoriae. Tokonem deinde melos, quod in divini natalis pervigilio rite recini assolet, semel iterumque et tercio replicuisse p. 758. ipsumque ad ea quae canerentur sollicitis auribus esse iussisse. Expergefactus adeo presentes visorum imagines animo representabat, ut rem veram, non somnium fuisse arbitra- 40 retur. Et quia crastinae egressionis opem per quietem sibi promissam meminerat, tam certam commodae navigationis spem animo presumpsit, ut, conscensa cymba, quamquam nichil adhuc tempestati detractum erat, malum regiae navis, cui Astradus preerat, ocius attolli iuberet cibumque capere properaret. Epulanti supervenit Astradus, indicans tempestatis occasum; et quidnam fieri expediret, interrogans, iussus est illico, erecto navigii 45 malo, fauces Isøricas penetrare, eisque preteritis, insulam, qua ventus iuberet, ambire. Quod eo exequi pergente, expeditionaria classis, quae in eundem forte portum appulerat, subito tranquillitatis incessu gavisa, velorum usum navigationis avida preparabat. Verum effectus minor impetu fuit. Siquidem modo orientem, modo occasum incerto ventorum flatu ludificata vicissim petebat, navigationemque mutabilis aurae varietas optato cursu 50 fraudabat. Divinitus consultum crederes, ne aut solitaria Absalonis navigatio aut aliis incessu tardior haberetur. Quod etiam ipsius liquido comprobavit adventus. Siquidem, adnavigante eo, omnium nubium errore discusso, certus pelago flatus incubuit, tantaque pro-

a) vestris 1; *corr. St.*

1) Henricum Leonem ducem; cf. Helmold. I, 86. Quod iam a. 1159. factum est, antequam dux in Italiam 55 profectus est. 2) Ingi; cf. Knytlinga saga c. 119.

1160. picii venti stabilitas incidit, ut navigatio, quae ante dubiis velis incertum cursum tenuerat, continuo prosperitatis ordine frueretur. Ita naturae rerum temperies, quae se ceterorum usui inviderat, Absalonis respectui tributa est. Qui etiam cum navem regis sibi creditam validis tempestatis incrementis contusam extremoque naufragii periculo propinquam adverteret, continuo in littus subductam necessariae trabis vinculo refecit laceramque ac pene confractam pristinae firmitati restituit. Sed et prorarum eius cacumina, quo cultior incederet, aureis apicibus texit. Quo rex apud Masnetam[a] exceptus, Polam provinciam[1] comite classe petebat. Itaque communibus, sed discretis viribus alterum Sclaviae latus Dani invaserant, alterum Teutones lacerabant, interdumque exercitus alter ab altero invicem spectari poterat. Cumque Teutonum forte satellites petendi pabuli gratia latius evagatos Sclavi per insidias adorti interemissent, equites recentis iniuriae ultionem audaci calliditate quaesierunt. Siquidem miliciae insignibus occultatis, loricisque, quibus corpus munierant, familiari ac sordida veste tectis, pabulantium more fruges metere aggressi, Sclavos Nucleto[2] duce ad se opprimendum ex abdito provolantes, ocius ascensis equis, falcesque gladiis mutantes, trucidaverunt. Caput Nucleti abscissum ac pilo affixum sicque in castra perlatum gratum utriusque exercitus oculis spectaculum prebuit. Quod cum filio eius Priszlavo, qui ad Danos et christiani ritus amore et paganae superstitionis odio patria pulsus transierat, cenitanti nunciatum fuisset, aliquantisper manum ab escis retractam demisso capiti subiciens, Dei contemptorem tali exemplo interire par esse dicebat, revocatoque a cogitatione animo, consuetam oris ac mentis hilaritatem cenae consortibus exhibebat. Magnus potentia, sed maior divini cultus memoria. Neque enim sibi parentem iudicabat, quem publicae religionis aemulum noverat. Itaque ambiguae aestimationis esse potuit, utrum magis fortem animum gesserit, an piam vocem emiserit. Sed neque patriae plus solito misertus, eam ductu et incitamentis suis duarum gentium predam existere coegit.

Interiectis diebus Henricus Waldemaro, sermonis invicem conferendi gratia se accedenti, cum Absalone solo in tabernaculum suum perducto epulum prebuit, ingenti magnatum frequentia amministratorum officio fungente. Quae cena licet multigena ciborum varietate splenderet, aliquanto tamen plus luxus in obsequiis quam epulis habuit, presertim cum gloriae, non usui serviretur. Clientela vero seorsum discubitu excepta. Post reditum suum Waldemarus novarum rerum casibus sollicitatus, intento ad sciendum animo, ubinam Henricum necessariae collocutionis gratia obvium habere posset, atque[b] ad id negocium explicandum prudenti viro opus asseveraret, alii sibi claudicare equos, alii parum cultis ungulis esse fingebant. Cunctis itaque metum excusationis astucia protegentibus, nemineque tam periculosam legationem suscipere audente, Absalon forte, lignis ex more per ocium caesis, e nemore superveniens interrogatusque, an regiarum partium legatum agere vellet, iturum se pollicetur. Igitur legendorum comitum optionem habere iussus, potissimum necessarios ac sanguine semet contingentes ascivit, consanguineam fidem alienae preferendam existimans. Priszlavus quoque, potentissimi Sclavorum principis Nucleti filius, quem, quod Waldemari sororem[3] in matrimonio haberet christianaeque disciplinae sacris initiatus esset, pater iam pridem, perinde ac insidias sibi nectentem, conspectu suo submoverat, localis peritiae fiducia propositae viae conductorem agere pollicetur. Huic siquidem tum rex ob bonae fidei experientiam, tum ob connubii affinitatem magnam nobilium insularum partem fruendam concesserat. Profectus Absalon affatusque ducem, cum apud eum pernoctare rogaretur, regem anxia suorum exspectatione sollicitum longioris morae interpositione molestari oportere negabat. Preterea classem sine portu esse asseverabat, undique ventorum impulsui patentem. Cumque, festinationis ratione reddita, propinqua nocte equos abiturus scandisset, quidam claro Saxonum loco natus, ultro adito duce, perituros Danorum legatos, nisi comitatiores abscederent, querebatur, obiurgare quoque eum vehementius ausus, quod illustrium virorum paucitatem tot ingruentibus periculis incomitatam a se dimittere sustinuisset. Revocatis itaque comitum offeruntur auxilia. Sed non minorem se Absalon in refutando[c] comitatu gessit, quam in pernoctationis egerat obsequiis respuendis, gloriosius ratus suam ac sociorum salutem dubiis casibus credere quam alienis armis protegere. Cumque haud procul tentoriis abesset, Priszlavus, omnibus frenos succutere iussis: 'Si meo', inquit, 'ductu res expedienda

a) Mansuetam 1; *corr. St.* b) *lege* quum *MADV.* c) revocando 1; *corr. St.*

1) Insulam Poel in sinu Wismariensi. M. 2) Nicloto. 3) Catharinam.

1160. foret, comitum supplementum nostra paucitas non refugisset. Siquidem adversum pericula abundare industriae potius argumentum est quam timoris indicium. Hoc enim probabilior est fortitudo, quo minus cum stoliditate consentit. Illa vero reprehensionem meretur, cui vires temeritas amministrat. Sed nunc exigere perquam deforme est, quod paulo (p. 761.) ante oblatum acceptare contempsimus. Restat igitur, ut unicam salutis viam in pectorum ac virium nostrarum fiducia reponamus spemque ex desperatione certissimam capiamus. Aemulanda itaque Danici sanguinis et nominis virtus, omnique studio enitendum, ut aut nobis victoria reditum aut speciosa mors aeternum famae pariat monimentum. At minime dubium, quin de transitu nostro hostes equina fecerint vestigia certiores, nec magis ambiguum eorum reditum insidiis excepturos esse, quorum adventum adesi callis indicio perviderunt. At mori vobis, commilitones, quam capi prestat. Capti enim occisi parentis mei penas perinde ac eius interfectores crudeli morte pendetis, fratresque mei paternis manibus per summam cruciatuum acerbitatem vestro[a] sanguine parentabunt. Aliquanto ergo satius est propriae virtuti spiritum impendi quam alienae violentiae miserabiliter puniendum relinqui. Haec non proprii periculi metu, sed vestrae potius caritati consulendo monuerim. Eo enim sanguine oriundus sum, quem nulli Sclavorum attemptandi umquam ausus incessit. Per Patrem vos optimum maximumque perque[b] illud Danorum celebre cunctis gentibus nomen obsecro obtestorque, ne fiduciae et fortitudini imbecillitatem atque ignaviam preferatis'. Haec Priszlavus. Denique laeta omnium acclamatione exceptus, nichil se de victoria ambigere asseveravit, cui militum alacritas presagio fuisset, presertim cum omnis Sclavorum irruptio specie quam re formidabilior existere soleat. Circa incessum vero id ordinis observari debere, ut iuvenes parum armati medium inter milites equitandi locum tenerent, eorum utrimque presidiis muniendi. Ceterum militarium turmarum per binas acies distinctarum alteram ab altera auxiliis invicem tutandam esse. Quippe geminae cohortis specie hostium animos labefactari posse. Preterea clamabundos incedere variisque cantibus obstrepere iubet, fiduciamque[c], quae plerumque multitudini inest, simulaturos. Nec fortunae expers consilium fuit. Siquidem in portum eis, ubi classis acquiescebat, nullo incessente perductis, rex exspectantis more sollicitus prolixamque legatorum ab- (p. 762.) sentiam cura ac mesticia prosecutus, dolorem ex temeraria suorum emissione contractum religiosae lectionis officio leniebat. Quibus redisse compertis, soporis blandimentis ob tristiciam dilatis, ocius aditum dedit. Inde ad Gudacram amnem[1] navigatione discessum. Cuius vadosus aditus haudquaquam magnarum navium capax exstabat, exiles dumtaxat transmittere solitus. Itaque rex propter fauces fixa ancora sedem navigio concivit[d], magnitudinem eius parvitate amnis admittere nequeunte. Habilior classis, et quam fluviale profundum ferre poterat, Absalone duce, angustos amnis attemptabat anfractus. Quo auctore eo loci perventum, ubi gurges diffusior[e] ingentis stagni speciem preferebat[2]. Has faucium angustias barbari crebra classe prestruxerant, hostem transitu prohibituri. Quos nostri deturbare gestientes, profunditatis ignari, imperitae navigationis errore vadosis locis affixere puppes. Quas dum profundo defectas ad loca navigatu facilia reicere cupiunt, cum minus remigio liceret, passim in vada desiliunt, manibusque foros complexi, remorum vices corporum viribus exequuntur. In quos Sclavi, navigiis suis tamquam propugnaculis utendo, superne tela librabant. Nec sic eos attemptasse contenti, et ipsi saltim in vada delapsi, comminus dimicandi locum petebant. Sed nostris strennue occursantibus, pari celeritate deserta ac repetita sunt navigia. Ante alias binae Priszlavi rates subiere stagnum. Quarum alteram qui vado institerant tam frequentes insiluere, ut media, fractis penitus (f. CLV.) lateribus, finderetur. Quippe dum avidius se ingerunt, multitudinis onere mediam rupere puppim. Subsequente classe, deserta fugientium barbarorum navigia capiuntur. Vicorum (p. 763.) quoque ripae iunctorum incendia peraguntur. Noctu redeunte Absalone, rex adhuc insomnis diutinam eius moram angore et vigilia prosequebatur. Quo excepto gavisus, liburna sua, quod ob granditatem navigationi[f] inhabilis videretur, domum remissa, in aliquanto minorem se contulit; eaque ad lacum devectus, Sunonem binis instructum navigiis

a) nostro 1; *corr. Madvig.* b) per quem 1; *corr. St.* c) que *del. Madvig.* d) *ita* 1. e) ing. st. d. 1; *emend. Kinch.* f) navigationis 1; *emend. Kinch.*

1) Warnow amnem intelligunt Suhm, Müller, Petersen, Giesebrecht. 2) De lacu nunc Breitling dicto cogitat Giesebrecht.

1160. in longinquos paludis recessus predatum mittit. Urbem quoque Rostock, oppidanorum ignavia destitutam, nullo negocio perussit. Statuam etiam, quam gentis profana credulitas perinde ac caeleste numen divinis honoribus prosequebatur, incendio mandavit. Post haec Henricum cum exercitu suo conserendi secum sermonis gratia venientem preparato ponte traiecit. Eodem tempore Nucleti filius Pribislavus[a] ripa altera superveniens, cum fratrem Priszlavum[b] Bernardo, cuius manu Nucletum occidisse fama fuerat, navigio communicantem aspiceret, convicio lacessivit, impietatem obiciens, quod cum parentis sui interfectore amice conversari sustinuisset. Contra Priszlavus[b] bene de se meruisse eum, per quem patre sacrilego careat, affirmabat. Sed neque se eius filium censeri velle, quem maximi sceleris parentem extitisse constaret.

Interea, dum haec geruntur, subito fama pertulit Rugianam Pomeranamque classem ex disposito convenisse, Danos amni includere avidam. Igitur rex per Henricum necessariae discessionis ammonitus, ne se locorum angustiis implicari pateretur, protinus amne excessit. Cumque Sclavicae collectionis famam nulla adhuc indicia confirmarent, insidiarum suspicione permotus, hostium calliditati invicem occurrere statuit. Qui in occultos littorum sinus collati, si rex rura diriperet, classis eius incursandae copiam explorabant. Quos ut opportunitatis simulatione protraheret, Magno cuidam exurendorum littoralium vicorum curam demandat, militibus intra navigia latere iussis; sciens profecto Sclavos ab universo Danorum exercitu incendium peragi putaturos sicque promptiorem exercendarum insidiarum ausum capturos. Nec secus ac ratus est hostile propositum fuit. Quippe p. 764. Magno oppidis facem subiciente, Rugiani universas Danorum vires eo negocio occupatas existimantes, avidius edendi propositi fiduciam rapuerunt, perinde ac eorum classem defensoribus vacuam reperturi. Sed quorundam regis imperium ignorantium occursu maturius excepti, incursandi studium repente fuga mutarunt. Quos cetera Danorum classis certatim magnis remigii nisibus insecuta, velocitate navigationis aequare non potuit. Cumque relevandae lassitudinis gratia aestum umbraculis leniret, Lundensium pontifex, ceteris portum tenentibus, superveniens, postquam medio ferme diei tempore navigia velaminibus obducta conspexit, cunctis segniciem exprobrans: 'Hiis', inquit, 'tumulis, commilitones, cum animi exercendi sint, corpora sepelire gaudemus?' Quo dicto militibus diurnae quietis ruborem ingessit et regem desidia obsessum torpentes miliciae suae vires excitare perdocuit. Qui etiam ad pontificis vocem modesto indignationis genere permotus simulque iusta desidiae suae reprehensione commonitus, cito hos tumulos relinqui posse aiebat; statimque discussis tegminibus, hostile solum petere properavit. Post haec circa australem insulae plagam predae in biduum actae, inde Walungiam[1] navigatum. Ubi nunciato Rugianorum occursu, cum quidam e Danis hastam suam, quo commodius ea in acie uteretur, in conspectu sociorum aliquanta parte curtasset, ceteri ipsius factum secuti, congestis in unum locum putaminibus, ingentem brevi cumulum exstruxerunt. Sed interim apud hostes pacis, non belli studia agitabantur. De qua acturus Domborus ad Danos dirigitur. Quibus ad naves digressis, ignem in littore accendit, cuius indicio se legationem afferre monstraret. Sed Absalon, ne quis eum nave exciperet, vetuit, ne pax, quam petere venerat, invicem a Danis affectari videretur. Ita Domborus, aliena rate non habita, propria clas- p. 765. sem petivit; Absalonemque per interpretem aggressus, ut se inter regem et Rugianos faciendae pacis auctorem exhiberet, orabat, obsequium cum obsidibus spondens. Contra Absalon, perinde ac eorum quae ab ipso poscebantur ignarus, responsionis loco desertas Danorum insulas numerabat, earum solitudinem nuper sibi ab ipso exprobratam acri memoria prosecutus. Domborus orationem suam parum competentibus responsis excipi per interpretem cognoscens: 'Ratione', inquit, 'non vacat, pontificum optime, quod tuam ceteris opem in advocationis petitione preferimus. Siquidem eo nunc iustius ad tui nominis opinionem votis decurrimus, quod quondam ad promerendam Danorum concordiam avi tui[2] presidiis nitebamur, eius nutu perinde ac regalibus edictis contenti fuimus. Quia vero filiorum eius nemo superest, supplices ad nepotis genua manus tendimus, ne extra consuetae familiae seriem auxilia circumspexisse videamur. Nec pari[c] industria in fratre tuo

a) *sic Krantz VI, 9. et ita corr. St., Madvig etiam legendum esse coniecit.* b) Pribislav. *his etiam locis perverse St.* c) impari *prop. Kinch.*

1) Pars Rugiae ubi Schaprode; Petersen p. 216. 2) Skialmonis Candidi; cf. supra p. 71 (ed. Müller p. 609).

pretereundo, quamquam natu prestet, usos nos esse constat. Tibi enim auctoritatis prerogativam honores[a], non animi[b] nec aetatis privilegia, sed dignitatis ornamenta conciliant. Ante vero quam pacem domesticam bellis civilibus fedaretis, constantem Danorum imperio fidem prestitimus. At postquam in vestra re publica sediciosa suffragia adolevere, regnique affectatores armis instruere cepistis, propriae libertatis quam alienae factionis studiosiores evasimus vestrique[c] nominis quam pietatis desertores esse maluimus. Sed et bellum vobis inferendo quid aliud quam ingeniis vestris finiendarum simultatum causam prebere temptavimus idque efficere, ut nostra arma excepturi mutua concordia indigeretis? Itaque secures vestras civili sanguine madentes in nosmet ipsos convertimus bellaque vestra alienis quam patriae perniciosa fore maluimus. Siquidem adversarios vestros specie, re vera amicos egimus caritatisque partes hostilitatis simulatione prebuimus. Etenim concordiam vestram magis quam spolia pyraticam a benivolentia profectam exercendo quaesivimus. Et nunc quidem opera nostra ceptorum deviis ac parricidalibus bellis abstracti, merito tanti beneficii auctoribus gratulari debetis. Cur ergo, cunctis inter vos[d] amice compositis, soli communionis vestrae ianuas intrare non possumus, quarum ipsi claustra reseravimus, aditum patefecimus? Cur ea factorum nostrorum prudentia, delicti vestri saluberrima correctrix, a viris sapientia claris parum grata aestimatione colligitur?' Cumque finisset, adhuc Absalone vastatas Daniae provincias supputante: 'Nil factum[e] est', inquit, 'quod homines patrocinii tui indigos[f] ab illius clementiae sinu repelles[g], quam nemo supplicum umquam difficilem habuit. Etenim repulsi identidem tuis genibus advolvemur, puerorum perseverantiam imitaturi, qui, quo atrocius iratae matris verberibus lacerantur, hoc avidius eius gremiis allabi nituntur. Quodsi parum supplicii de nobis sumptum creditis, iram vestram, quoad libet, cladibus nostris impune exsatiare poteritis. Vastentur licet agri, exurantur vici, evertantur urbes, trucidentur populi, precibus vobiscum, non armis agemus, pro bello veniam quaesituri. Si sanguinem sititis, ultro iugulum gladiis vestris feriendum prebebimus. Si servicium affectatis, quid[h] deditione maius prestare poterimus? Quis autem tam efferae mentis, qui eius oblatoribus parcere presto non sit? Extremae autem dementiae est velle laboribus adipisci, quod ocio possit acquiri. Scio autem illud tibi succurrere, quod priore colloquio patriae tuae vastitatem inter probra posuerim, ideoque te tam pertinaciter eius solitudines aestimare, ne prius de pace agatur, quam totidem apud nos vestris armis effectae fuerint. Ego vero iam pridem sapientibus monitis insipienter usus, adversarii partes secus ac expediret edocui, ignarus, quod auditori tam attento preceptor exstiterim. Nam rem puerilibus deliramentis consentaneam dixisse satius fuerat. Quod vero locutum me nunc penitet, te etiam audisse piguit. At si tunc intellectu digna tuis auribus deprompsi, quae nunc quoque dicturus ero pari mentis ratione suscipito, eodem ingenio presentia hauriens, quo prioris alloquii documenta sumpsisti. Quo maiorem de nobis stragem egeritis, hoc minorem subiectorum numerum miliciae vestrae residuum facitis. Quid ergo aliud cladem nostram exercendo agitis, quam quod viscera vestra viribus exinaniendo consumitis? Quodsi parum adhuc nos punitos ducitis, hostibus vestris bello proterendos obicite, aut morte nostra vindictae satietatem sumpturi aut victoria rebelles sub iugum missuri. Victi namque parum meroris, victores multum alacritatis vestris animis ingereremus. Utralibet ergo fortuna vestris successibus obsequeretur. Preterea, si nos armis lacessere perseverabitis, casus efficere poterit, ut stragem nostram alicuius vestrum fato luatis, cuius capite totius Rugiae subiectionem emisse difficile fuerit'. Talibus Absalon monitis invitatus, Rugianorum vota apud regem sua prece complevit. Rex, acceptis obsidibus, redit.

Eodem fere tempore de Urbis pontificatu controversia inter cardinales orta, varie provinciarum suffragia ferebantur. Nam Gallia Alexandro obtentui fuit, Germania auctore cesare Octaviani partibus obsecuta est. Sed iustior religionique propior Gallorum sequacitas fuit. Quod postquam in Dania percrebruit, Lundensis pontifex, qui et ipse predictae expeditionis comes fuerat, ne, fervente religionis tumultu, deposito fraudaretur, pecuniam, quam in Gallia collocaverat, per ministros reportandam curabat. E quibus unus monachicae professionis apud Stadium oppidum inter cenitandum, ligneo forte calice non sup-

a) honoris *corr. St.* b) auni *prop. Kinch.* c) nostrique 1; *corr. St.* d) nos 1; *corr. Madv.*; pacis portam, quam inter vos reseravimus *Kr. VI*, 10. e) factu 1; *corr. St.* f) indignos *St.* g) *ita* 1; repellis *M.*; repellas *St. Kinch.* h) qđ (quod) 1; *corr. St.*

1161? petente, aureo, quem in custodia habebat, arrepto, nitidius quam tutius cenam exegit. Cuius facti irritamento iis, quorum hospicio receptus fuerat, tacitam latrocinii cupidinem ministravit. Maioris namque pecuniae conscium animadvertebant, quem prestantiori poculo privatas mensas exornantem videbant. Ceterum hospicii reverentia palam facinus exequi veriti, quoniam intra penatium limina hospitalitatis sacra violare nefas ducebant, in Holtsatiam eum subsequendo sarcinis exuerunt. Quo Eskyllus, dum ab expeditione reverteretur, audito, regem super earum recuperatione sollicitat, ratus auctoritate eius restitutionem a predonibus fore. Nec iam precibus, sed pactione agendum existimans, portionem pecuniae, dummodo per eum reddita foret, in premium pollicetur; tantoque eius auxilium instantius expetebat, quanto eum in annuendo tardiorem advertit. Rex petitionum eius perseverantia fatigatus, aegre operam pollicetur, quod et raptor incertus, et pecunia repertu difficilis videretur. Ceterum eam requisitu promptiorem, si a potentibus quam si a plebeis occupata fuisset, arbitrabatur. Igitur antistitem Slesvicum secum petere iubet. Ubi dum forte per iocum inter familiares amissoris auro bibentis iactantiam elusisset, interfuere, qui regis dicta sinistre excipientes, clandestini sermonis mordacitate pontifici illusum putarent. Quorum obtrectatione Eskyllus ad deserendam regis amiciciam adductus, eo dementiae prorupit, ut opes, quas amisisset, ab eo obtentas suspicaretur eumque rapinae sibi inflictae conscium asseveraret. Ita se conceptae vesaniae moles falso regis convicio patefecit. Igitur nescias, utrum antistes insaniae maioris, an rex patientiae fuerit. Quorum alter integerrimum virum teterrima suspicione notare sustinuit, alter conscientiae puritate sincerus adversum innocentiae suae criminatorem aequo lentius iram distrinxit. Inter haec p. 769. Occo, cui superioris scismatis contagio deponendi pontificatus causam prebuerat, tamquam recepta ab Octaviano dignitate, conciliato regis favore, Slesvicensem sedem sacrilego occuparat regimine. Quem Eskillus catholicae partis aemulatione inter rei divinae actionem cum suis fautoribus execratus, magnopere regem permovit. Ita contentione paulatim ad invidiam simultatemque progressa, accito apud Sialandiam Absalone, querimoniam suam a rege tum spretam, tum etiam irrisam conqueritur. Quippe eum erga pecuniam amissam parum honesta conscientia esse, restitutionem in facultate habere, si velle suppeteret. Quin etiam cum Occone scismaticarum partium comite criminosum iunxisse collegium inque eius excolenda societate catholicae pacis adversariis execrabilem obtentum prebere. Quam ob rem se belli adversum eum suscipiendi infinita cupiditate flagrare. Sepe enim numero consimilia ausum potiusque preesse regibus quam obsequi solitum. Preterea ad hoc audendum se non infimis amicorum presidiis abundare. Veritus Absalon palam tanti viri sententiam obiurgare, temperato reprehensoris officio, impatientiae eius errorem modesto genere castigationis excepit, regis integritatem deformi notatu perquam indignam iudicando eiusque conscientiam, collatis innocentiae rationibus, ab omni suspicionis turpitudine alienissimam comprobando. Ceterum non tam catholicarum partium odio quam eius regisque litigio Occonis susceptionem imputandam docebat. . . . . . .
f. CLVII. p. 772. Inde, ne scismatis contagio implicaretur, Hierosolimitanae peregrinationis iter ingreditur[1], satius ratus a suis penatibus quam a Romanae amiciciae liminibus exulare.

Eodem tempore Christiarnus quidam, adhuc privatae sortis, antequam Maguntiae pontifex creatus esset, Daniam legationis titulo petivit, qui eam exhortationibus suis ad societatem Octavianae factionis impelleret. Ceterum multae adulationis conatibus aliqua ex p. 773. parte regis conniventiam assecutus[2], obseratas Eskilli aures habuit. Interea Nicolaus quidam, Razi filius, recenter Slesvicensium satrapa constitutus, cum eorum antistite Esberno inimiciciis vehementius gestis, per summum temeritatis excursum celeberrimum eius fundum speciosissimo spoliaverat aedificio. Quod cum plaustris devehendum mandasset, a militibus Esberni deportationem inhibituris occiditur. Cuius facti penas Esbernus dare metuens, perinde ac curiam petiturus, ultionem exilio vitavit. Sed dum apud Saxoniam moraretur, morbo periclitatus est. Quod audiens Occo[a], sedem, quam olim falso antistitis titulo occupaverat, Octaviani nixus auctoritate recuperat[3].

1162. Post haec, Rugianis ex pacto comitatum prebentibus, castellum Walogustum[b, 4] obsi-

a) Otho *h. l.* 1. b) Walogastum *St. M.*

1) Eskillus regi, qui ei bellum intulerat, se subiiciens, eiusque gratia recuperata. 2) In concilio Laudensi a. 1161, Iun. recitatae sunt litterae regis Octaviano faventis. Cf. Otton. Moren., SS. XVIII, p. 632. 3) Haec iis quae de Occone episcopo supra l. 21 sqq. narrantur, praemittenda fuerant. M. 4) Wolgast.

detur a rege. Quod quamquam in Sclavia situm foret, a communi tamen eius ditione secretum, propriis ducibus regebatur. Ab huius incolis Pomeraniae satrapa Bugisclavus[a, 1] in auxilium evocatus, pacis magis quam belli consilia circumspexit. Quam etiam pro eis apud regem hoc modo composuit, ut non solum ipsi regi parerent, sed etiam ex piratis [neminem[b]] sui fluminis[2] ostiis excedere sustinerent eamque pactionem obsidibus firmarent. Illic forte Rugianis ad concionem vocatis, cum Bernardo quodam, Henrici[3] filio, qui, quod neptem[4] regis in matrimonio habebat, duobus eum navigiis secutus fuerat, iurgium incidit. Interrogati enim ab eo, cur illustrissimi Saxoniae ducis gratiam amplecti supervacuum ducerent, cum se nullo in momento Saxonici nominis respectum ponere respondissent, quid virium duci esset, brevi agnituros subiunxit. Tunc quidam principis, quem tanti aestimaret, potentiam floccipendentes, Bernardi percunctationem ac minas ludibrio insectabantur. Ea altercatione per regem sedata, Masco quidam, inter Rugianos natu atque auctoritate prestantissimus, luminibus orbatus, sed ingenii sagacitate perspicuus nec annis quam animo vivacior: 'Concitatioris', inquit, 'petulantiae equis mos est, quo arctius retinentur, hoc vehementius habenas tendere. Laxentur itaque Saxonibus freni, ne retentationis nimietate rumpantur. Siquidem et nobis ipsorum et ipsis nostra perquam nota est virtus'. Quae vox apud ducem vulgata inter eum ac regem simultatum seminarium fuit.

Per idem tempus scismaticorum legatio confictis iusticiae argumentis Danorum suffragia pertemptabat. Quorum rex assertionis dubius, cognoscendae veritatis gratia scribam suum Radulfum, origine Britannum, lingua quam animo promptiorem, ad cesarem destinat. A quo per summam venerationis simulationem exceptus, non minus ab Octaviano honorificentiae expertus est, ita ut inter eos quasi quoddam culturae eius litigium atque officiorum contentio foret. Octavianus tamen, cui iniquissimorum suffragiorum consensus auctoritatis umbram tribuerat, cesarem, quem maiestate anteire videbatur, etiam adulandi comitate vincebat. Nam sacerdotem, qui cum Radulfo cotidie sacras preces decurreret, providit, ne divina ab eo sine socio parum celebriter agerentur. Nec officiis eum coluisse contentus, obsequiis beneficia sociavit. Siquidem in re divina agenda anuli usum ei indulsit, pontificalis ordinis insigne aliquanto obscuriori gradui tribuens. Ita nescias, dantis an accipientis beneficium ridiculosior dementia fuerit. Huius audita legatione, cesar dolenter se dividuae religionis statum ferre asseverabat; neutri tamen parti acclamaturum, quoad publicum ecclesiae decretum acceperit; tunc demum ei, quam universorum sententia probaverit, assensurum. In cuius rei speculationem nuper a se totius Italiae maiores concilii[5] nomine contractos fuisse; Octavianum aequitatis fiducia causam suam humiliter generalis ecclesiae iudicio substravisse, Rodlandum[c] vero pravitatis conscientia retusum, non solum contumaciter supersedisse, sed etiam dixisse maiorem se esse, quam ut cuiuspiam censurae parere debeat. Cuius controversiae finiendae gratia terrarum reges secum adesse oportere, publicae religionis negocium communibus studiis inspecturos. E quibus pene omnes in adversae partis presidium concessisse, sibi vero neminem ex hiis suffragiorum societatem prebere. Quam ob rem se magnopere prudentissimi Danorum regis alloquium affectare, partium suarum moderationem eius potissimum sententiae crediturum, quippe quem animi virtus et generis sanctitas tantae rei iudicem deposcant. Preterea attendendum esse, quantum pietatis opus ederet, si tot animarum salutem ancipiti iudicio fluctuantem sententiae suae sagacitate servaret. Super haec omnia, si tam religiosi itineris laborem suscipiat, se ei in premium fatigationis unam ex Italiae provinciis cum totius Sclaviae prefectura daturum[6]. Talibus Radulfum cesar hortamentis aggressus, non pauciora litteris, quas per eum in Daniam destinarat, complexus est. Regressus inde Radulfus, cesaris Octavianique caritatem in regem uberrimam predicabat. Rex, promptius quam prudentius familiaris assertione suscepta, nec tam religioni consulere quam exterarum gentium mores cognoscere avidus, petendi cesaris cupidinem concipit[d].

a) Bugislaeus *h. l.* 1; Bugislavus *St.* b) *supplevit Velsch.; deest* 1; ne piratas *prop. Kinch.* c) Rolandum *corr. St. inter errata typogr.* d) concepit *Velsch.*

1) Idem qui supra p. 102 (ed. Müller p. 749) nominatur. 2) Peene. 3) Comitis Ratzeburgensis. M. 4) Nomen eius ignoratur. M. 5) De concilio Papiensi a. 1160, Febr. habito agitur. 6) Haec aliaque quae de conventu Friderici et Waldemari a Saxone traduntur parum fidei mereri, recte monuerunt Philippson, 'G. Heinrichs d. L.' II, p. 413 sqq.; Prutz, 'Friedrich I.' I, p. 424, alii.

1162. Ea tempestate Bernardus quidam, ab Octaviano legatus in Daniam profectus, pontificum suffragiis inhiabat. Verum paucorum favore exceptus, ut universos ascisceret, datis per provinciam epistolis, concilium simulat. Quod tenui frequentia habitum maiore ludi- p. 776 brio quam gloria celebravit. Eo rex apud Slesvicum dimisso, eximiis cesaris illectionibus captus, Absaloni in insulis excubanti propositum aperit eumque viae comitem deposcit. 5 Tunc Absalon, fidem cesaris astuciamque dampnando, fallaces eius promissiones fideli spe excipiendas negabat. Quin etiam sine religionis violatu familiaritatis eius usum haberi non posse, quod scismaticae factionis acrior quam iustior defensor existeret. Se vero tum commeatuum inopem, tum etiam longinquae peregrinationis laboribus imparem memorabat. Rex, quoad sibi commeatus suppeterent, ei non defuturos respondit. Absalon, quan- 10 tiscumque commeatibus abundaret, haudquaquam se salutem spiritus sui neglecturum affirmat. Rex non se minus animae suae studiosum testatus, ob hoc maxime eius comitatum affectare respondit, ut, si iusticia posceret, per eum ab Octavianae partis societate facesseret. Adhuc Absalone profectionem abnuente publicaeque religionis hostes adeundos negante, hactenus eum a se pre ceteris cultum asseverabat; cuius si nunc ope deficeretur, 15 se nichil ulterius ex eo commodi speraturum. Tunc Absalon exprobratam sibi ab eo ingratae mentis labem iudicans: 'Ad deserendam', inquit, 'tui nominis amiciciam nullis corporis periculis adduci potero. At cum de animae negocio agitur, humano timori divinum preferre fas est. Ego vero, tametsi circumstantia dampna pervideam, tamen, ut animae tuae vestigium ab errore prohibeam, meam periculis implicare non metuam'. Tunc rex, as- 20 sumpto eo, viros genere et honestate iuxta nobiles, scilicet e Sialandia Sunonem et Esbernum, e Fionia Takam et Esgerum, comites ascivit. Burisius[a] dumtaxat, ne quid interim in patria novaret, ex necessariis assumptus; nec defuere, quos ex Iutia profectionis participes legeret. Attingentibus Eidoram principis Holtsatiorum Adulfi ignotus eques obvius extitit; interrogatusque, an ipsos prosecuturus venisset, dominum suum huius rei pre- 25 standae gratia transitum eorum in vicino prestolari denunciat. Cuius ductui fidendum vetantibus arbitris, rex, perinde ac ingenuo duce fretus, primus pontem equo transgreditur, profectionis aviditate metum pariter monitusque contempnens. Hunc ceteri subsequentes, sententiam suam quam regem deserere maluerunt. Procedentes paululum Adulfus excepit, p. 777. salutatumque regem benignissimis verbis amicissimoque vultu prosequitur. Cui cum oc- 30 cursum suum ob vetera odia onustum magis quam gratum sentiret, ut iram obsequiis flecteret, apud Etzeho[b, 1] oppidum suis eum impensis excipere statuit. Sed rege beneficium spernente, ne quis ei necessaria venditaret, edixit. Tunc Danis domesticos cibos sumentibus confectas epulas per ministros inferendos curavit, sicque demum verecundia superatos munificentia sua uti coegit. Interrogatus tandem, an regis processum tutari posset, 35 posse se quidem, quoad Bremam veniatur, asseruit. Albia pertransito[c], cum Bremam versum contenderetur, Esbernus profectionis stoliditatem animadvertens, quamque vanum iter carperent[d], non segniter contemplatus, fratrem Absalonem aliosque Danicae nobilitatis proceres consilio illustres clam ceteris accersitos obsecrat, regem arrepti itineris emensione prohibeant, quod presertim sine duce conficiat, neque eum tam periculosi propositi 40 executorem existere patiantur. Quod Absalon inane temptatu iudicans, proposito regem cessurum negabat, dicendo monitorem non solum operam perditurum, sed etiam sensurum, quantum odii pertinax error piae monitioni referre soleat. Tunc Esbernus: 'Tametsi me', inquit, 'gravissimas monitorum penas e vestigio daturum prenoscerem, quae ad regis salutem pertinere deprehenderim, silentio dissimulare non paterer. Adestote ergo mecum 45 et in regis ammonitionem, si linguam abnuitis, aures prebete! Enimvero, cum honestatis p. 778. periculum obversatur, offensam principis utilia suadendo quam amiciciam inaniter blandiendo contrahere malo. In hiis etenim melius ex reprehensione ira percipitur, quam ex adulatione gratia conciliatur'. Absalon haud fratrem rege faciliorem intelligens, cum neutrum a proposito revocabilem cerneret, fratris tamen adeundo rege socium gessit, si quid 50 irae ex dictis eius conciperetur, mitigaturus, ceteris ne interesse quidem tutum ducentibus. Tunc Esbernus mirari se inquit, quo impetu rex tantum iter duce vacuus ingrederetur, suam autem[e] patriaeque salutem in unius cesaris perfidis precordiis depositurus; videri

a) Iurisius *St.* b) Ekeho 1; *corr. St.* c) *sic* 1. d) caperent *sine causa corr. St.* e) pariter *prop. Kinch ex Valerio Max. IX*, 8, 1. 55

1) Itzehoe.

enim, quod liberam gentis suae cervicem nullisque barbarorum obsequiis assuetam per fedam et ignobilem servitutem miserabili Teutonicorum iugo subigere[a] cupiat. Quid autem stultius esse quam, nullo impendente periculo, ultro ad deditionem procurrere summamque libertatem extrema servitute mutare, insuper regno precario quam potenter preesse malle? Itaque cesarem, cum Daniam suae ditionis effecerit, miraturum, quod tam validam gentem ante promissis superaverit quam armis temptaverit. Rex paucis iram exprimere solitus — quippe raras voces turbatus edere consueverat —: 'Etsi te', inquit, 'adeo metus perurgeat, ut viae comes esse non audeas, me quidem trepidationis tuae socium non habebis. Virtute enim quam familia comitatior, sine te propositum exequar, nec adduci potero, ut teterrimis ignaviae tuae monitis consentire sustineam'. Ita salutares Esberni monitus regiae festinationis impetus aspernatus est. Quos si imitari voluisset, supplices cesari manus deformiter non dedisset. Adeo, quem temeritatis incursus transversum abripit, rectae rationis aestimatio deserit. Ingressos Bremam civitatis antistes[1], omnibus humanitatis numeris instructissimus clementiaque et liberalitate conspicuus, impensioribus hospitalitatis officiis prosequendos suscepit. Idem de ductu dando sollicitatus, comitandi sibi regem, non ductandi fas esse respondit. Complures quoque Saxoniae principes, quo tutius curiam peterent, regiis se sodalitatibus devinxerunt, adeo ut de Danorum familia ac grege existere putarentur. Itaque crescente eius comitatu, cum multitudo speciem hostilis exercitus reddere videretur, perterrefacti incolae cum uxoribus ac liberis divinis semet penatibus intulerunt, a sacrarum aedium hospiciis auxilium quaesituri. Eo comperto, rex premisit, qui gentis trepidationem pacis denunciatione corrigerent sibique commeatuum emptionem fieri iuberent. Cum ad urbem Methis venisset, oppidanis ob advenarum frequentiam emendorum precia aggravantibus, iniuriam senatui conquestus, effecit, ut necessaria tum sibi, tum etiam comitatui tolerabili precio venderentur. Igitur sinceritatis et iusticiae eius rumore increbrescente, Germanicae matres parvulos suos in eius adventum offerendos curabant, ratae eos regio contactu perinde ac caelesti aliquo beneficio feliciora naturae incrementa sumpturos ac prosperioribus educationis auspiciis nutriendos; nec minus supersticiosi agrestes, qui iaciendorum seminum grana, quo melius adolescerent, dexterae eius disicienda prebebant. Quo curiam[2] ingresso, preses Saxoniae Henricus veteris amiciciae recordatione castra sua maiore ex parte eius adventui cessit hospitalitatemque ei suis sumptibus erogavit. Die postera Absalon cum Radulfo missus, apud cesarem, Latinae vocis admodum rudem, per interpretatum Coloniensis antistitis[3] mandata prosequitur. At cesar inprimis moram regis tarditatemque causatus, iniuriosum, quod ante non venerit, aiebat, asserendo eum ob regnum, quod Romani imperii beneficio gerat, sibi serviciorum debitorem existere. Tunc Absalon decuisse inquit cesaris fidem, ut haec potius ante itineris ingressum regi proponeret, ad quod tantis eum promissionibus impulisset. Cesar, simulata ammiratione, per quem regi promissa fecisset, interrogat. Absalon, demonstrato Radulfo: 'Hic est', inquit, 'qui credulam regis simplicitatem promissorum tuorum commentis illexit'; eoque negationem cesaris repellere non audente, seriem totius promissionis edisserit. Inficiante id cesare, reducem regi[b] dari deposcit. Ille plus se negocii eius reditui tributurum, quam adventui impenderit, negat. Simili modo die postero regis legatio excepta. Quo agnito, rex salutaris monitus spreti penitentia afflictus, tametsi mucronem cervici suae applicatum aspiceret, ante se eam ferro quam patriam servituti subiecturum asseverabat. Aestuante eo opisque modum impensius disquirente, Absalon liberationis viam a se repertam professus, non amplius illic regi quam in patria trepidandum asseruit. Siquidem trans pontem[4], quo Gallorum regnum a Germanico secerneretur, venationis simulatione sepius eum obequitare debere ac demum, cum consuetudine suspicionem vicisset, cum potiore familiae parte aliquod e finitimis Galliae oppidis petere, haud dubitaturum, quin a rege Francorum ornatius in patriam dimitteretur. Cuius consilii executionem cesar arte prevenit. Siquidem vim regi inferre veritus, cum eius famulatum coactionibus impetrare nequiret, beneficio mercari temptavit. Universos quippe Germaniae principes sacramento adactos iurare compulit se eius ditioni Sclaviam substraturos. Quod

a) subicere *prop. Knch.* b) regem *corr. V. sine causa.*

1) Hartwicus I. 2) Quam ad fluvium Ararim (Saône) Fridericus habuit. 3) Rainaldi. 4) In fluvio Arari; cf. Helmold. I, 90.

1162. si parum perficerent, se ipsum id, cum primum ex Italia reverteretur, executurum spopondit, eaque fraude ad obsequia sibi paciscenda ambas regis manus pertraxit. Ceterum ei non curiam communi principum more petere, non in Romani imperii presidium copias ductare, solaque specie, non re, cesari parere concessum. Filio vero post eum proxime[a] regnaturo liberum fore paternas conditiones abicere, ne ad omnem Danorum gentem p. 781. hereditarium manaret obsequium. Cuius servicii pudorem minuere videbatur Gallorum ditioni in consimili famulatus genere Britanniae regis inclinata maiestas.

Sept. 7. Post haec Octavianus, vocato concilio, quam iustis suffragiis in adipiscendo sacerdocio usus fuerit, loquacius quam verius astruere conabatur, Rodlandum vero honorem, quem oblatum repudiasset, vetitum occupasse; seque causam suam generali pontificum cognitioni inspiciendam prebente, illum impietatis conscientia canonicae discretionis iudicium formidare. Preterea ad conciliandos sibi pontificum animos eorum dignitatem benignis decretorum sanctionibus adornavit, haud prius Romanam ad sedem provocandum constituens, quam si lis ipsorum pronunciatione finiri non posset. Finiente eo, cesar pro- p. 782. vinciarum reges huius controversiae finiendae gratia ad colloquium a se invitatos dicebat, eorum sententiae repugnare nefas ducturo. Quos ideo non adesse, quod in Romani imperatoris iniuriam Romae pontificem creare cupiant, alienae civitatis ius suis suffragiis am- p. 783. ministrare conantes. Post haec Regnaldus Coloniae urbis antistes religionis causam dicere adorsus, quanto iniuriae pondere Romani imperatoris aequitatem provincialium regum temeritas attemptaret, argumentando demonstrare pergebat. Nam si controversiam in eorum civitatibus de pontificatu ortam cesar suis suffragiis finire vellet, haud dubie id gravium iniuriarum loco ducerent, cum ipsi simile in urbe Roma perpetrare conentur. Quam assertionem tam valido rationis presidio subnixam putavit, ut nunc Latialiter, nunc Gallice Germaniceque fando ternis actionem vocibus iteraret. Sed quantum hac oratione gentis suae favorem illexit, tantum nostrae suffragia deturbavit. Assensis itaque pontificibus, cum Octavianus, qui sibi falsum Victoris nomen inscripserat, accensis luminibus, adversum p. 784. Alexandrum eiusque suffragatores solemni execratione usurus videretur, Waldemarus, hortante Absalone, ne sacrilego eius facinori interesset, concione excessit, adversaeque partis iusticiam aemulatus, presentis curiae errorem quam absentis rectitudinem postponere preoptavit. Cuius egressum secutus Absalon, cum ab Octaviano supersedere rogaretur, ab eius vestigiis se, cuius comitandi gratia advenerit, nullo iure prohiberi perdocuit, eoque responso execrabili pontificum collegio liberatus, ne scismatis errore laberetur, effecit.

Sept. 8. Die postero Octavianus Livonem Othoniensium electum, vehementer ab Absalone prohibitum, falsa pontificis unctione prosequitur. Inde ad oppidum Bisuntium concessum est. Ubi equorum pabulo non suppetente, regeque emendae eius facultatem sibi non fieri conquerente, cesar eum qui stabulo preerat necessaria Danis expedire precepit. Qui mox, eorum satellitibus secum eductis, in vico eminus sito quibus egerent capienda demonstrat. Qui cum, earum consuetudinum ignari, equorum alimenta ab oppidanis inermes deposcerent vocesque suas sagittis ac iaculis repelli conspicerent, depositis precibus, prelium ordiun- p. 785. tur. Capto itaque vico, cum latius crebrescente fumigio facem oppidis subiectam agnoscerent, similia sibi licere rati, confestim expugnationi incendium addiderunt. Quae res incredibili regem angore permovit. Interiectis diebus, cum cesar, quem vindictae modum a Maguntinis, proprii pontificis[1] interfectoribus, exigere deberet, in concione perquireret, Waldemarus, iterata superiore querela, equis annona defectis venalium alimentorum subsidia postulabat. At cesar circumiacentem provinciam coniugis suae patrimonium esse testatus[2], frustra eum emptu affectare dicebat, quod raptu petere licuisset. Contra Waldemarus regem se, non predonem esse proclamans, commeatus latrocinio quaesiturum negabat aut quod domi iniquum duxerit apud exteros approbaturum. Quamquam enim eiusmodi violentia necessitate excusabilis videretur, permissis uti passus non est, ne domesticae aequitatis mansuetudinem peregrina austeritate corrumperet. Cuius sanctitatem universi Germaniae principes maximo plausu comprobantes seque mutua ammiratione invicem contuentes, beatos aiebant, quos tanti viri integritas regendos curaret. Qua laude tacitum morum suorum vituperium ediderunt. Dimisso itaque rege, cesarem Henricus hortari cepit, redituro regi impensas expediat, neque eum hospitalitatis suae ex-

a) proximae 1.

1) Arnoldi a. 1160. occisi. 2) Comitatus Burgundiae a Beatrice possessus.

pertem dimittat, cuius patria quasi commune advenarum hospicium existere soleat. Quod cesar facile pollicitus, parum executus est. Pontifex vero Maguntinus[1] humanitatis specimen maioribus experimentis quam promissis exhibuit, geminae pernoctationis impensis regium iter excipiens. In Henrico quoque crebris regem commeatibus prosequente clarum amiciciarum indicium patuit. Lodovicus autem Thuringiae princeps non solum liberalitate vacuus, sed etiam habendi cupiditate refertus, impudenti precatione effecit, ut equus regis sibi daretur. Post haec Adolfus Holsatiorum prefectus, Absalonis officio primum amicus regis, mox miles solemni fidei datione effectus, obsequiorum principium officiis hospitalitatis explevit. Ita patriae parens, prosperum reditum emensus, exoptatam adventus sui copiam ovantibus civium animis obtulit. Insignem hunc annum filii eius Kanuti ex Sophia suscepti natalis effecit. . . . . . .

Postea[a] rex, orientalium Sclavorum[2] sibi virium fiducia rebellantium defectionem expertus, cum Henrico Saxoniae satrapa belli societate condicta, quo firmius amiciciae necterentur, filiam eius ex coniuge postmodum repudiata[3] susceptam, adhuc incunabulis utentem[b], filio Kanuto, primum aetatis annum agenti, sponsam adcivit[4]. Itaque Henrico terrestri apparatu exercitum instruente, ipse in classem collatus, cum apud Rugiam pervenisset, auxilia ab incolis, amiciciam suam dubia fide secutis, per Absalonem contrahenda curavit. Deinde, ne Henrico tardius occurreret eumque promisso fraudaret, ad Penum fluvium ocissime navigationis cursum direxit. Absalon, quamquam adhuc Rugianorum pactio paucorum obsidum pignore niteretur, eorum concionem ingressus atque inter ipsos honoratissimo sedendi loco susceptus, cum legationis mandata proferret eamque Danicae vocis ignaris per interpretem explicaret, accidit, ut quidam e Rugianis adolescens Sclavico ingenio Dani militis equum, pro quo se precium numeraturum fingebat, veluti incessus eius experiendi causa conscendens, fugam temptaret. Quod cum Absalon ad se perlatum in concione proponeret, universa populi multitudo magnum fidei suae crimen unius hominis perfidia allatum iudicans, similem furori impetum confessa, dissiluit auctoremque fraudis raptim insequi properavit. Igitur Absalonis comitibus ad metum et stuporem usque subitum vulgi concursum mirantibus, pauci, qui adolescentem affinitate tangebant, plus privata caritate quam publico rubore permoti, supplices Absalonis genibus advolvuntur, equi restitutionem polliciti, si modo per eum ab incepto concio revocetur. Quorum Absalon permixtas precibus lacrimas miseratus, missis qui plebem pacarent, tumultum compescuit, consternationem sedavit, equoque protinus reddito, militem suum stulticiae dampnavit, quod per inertiam et stoliditatem raptori se circumveniendum dedisset. Deinde gentis rege Tetiszlavo classis supplementum pollicito, regem subsequi maturavit. Interea Henricus Holsatiorum principem Adolfum cum Henrico Razaburgensi prefectumque Swerini oppidi Guncellinum, quod nuper a Saxonibus in potestatem redactum ius et formam civitatis acceperat, necnon Regnaldum quendam[5], parum origine liberum opibusque quam genere clariorem, cum insigni copiarum parte premittit, expeditum sibi transitum paraturos. Quorum ingressum Sclavi cum partim fama, partim experimento cognovissent, cum parte hostium confligere quam universos aggredi maluerunt, multum ex eorum robore, si previos oppressissent, defluxurum credentes. Cumque summa cura ac flagrantissimo studio ad eos opprimendos contenderent, daemonem horrendae formae superne verticibus imminentem videre. Quo monstro tamquam divinitus dati ducis adventu firmati, sumptis victoriae auspiciis, ex improviso hostium se castris immergunt eosque imparatos confodiunt. Adolfus et Regnaldus in ipso castrorum aditu interfecti, neglectae militaris prudentiae penas sanguine persolverunt[6]. Quibus prima caede prostratis, Guncellinus et Henricus mediis irruentium globis elapsi, correptis aquilis, ad se fugientium sociorum reliquias contraxere, ac demum hostes predae incubantes audacter adorti, fugam victoria mutavere. Ita Saxones, quamquam improvidi bellum temptassent, maiorem cladem gesserint an acce-

a) *sequentes libr. XIV–XVI. partes Holder temere transposuit, secutus quod Hovgård proposuerat; cf. supra p. 39, n. 4.* b) utenti *perperam V. Holder.*

1) Conradus. 2) Pomeranos intelligit. De bello, quod Helmoldus II, 4 sqq. narrat, agitur. 3) Clementia. 4) Nomen huius filiae, quam Henricus brevi post morte praematura amisit, ignoratur. Auctor hist. Knytling. (c. 120) eandem perperam Gertrudis nomine appellat. *V.* De Breska, 'Forschungen' XXII, p. 581, ad hanc filiam referenda esse censet quae in Necrologio Luneburgensi leguntur: *Ricinzit infans, filia H. ducis.* 5) Dithmarsiae comitem. 6) Quod die Iul. 6. factum est.

1164. perint, virtute dubium reliquere. Quo accepto, Henricus suorum caedibus, ut par erat, permotus, exigendae vindictae studio ad obsidionem Deminae[1] urbis quantacunque potuit celeritate contendit. Quam postquam ultro ab incolis obustam comperit, ut universa ipsius monimenta subrueret, reliquias menium solo exaequari precepit. Et quoniam in homines grassari non licuit, tamquam a rebus mutis supplicium exacturus, urbem Cozcovam[2], simili incolarum trepidatione desertam, cremandam curavit. Waløgostini[3] quoque, finiti- p. 798. marum urbium, quarum excidio terrebantur, exemplum secuti, clandestino traiectu fluminis cum uxoribus ac liberis municipium deserunt, penates dumtaxat rebus vacuos hostili saeviciae relicturi. Quorum urbem rex nullo negocio interceptam militibus ac stipendiis instruit eamque Wethemanno pyratae curandam committit. Oznenses[a, 4] quoque plus ex aliarum urbium fortuna timoris quam ex suis menibus fiduciae capientes, ut sibi vicinarum civitatum, quarum formidinem sequebantur, exemplo consulerent, urbem, ne ab hostibus coli posset, desertam incendunt, penates suos igni quam hosti relinquere preoptantes. Tunc rex, ponte[5], qui medium amnem secare videbatur, abrupto, sublatisque ceteris navigationis obstaculis, ad Stolpam[6] vicum processit; ubi et ducem postmodum obvium habuit. Igitur ne Waløgostum, eodem exemplo desertum, quo captum, post discessum suum hostibus redderetur, presertim Danos, si eo fruerentur, sempiternum Sclaviae imperium habituros existimans, Absalonem, Burisium Suenonemque, tunc Arusii pontificatu insignem[7], eius p. 799. municipes efficere statuit, quibus et filium Christophorum sociavit, quo plus a ceteris in auxilio suo fiduciae reponeretur. Qui cum amicos et necessarios in muneris consortionem adciscere iuberentur[b], Sialandensibus dumtaxat Absaloni presidii societatem spondentibus, reliquis ob imminentis periculi magnitudinem nec animus ad resistendum nec comites suppetebant, quamquam tota classis et alimenta sua cum eis communicare et vicinas segetes publico officio in eorum horrea comportare decreverat. Quippe fruges, messore exercitu, residuorum usibus adigi iubebatur. Ita rex consilii cassus, cum neque pugnandi copia neque pactio ulla ab hostibus fieret, vafro ingenio excogitavit, qualiter eos ad alterutrum horum prestandum impelleret. Siquidem Absaloni[c] tacitis mandatis precepit, ut palos in amne defixos ceteraque navigationis impedimenta magna remigum cura sublegeret, veluti toti classi transitum paraturus. Ita demum fluvio obstaculis vacuefacto, cum progressam classem angustior alveus excepisset, complures a Sclavis utrique ripae inequitantibus comminus sauciabantur. Quam hostilis audaciae petulantiam Petrus Elivi filius animi virtute non sustinens, protinus cum remigibus nave desilivit hostesque strennue propulsatos ripa cedere coegit. Tandem comitum ignavia desertus, sociorum navigationem fato suo incolumem prestitit. Itaque rex non solum expertem metus progressum habuit, sed etiam Henricum cum toto exercitu, consertis arctius navigiis, tamquam ponte traiecit. Quo agnito, Sclavi reliquarum urbium excidium formidantes, precurrendi periculi studio, pacis, quam ante contempserant, Waldemaro obsides offerebant, quos se Henrico nullo pacto daturos dicebant. At rex sine miliciae socio cum hostibus pacisci fraudulentum existimans, per Thorbernum Henrico quae ab hostibus offerrentur enunciat. Quo se conditionibus ab p. 800. eo factis libenter usurum asseverante, pactum cum hostibus habuit, ut, Waløgosti dominio trifariam diviso, pars una Tetiszlavo, reliqua Kazimaro[8], tercia Nucleti filio Priszlavo vendicaretur, pyratisque predam Danicam appetere solitis Peni fluminis ostia clauderentur, Henrico quoque munitionum, quas apud Sclaviam obtinuisset, incolumis possessio permaneret. Post cuius discessum comites Kazimari exterorum societatem acrius perosi, sed viribus agere non ausi, Rugianos assiduis furtis vexatos ac per latrocinia ad paupertatem et inediam usque redactos communi urbe excedere compulerunt. Pyraticae quoque licentiam tribuere modisque compluribus ictum fedus rupere.

1166. Postmodum Rugianis, recepta per Henricum fiducia, palam adversum Danos inimicicias profitentibus, rex, non minorem in amico perfidiam quam in hostibus levitatem expertus, Arkon provinciam verna expeditione petitam incendio populatus est. Inde ad portum Por ab incolis vocitatum[9] cursum direxit. Siquidem ne cum universis Rugianis manum

a) Ornenses 1. b) iuberetur 1; *emend. Madv.* c) Absalon 1; *emend. Madv.*

1) Demmin. 2) Gützkow. 3) Incolae urbis Wolgast. 4) Incolae oppidi Usedom. 5) *Dunzarbru* Knytl. saga c. 120. Cf. Petersen p. 229. 6) Stolpe ad fl. Peene. 7) Quem a. 1165. ex. vel 1166. demum episcopatum suscepisse, contra Müllerum monuit Velschow. Aliter vero Hovgård p. 505. 8) Wartislavi filio. 9) Putat Suhmius (Hist. Dan. VII, p. 201) indigitari sinum Prone (Prohner Wiek) inter Rugiam et Pomeraniam. M. Sed cf. Petersen p. 218.

acie consereret, separatim eos adtemptandos existimans, Absalonem nocturna navigatione 1166.
Ziudram[1] precedere iubet. Quem ut continuo subsequeretur, curiose discessionis eius p. 801.
tempus a vigilibus observari precepit. Quibus somni delicias imperio preferentibus, Absalon absque regio comitatu progressus, non solum Zyudram, sed etiam agros vicosque ei
5 confines partim igni, partim ferro vastavit. Cuius equites duo, contentione prius habita, uter audacia prestaret, cum ad militarem operam edendam fortitudinis aemulatione pari impetu raperentur, hostesque cuidam forte stagno adactos cimbis fugam petere animadverterent, plus eis persequendis quam suis periculis dispiciendis intenti, ne alter alterum virtute forte precurreret, ambo cum contemptu spiritus stimulatos calcaribus equos in
10 profundum egerunt, armorum haud memores, quorum obruti pondere perierunt. Ita temeritatis vindex elementum viris gloriae quam salutis studiosioribus, in exitium suum ruentibus, fatum pariter ac tumulum ministravit. Interea Absalon provinciam rapinis pariter incendiisque permensus, cum ingentem predam et opima spolia referendo naves repetere statuisset, magnam hostium manum subsequi conspicatus, ultra bina vada admodum tran-
15 situ difficilia de industria cedere voluit, ut eos formidinis simulatione protractos locorumque tandem difficultatibus implicatos opprimeret. Quorum primum Sclavi libero itinere transgressi, circa reliquum redeundi diffidentia constiterunt. Eodem fere momenti spacio duo pedites Sialandenses ingentem predae fascem gestantes errore locorum in ipsum pene Sclavorum exercitum inciderunt. Qui cum a duobus eorum equitibus appeterentur,
20 quamquam tuto vadum transgredi poterant, ne recessum per ignaviam quaerere viderentur, hostibus resistere quam socios accedere maluerunt, deforme existimantes ab iis, quos numero aequarent, audacia superari. Itaque, quo magis expeditos se redderent, presso c. CLXIII.
vestigio, proiectoque fasce, enses destringunt. Quorum constantiae et virtuti fortuna debitam incolumitatem concessit. Siquidem equitum neutro procedere audente, resumpto fasce,
25 ceptum iter carpserunt. Cumque rursum Sclavi binos equites ad eos opprimendos misissent, eorum incursum eadem animi presentia reppulere. Quo facto tam hostium quam p. 802.
civium in se admirationem vertere magnumque illis ruborem, hiis inter metum et laeticiam haesitantibus, peperere. A sex tandem equitibus attemptati, invariabili mentis habitu perstitere, tamquam hostium ignaviae plenis fortitudinis animis insultantes. Nec defuit Absa-
30 loni prompta mens ad opem eorum virtuti fiduciaeque prestandam. Siquidem tot suorum equitum, quot hostilium animadverteret, eis pro supplemento transmisit. Sclavi quoque suorum paucitatem certatim numerosis militum presidiis prosequebantur. Itaque supplementis utrimque tamquam ex pari crescentibus, equitibusque veluti ad miliciae spectaculum e diverso convenientibus, Sialandenses ulteriorem hostium petulantiam inspectare non
35 passi, universa acie eis occurrunt. Quorum fugam, vadis impedientibus, longum insequi nequeuntes, maiorem equorum quam hominum stragem egerunt. Cumque iter ad naves reflecterent, remigum suorum aciem armis pariter ac signis instructam obviam habuerunt, quam ad auxilia sociis ferenda fortuito nuncio monita virtus adduxerat. Hii profecto cum Absalone victoriae gloriam communicaverunt, cui se sponte virtutis socios obtulerunt.
40 Interea rex, seris vigilum monitis excitatus, omissae navigationis moram prepropera festinatione discussit. Qui cum, visis Sialandensibus, populandi gratia ad littus appellere voluisset, ab Absalone nichil hostilis predae, quod eius rapinis pateat, superesse perdoctus, magnopere gratulatus est, quod tam parva manus nichilo languidius, quam si ipse adesset, rem propriis gessisset auspiciis. Hinc cum alios insulae fines armis ignique temptasset,
45 domum concessit.

Rursum circa autumni principia classe regressus, primam vastandis agris operam dedit, ut, segete consumpta, incolas muniendarum urbium instrumento privaret. Cum ad urbem Arkon sparso miliciae genere pervenisset, oppidani fiducia virium portam, quam p. 803
urbs unicam habebat egressi, ne virtutem suam intra menia cohiberent, obviam proces-
50 serunt. Quos rex, Danis ex consulto cedentibus, longius menibus amovere conatus, postquam sperato cautiores animadvertit, incursatos urbem repetere coegit. Porta tamen, ne equi iaculis confoderentur, abstinuit. Tunc Sialandensis eques Nicolaus, forma et virtute precipuus, telo per portam iniecto quendam ex hostibus in aditu resistentibus exanimem prostravit innocuusque, reflexo protinus equo, discessit. Cuius facinus Thorbernus[2], inter

55 1) Zudar peninsula meridionalis in parte Rugiae occidentali. M. 2) Haud dubie filius intelligitur Sunonis de Knardorp, idem, ut videtur, qui in expeditione a. 1164. legationem ad Henricum ducem obiit. V.

1166. precipuos Sialandiae equites numerandus, pari audacia, sed dispari fortuna aemulatus, cum unum ex hostibus directa in globum lancea vulnerasset reditumque reflexis habenis temptasset, ita lapide ictus est, ut multus e capite cruor profunderetur. Quam ob rem longa corporis debilitate contracta, seram incolumitatem aegre recuperavit. Burisius quoque, dum nobilitatis suae splendorem conspicuis virtutis operibus aequare nititur, simili audaciae genere portae propugnatores adortus, tam asperum saxi ictum capite excepit, ut pene equo exanimis delaberetur. Cui corporis viribus carenti sociorum interventus, ne ab hostibus opprimeretur, auxilio fuit. Quo evenit, ut Rugiani haudquaquam sibi tuto extra menia dimicaturi viderentur, intra quae tam obstinatam hostium presentiam experiebantur. Inde ad provinciam Asmodam[a, 1] tota classe concessum. Absalon, cum et fortitudine et prima rei bellicae peritia vigeret, accedente exercitu primi agminis ducem, revertente extremi comitem agere consueverat, semperque Danicae iuventutis promptissimos seu predae, p. 804. seu gloriae studio sodales habebat, rege dumtaxat cum robustiore exercitus parte, gravi et composito miliciae genere, paulatim procedere solito. Itaque pugnandi copia nusquam accepta, magnam regionis partem permensus, tandem equestrem manum predandi gratia spargi permisit paucosque secum in comitatu residuos habuit. Illic forte nuncio de sociorum conclusione suscepto, quam sine succursu posse effugere negabantur, eorum saluti, quoad milites revocarentur, adesse non distulit, neque sibi comitum paucitatem, quominus conclusos peteret, obstare permisit. Sed protinus primipilo signa attollere iusso, pleno fiduciae spiritu locum, in quo continebantur, accessit; eoque festinationis signo, perosus predam, equites ad se contraxit. Quem tanta fiducia ceperat, ut plus remedii in celeritate quam in sociis duceret. Cuius adventum Sialandenses, qui intra difficilium locorum angustias arctabantur, experti, imminentis auxilii fiducia eos a quibus obsidebantur incursare ceperunt, ne periculum aliena virtute propulsare viderentur. Itaque Sclavis partim solido, partim aquoso itinere delabentibus, Eskyllus, animi et generis nobilissimus eques, militaribus armis pregravis, unum ex eis inermem per palustria loca citato cursu fugientem pedibus insecutus, illius vestigiis limi mollicie subsidentibus, nec voraginum illuvie nec armorum onere depressus, facilem currendi eventum habuit. Quin etiam occupatum barbarum capite spoliavit. Ac tunc demum, ne plantis quidem ceno infectis, solidam humum repetiit. Quod factum religiosa ammiratione predignum, non pedum agilitate, sed divino beneficio editum, potius caelesti miraculo quam humanae virtuti imputare debemus. Post haec vicis per militum manum undique deflagratis, etiam ad Gorum[2] promontorium longinquae excursationis incendia proferuntur. Tunc se Rugiani contrahendi a Saxonibus auxilii spe fraudatos experti, quatuor obsidibus prebitis, apud Strelam insulam[3] pacem a rege pecunia quaesiverunt.

p. 805. Itaque[b] principibus graves periculorum motus et difficilia rei Danicae tempora attendentibus, filio Waldemari Kanuto regios honores decernere placuit, qui non solum paternae maiestatis futurus possessor, sed etiam presens dignitatis socius nosceretur, ut haberent proceres, ad cuius nomen titulumque decurrerent, si quid de regis capite fortuna variaret. . . . . . .

c. CLXIV. p. 806. 1167? Vere appetente[4], Absaloni, Christophoro et Magno[5] particularis adversum Sclavos expeditionis ductus committitur. Nam Orientales Dani dumtaxat cum Fioniensibus classem confecerant; Scaniensium vero penes Christophorum summa, [c]penes Absalonem[d] arbitrium consistebat. Quibus Tribusanam[6] adortis provinciam, Christophoro tamquam iuniori inter Absalonis Magnique copias medius militandi locus decernitur, ut regii sanguinis latera fidis stipatoribus cingerentur. Tanta autem vicorum exustio fuit, ut idem adhuc usque cultu vacui preteriti incendii magnitudinem presentibus testentur indiciis. Absalon cum repetendae classis tempore extremos curaret, nunciato hostium superventu, quamquam tanta vis frigoris erat, ut primi revocari non possent, quadraginta solis equitibus stipatus,

a) Iasmondam *corr. St.* b) Ibique *proposuit Hovgård p.* 612. c) *nescio an* Sialandensium *supplendum sit H.–E.* d) Asalonem 1.

1) *Asund* Knytl. saga c. 121. Fortasse Jasmund. 2) Promontorium in Rugia orienti soli proximum, in peninsula Mönkgut, haud procul a vico Göbren situm ideoque ab incolis hodie 'Göbrensche Höwt' dictum. V. Alii minus bene de Stubbenkammer cogitarunt; v. Petersen p. 215. 3) Postea Dänholm dictam. Unde nomen Stralsund originem duxit. M. Knytl. c. 121. Hiddensöe indicat; sed iam antea Strelae Kanutum regem elevatum esse tradit c. 120. 4) Iam a. 1166. haec facta esse contendit Hovgård p. 507sqq. 5) Filio Erici Lamb regis. 6) Ubi oppidum Tribsees.

prius hostem quam vadum, per quod erat rediturus, temptavit. Quibus fugatis, lento itinere ad amnem concessit. Quem structo ponte transgressus, post tergum opus abrumpere noluit, ne ulla timoris vestigia relinquere videretur. Cum ad littus venisset, classem in alium portum appulsam comperit. Tanta autem hyberni frigoris saevicia extitit, ut nautae equos pene frigore extinctos defossis humi specubus conderent, nemoque ex toto exercitu reperiretur, qui pariter utramque manum necessariis usibus aptare posset. Illic crebri angues ligonibus reperti magis ammirationi quam metui visentibus fuere. Nam algoris immensitas vires eorum ac spiritum hebetaverat. Scanienses tunc, prosperantibus ventis, discessionis licentiam adepti, mox iisdem contrariis navigatione prohibiti, tandem toti classi favente caelo, Sialandenses ac Fionios repetendae patriae comites habuerunt. Post haec rex Petrum et Selgretium Christophoro pedagogos asciscit, qui adolescentiae eius rudimenta ad honestatis mores exequendos plenis sapientiae documentis instruerent. Aestate deinde expeditionem instaurat. Quippe Walagostenses dupliciter ictum fedus corruperant. Nam et Rugianos, menium socios, per furta urbe eiecerant et pyratis Peni fluminis ostia patere permiserant[1]. Igitur dum Leuticios[a] peteret, ab Henrico missae litterae superveniunt ammonentes, ut rex insidias propinqui perinde ac regnum affectantis caveret, indicantesque Burisyum[2] cum Norvagiensibus opprimendi eius consilium habuisse, iisdemque, dum expeditio reverteretur, occursum pollicitis, aut ipsum regem aut regium nomen occupandum duxisse. Cuius rei certissimum experimentum fore, si revertentem a Sclavis expeditionem Norvagica classis exciperet. Eodem pene momento suscepta Norvagiensium epistola par proditionis indicium edidit. . . . . . . Re tamen dissimulanter habita, ad locum cui nomen Ostrøzno[3] citata navigatione profectus, profligatis provinciae rebus, urbem Orthungam[4], universa classe comitante, repetiit. . . . . . .

1167? p 807. p. 808.

Eodem anno deturbandae pyraticae gratia Absalon insulam maritimam novo castelli fundamento complexus, exigui munimenti beneficio ingens patriae presidium attulit[5]. Nam et suspectum predonibus situm reddidit et tutam vicini maris navigationem incolis tribuit. Verum ne confestim Norvagiensis iniuriae vindictam Danica virtus arriperet, Teutonicae fidei lubricitas effecit. Quippe Henricus, Bugiszlavi Danorum metu ad se decurrentis obsequium pactus, initam cum rege societatem tamquam ineptum et ignobile vinculum disicere parvi habuit. Quin etiam apud Krempinum fluvium[6] in colloquium cum eo descendens, questus est, quod militem suum Bugiszlavum coram se non accusatum bello lacessat; quem si iniuriosum existimet, prius accusationibus quam armis aggredi debeat. Contra rex negare se ullius potentiae respectu cessaturum, quominus acceptas iniurias mutuis dampnis rependere liberum habeat. Ita perstante controversia, fedus cum colloquio solvitur.

f. CLXIV. p 810. 1167. p. 811.

Hoc loci memorabile Saxonici equitis dictum strictim percurram. Qui cum forte ducis ac regis colloquiis interesset eosque expeditionis negocia languidioribus verbis prosequi animadverteret: 'Quaedam', inquit, 'de hero meo Henrico presentibus referre habeo, quae, si adesse eum scirem, tacere quam eloqui mallem. Qui cum pupillus propinquorum iniuria patrimonio privaretur, nemine sibi patrocinium accommodare volente, quatuor soli ex amicis paternorum ipsius meritorum respectu permoti, quorum ego numero intereram, aversantibus ceteris, infantiam eius tutorio munere fovendam sumpserunt. Pro cuius salute et incrementis tum votis, tum etiam officiis impensius excubabant. Hunc tandem humani auxilii diffidentia altaribus offerentes, religiosa voti nuncupatione sanxerunt, si paternos honores divina clementia adipisceretur, susceptum beneficium, quoad viveret, pagani nominis odio pensaturum. Mox voti probator Deus ingenui principis Conradi patrocinium ei conciliavit. Cuius opera paternorum bonorum heres effectus, quamquam voti auctores exhortationis officia non omitterent, a bello adversum Sclavos continuando, tum avaricia, tum etiam desidia adductus, abstinuit, perceptam munificentiam ingrato aestimans animo. Tanta autem cura monitoris partes exequi voti nuncupatoribus[b] fuit, ut,

f. CLXV.

a) Lentitios 1. b) nuncupationibus 1; *emend. St.*

1) Ut iam supra p. 116, l. 42 sqq. narratum est. 2) Henrici Skatelar filium. 3) De Wusterhusen in Pomerania citeriore cogitant Sohm, alii. Locum in ostio Penae fluvii situm dicit Giesebrecht III, p. 153. 4) Vordingborg. 5) De loco lis est, aliis de Kopenhagen, aliis de Sproa insula cogitantibus. 6) De Krempe fluvio Stormariae minus recte cogitavit Velschow.

1167. cum unus ex eis ultimae aetatis, ad inspicienda ducis arcana[a] inter arbitros admissus, sedulum stertendi usum haberet, excitatusque, quid de re presenti sentiret, a considentibus p. 812. interrogari soleret, maiorem[b] preteriti voti quam instantis negocii memoriam retinens, ductandum in Sclavos exercitum responderet. O immensam constantiam, quae ne in ipso quidem aetatis occasu promissi immemor esse potuit! Quis autem mentis[c] compos hanc 5 religiosi consilii vocem senilis animi deliramentum fuisse crediderit? Vereor autem karissimum michi virum, amicorum religione contempta, ex summo fortunae fastigio in humilem privatorum sortem extrema ruinae deformitate casurum. Ego vero promissi dudum belli militem agendo ternas adverso corpore plagas accepi. Quibus si binas sub eodem miliciae tytulo sociassem, suppremi iudicii tempore divina vulnera meis aequata audacibus 10 oculis inspectanda presumerem'. Quo dicto et temporaneam Henrici ruinam et sempiternum[d] virtutis suae premium auguratus est.

Rex Scaniam ingressus[e], parvo post Saxonum irruptione falso nunciata, Scanienses equestri miliciae ascriptos proprio ductu prosequitur, imperataque Sialandensibus navigatione, Slaglosam[1] advectus, Absalonem, e portu Huliuminensi[f, 2] accitum, multa gerendorum 15 consultatione sollicitat. Preterea se parum veri rumoris credulitate fatigatum significat expeditionemque falso nuncio contractam remittit. Habebat autem in clientela Absalon Arnoldum Tylensem, qui sive ingenii acumine, sive coniecturarum sagacitate sepenumero futura ad sua vel amicorum negocia pertinentia raro presagio deprehendebat. Nec minus antiquitatis quam divinationis peritus, sollerti historiarum narratione callebat. Qui cum 20 Absaloni delectandi gratia supradictae expeditionis comes existeret, brevi eum manum cum piratis conserturum predixerat, vehementer se mirari[g] testatus, quo pacto certamini interfuturus non sit, presertim cum inseparabiliter eum comitari decreverit. Cumque, rege p. 813 res gestas ex eo cognoscere cupiente, discessuro Absalone, quiescere rogaretur, pertinacissime precibus obluctatus, non prius rogatui cessit, quam rex operam se daturum polli- 25 ceretur, ut eum post Absalonem prima luce dimitteret. Erant autem sex navigia Absalonem comitantia, e quibus tria, quo commodius ignis alimenta contraherent, in superiores maris anfractus concesserant, quae postmodum aestus, subito regressu destituta, ceno paludis affixerat, Absalone totidem residuis exteriora sinus hostia[h] complectente. Qui cum matutino[i] tempore una cum scriba suo religiosum psallendi ritum perageret, tumultua- 30 tione eminus audita, quidnam hoc esset, concentorem[k] dispicere[l] iubet. Quo novem longas naves a se prospici referente, piratas esse non dubitans, stertentes adhuc remiges alta voce compellat. Quibus summo cum stupore exilientibus, nec veste, sed armis corpora protegentibus, ocissime hostes petendum hortatur; quorum iam tanta vicinitas sentiebatur, ut ab eis crebris silicibus contunderentur. Quin etiam anchorae vinculis[m] rum- 35 pendae morae gratia discissis, remigium exerit. At Sclavi, facile nostris metum inicere rati ac veluti ipsorum animos horridis vocibus hebetaturi, ingenti clamore edito obstrepere ceperunt. Quod postquam frustra se[n] conatos animadvertere, diffugiunt, eorumque ratis una cum universis remigibus intercepta. Sed nec Urcinae[o] silvae[3] latebra ad se decurrentibus subsidio fuit, agrestibus eam curiosius perlustrandam[p] curantibus. 40

Ea tempestate Esbernus urbem Kalundam[4] molitus, novi munimenti presidio portum p. 814. hostili piratica liberum prestitit. Ipse quoque et Inguarus et Olavus ultro Absaloni se infatigabili piratici muneris executione iunxerunt. Eo tempore res Danica circumquaque difficillimis obfusa periculis, crebris finitimorum insidiis temptabatur, hinc Norvagiensibus, inde Sclavis Saxonibusque sibi perniciem machinantibus. Quo evenit, ut nulli hostium 45 audacter obviandi fiduciam haberet, metuens, ne, dum unum repelleret, ab altero premeretur. Ea patriae necessitudine permotus Guthscalcus, qui et ipse Sclavis tum ob linguae eorum peritiam, tum ob paternae amiciciae favorem ac proprii convictus assuetudinem perfamiliaris habebatur, Absaloni tacite artem a se repertam insinuat, qua eos repente ex amicis Saxonum hostes efficeret. Quippe se Sclaviam non legationis, sed benivolentiae 50

a) *incipit fragm. Plesneri saec. XIV. in.* b) maioremque *fr. Plesn.* c) mente *fr. Pl.* d) [sempiter]numque *fr. Pl.* e) est *add. fr. Pl.* f) haliuminensi *fr. Pl., linea per primum* u *ducta;* Hulyuimmensi 1; Hulyuminensi *legendum censet V.* g) mirati 1; *corr. St.* h) *sic fr. Pl., ubi* complec *(del.)* complectente; ostia 1. i) maritimo 1 *et fr. Pl.; emend. St.* k) contemptorem *corr.* concentorem *fr. Pl.* l) de[spicere] *ib.* m) r. v. *ib.* n) *deest h. l. fr. Pl., quod* con[atos se] *habuisse videtur.* o) *ita* 1 *et fr. Pl.;* Ursinae *corr. St.* p) *desinit fr. Pl.* 55

1) Slagelse in Sialandia. 2) De situ non constat; v. notam Velschowii uberiorem II, p. 338. 3) Urke vel Ørke Skov interpretatus est Plesner; cf. Bruuns, 'Lykønskn.' p. XVII. 4) Kallundborg.

simulatione petere velle significat, tamquam propriae caritatis ductu utilia amicis consilia largiturum. Fore enim, ut hostium credulitas, callidis commentorum laqueis circumventa, Danorum amiciciam, abiecta Saxonum dominatione[a], repeteret. Quod studium maxime sibi gentis illius moribus persuaderi dicebat, quae plerumque temeritate niti cunctaque pronius quam prudentius exequi soleat. Absalon interdum privatum acumen publicis viribus prestare ratus, laudata Guthscalci industria, cavendum monet, ne quid[b] eis ex parte Danorum falso polliceatur, incorruptam patriae fidem haberi cupiens memorque eam fortibus viris refertam armis, non mendaciis, bella meditari debere. Ille primum Pomeranos aggressus, se priscae familiaritatis memoria ac totius populi Sclavici caritate permotum, retundendae eorum inertiae causa advenisse dicebat, quod perniciosa ab eis utilium loco duci perspectum habeat. Siquidem animadvertere eos oportere, quam noxiae dominationis iugum receperint, quodque iis obsequio pareant, qui ipsos patria tandem exuere cupiant. Quippe Saxones, quantum ex ipsorum finibus occupaverint, protinus cultu atque habitatione complecti, nec preda aut gloria contentos, proferendi imperii cupiditate victoriae lucra continua possessione firmare. Quam ob rem eos Nucletum vita, Prisclavum[1] patria spoliasse, Razaburgam, Illogam[2] ac Suerynam in totius Sclaviae ruinam vallo fossaque cinxisse. Danos vero diverso studio bella gerere, nec hostium fines, sed mutuae pacis commercium affectare, proprium tueri quam alienum appetere cupidiores. Itaque summopere eos elaborare debere, uti Saxonicis presidiis patriam vacuefaciant, omnique Teutonum plebe regno egesta, amicicias cum Danis componant, quos Saxonum hostes esse non ambigant; ita demum eos sempiternae libertatis beneficio patriam ornaturos. Hiis monitis concitati Pomerani loca a Saxonibus intra Sclaviam optenta pervadunt, Illogam capiunt, reliquis eorum munitionibus defensorum virtute servatis. Et ne ducis inopes viderentur, Danorum regis titulum profitentur. Ita Guthscalcus duarum gentium vires Daniae imminentes odiis sequestravit patriamque nostram undique finitimorum armis obiectam ab impendente periculo pio mendacii commento servavit. Cuius facinoris fama Guthscalci reditum precurrente, rex ammiratione perfusus, postquam ex Absalone, per quem res esset acta, cognovit, impensius auctorem laudavit. Igitur Henricus, ut repudiatam regis amiciciam recuperaret, sine qua Sclavos arcere non posset, Henricum Razaburgensem et antistitem Lubeccensem[3] legatione onerat, filiam suam minorem filio eius in matrimonium offerens. Nam maior natu, quae prius ei desponsa fuerat[4], morbo occiderat. Per eosdem confirmandae oblationis gratia apud Bremensem[c] provinciam tempestivus ducis occursus promittitur. Quo rex legatorum adhortatione profectus, Guncellinum[5] obvium habuit, qui sub impedimento adversae valitudinis ducis absentiam excusaret eumque apud Eydoram celeriter adventurum promitteret. Eo cum ventum esset[6], et ducis promissa complentur, et milicia adversum Sclavos paribus votis condicitur. Sed eo Diminum petente, rex Walogostum profectus, omissa urbis oppugnatione, finitima rura armis percurrit. Osni quoque oppidi post recentem vastitatem[7] parum reaedificati incendium iterat. Eodem vastationis genere diversa regionis loca petuntur. At Sclavi, quia viribus niti nequibant, utrumque hostem aere atque obsidibus placant.

[Margin: 1167. — p. 815. — f CLXVI. — p. 816. — p. 817.]

Post haec rex belli Norvagici meditationem, ad id usque tempus rebus Sclavicis interpellatam, magna curarum parte liber ingreditur. . . . . . .

[Margin: 1168.]

Interea, dum haec geruntur, Rugianorum ex regis longius agentis occupatione fidentium defectio incidit[8]. Qui cum, finita hyeme, expeditionem adversum se destinari cognoscerent, quendam conspectioris ingenii ac facundiae politioris subornant, qui regis proposi-

[Margin: f CLXVI'. p. 821. 1168? (1169?)]

a) donatione 1; *corr. St.* b) quis 1; *emend. St., et ita etiam Krantz, Dania VI,* 26. c) Brammensem prov., quae Wandaliae pars videtur *Kr. VI,* 27.

1) Pribislavum intelligendum esse, Velschow monuit; cf. Helmold. II, 6. 2) Ilow. 3) Conradum. 4) V. supra p. 115. Sed Gertrudis, vidua Friderici ducis de Rothenburg, Kanuto non ante a. 1171. desponsata est (Helm. II, 4) neque minor natu fuisse videtur; cf. De Breska, 'Forschungen' XXII, p. 581, qui rem dubiam vix recte explicavit. Neque Velschovio assentire possum, qui supra p. 115, l. 14. *utenti* pro *utentem* legendum esse censet. – Omnia hac de re a Saxone narrata in dubium vocat Philippson l. l. II, p. 432. 5) Comitem Suerinensem. 6) Cf. Helmold. l. l. 7) V. supra p. 116. 8) Annum 1168. indicat Helmoldus II, 12, quocum facit Dahlmann p. 291 n. Annum 1169, quem indicant Ann. Magdeb., SS. XVI, p. 193, defendit Velschow, Notae uber. p. 343. Annum 1170. ponunt Ann. Colbaz. (infra), alii. Sed cf. Hovgård p. 516 sqq.

1168? (1169?) tum exquisita adulationis arte subverteret. Quod cum minime efficere quivisset, reditu suo hostium adventum precurrere noluit, ne aut civibus bellum dissuadendo suspectus aut f CLXVII concitando perniciosus existeret. Igitur Absalonem, uti se comitem pateretur, oravit, quoad eius consilium a civibus posceretur, quod stolidae mentis hominibus plus requisita quam oblata consilia placere soleant. Rex varias Rugiae partes adortus, cum ubique pre- 5 dae, nusquam vero pugnae materiam repperisset, fundendi sanguinis aviditate perductus, p 822. urbem Arkon obsidione temptavit. Haec in excelso promontorii cuiusdam vertice collocata, ab ortu, meridie et aquilone non manu factis, sed naturalibus presidiis munitur, precipiciis menium speciem preferentibus, quorum cacumen excussae tormento sagittae iactus aequare non possit. Ab iisdem quoque plagis circumfluo mari sepitur, ab occasu vero vallo quin- 10 quaginta cubitis[a] alto concluditur. Cuius inferior medietas terrea erat, superior ligna glebis intersita continebat. Septentrionale eius latus fonte irriguo scatet, ad quem muniti callis beneficio oppidanis iter patebat. Huius quondam Ericus[1] usu violentius intercluso, non levius siti quam armis obsessos premebat. Medium urbis planicies habebat, in qua delubrum materia ligneum, opere elegantissimum, visebatur, non solum munificentia[b] cul- 15 tus, sed etiam simulacri in eo collocati numine reverendum. Exterior aedis ambitus accurato caelamine renitebat, rudi atque impolito[c] picturae artificio varias rerum formas p.823. complectens. Unicum in eo ostium intraturis patebat. Ipsum vero fanum duplex septorum ordo claudebat. E quibus exterior, parietibus contextus, puniceo culmine tegebatur. Interior vero, quatuor subnixus postibus, parietum loco pensilibus auleis nitebat, nec quic- 20 quam cum exteriore preter tectum et pauca laquearia communicabat. Ingens in aede simulacrum, omnem humani corporis habitum granditate transcendens, quatuor capitibus totidemque cervicibus mirandum perstabat, e quibus duo pectus totidemque tergum respicere videbantur. Ceterum tam ante quam retro collocatorum unum dextrorsum, alterum laevorsum contemplationem dirigere videbatur. Corrasae barbae, crines attonsi figurabantur, 25 ut artificis industriam Rugianorum ritum in cultu capitum aemulatam putares. In dextra cornu vario metalli genere excultum gestabat, quod sacerdos sacrorum eius peritus annuatim mero perfundere consueverat, ex ipso liquoris habitu sequentis anni copias prospecturus. Laeva arcum reflexo in latus brachio figurabat. Tunica ad tibias prominens fingebatur, quae ex diversa ligni materia creatae, tam arcano nexu genibus iungebantur, ut com- 30 paginis locus nonnisi curiosiori contemplatione deprehendi potuerit. Pedes humo contigui cernebantur, eorum basi intra solum latente. Haud procul frenum ac sella simulacri p.824. compluraque divinitatis insignia visebantur. Quorum ammirationem conspicuae granditatis ensis augebat, cuius vaginam ac capulum preter excellentem caelaturae decorem exterior argenti species commendabat. Solemnis eidem cultus hoc ordine pendebatur. Semel quot- 35 annis post lectas fruges promiscua totius insulae frequentia ante aedem simulacri, litatis pecudum hostiis, solemne epulum religionis nomine celebrabat. Huius sacerdos, preter communem patriae ritum barbae comaeque prolixitate spectandus, pridie quam rem divinam facere debuisset, sacellum — quod ei soli intrandi fas erat — adhibito scoparum usu diligentissime purgare solebat, observato, ne intra aedem halitum funderet. Quo quoties 40 capessendo vel emittendo opus habebat, toties ad ianuam procurrebat, ne videlicet dei presentia mortalis spiritus contagio pollueretur. Postero[d] die, populo pre foribus excubante, detractum simulacro poculum curiosius speculatus, si quid ex inditi liquoris mensura subtractum fuisset, ad sequentis anni inopiam pertinere putabat. Quo annotato, presentes fruges in posterum tempus asservari iubebat. Si nichil ex consuetae fecunditatis habitu 45 diminutum vidisset, ventura agrorum ubertatis tempora predicabat. Iuxta quod auspicium instantis anni copiis nunc parcius, nunc profusius utendum monebat. Veteri deinde mero ad pedes simulacri libamenti nomine defuso, vacuefactum poculum recenti imbuit; simulatoque propinandi officio statuam veneratus, tum sibi, tum patriae bona civibusque opum ac victoriarum incrementa solemnium verborum nuncupatione poscebat. Qua finita, ad- 50 motum ori poculum nimia bibendi celeritate continuo haustu siccavit repletumque mero simulacri dexterae restituit. Placenta quoque mulso confecta rotundae formae, granditatis vero tantae, ut pene hominis staturam aequaret, sacrificio admovebatur. Quam sacerdos sibi ac populo mediam interponens, an a Rugianis cerneretur, percontari solebat. Quibus

a) cubitus *prop. Kinch.* b) magnif. *corr. St.* c) nimis *add. Krantz, qui hunc locum exscripsit Wand. V, 12.* d) Primo mane *Kr.* 55

1) Emun; v. supra p. 85.

illum[a] a se videri respondentibus, ne post annum ab hiisdem cerni posset, optabat. Quo precationis more non suum aut populi fatum, sed futura messis incrementa poscebat. Consequenter sub simulacri nomine presentem turbam consalutabat, eamque diutius ad huius numinis venerationem sedulo sacrificii ritu peragendam hortatus, certissimum cultus premium terra marique victoriam promittebat. Hiis ita peractis, reliquum diei plenis luxuriae epulis exigentes, ipsas sacrificii[b] dapes in usum convivii et gulae nutrimenta vertere, consecratas numini victimas intemperantiae suae servire cogentes. In quo epulo sobrietatem violare pium aestimatum est, servare nefas habitum. Nummus ab unoquoque mare vel femina annuatim in huius simulacri cultum doni nomine pendebatur. Eidem quoque spoliorum ac predarum pars tercia deputabatur, perinde atque eius presidio parta obtentaque fuissent. Hoc quoque numen trecentos equos descriptos totidemque satellites in eis militantes habebat, quorum omne lucrum, seu armis, seu furto[c] quaesitum, sacerdotis custodiae subdebatur. Qui ex earum rerum manubiis diversi generis insignia ac varia templorum ornamenta conflabat eaque obseratis arcarum claustris mandabat, in quibus preter abundantem pecuniam multa purpura vetustate exesa congesta fuerat. Illic quoque publicorum munerum ac privatorum ingens copia visebatur, studiosis beneficia poscentium votis collata. Hanc itaque statuam totius Sclaviae pensionibus cultam[1] finitimi quoque reges non[d] absque sacrilegii respectu donis prosequebantur. Quam inter ceteros etiam rex Danorum Sueno[2] propiciandi gratia exquisiti cultus poculo veneratus est, alienigenae religionis studium domesticae preferendo. Cuius postmodum sacrilegii infelici nece[e] penas persolvit. Alia quoque fana compluribus in locis hoc[f] numen habebat, quae per supparis dignitatis ac minoris potentiae flamines regebantur. Preterea peculiarem albi coloris equum titulo possidebat, cuius iubae aut caudae pilos convellere nefarium ducebatur. Hunc soli sacerdoti pascendi insidendique ius erat, ne divini animalis usus, quo frequentior, hoc vilior haberetur. In hoc equo opinione Rugiae Suantovitus — id simulacro vocabulum erat — adversum sacrorum suorum hostes bella gerere credebatur. Cuius rei precipuum argumentum exstabat, quod is, nocturno tempore stabulo insistens, adeo plerumque mane sudore ac luto respersus videbatur, tamquam ab exercitatione veniendo magnorum itinerum spacia percurrisset. Auspicia quoque per eundem equum huiusmodi sumebantur. Cum bellum adversum aliquam provinciam suscipi placuisset, ante fanum triplex hastarum ordo ministrorum opera disponi solebat; in quorum quolibet binae e transverso iunctae conversis in terram cuspidibus figebantur, aequali spaciorum magnitudine ordines disparante. Ad quos equus ductandae expeditionis tempore, solemni precatione premissa, a sacerdote e vestibulo cum loramentis productus, si propositos ordines ante dextro quam laevo pede transcenderet, faustum gerendi belli omen accipiebatur; sin laevum vel semel dextro pretulisset, petendae provinciae propositum mutabatur; nec prius certa navigatio prefigebatur, quam tria continue potioris incessus vestigia cernerentur. Ad varia quoque negocia profecturi ex primo animalis occursu votorum auspicia capiebant. Quae si laeta fuissent, ceptum alacres iter carpebant; sin tristia, reflexo cursu propria repetebant. Nec sortium eis usus ignotus extitit. Siquidem tribus ligni particulis, parte altera albis, altera nigris, in gremium sortium loco coniectis, candidis prospera, furvis adversa signabant. Sed ne feminae quidem ab hoc scientiae genere immunes fuere. Quippe foco assidentes absque supputatione fortuitas in cinere lineas describebant. Quas si pares numerassent, prosperae rei prescias arbitrabantur; si impares, sinistri prenuncias autumabant.

1168? (1169?) Huius igitur urbis non magis rex munimenta quam ritus evertere cupiens, universae Rugiae profanos cultus eius excidio deleri posse arbitrabatur. Neque enim dubium habebat, quin, exstante simulacro, facilius gentis menia quam sacrilegia domarentur. Itaque, quo ocius expugnationem perageret, ingentem lignorum materiam faciendis machinis opportunam magna cum totius exercitus fatigatione propinquis e silvis petendam curavit. Quibus dum artifices coaptandis intenderent, frustra[g] hiis rebus operam dare asseverabat, sperato citius urbem capturos. Interrogatus, quonam id augurio deprehensum haberet, ex

a) *ita emend. Dahlm. et ex Krantz, Wandalia V,* 12 (orans, ut futuro minus quam nunc anno conspiciant eum) *V.* b) convivii 1; *corr. St.* c) freto 1; *corr. St.* d) *delendum censet Kinch.* e) carcere *St.* f) hic 1; *corr. St.* g) quidam *add. St. Sed de rege agi monet Müller; qui hunc locum postea a Saxone insertum esse censet.*

1) Cf. Helmold. I, 52. II, 12. 2) Suenonem Grathe a Waldemaro victum intelligit Velschow.

1168? (1169?) hoc potissimum augurari se dixit, quod Rugiani quondam a Karolo cesare expugnati sanctumque Vitum Corvegiensem, religiosa nece insignem, tributis colere iussi, defuncto victore, libertatem reposcere cupientes, servitutem superstitione mutarunt, instituto domi simu- p. 829 lacro, quod sancti Viti vocabulo censuerunt[1]. Ad cuius cultum, contemptis Corvegiensibus, pensionis summam transferre ceperunt, affirmantes domestico Vito contentos externo ob- 5 sequi non oportere. Quam ob rem Vitum, veniente sui solemnis tempore[2], eorum menia turpaturum, a quibus tam similem monstro figuram acceperit. Merito namque eum ab hiis iniuriarum penas exigere debere, qui venerabilem eius memoriam sacrilego cultu complexi fuerunt. Hoc se non ex somniorum aut rerum accidentium coniecturis, sed sola presagientis animi sagacitate colligere testabatur. Ammirabilior cunctis quam credibilior 10 p. 830. predictio extitit. Et quoniam insula Archonensis, quae Withova[a, 3] dicitur, a Rugiae complexu parvula freti interrivatione, quae vix fluminis magnitudinem aequare videatur, abrumpitur, ne eo loci ulla Archonensibus auxilia porrigerentur, missis qui transitum observarent hostemque traiectu prohiberent, cetera manu urbis obsidionem arripuit, ac primum operam tormentis vallo applicandis exhibuit. Absalon inter manipulos castrorum loca dis- 15 tribuere iussus, designandi officium, mensurato inter maria spacio, exequebatur. Interea oppidani portam urbis, quo minor eam attemptandi facultas pateret, ingenti glebarum acervo prestruxerant[b], aditumque coacta cespitum compage claudentes, tantum ex eo opere fiduciae contrahebant, ut turrim, quae supra portam sita fuerat, signis tantum aquilisque protegerent. Inter quas erat Stanitia[c] magnitudine ac colore insignis, cui tantum venera- 20 p. 831. tionis a populo Rugiano tributum est, quantum omnium pene deorum maiestas obtinuit. Eam enim pre se ferentes, in humana divinaque grassandi potestatem habebant, nec quicquam eis, quod libitum foret, illicitum habebatur; populari urbes, aras demoliri, fas ac nefas in aequo ponere cunctosque Rugiae penates aut ruinis aut incendiis evertere potuissent[d]; tantumque superstitioni indultum est, ut exigui panni auctoritas regiae potestatis 25 vires transcenderet. Plectentes signo perinde ac divino gestamini honorem habebant, officiis dampna, iniurias obsequiis rependentes. Interea variis inchoandae obsidionis operibus insistente exercitu, aliisque stabula, aliis tentoria ad necessarios usus militari procuratione versantibus, rege vero diurni caloris intemperantiam ocio atque umbraculis leniente, Danorum forte pueri, plenis petulantiae excursibus ad vallum perducti, contortos funda lapillos 30 in propugnacula iacere ceperunt. Quorum ingenio delectati magis Archonenses quam territi, similes lusui nisus armis excipere erubescebant, ob idque eos spectare quam repellere maluerunt. Adolescentibus subinde puerorum ceptum in consimili provocationis genere aemulantibus, spectandi voluptate deposita, aegre pugnam capessunt. Iuvenes quoque nostri, relictis variae occupationis officiis, ad auxilia sociis ferenda concurrunt, equitibus 35 ista puerilium exerciciorum loco ducentibus. Ita res parvulis ac pene despicabilibus initiis cepta grandem haud levi in momento ponendi certaminis progressum accepit, paulatimque puerilis ludi incitamentum ad serium virilis pugnae modum prorepsit. Forte autem egesta[e] portae humus in antri sive crepidinis formam, subsidente glebarum mole, concesserat, vastusque inter turrim et cespites hiatus patebat. Quem cum egregii animi ignotus 40 iuvenis gerendarum rerum proposito opportunum animadverteret, attingendi eius opem a sociis imploravit; quo si ipsorum auxilio precessisset, expugnationem illico subsecuturam, seque victoriae gradum facturum spondebat. Quibus, quonam modo iuvari posset, percontantibus, telorum cuspides, quis tamquam scalis evaderet, mediis cespitum locis immergi precepit; eoque negocio subvectus, postquam animadvertit ita se undique eius antri pre- 45 sidio vallatum, ut ab hostibus laedi non posset, exstruendi ignis gratia stramentum poposcit. p. 832 Interrogatus, an accendendi eius materiam haberet, ferrum sibi ac silices suppetere respondit, premonito, ut aestuante incendio ab hiisdem descensurus exciperetur. Igitur foci nutrimenta circumspicientibus fors materiam obtulit; forte enim quidam ad necessarios usus onustum stipula currum agebat. Qua direpta, alius alii fasciculos iacientes eosque cuspidi- 50 bus affixos iuveni porrigentes, brevi patulum replevere cavum, turris desertione tutos ad-

a) Withora 1; *emend. Petersen.* b) perstruxerant 1; *corr. St.* c) Stuatira *in marg.* 1. *De Suantovito cogitavit St.*; stamina *vel* staminia *emendandum esse censeo* (*v. infra l.* 25. panni) *H.–E.* d) *emendavi H.–E.*; potuisset 1. e) ingesta *prop. Kinch.*

1) Cf. Helmold. I, 6. II, 12; Ann. Corbei., SS. III, p. 3, ille haec ad tempora Ludovici Pii, Lotharii hi retulerunt. 2) Quod die Iun. 15. celebrabatur. Knytl. tradit regem in pentecoste naves appulisse ad Rugiam. Quod festum a. 1168. die Maii 19, a. 1169. Iun. 8. celebratum est. Sane huic anno 55 melius conveniunt quae hoc loco traduntur. H.–E. 3) Wittow.

1168? (1169?)

itus dante. Nam oppidanos partim rei ignorantia, partim turris inanitas fefellit, cuius etiam prominens latitudo oppugnatoribus ab utroque latere presidio fuit. Quae cum repentino igne correpta conflagrare cepisset, incendii auctor[a], facto victoriae gradu, excipientibus sociis solo illabitur. Conspecto fumo, oppidani improviso periculo attoniti, igni prius an 5 hosti resisterent, ambigebant. Tandem collectis animis, summa vi incendio occurrunt, omissoque hoste, bellum cum flammis gerere ceperunt, nostris extinctionem prohibere conantibus, ut ex pari hiis reprimendi incendii, illis protegendi cupido incessisse videretur. Tandem aqua defecti, flammas lacte sparsere, quae tanto vehementius incendium concepere, quanto hoc liquoris genere sepius perfundebantur. Ea res plurimum incrementi in- 10 cendio adiecit. Orto deinde clamore, rex spectandi gratia extra castra progressus simulque eventus ammiratione concussus, cum dubium haberet, an ignis ullum expugnationi momentum adiceret, quid factu[b] potissimum foret, ex Absalone perquirere instituit. Ille regem, ne se puerilibus ceptis insereret aut quicquam, inexplorato negocio, repente aggrederetur, hortatus, magnopere rogare cepit, ut sibi primum, an ignis potiendae urbis efficax 15 esset, speculari permitteret. Nec rem perscrutari cunctatus, clypeo dumtaxat ac galea tectus portam accessit iuvenesque eam oppugnare conantes hortari ad confovendum incendium cepit. Quod accensis undique nutrimentis evectum postiumque ac columnarum roboribus alitum ligneum turris pavimentum absumpsit, ac deinde summa corripiens, singulare simulacri signum aliaque domesticae religionis insignia cineri aequavit. Quod post- 20 quam rex, nunciante Absalone, accepit, eiusdem monitu urbem corona cingi precepit; ac p. 833. protinus, sella extra castra posita, pugnae spectator consedit. Tunc quidam Danicae miliciae fortissimus adolescens, dum ad propugnacula ante alios eximia capessendae laudis aviditate evadere niteretur letalemque ictum corpore excepisset, ita collabendo se gessit, ut non fato oppressus ruere, sed de industria saltum edere videretur. Qua virtute, pul- 25 chrius dimicaverit an occiderit, incertum reliquit. Pomerani quoque sub Kazimaro et Bugiszlavo[c] ducibus, spectante rege dimicare egregium rati, audacissima urbis oppugnatione singulare virtutis specimen ediderunt. Quorum excellens opera grata ammiratione regis oculos permulsit. Ex oppidanis complures ancipiti periculo circumventi, partim incendio, partim hostilium telorum impulsu prostrati cadebant, incertumque erat, plus ignem an 30 hostem metui oporteret. Quidam vero, salute postposita, adeo obstinatam ac perseverantem urbis defensionem egerunt, ut simul deflagrati aggeris excidio obruerentur seque f. CLXIX. super menium suorum rogum proiectos communibus flammis cremandos preberent. Tanta siquidem patrii munimenti caritate tenebantur, ut eius ruinarum socii quam superstites existere preoptarent. Ita desperatis oppidanorum rebus excidioque et morti propinquan- 35 tibus, quidam e propugnaculis excelsa voce clamitans Absalonis alloquium postulabat. Quem Absalon in tranquillissimam urbis partem, quae scilicet a caede plurimum strepituque distaret, secedere iussum, quidnam afferret, interrogat. Ille vocis affectum manu ac gestibus prosecutus, bellica nostrorum opera relaxari poscebat, quoad oppidanis deditionem arripere liceat. Negat Absalon ullam oppugnationis remissionem fore, ni et ipsi 40 pariter a prohibendo incendio operam retraxissent. Quam conditionem barbaro compro- p. 834. bante, acceptas preces illico regi porrexit, eoque protinus hac de re evocatos pugna principes consulente, barbari votis annuendum subiunxit, dicendo oppidanos[d] grassantis incendii impetum hoc difficilius, quo tardius sopituros. Quod si reprimere destitissent, etiam remoto hoste victoriam igni daturos. Nostros vero, tametsi ocio indulgerent, id pro- 45 pugnantium flammarum viribus obtenturos, quod ne propriis quidem assequi valuissent. Quod[e], quamquam ad horam armis abstineant, ociosos existimandos non esse, presertim alieno ministerio sine ullo sui discrimine preliantes. Probato consilio, rex oppidanos in fidem hac lege recepit, ut, simulacro cum omni sacra pecunia tradito, captivos christianos ergastulo liberatos absque redemptione dimitterent omniaque verae religionis momenta 50 Danico ritu celebranda susciperent. Quin etiam ut agros ac latifundia deorum in sacerdociorum[f] usus converterent seque, quoties res posceret, Danicae expeditionis comites exhiberent nec umquam accersiti regis miliciam prosequi supersederent. Preterea annuatim ex singulis boum iugis quadragenos argenteos tributi nomine penderent totidemque obsides in earum conditionum firmamentum prestarent. Quo audito, populus repentinis sedi-

55 a) auctore *St.* b) opus *add. St.* c) Casimarus et Bugslaus *Krantz, Wand. V*, 13. d) oppidanis 1; *corr. St.* e) Quos *emendandum H.-E.* f) sacerdotum *corr. St.*

p. 835. 1168? (1169?) tionis facibus inflammatus hostilisque predae ac sanguinis cupidus, magnopere queri cepit, quod propinquae victoriae premiis spoliatus, nichil ex tanta fatigatione preter ictus et vulnera retulisset, quodque sibi de pene victo hoste tot iniuriarum ultionem proprio arbitrio exigere non licuerit, prefatus illorum saluti iam consuli, de quibus tot spoliorum, tot domesticarum cladium minimo negocio speciosissima vindicta accipi potuisset. Preterea desertum se regem, quod urbem capi passus non sit exiguamque pecuniam ingenti victoriae pretulerit, minitatus est. Talibus rex obtrectationis sibilis vexatus, quo longius strepitu abesset, principes extra castra perductos, deditionem urbis an direptionem probent, perquirit. A quibus Absalon, quidnam ea de re sentiret, disserere iussus, munitionem quidem capi, sed non sine diuturno obsidionis impendio posse asseverabat. Quamquam enim studia sua sinistra vulgi interpretatione exciperentur, malle se tamen apud malignos eorum aestimatores ob salutares monitus displicere quam sociorum salutem tanta rerum utilitate[a] subvertere. Nam, etsi ignis, potius caelesti miraculo quam ulla mortalium opera accensus, superiores aggeris partes, quae lignis humoque constabant, propemodum in cineres redegisset, inferiorum tamen solidiorem compagem incendio non cessuram, quae altitudine sua haud facile hostium incursui pateat. Ad haec oppidanos cuncta pene incendii loca luteis refecisse figmentis, eosque partim flammarum viribus arceri, partim presidio muniri, quarum asperitas nostris non minus oppugnationis quam illis defensionis impedimentum ingerere videatur. Preterea, si incolumitas Arkonensibus negaretur, fore, ut ceterae Rugianorum urbes, necessitate in virtutem conversa, hoc acrius, quo desperatius rebellarent. Quos si in fidem recipi comperissent, facile eodem exemplo salutis consilia circumspicerent. Cum ergo multarum urbium expugnationem sola expeditione concludere quam unius p. 836. obsidioni pertinacius inhaerere prestantius ducatur, deditionis oblata respui non oportere. Sin ceteris secus videatur, inviolatos obsides mitti debere, ne parum sincera fide cum eis actum existimari posset, aut gentis nostrae promissioni preter solitum ulla lubricitatis labes accederet. Hanc sententiam maximus pontifex Eskillus consentaneis suffragiis fraudare passus non est, dicendo plebem patribus, non plebi patres obtemperare debere, neque par esse maiores minorum arbitrio cedere. Qui autem optabiliorem victoriam acquiri posse quam alienae religionis populum non solum tributis, verum etiam christianis sacris subiectum efficere? Sed etiam potius Arkonensium opera adversum reliquos hostes utendum quam caedibus inhiandum monebat; quippe subiugare hostem quam necare tanto prestantius esse, quantum pietas a severitate distare cognoscitur; insuper aliquanto satius fore complurium munitionum presidia pariter occupare quam unius obsidionem omnium expugnationi preponere. Ea monitorum ratione permotos principes tam suae quam Absalonis sententiae assensores effecit. Rex quoque eodem consilii vigore firmatus, infestas populi voces clausis patientia auribus respuit. Quibus ad curanda corpora dimissis, Absalon suscipiendorum obsidum mandatum amplexus, partim liberorum pignora recipiebat, partim parentes in crastinum usque pro liberis admittebat.

Eodem proximae noctis hora concubia quietem capiente, ingens barbari clamor insonuit, Guthskalki[b], quo Absalon apud Sclavos interprete utebatur, copiam flagitantis. Qui hac voce excitus, quidnam barbarus afferret, mutuo clamore perquirit. Ille, postulato Absalonis aditu, propius accedere permissus, eumque extra tentorium ad se progressum per interpretem allocutus, impensius orare cepit, permitteret sibi Karentinis Arkonensium fortunae nuncium afferre hortarique, ut, similibus pactis exitium precurrentes, suam atque urbis incolumitatem pacisci non differant, prefatus se voluntatis eorum indicium postridie p. 837. relaturum. Preterea se patre Littogo Karentiae[1] natum Granzamque[c] dici asseverabat; presentis urbis non civem, sed advenam esse, nec in eam sponte profectum, sed cum aliis inter supplementa transmissum. Quod ne fraudulenter asserere putaretur, debilitatum vulnere lacertum ostendit, sine cuius usu civibus opem ferre non posset. Absalon in homine tam graviter affecto parum momenti hostium viribus accedere iudicans parvique ducens, pugnae an deditionis hortator existeret, petitionem eius ad regis arbitrium relegavit ac protinus Waldemarum e somno excitatum consuluit. A quo rem arbitrio suo tractare iussus, exspectanti barbaro omnia a rege preter tridui inducias concessa respondit, sollicite

a) *hoc verbum in dubium vocavit Kinch.* b) Gotscalk. *Kr.*, *Wand. V*, 14. c) Grazamque *h. l.* 1; Gransam *Kr.*

1) Garz, ut videtur.

providens, ne hostibus longum muniendae urbis tempus daretur. Ceterum insequentis diei 1168? (1169?) spacium, ne omnium[a] induciarum expertem dimitteret, pollicetur, prefatus, ni in littore, quod urbi suae proximum foret, se cum omni Rugiae primatu tempore predicto obvium prebuisset, ulteriore pactionis aditu cariturum.

5 Postero die Esbernus ac Suno[b], iubente rege, simulacrum eversuri, quod sine ferri ministerio convelli nequibat, auleis, quibus sacellum tegebatur, abstractis, famulos succidendi officium arripere iussos attentius monere ceperunt, ut adversum tantae molis ruinam cautius se gererent, ne eius pondere oppressi infesto numini penas luere putarentur. Interea fanum ingens oppidanorum frequentia circumstabat, Suantovithum talium iniuria-10 rum auctores infestis numinis sui viribus insecuturum sperantium. Iamque statua, extrema tibiarum parte precisa, propinquo parieti supina incidit. Cuius extrahendae gratia Suno ministros ad eiusdem parietis deiectionem hortatus, cavere iussit, ne succidendi aviditate pericula sua parum dispicerent, neu se labenti statuae per incuriam proterendos obicerent. Ruinam simulacri non sine fragore humus excepit. Preterea frequens aedem p. 838. 15 purpura circumpendebat, nitore quidem predita, sed situ tam putris, ut tactum ferre non posset. Nec silvestrium bestiarum inusitata cornua defuere, non minus suapte natura quam cultu miranda. Daemon in furvi animalis figura penetralibus excedere visus, subito se circumstantium luminibus abstulit. Igitur oppidani simulacro urbe egerendo funes inicere iussi, cum id pristinae religionis metu per se ipsos exequi non auderent, captivis 20 exterisque quaestum in urbe petentibus, ut illud eicerent, imperabant, ignobilium hominum capita divinae irae potissimum obiectanda ducentes. Quippe domestici numinis maiestatem, quam tanto cultu prosequi consueverant, graves e vestigio penas a suis violatoribus exacturam putabant. Tum vero variae incolarum voces exaudiebantur, aliis dei sui iniurias lamento, aliis risu prosequentibus. Nec dubium, quin ingens prudentiori oppidanorum 25 parti rubor incesserit, simplicitatem suam tot annis tam stolido cultu delusam cernenti. Pertractum in castra simulacrum ammirantis exercitus concursus excepit. Nec prius sibi f. CLXX. principes spectandi licentiam indulserunt, quam plebem visendi sacietas amovisset[c]. Reliquum diei in obsidibus, qui pridie remanserant, accipiendis deductum[d] est. Sed et scribae principum in urbem mittuntur, qui sacerdotali ministerio rudem religionis populum chri-30 stianis sacris assuefacerent eiusque sacrilegis sensibus sanctitatis disciplinam ingenerarent. Vespera appetente, omnes qui culinis preerant simulacrum attemptatum securibus in exigua frusta aptosque foculo stipites redegerunt. Crediderim tunc Rugianos pristinae p. 839. piguisse culturae, cum patrium avitumque numen, quod maxima religione celebrare solebant, igni deformiter applicatum concoquendis hostium alimentis famulari conspicerent. 35 Post haec nostri pariter et fanum cremandum et basilicam lignis machinamentorum exaedificandam curabant, belli instrumenta pacis domicilio permutantes. Itaque, quod obterendis hostium corporibus excogitaverant, salvandis eorum spiritibus impendebant. Dies quoque, quo thesaurus Suantovitho votorum nomine consecratus a Rugianis traderetur, prefigitur.

40 Hiis expletis, Absalon, Granzae Karentinensis promissione ducibus exposita, cunctisque eius experimentum sumi debere iudicantibus, cum triginta navigiis noctu discessit[e], rege sub primam lucem insequi monito. Tantus autem Karentinis Arkonensis expugnationis nuncio terror incesserat, ut locum, qui ab Absalone prenotatus erat, ante prefixum tempus accederent. Illic Granza equo insidens, voce eminus missa, quisnam classi preesset, roga-45 bat. Quam postquam ab Absalone ductari cognovit, Granzam se esse confessus, regem Tetiszlavum[f] cum Iarimaro fratre et universis Rugianae nobilitatis proceribus advenisse perdocuit. Quos Absalon, interposita fide, nave exceptos ac per omnia Arkonensium exemplo deditionem pactos, ad regis adventum usque detinuit. Quo per omnia pactionibus assentiente, solo Iarimaro ex Rugianorum optimatibus assumpto, una cum Suenone[g] Aru-50 siensi Karentiam pergit; reliquos, quo tutius urbem peteret, per Esbernum fratrem epulis allectos, non ante reditum suum dimittendos curavit. Triginta solos domesticos milites p. 840. secum habebat, quorum maiorem partem, orantibus Karentinis, ne quid rixae per eius comites in urbe concitaretur, remisit, fiduciaque quam familia abundantior ad urbem con-

a) omnino *legendum censet Madv.* b) Zuno *Kr.* c) admonuisset 1; *corr. St.* d) traductum *St.* e) discescit 1.
55 f) Tecisl. *Kr.* g) Zuenone *Kr.*

1168? (1169?) tendit. Haec undique secus voraginibus ac lacunis vallata, unicum palustri ac difficili vado aditum habet; quo si quis incautis viae excessibus aberraverit, in profundum paludis incidat, necesse est. Hoc vadum emensis pretentus urbi callis occurrit; hic ad portam ducit mediusque vallum ac paludem interiacet. Itaque Karentini, quo deditionem suam concinniorem efficerent, sex milium numerum explentes, armati sese portis effundunt viamque 5 nostrorum progressui opportunam, suffixis humo cuspidibus, diversa acie circumstare ceperunt. Quo aspectu stupentem Suenonem rogantemque, quidnam sibi hostium vellet excursus, Absalon metu carere precepit, eorum egressionem ab obsequendi studio profectam docendo. Qui si nocendi animum gererent, facilius intra urbem facinus exequi potuissent. Quanta porro illum fiducia preditum aestimemus, qui capitis sui potestatem 10 p. 841. armati hostis ancipiti arbitrio tam facile credere non dubitavit? Sed et milites eius exemplo firmati, nec vultu nec ordine mutato, parem procedendi constantiam servaverunt, plus spei in unius Absalonis presidio quam metus in hostium multitudine reponentes. Transgressos vadum viamque vallo citeriorem aggressos Karentini, qui se hinc inde centuriaverant, humi prostratis corporibus, perinde ac superos adorandi officio venerati sunt, 15 exsurgentesque eorum vestigia benivolo studio consectari ceperunt. Iocundus Absalonis ingressus avido egressionis populo extitit. Neque enim ut privatae rei legatus, sed tamquam publicae pacis minister excipitur. Insignis hic vicus trium prepollentium fanorum aedificiis erat, ingenuae artis nitore visendis. Iis tantum pene venerationis privatorum deorum dignitas conciliaverat, quantum apud Arkonenses publici numinis auctoritas possi- 20 debat. Sed et hic locus, ut pacis tempore desertus, ita tunc frequentibus habitaculis consertus patebat. Quorum altitudinis tres ordines fuere, infimo medii supremique ponderibus sustentamentum prebente. Quin etiam tantae consertionis angustiae fuere, ut, si tormentis in urbem lapides iacerentur, nudam humum, in quam conciderent, non offenderent. Super haec natus immundiciis fetor cunctos urbis penates asperserat, nec minus corpora quam 25 metus animos cruciabat. Unde nostris Karentinos obsidioni resistere nequivisse conspicuum fuit. Neque enim eorum tam promptam deditionem ulterius mirari voluerunt, quorum tam arctam necessitatem liquido perviderunt. Maius fanum vestibuli sui medio continebatur, sed ambo parietum loco purpura claudebantur, tecti fastigio solis dumtaxat p. 842. columnis imposito. Itaque ministri, direpto vestibuli cultu, tandem manus ad interiora[a] 30 fani velamina porrexerunt; quibus amotis, factum quercu simulacrum, quod Rugiaevithum[b] vocabant, ab omni parte magno cum deformitatis ludibrio spectandum patebat. Nam hirundines, quae sub oris eius lineamentis nidos molitae fuerant, in eiusdem pectus crebras stercorum sordes congesserant. Dignum numen, cuius effigies tam deformiter a volucribus fedaretur! Preterea in eius capite septem humanae similitudinis facies conse- 35 dere, quae omnes unius verticis superficie claudebantur. Totidem quoque veros gladios cum vaginis uni cingulo appensos eius lateri artifex conciliaverat. Octavum in dextra destrictum tenebat; hunc pugno insertum firmissimo nexu ferreus clavus astrinxerat, nec manui[c] nisi precisae evelli poterat; quae res truncandae eius occasio extitit. Spissitudo illi supra humani corporis habitum erat, longitudo vero tanta, ut Absalon supra primam 40 pedum partem consistens aegre mentum securicula, quam manu gestare consueverat, aequaret. Hoc numen perinde ac Martis viribus preditum bellis preesse crediderant. Nichil in hoc simulacro iocundum visentibus fuit, lineamentis impoliti caelaminis deformitate sordentibus. Iamque famuli maxima cum totius urbis exanimatione tibiis eius secures applicare ceperunt. Quibus abscissis, comitante sono lapsus terrae truncus impingitur. 45 Hoc viso, oppidani, dei sui viribus insultantes, religionem mutavere contemptu. Nec eius p. 843. excidio contentae, satellitum manus ad Porevithum simulacrum, quod in proxima aede colebatur, avidius porriguntur. Id quinque capitibus consitum, sed armis vacuum fingebatur. Quo succiso, Porenutii templum appetitur. Haec statua quatuor facies representans, quintam pectori insertam habebat, cuius frontem laeva, mentum dextera tangebat. Haec 50 famulorum ministerio securibus icta concidit. Has statuas oppidani Absalonis edicto intra menia cremare iussi, preces imperio opponere ceperunt, orantes, misereatur confertae urbis, nec incendio obiciat, quorum iugulo parcat. Nam si ignis ad vicina prolapsus, unum e tabernaculis corripuisset, ob eximiam consertionem universa indubitanter convelleret.

a) inferiora 1; *corr. St.* b) Rugiemum *Kr.* c) manu *St.* d) Porenitum *Kr.* 55

Quapropter eas urbe egerere rogati, diu repugnaverunt, quod se membrorum, quorum ministerium imperio exhibuissent, numine penas exigente, usum amissuros metuerent, contemptumque religione excusare pergebant. Ad ultimum Absalonis monitu dei, qui sibimet opitulari non posset, potentiam floccipendere docti, spe impunitatis accepta, imperio ocius paruerunt. Nec mirum, si illorum numinum potentiam formidabant, a quibus stupra sua sepenumero punita meminerant. Siquidem mares in ea urbe cum feminis in concubitum adcitis canum exemplo cohaerere solebant, nec ab ipsis morando divelli poterant. Interdum utrique perticis e diverso appensi inusitato nexu ridiculum populo spectaculum prebuere. Ea miraculi feditate solemnis ignobilibus statuis cultus accessit, creditumque est earum viribus effectum, quod daemonum erat prestigiis adumbratum. Sueno vero, quo magis simulacra aspernenda doceret, super ea, cum a Karentinis eicerentur, sublimis consistere voluit. Quo facto pondus contumelia auxit. Nec minus trahentes rubore quam onere vexavit, domestica numina alienigenae pontificis pedibus subiecta cernentes. Dum haec a Suenone geruntur, Absalon, tribus cimiteriis[a] in agro Karentino dedicatis, vespere Karentinam rediit; deletisque simulacris, una cum Iarimaro profunda nocte ad naves pervenit eumque secum cenitare coegit. Iamque Absalon ternas continue noctes absque somno exegerat, adeoque oculorum eius aciem vigiliae debilitaverant, ut pene videndi usum extinguerent. Sequenti luce scribae et qui privata principum sacra tractabant, sacerdociorum ornamentis donati, regenerandae per aquam provinciae ministerium prebuerunt. Item basilicas compluribus in locis moliti, privatae superstitionis tuguria publicae religionis domiciliis mutaverunt. Eodem die pariter accipiendis obsidum reliquiis vacatum est.

p. 844. 1169? (1168?) — f. CLXXI — p. 845.

Quo tempore Pomeranorum duces, qui Tetislavum regno exuendum, seque Rugianae rei dominium in premium miliciae recepturos putabant, postulata abeundi licentia, amicicias hostilitate mutarunt. Quae res ipsis postmodum ac Danis longam belli discordiam interiecit. Vespere portu solventes[1], se ad proximam continenti insulam appulerunt; illic regi septem aequalis magnitudinis arcae, consecrata deorum numini pecunia refertae, a Rugianis allatae sunt. Hiis peractis, remittendae expeditionis decretum vulgatur.

Qua reversa, Absalon novos sacerdotes non solum ordinis sui insignibus, verum etiam commeatibus instructos, revocatis prioribus, in Rugiam delegavit, ne alienis impensis utendo populum, quem sacris documentis erudituri erant, in exigendis vitae necessariis onerarent. Nec predicationis eorum ministerio miracula defuere. Siquidem compluribus debilitate corporis resolutis per eorum salutares preces bonae valitudinis habitus recuperatus est. Quod potius lucrandae gentis respectui[b] quam sacerdotum sanctitati divinitus concessum videri potest. A quibus[c] etiam detractae religionis supplicia varia membrorum strage graviter exigebantur, ut manifeste Deum et cultus sui premium et contemptus vindictam afferre putares. Ibidem quoque nuper clarum inauditi generis miraculum incidit. Matrona quaedam a viro immerens adulterii insimulata, cum purgandae infamiae gratia candenti laminae dexteram obtulisset, subito ferrum, quod exceptura erat, perinde atque innoxiae manus contactum fugiens, neglecto pondere, sublime se extulit, penduloque motu gradientis feminae incessum comitans, cum ante aram iactandum erat, inter religiosam astantium ammirationem proprio impulsu humi decidit. Ea res et mulieris infamiam levavit et visentium animos religioni proniores effecit. Nec temere quidem pudiciciam suam tam ancipitis argumenti iudicio credidit, cui corporis animique fiduciam certae sinceritatis conscientia ministravit.

Capta Rugia, cum adhuc pyraticae labes cunctos maris nostri secessus fedaret, sollerti Danorum instituto provisum est, ut, eorum classe recensita, quarta quaeque navis adversum maritimos predones, quoad temporum habitus sineret, excubandi officio fungeretur, sicque quorundam assiduitas universorum laborem absolveret. Tantum enim commodi gens nostra in paucitatis continua, quantum in multitudinis intercisa milicia reponebat. In quod munus potissimum iuvenes coniugiorum expertes legi placuit, ne miliciae studium thori caritate torpesceret. Iisdem Absalon et Christophorus duces adduntur. Qui domestici freti liminibus[d] non contenti, etiam Rugiana littora ac Leuticios scrutabantur anfractus.

p. 846.

a) coemit. 1. b) respectu 1; *corr. St.* c) quibusdam *Kinch.* d) limitibus *St.*

1) Scilicet Dani; cf. Giesebrecht III, p. 180 n.

1170. Per idem tempus legati regis, quos, ut sibi paternae animae sanctitatem sacris honoribus venerari liceret, Romam transmiserat, consentaneas voto litteras rettulerunt[1]. Quibus p. 847 cognitis, rex, omni Danica nobilitate sub edicto Ryngstadium evocata[2], circa solemne Iohan- Iun. 24. nis, quod in aestivo solsticio colitur, et parenti caelestes honores et filio regios celebrare constituit, maxima claritatis incrementa accepturum se ratus, si una eademque luce ex iis 5 alterum ara, alterum corona donasset, ut et huius infantiam regnum reciperet, et illius spiritum publica religio consecraret. Sed neque se ulla alia ex re tantum voluptatis hausturum credebat, quam si in filio maiestatis suae insignia vivus conspicere potuisset. Quin p. 848. etiam naves a propinqua statione revocatas longinquam agere iussit, quo citius profundae barbariae pyratas offenderent, ante feriam quae Iohannis censetur participandae solemni- 10 tatis gratia reversuras. Discedentes quoque premonuit, ne huius generis pyratas, callidius quam fortius confligere solitos, repente lacesserent, et[a] quibus id consuetudinis sit, ut, hostili classe superveniente, navigiis suis in littus subductis, de industria citato cursu latebram petant hostibusque liberum instandi locum tribuant, sed mox, ut eorum navigia ardenti remigum studio passim littoribus applicata conspexerint, improviso recursu latebris erum- 15 pentes, eadem brachiis per foros iniectis apprehensa subducant subductaque, nautis partim lapidum, partim telorum nymbo obrutis, ferro perfodiant ac crebris foraminibus absumant. Hos itaque, tametsi fugere videantur, avidius insequendos non esse, quorum non minus fuga quam impetus metui debeat; neque terga prebentibus prepropere innitendum, sed potius et littus composito navigationis genere petendum et in aciem iunctis patienter ordi- 20 nibus descendendum. Haec agentibus in expedito victoriam fore, quod inermes illi nudisque pene corporibus dimicantes plus astu quam apparatu niti soleant.

Hiis monitis incalescentes se in Olandiam[b, 3] appulerunt. Verum quamquam Sueones ac Dani inimicicias gererent, ne destinatam paganis cladem christianis infligerent, insulae parcendum duxerunt, religionis concordiam regnorum odiis preferentes. Hic ab indigenis 25 permixtos Estonibus Curos propinquo in portu pyraticam exercere perdocti, indicatum sibi locum, ut cuique navigationis celeritas suppetebat, cum contemptu hostium, regii monitus immemores, certatim subintrant. Quo viso, speculatrix Estonum ratis remigio in altum p. 849. excessit obviaque navigatione diffugere quam sociae classi visorum nuncium afferre maluit. Quod reliqui pyratarum experti, subductis in continentem navigiis, de industria se 30 propinquae silvae fruticibus occultare ceperunt. Quorum commentum Sueno Scølingus et Nicolaus Wendilensis haud callide aestimantes, vehementi remorum impulsu concitatis navigiis, cum universis remigibus littus insiliunt, ubi protinus fallaci barbarorum recursu excepti diuque cum iisdem strennue preliati, neglecti regalis consilii penas exitio pependerunt. Quibus dum Tovo Longus et Esgerus, insignes Absalonis equites, auxilio fore 35 gestiunt, quorum spiritum protegere student, sociantur funeribus. Talibus sociorum periculis Magnus Scaniensis irritatus magis quam territus, diverso littoris aditu similem pugnae eventum habuit. Horum omnium navigia barbari, prius remigibus viduata, mox securibus perfossa, profundo merserunt. Has militum strages Christoforus contemplatus, temperato remigii cursu terris navem abstinuit. Quae cum, fluctuante prora, littori latus 40 adverteret, tanta saxorum vi ab hoste petita est, ut remiges, sua tantum corpora munire contenti, aliena attemptare nequirent nec iam inferendis ictibus, sed vitandis vacarent. Haec postquam Esbernus animadvertit, ne sanguis regius frustra sibi creditus videretur, strennua navigatione continentem petendo, mediis se iaculantium saxis immersit oneratumque periculis iuvenem ab imminenti exitio navigii sui interiectu servavit. Quod pro- 45 tinus barbari magnis viribus apprehensum, vulneratis qui prorae preerant, in littus haud segniter pertrahendum curarunt. Esbernus, cum se, tribus spiculis ballista emissis, toties f. CLXXII ictu fraudatum videret, confracto tormento, cuius usum frustra temptaverat, a puppi in proram armatus concessit solusque tot hostes aliquanto diei spacio mira animi corporisque virtute sustinuit. Tandem silicibus adeo contusus telisque perstrictus, ut pedibus quo- 50 que deficeretur, aegre puppi repetita consedit. Iamque a comitibus desertus — nam cuncti p. 850. preter unum, pellente metu, profundo se dederant —, postquam barbaros navigium, cuius

a) ut *emend. Madvig.* b) Holandiam *Krantz, Dania V,* 29.

1) Alexandri litteras d. 6. Id. Nov. (1169) v. ap. Thorkelin, Dipl. Arn. Magn. I, p. 27 (Reg. Dan. nr. 243; Jaffé, Reg. pont. ed. 2. nr. 11646). 2) Cf. Transl. S. Kanuti l. 8, supra p. 19; Ann. Lund. a. 1171. 3) Óland insula. 55

iam latera dolabris perfregerant, insilire conspexit, virtutis pristinae non oblitus, viribus 1170.
recollectis, semel iterumque ac tercio exceptos fugavit telaque in se congesta acerrime in
hostem retorsit, auxilio sibi vertens, quod in eius perniciem vis aliena contulerat. Ad ultimum,
hebetatis nervis, lassitudinis nimietate confectus, cum potius debilitati quam hosti
5 cedens resumendarum virium gratia paululum gradum referre cepisset, tam gravem lapidis
ictum capite excepit, ut ante puppim pene exanimis collaberetur. Quem cum barbari, conscenso
navigio, iacentem obtruncaturi concurrerent, unicus eius comes, cum voce semianimem
suscitare non posset, dextera comprehensum erexit solaque consistentis imagine propinquas
hostium catervas reppulit. Tanta quippe fortitudinis eius experimenta fuerant, ut
10 aspectu non minus quam viribus hostem terreret[a]. Postremo sensibus redditis, comitem
percunctatus, curnam ab eo fatigaretur[b], postquam navigium barbaris completum audivit,
pristino animi vigore, pulsis omnibus, in proram concessit, pugnaque strenue edita, cum,
viribus propemodum absumptis, ad malum regredi vellet, rursum semianimis concidit, perissetque,
ni eum Christofori remiges ocius nave exceptum servassent. Quae res ceteros in
15 littoris accessione cautiores effecit. Eo namque prospectius abstinentes, eminus rem fundis
iaculisque gessere. Et quoniam rebus ulterius attemptandis noctis propinquitas officere
videbatur, sumpto differendae pugnae consilio, ne qua barbarorum ratis nocturno portus
egressu clandestina fuga dilaberetur, excubiis observandum duxerunt. Igitur barbari, cum
se tantae classis obiectu conclusos viderent, fortitudinem ex desperatione capientes, iam
20 non de fuga, sed victoria cogitare ceperunt. Itaque partim propriis hostiumque navigiis,
quibus potiti fuerant, partim silvestribus truncis arboreisque molibus munitionem ad urbis
instar aedificant, binos habentem introitus arctos admodum angustiisque difficiles, quibus
quis veluti posticis submissus irreperet; latera quoque, quae ex navigiis compegerant, velis
in multiplices ordines convolutis, exterius muniebant[c], propugnaculorum usum a telarum p. 851.
25 consertionibus mutuantes. Preterea aliis sectos stipites figendis ictibus exacuere, aliis littoralia
saxa iactibus idonea legere curae fuerat; et ne ulla ex parte remissis animis viderentur,
bachantium more cantu choreisque laeticiam simulabant, Danis tristem silentio
noctem ducentibus. Tunc Lucas, Christofori scriba, nationis Britannicae, litteris quidem
tenuiter instructus, sed historiarum scientia apprime eruditus, cum infractos exercitus
30 nostri animos videret, mestum ac lugubre silentium clara voce prorumpens, sollicitudinem
alacritate mutavit. Siquidem memoratis veterum virtutibus, nostros ad exigendam a sociorum
interfectoribus ultionem tanta disserendi peritia concitavit, ut non solum mesticiam
discuteret, verum etiam cunctorum pectoribus fortitudinem ingeneraret, dictuque incredibile
fuerit, quantum virium in nostrorum animos ab alienigenae hominis sermone manaverit.
35 Diluculo reddito[d], paucis ad prohibendam hostium elapsionem relictis, remoto ab
eorum castris spacio littus conscendunt, ne in ipso apparatu repentinos supervenientium
paterentur incursus. Itaque cultius armatis in acie preire iussis, ignobilibus quibusque
subsequendi locum attribuunt[e]. At barbari, non per acies, sed passim munitione delapsi, ingenti
clamore edito, in pugnam prosilire ceperunt, existimantes Danos strepitus viribus
40 perterrefactos primo congressionis impetu superandos. Tantus autem clamoris eorum horror
increbruit, ut in postrema acie collocatis non solum metum, sed fugam incuteret. Verum
a precedentibus secus ac rebantur excepti, non minore impetu castra, quam reliquerant,
repetebant. Complures ex eis caesi, solus e nostris Olavus, guttur telo traiectus multoque
sanguinis profluvio debilitatus, semianimis in littus refertur. Primus Nicolaus, Sticonis[f]
45 filius, vir genere et viribus iuxta splendidus, defensam a barbaris munitionem irrupit, sed p. 852.
in ipso mox aditu vehementi fustis ictu exceptus procubuit. Quem Ako frater proprii corporis
obiectu protegere cupiens, dirum in gutture vulnus excepit. Quorum fortitudinis
vestigia ceteri insecuti, facto irruptionis gradu, cum contemptu periculorum atrocius in
hostem grassantur. Quibus etiam qui excubiis preerant supervenientes opem tulere, alii
50 malis appositis munimenti fastigium transcendentes, ferendi sociis auxilii studio hostilibus
sese globis immergunt. Tanta autem in barbaros strages exercita est, ut ex ipsa eorum
multitudine ne cladis quidem nuncius superstes reperiretur. At nostri, predae participatione
acta, refectisque navigiis, nobilium sociorum cadavera sallientes[g], ignobilibus ibidem
tumulatis, in patriam referenda curabant.

55 a) terrerēt 1; *emend. Madvig.* b) fastigaretur *emendandum H.–E.* c) *sic corr. Kinch;* imminebant 1. d) *sic Krantz, Dania V, 30. et St.;* redito 1. e) attibuunt 1. f) Stigonis *St.* g) *sic* 1.

1170. Qua inita, Waldemarum apud Ryngstadium magna cum optimatum frequentia regio apparatu feriantem reperiunt. Ubi Lundensis pontificis ministerio, cuius id exequendi officium erat, et patris eius ossa arae traduntur[1], et filius septem annos natus Kanutus rex consecratur[a], regia in sella purpura[b] venustatur. . . . . . .

f. CLXXII'. p. 854. Cum ad Oddam[c] provinciam[2] pervenisset[3], ex eius speculatoribus regem expeditione 5 f. CLXXIII Pomeraneam petivisse cognoscit. Iidem ab eo interrogati, an ullos recenter pyratas vidissent, quadraginta ferme navigia ad insulam Syram[4] appulisse denunciant, prefati parum se nosse, negociatrix an pyratica classis exstiterit. Hiis auditis, Esbernus, ut noctu inscios preteriret, neglecto sideris habitu, quam remotissime terras navigando vitare constituit, pyratico se conspectui subducere cupiens. Sed dum obscuritatis auxilium expetit, subito 10 collucentis lunae fulgore proditur. Nam Sclavi, serena nocte conspecto velo, obiecta classe navigantem excipiunt. Quibus conspectis, Esbernus nautas arma capere loricatosque suis in locis consistere hortatus, reliquos secum in proram perductos ex utroque navigii latere p. 855. spiculis hostem incessere iubet, ut salutem suam protegere necesse habentes segnius alienam impeterent. Precepit quoque, cum primum classis obiectum veli beneficio penetras- 15 sent, eodem defensionis genere, quo proram instruxerant, se duce puppim communiant, observato, ne quis preter eum inter[d] preliandum fandi licentiam usurparet, quo melius imperantis iussio exaudiretur; quem si[e] occidere contigisset, Tovonis vererentur[f] imperium. Hic si perisset, Esgero proloquium deferretur. Quibus prostratis, minimum pugnae restaturum dicebat. Quo demum loricam sumere volente, is qui gubernaculo preerat, quo se 20 sit protecturus, inquirit, cum, utraque manu circa gubernandi officium occupata, neutram[g] necessariae defensionis usibus aptare possit. Cui continuo Esbernus munimentum, quod erat sumpturus, tradidit seque quam gubernatorem hostibus inermem offerre maluit. Quo facto unius hominis corpus ferro, omnium vero mentes audacia instruxit, tantopere hostes a se contempni demonstrans. Quibus iuxta Esberni consilium obedienter ac strennue gestis, 25 postquam classis globum aciemque perruperant, primus sequentium Sclavorum incursus vi telorum abigitur. Secundus aliquanto maiore conatu editus pari modo repellitur. Tercio barbari, tantam unius navigii virtutem mirati, cum quibus prelientur, interrogant. Respondet Esbernus frustra nomina rimari, qui predam occupare non possint. Hunc vocis iactum expertus Ericus, Iurisii filius, vir generis clari, sed cordis obtusi, quem forte Sclavi 30 illic captivum habebant, quam poterat clara voce predicavit Esbernum ab eis capi non posse. Quo audito, se ipsos, nisi eo potirentur, invicem execrati, hostilis navigii latera citra malum communibus rostris impellunt. In quo conflictu complures ex eis exanimati sunt, Syalandensium nemine periclitato. Cumque ventus, cuius non modicum auxilium erat, aliquantulum ex pristino habitu remittere videretur, interrogatus a suis Esbernus, an 35 velo remigium adicere oporteret, id fieri prohibuit, ne navigationem metu conficere putarentur. Cumque barbaros identidem firmatis animis pertinacius instare cognosceret[h], per- p. 856. severantiae eorum metu, an silex intra navigium suppeteret, percontatus, postquam haberi eum animadvertit, malum conscendi inque eius cacumine ignem extundi precepit. Cuius facti acumine barbaros sequentem classem invitari[i] putantes ab ulteriore sui insectatione 40 cohibuit. Cum velum extra prospectum hostium esse crederet, demisso eo, domesticum in portum remigio pervenit. Ita non minus ingenio suo quam sociorum viribus adiutus, partim a fortitudine, partim ab astucia presidium mutuatus est.

p. 857. Interea[5] rex, Rugianorum classe auctus, perque ostia amnis Zwinae[k.6] Pomeraniam ingressus, Iulini oppidi, ipso intacto, confinia populatur. Deinde ad fluvium Iulino[7] Camino- 45 que iunctum[8], uniformem principiis, ostiis bipertitum, regia classe progreditur. Cuius navigationem crebra sepium obstacula a piscatoribus defixa difficilem faciebant. Pons quoque prelongus, Iulini menibus contiguus, media amnis intercisione transitionem[l] coarcta-

a) consecratus *corr. Kinch.* b) purpera 1. c) Oldam *Kr., Wand. V,* 26. d) intra 1; *corr. St.* e) sic 1; *corr. St.* f) verterentur 1; *corr. St.* g) neutra 1; *corr. St.* h) cognoscerent 1; *corr. Madv.* i) imitari 1; *corr. St.* 50 k) Zywinę *h. l.* 1; *corr. St.;* per Zuinam *Kr., Dania V,* 31. l) transitive 1; *corr. M.*

1) Die 25. Iunii; v. supra p. 130, n. 2. 2) I. e. Odsherred, peninsulam a septentrionali Selandiae ora excurrentem. V. 3) Esbernus, legatus ad Norwegienses missus. 4) Seierøe. 5) Annum 1170. indicat Knytl. c. 124, quod Müller et Velschow probant. Minus recte Giesebrecht III, p. 183. a. 1169. defendit. 6) Swine. 7) Wollin. De fluvio Oder agitur. Cf. de hoc loco Petersen p. 235 sqq. 8) Dievenow. 55

1170.

bat, citra quem, impedimentis urgentibus, pernoctatum est. Mane rex continentem aggressus, ex adverso urbis in ripa australi pontem disici iussit. Nec minori Syalandensibus piscatorias[a] sepes convellere studio fuit. Quos cum Iulinenses, per occultum pontis transi- [p. 858.] tum cimbis prolapsi, propellere niterentur, Absalon, qui simul cum rege ripam ascenderat, alienis navigiis correptis, opportunum eis presidium attulit. In cuius clypeum coniecta tela inania cadebant, sociorum scutis immissas cuspides retentantibus. Cumque eius navigium huic spectaculo procul intentum, hortante rege, propius accessisset, repulsis hostibus, ingentique pontis parte convulsa, ceterae classi navigandi iter tribuitur. Quam cum oppidani pretereuntem scaphis incesserent, Absalon et Suno cymbas suas sagittariis completas eis obiciunt. Ancepsque exercitatio erat naviculis vario tormentorum genere decertantibus. Verum ut Iulinensibus oppidum, ita nostris classis refugio fuit. Ad ultimum cedentes oppidanorum scaphae, liberum classi progressum dedere. Quam cum Suno posterius sequeretur, quendam e Iulinensibus insolentius ripae incursantem eiecto ballista spiculo interemit; eique mox alium subvenire conantem simili ictu prostravit. Quorum corpora totidem ocius accurrentes humeris suis excepta celerrime deportarunt. Cumque nostros ob id factum unus ex oppidanis, perinde ac sociorum necem maledictis ulturus, acerbiore convicio insequeretur, proterve eum Guthskalcus agere predicabat, quod dona, quae in alios ultro collata conspexerit, contumeliosa verborum violentia assequi cupiat. Nam cum duos eorum pedites a nostris equites factos conspexerit, reliquos, si propius accessissent, similibus equis esse donandos. Quo dicto non solum insectatoris petulantiam contudit, verum etiam oppidanorum omnium insolentiam proculcavit. Inde ad insulam Crisztoam[b, 1] perventum. Cuius incendio abstineri rex, ut annonae equorum alimentis necessariae parceret, edixit. Proxime ad urbem Caminum, permeato amne, proceditur. Cuius septentrionali provincia armis incendioque vastata, prelium eius in ponte conseritur. Sub quem Sclavi per occulta vada repentes, lanceis inter rimas porrectis furtim nostros vulneribus appetebant. Cuius incommodi fraudem Danicarum illico scapharum frequentia dispulit. Pontis quoque fragilitas excidium minitans amplius quam hostis saevicia in metu [p. 859.] reponebatur. Igitur omissa urbis oppugnatione, Crysztoam reditur. Ubi reducendae expeditionis summa cum totius exercitus haesitatione consilium agitantes, qua parte pontum repeterent, ambigebant. Nam cum Pomeranorum lacus tribus ostiis in fretum decurrat, duobus, Penensi videlicet et Zwynensi[c], longinquitatis taedio fastiditis, propinquam Caminensis exitus brevitatem adire placuit. Quem Gero quidam, regionis eius locorum peritus, adeo vadosum incertaeque profunditatis asseruit, ut eum aestus dumtaxat regressu suo meabilem faciat. Cuius cognoscendi gratia Absalon cum tribus navigiis missus, contigui maris saevicia interpellante, profunditatis habitum excusse rimari non potuit. Hic fluvius, ubi lacu emanat, contractiore alveo stagnat; progressu vero suo supra amnis modum latitudinis incrementa suscipiens, eximiam paludem[2] aut facit aut invenit; rursum, ubi pelago influit, pristinae contractionis mensuram resumit. Quamquam vero classis regia Absalonis reditum opperiri deberet, navigationis ardore precepti oblita, imperio festinationi posthabito, ad idem amnis diverticulum procurrit ac se ipsam proprio ductu difficillimis alvei locis inseruit. Cuius cum Christophorus terga custodis more postremus tutaretur, insultantibus Sclavorum navigiis, haud facilem fluvii ingressum habuit. Quod attemptationis genus partim viribus suis, partim sociorum auxiliis propulsavit. Cumque rex eodem die Iulinensis provinciae denuo invadendae consilium agitasset, Absalon concubia nocte opportuna ascensui loca scrutatus, ubi solidiorem fundi situm advertit, illic aut palos fixit aut harundines ripae iunctas nodis signavit, posteraque luce easdem indiciorum notas secutus, exponendis equitibus facilem continentis aditum premonstravit. Qui cum Magnum, Erici filium, diurnae excursationis agendaeque predae socium haberet eumque incautius evagan- [f. CLXXIV.] tem ab hostibus prope interceptum [audiret[d]], quamquam a rege, vicorum incendiis insistente, [p. 860.] revertendi imperium accepisset, caritatem obedientiae pretulit Magnumque, partim navali, partim equestri hostium milicia arctissimo in loco conclusum, e vestigio concitato agmine superveniens, imminentis exitii periculo liberavit. Nec ingratus auxilii Magnus salutem

a) piscatoreas 1. b) Cristoam *Kr., Wand. V, 27, ut Saxonem scripsisse puto. H.-E.* c) Swyznensi 1; Zuin. *Kr. semper;* Swinensi *St.* d) *deest* 1; *suppl. St., et ita Kr., Wand. V, 27:* audit ab hostibus circumventum.

1) Gristow. 2) Hodie Camminsche Bodden vocatur. M.

1170. suam se ei debere confessus est. Ad haec ingentes servatori grates exsolvit seque etiam spiritum suum, si necesse foret, eius saluti impensurum promisit. Verum Absalon memor hanc opem a se latam adversum regis imperium esse, ne tristiorem eius vultum experiretur, gratiam, quam contemptu laeserat, predae obiectu recuperare constituit. Igitur pecorum ordines pre se agi captivosque in castra precedere iussit eoque aspectu permulsos 5 regis oculos in adventum suum sereniores effecit. Is namque, cognitis Absalonis operibus, spoliisque conspectis, iram, quam contemptui inflixit, virtuti remisit eumque levi reprehensionis genere venientem excipere contentus fuit. Repetita classe, anceps educendae eius consilium fuit. Alii siquidem medias faucium angustias ad commodum navigationis ligonibus patefacere[a] strictasque fluvii partes fossorum opera ampliandas censebant. Sed 10 quia manifestum erat futurum, ut harenis maritimo aestu appulsis fossa obstrueretur, opus attemptatum non est. Alii naves, subiectis trabibus, communi vi in pontum[b] pertrahendas duxere, equitatu utrimque ripas tuente. Rugianis solis sex parvulas rates hac arte educere contigit, ceteras vero oneribus admodum impeditas disiungi quam abstrahi facilius fuit. Igitur cum nostri infinito procedendi ardore aliquamdiu fauces frustra temptassent, revo- 15 cante rege, aegre cepto cesserunt. Tanta omnes — Absalonem excipio — hoc exitu utendi aviditas stimulabat. Is namque, explorato amne, faucium profunditatem navigiis inaccessam fore compererat.

Interea Kazymarus, imperita nostrorum secessione gavisus, claudendi amnis gratia p. 861. quinquaginta[c] navium classem eius principio[1] obiciebat, ratus nichil hostium fortunae 20 preter mortem aut captionem residui fore. Insignes ei sagittarii Konon et Cirinus fuere, ab Henrico in Sclavorum auxilium Danorum odio missi. Bugiszlavus quoque cum equestribus copiis superveniens, navigiis in supplementum fratri transmissis, Iulinenses, quod cum nostris acie non conflixerint, ignaviam eis obiectando contempsit. Quae res adeo Iutensium animos metu confecit, ut Absalonem, veluti concione circumdatum, palam conviciis 25 aggredi deforme non ducerent, eius ductui imputantes, quod propriae festinationis impulsu commiserant. Quin etiam muliebriter et quasi per lamentum queri ceperunt olim regum consilia ad illustrium virorum arbitrium pependisse, nunc in stolidissimi cuiusque monitis sententiaque consistere. Enimvero Danis eo loci perventum esse, unde reditus spes presumenda non sit. Quam ob rem pauca navigia, quibus rex ac principes dilabi possent, 30 publico conamine extrahi oportere, ne Danorum vires ac nomen uno temporis momento funditus collaberentur. Quam insectationem Absalon adeo patienter ac moderate tulit, ut nichil ex consueto mentis aut vultus habitu deponere videretur. Idque solum monere contentus fuit, ut eas tantum ad presens voces profunderent, quarum in futuro meminisse non pudeat. Huic forte obtrectationi Scorro, Wagnonis filius, interveniens, primum ob con- 35 fusas populi voces, cuiusnam rei mentio haberetur, liquido exaudire non potuit. At ubi, cessante iurgio, remissoque strepitu, Absalonem maledico astantium sermone lacerari cognovit: 'Desipitis', inquit, 'commilitones, piissimi ac valentissimi viri industriam tamquam scelus aliquod aut flagicium obscena verborum petulantia proculcando ignavasque et indignas fortibus voces in eius convicium muliebriter iaciendo. Neque enim strennuam 40 ac fortem operam iniqua aestimatione pensare fas est. Ipso siquidem ductore eas terra- p. 862. rum partes armis lustravimus, quas ne aspicere quidem maioribus nostris contigit. Et sane principibus ductandi, militibus sequendi ius competit. Ergo nos propriis[d] niti, alienis vero imperiis regi convenit. Neque enim ab eodem et defendi et ductari debemus. Quapropter nos illi grates habere par est, qui fortunas suas toties pro nostra preda victoriaque devovit, 45 cuiusque nunc fortissimo ductu eo necessitatis pervenimus, ut salutem armis protegere debeamus. Iam enim patriam ac penates affectantibus ante hostium oculos conspicuum virtutis opus edere necesse est reditumque probitatis actibus impetrare. Has autem populi nostri querelas a summa animorum trepidatione profectas quis dubitet? Sed pro dolor! Quid causae est, quod tot illustrium virorum precordia tam repente fiducia defecit, ignavia 50 occupavit? Quid nobismet ipsis, nullo concutiente, metum parimus, abiectaque spe, sine periculo trepidamus? Corporibus integri sumus, neque nexus neque plagas experti. Dex-

a) patefaciendas *corr. St.* b) portum *perperam St.* c) quadraginta naves *Kr., Wand. V*, 28. d) viribus *aut similem vocem excidisse censet Madvig.*

1) Locum indicat, ubi amnis obiectu insulae Crisztoae in duo brachia disciuditur. V. 55

tris enses gestamus, nichilque robori nostro inopia aut clades detraxit. Age tantam fortunae incolumitatem virili mentium robore prosequamur! Meminerimus nos [viros[a]] exercitatos, non imbelles feminas esse et inter pene inermes hostes summa cum armatura versari. Certe, si classis nostra aut naufragio aut incendio perisset, nichil impedimenti esset, quominus per medios hostes patriam equis repeteremus. Mittite ergo trepidas ignavasque voces muliebriter auribus tantae concionis inserere, exsurgentesque animis, hebetatos fortitudinis nervos pristina virtutis fiducia recreate!' Talibus aliquamdiu monitis insistens, potius obtrectantium ora cohibuit quam animos correxit, depressitque iurgium exhortantis auctoritas, quod ei summa pietas ac precipua fortitudo maximam sociorum gratiam conciliaverat. (1170.)

Interea Kazymarus, classis nostrae potiendae spe admodum incitatus, simulandae fiduciae gratia tentorio in ripa defixo, aureis argenteisque poculis sibi ac militibus merum propinari constituit. Cuius insolentiae fastum fugatus postmodum rubore mutavit. Interea Waldemarus principes a classis pertractatione revocatos, curatis corporibus, ad se coire iubet. Quos cum intra navigium suum frequentes adesse cognosceret, quid factu potissimum ducant, inquirit. Quibus responsum non dantibus, taciturnitatem miratus, causam (p. 863.) eius exponi precepit. Tunc quidam, haesitantibus ceteris, pueros ei in consilium adhibendos dicebat, quorum precipue monitus sectari soleat, ut, quos duces elegerat, etiam reduces habeat. Qua voce Waldemarus Absalonis sibi familiaritatem exprobrari cognoscens, non moris esse, inquit, fortes viros invicem se muliebriter reprehendere, quin potius, ubi publicae necessitati consulitur, privatas lites facessere oportere. Sed neque hominem, qui ab ipsis imperitiae dampnetur, si consultus fuerit, responsionis ignorantia silentium acturum. Intuensque Absalonem, quid suadeat, rogat. Ille consilium in expedito esse, cum eo regi libitum foret uti, pronunciat. Quae enim aliis impedimenta atque obstacula videantur, dispulsu facilia fore, neque aut navium obiectum aut equitum incursum morari posse, quominus ea parte egressus pateat, qua aditus fuerat. Regem quippe, expositis in continentem equitibus protegendae classis gratia, ad ipsas fauces secedere debere, eoque navigia nonnulla loricatis remigibus instructa ceteris singulatim preire et classem hostilem, cum primum frequentium comitatus affuisset, irrumpere. Ridentibus cunctis et, an ipse previus fore vellet, percontantibus: 'Volo', inquit, 'ne fortius dixisse videar quam fecisse. Etenim audacium consiliorum auctores quod ore suadent manu prosequi convenit'. Delectatus consilio rex, Absaloni naves remigesque, quos posceret, expediri precepit, ac protinus ripam stipatus[b] equitibus petens, ad amnis principium properavit. Quo Kazymarus eminus adventare conspecto, relicto ocius tabernaculo, ad classem trepido cursu se retulit. Septena, delectu habito, navigia procurantur, eademque loricato remige exornantur. E quibus bina (f. CLXXV.) Absalonis fuere, totidemque Esbernus ac Suno ductabant. Reliquis tribus Thorbernus et Olavus et Petrus, Thorstani filius, preerant. Cumque Absalon, cetera classe seriatim subsequi iussa, navigio primus incederet, ignotum amnis diverticulum inoffenso[c] navigationis compendio penetravit. Cuius reliqua navis gubernantis errore subito vadis insedit. Sed (p. 864.) hunc deviae navigationis excessum, detrusa harenis puppe, remigum velocitas correxit[d], statimque barbara classis ceu[e] ventis correpta passim dilabitur. Cuius fugam Dani magnis ac laetis vocibus insecuti, discissum saxi[1] vinculum effuso clamoris gaudio predicabant, deque accusatoribus Absalonis veneratores effecti, ingenti gratia ipsi relata, contumeliam laudibus redemerunt. Sed et eius animus moderationis et constantiae viribus preditus mobilis vulgi adulatione extolli parvi habuit, tantumque se in despiciendis laudibus gessit, quantum in contempnendis vituperiis egerat. Tantulo negocio tam ingens periculum dispulsum est. Bina Sclavica navigia remigum metu deserta apud Criztoam a nostris excepta sunt. Tercium substantibus aquae palis affixum sociorum succursu servatum est. Cumque rex citatis equis Iulinum petisset, Bugiszlavus circa pontis refectionem ineundae urbis studio occupatus, conspectis Danis, operam fuga mutavit. Adeo illum subita animi trepidatio pristinae dictorum suorum insolentiae oblivisci coegerat. At rex, confestim refecto ponte, tamquam hostium opera consummaturus, in australem ripam equites traiecit, quo

a) *deest* 1; *suppl. St.* b) stipatis 1; *corr. Kinch.* c) infenso 1; *corr. V.* d) porrexit 1; *corr. St.* e) seu 1; *corr. St.*

1) De Danico vocabulo *sax*, i. q. culter vel brevis gladius, nescio an recte Kinch cogitaverit, qui *saxis* legendum proponit.

1170. facilior exoneratae classi inter amnis consepta progressus pateret. Quo postquam Absalon subsequenter navigia ductando pervenit, ne eadem Iulinenses, ut soliti erant, incesserent, instructam sagittariis scapham conscendit eamque medio inter urbem et classem amne direxit. Verum oppidani nimio timoris haustu perculsi anxia cum desperatione, totius militaris fiduciae vacui, menibus suis inclusi latebant. Pertransitis impedimentis, navigiis 5 equi redduntur, defessaque remigio classis in portum colligitur. Cumque Absalon ac Suno p. 865. consueto excubandi officio postremum fixis anchoris locum cepissent, veriti, ne eorum navigia, vento circumferente solido[a] propius adacta, nocturnae equitum irruptioni paterent, conscensis naviculis, quantum ripa a profundo distaret, curiosa amnis collustratione explorare ceperunt. Interea quidam e Iulinensibus mero solutus, sed venusta admodum 10 clientela stipatus, ripam insolentius obequitando petivit, benigneque eis, Guthscalco interprete, locutus atque obsides pacis postero die dandos pollicitus, reliquiis rerum parci predaque abstineri poposcit. Quo discedere volente, equus[b], insolentius ab eo per iactantiam concitatus, subito lapsu corruit eumque vehementi ictu humo inflictum pene exanimem prostravit. Hunc satellites veloci accursu iacentem attollere frustra conati sunt, quippe 15 cuius sensus, halitu intercluso, magnitudine casus sopiti viderentur; nostrorum vero sagittis petiti capiendum hosti herum liquerunt. Qui protinus a vernulis Absalonis in scapham coniectus, ad liburnam defertur; ubi visu demum motuque corporis recuperato, inter suos se constitutum existimans, assidentes osculo amplexuque petebat. Quo errore risum spectantibus suscitavit. Interea rumor falso dispersus exercitum subit, hostes impediendi 20 exitus studio Swynensia ostia crebris occupasse navigiis. Cuius opinionis fidem idem barbarus rumorem falsitatis arguendo levavit, prefatus excussum sibi exploratumque fore, Sclavicum robur Danico adaequari non posse. Quodsi Pomeranorum vires Polonensibus sociatae ferro cum Danis decernere debuissent, malle se tutiusque posse Danicas partes quam adversas fovere. Ceterum, si Polanis ac Sclavis contra Danos dimicaturis etiam 25 Saxonica accessissent auxilia, nescire se, quam partem victoriae propiorem esset auguraturus. Qua asseveratione nostros ad capessendam cum hostium contemptu navigationem alacriores effecit. Tanta autem timoris vis Sclavorum animos hebetaverat, ut ne extremos quidem, sicut olim consueverant, incessere tutum ducerent. Petrus quoque cognomento p. 866. Toddo, cum navigium suum palis illisum rupisset eiusque reficiendi causa abeuntem socio- 30 rum classem relinqueret, tempus reparationi impensum ut solitarius, ita omnis periculi immunis exegit, refectaque puppe, subsecutus socios, nemine lacessente, per tutam et liberam navigationem ad classem pervenit. Adeo Sclavorum petulantiam pristini metus reliquiae castigabant. Ergo inconcussus peractae expeditionis reditus fuit. Residuum anni ocio tributum est. 35

1176? Interea Kazymarus et Bugiszlavus[c] Danicarum virium metu Henrico se subdunt regnumque suum hucusque liberum Saxonici muneris faciunt. Ergo dum ex hostibus alterum metuunt, alterius iugum sumpserunt auxiliumque petendo antiquae libertatis beneficium amiserunt. Sed Waldemarus Saxonicam opem frustra a Sclavis petitam iudicans, utroque hoste contempto, cum instructa classe Stitinum, veterrimum Pomeraniae oppidum, 40 petit[1]. Huius navigationis precessor Absalon benigni erga Stitinenses animi ductorem habebat. Cuius fraude per Oddorae amnis dispendia abductus, ceteris rectam et compendiariam navigationem sequentibus, mutato ordine postremus ad urbem pervenit. Est autem Stitinum eminentis valli sublimitate conspicuum, insuper natura arteque[d] aequaliter muni- p. 867. tum, ut inexpugnabile pene existimari possit. Hinc mos proverbii sumptus, eos qui se 45 tutos inaniter iactant Stitini presidio non defendi. Huius tamen urbis expugnationem Dani spe viribus maiore complexi, cum materiam eius partim incendii capacem animadverterent, constructas virgis crates admodum breves ob iacula vitanda velut scuta pre se gestabant, iisdemque freti, ligonibus aggerem petere ceperunt, tutius intra cuniculorum late-

a) solo 1; *corr. St.* b) equo 1; *corr. St.* c) Burg. *h. l.* 1. d) arceque 1; *corr. St.* 50

1) Saxo hoc loco iustum rerum ordinem non servavit. Sed quae hic commemoratur expeditio ad Stettinum oppugnandum aliquot demum annis post suscepta est. V. Cf. not. uber. p. 344 sqq., ubi haec ad a. 1176. referuntur, quo Ann. Ryenses, SS. XVI, p. 403, Stettin a Danis obsessum esse tradunt. Non ipsi Saxoni, sed librario errorem imputandum esse, ut Suhm censuit et Hovgård fusius exposuit, verisimile non est. Neutiquam probandum est, quod Holder ordinem narrationis immutaverit. 55

1176?

bras ignem sparsuri. Rex interim oppugnationem orsus, muralibus machinis omissis, coronam admovit. Solis sagittariis ac funditoribus excelsa menium propugnacula appetere possibile fuit, aditum fastigio negante. Fuere tamen ex iuvenibus, qui gloriae studio summa menium clypeis tantum protecti conscenderent. Alii contiguas solo portas, contemptis propugnatoribus, comminus securibus temptant, minusque eis quam procul agentibus periculi fuit, quod tanta telorum vis in hostes undique congerebatur, ut ab iis nonnisi remotiores cerni impetique possent. Quo evenit, ut audacia salutem, ignavia discrimen afferret, tutioresque propinquitas quam remotio prestaret. E contrario Danorum armis non magis propugnatores ipsi quam ceteri intra urbem populares opprimebantur, ancipiti iactu valli consepta transcendentibus telis. Nulla res oppido magis adversum oppugnantium multitudinem quam defensorum paucitas nocuit, utpote quorum bellicus labor successionis auxilium non habebat. Prefectus urbis Wartyszlavus[a] erat, qui et ipse Bugiszlavo et Kazimaro sanguine contiguus habebatur[1]. Huius animus, nichil pene cum civium ingeniis commune sortitus, tanto amplificandae exornandaeque religionis studio flagrabat, ut Sclavico sanguine editum barbarisque moribus imbutum negares. Siquidem, ut patriam superstitioni deditam ab errore cultus revocaret exemplumque ei corrigendae[b] credulitatis proponeret, monachalis vitae viris e Dania adcitis, in latifundio suo cellam[2] exstruxit eamque multis et magnis stipendiis locupletavit. Qui cum, lassatis pugna sociis, urbem captioni propinquam animadverteret, hostium saeviciam veritus, offerendae deditionis gratia pacem petivit, acceptaque fide, protinus a pavoris consortibus funiculo submissus, regia castra petere non dubitavit. Quo viso, Danorum populus languidius pugnam exercuit, periculis suis regi pecuniam emi, seque eius cupiditate victoria pariter ac preda fraudari conquestus. Quo rex animadverso, demendae notae cupidine urbem equo circuiens, milites ad insistendum hortari cepit. Postquam, multo labore edito, cassam ac difficilem oppugnationem aspexit, reversus in castra, Wartyszlavum admittit. Cuius precibus motus, dedendi potestatem oppidanis indulsit, pecuniamque, quantam aegre universa Sclavia exsolvere posset, cum obsidibus pactus, statuit, ut urbem Wartyszlavus a se in beneficium receptam tamquam regium munus consortio Sclavicae dominationis eriperet. Igitur revocatis ab oppugnatione militibus, neque capi urbem neque diripi passus, signum suum propugnaculis affigi precepit, receptae deditionis indicia prebiturum. Illic cernere erat vallum ab imo in summum ita sagittis undique consitum, ut harundine concretum putaretur. Quas nostri ingenti studio lectas pharetris reddiderunt.

Post haec navigationem remensi, capto Lyubino[3], Rugiam revehuntur; et quoniam Rugianae piscationis tempus supervenerat[4], in commune consultum est eo loci tercia totius classis parte excubias ordinari, ne publicis alimentis petendis hostilis viciniae metus officeret. Huic manui Kanutus, Priszlavi[c] filius, a rege preesse iussus, deformiter imperio repugnavit, prefatus se nichil preter angustos Lalandiae fines in Dania possidere, eosque tanti non esse, ut pro iis tuendis se ipsum indubitato periculo obicere cupiat. Ceterum id negocii iustius ad pontifices, quos solos rex arbitros habeat, pertinere, quod[d] tanto indignius ad se referri, quanto remotiorem a regis familiaritate gradum obtineat. Tam impudenti iuvenis responso percitus Waldemarus, exigua illum beneficia, quod exiguis dignus sit, accepisse respondit, de cetero se efficiente spoliandum magis honoribus quam beandum. Sed nec eum pontificum familiaritatem inter probra ducere oportere, e quorum numero reperire facile sit, qui presens negocium suo ductu finire non abnuat. Ita Kanuto imperium detrectante, Absalonem accersit eique Kanuti responsionem exponit. Deinde, an naves, quibus ipsum preesse oporteat, instruxisset, perquirit. Contra Absalon, interrogato, an ea res pontificum opera absolvi posset, suam cupidius offert, predicando consentaneum desertioni opus fore, regem periculis relictum, reditum affectando, dimittere. Quem Waldemarus ob responsi virtutem impensioribus verbis laudatum, Kanuti moribus dissimilem predicabat, quod ille imperio parere non audeat, hic iussum ultronea suimet oblatione pre-

a) Wathyszlavus *h. l.* 1; Werslaus *Kr., Wand. V*, 31; Wartizlavus *Epit. Gheysm.* b) corrigendi 1; *corr. St.* c) Pribislai *Kr., Wand. V*, 32. d) tantoque *corr. St.*

1) De hoc Wartislao eiusque cognatione cum principibus Pomeraniae v. 'Balt. Studien' I, p. 117 sqq. V. 2) Colbaz; cf. Ann. Colbaz., SS. XIX, p. 715. 3) Lebbin in insula Wollin vel Lübzin ad lacum Dammensem, Petersen p. 240. 4) Mense Novembri, teste Helmoldo II, 12. V.

1176? currat. Regressus a rege Absalon amicis e Syalandia denunciat, ne eo torpidius remansuras naves instruant, quod ab ipso ductari regique debeant. Primus Thorbernus[a] incunctanter se comitem eius futurum respondit, cuius succursu quondam patriam exuli sibi p. 870. redditam esse meminerit[1]. Petrus quoque, Thorstani[a] filius, non sine magno rubore eum a se deseri posse, quem et necessitudinis et matrimonii affinitate contingeret[2], predicabat. Cuius comitandi Suno[3] non minus sibi quam ipsis debitum incumbere professus est, quod ei intima iunctus propinquitate noscatur. Esbernus, quem solum fratrem habebat, comitatu suo orbandum negabat. In hunc modum tota pene Syalandensium classis condixit. Quo cognito, rex non solum ipsis, sed et Absaloni grates habuit, qui sibi tam propensum civium favorem virtutis meritis peperisset. Igitur Absalon post regis discessum ad tuendos Rugiae fines relictus, non tam tutam incolis evagationem quam securam ipsi Daniae quietem prestitit, Pomeranorum classe patriae terminis excedere non audente. Huic Sueno Arusiensis cum aliquanta Iutensium manu voluntarius operum comes ac socius fuit.

Eo tempore princeps Rugiae Tetysclavus[b] cum Iarimaro fratre superveniens, gratiis Absaloni actis, tum ei, tum ceterae classi suffecturos excubiis commeatus benignissime prestitit, eisque inter navigia dividendis industrios ex nostris viros prefici postulavit. Sed Iutis allata passim et sine distributione rapientibus, Absalon hac munificentia ulterius uti p. 871. noluit, excepto quod halec e captura sibi deferri constituit, ne obsequium iniuria rependeretur. Inde domum repetiturus, apud insulam Thynnam[c, 4] sequacem Iutorum classem dimittit. Quorum incautior pars dum australia Fioniae latera pretervehitur, apud urbem a Kanuto, Priszlavi filio, conditam[5] pyratis obviis, terrestri sibi fuga consuluit navesque suas metu deserere pudori non duxit. Qua fama accensus Absalon, contracta ocius classe, magno scrutandi studio loca, quae maxime pyratis familiaria noverat, indagabat. Igitur opacos insularum anfractus et abstrusos maris angulos assidua navigatione rimatus, miseras captarum navium reliquias tristiaque predae vestigia repperit. Quarum inventu ultionis avidior redditus, divisa classe, separatim lustrationis officium peragi iussit; ipse ad p. 872. insulam Masnetam[d, 6] cum potiore Syalandensium classe concessit. Iamque previae navigationis excursu sociae classis conspectu excesserat, cum forte quidam in destinato consistens littore crebra pilei ventilatione colloquium eius expetere videbatur. Quem magnae rei nuncium arbitratus, incognita ex eo cognoscendi cupidine, velo posito, terram cymba petivit. Agnitique eminus hominis fidem prima voce dampnavit, quod egressae nuper a Sclavis pyraticae parum eo prescius fuerat. Is namque bissenas nummum libras annuatim mercedis loco pactus, quoties quatuor pluresve pyratici mioparones Daniam petere statuissent, indicia ad Absalonem se delaturum promiserat. Cuius non alia salvandi promissi ratio extitit, quam quod ante pactionem secum initam pyratas profectos asseruit. Idem Absalonem, quorsum tenderet, percontatus, ut comperit domos repetere velle, tunc denique expeditionem ab eo solvi, cum inchoari debuerat, astruebat. Iam quippe a Sclavis adversum Daniam ingentem classem esse contractam. Quod ut cognitum sibi compertumque fore, ita ambiguum exstare, quasnam[e] Daniae partes hoc paratu petere destinaverint[f]. Aestuante Absalone et, quo se hostes effusuri essent, prediscere cupiente, explorationem promittit, prequisito, quo nuncium referre debeat. Absalon promontorium Mønense designat, rogatque tempus, quo obvium mittere debeat. Ille diem sextum definit. Nec diutule[g] moratus abscedit, priusque conspectum fefellerat, quam comes Absalonis classis appelleret. Nostrorum siquidem presentiam perosus, repente dilabi curae habuit, ne, re comperta, proditi civium consilii morte aut exilio supplicia lueret. Nec rem Absalon tacite habuit. Siquidem acceptum nuncium venienti sociorum classi, suppresso auctoris vocap. 873. bulo, publicavit, prefatus tunc a se domos repeti, cum classem exeri satius foret. Ignaris cunctis, quonam id auctore compertum haberet, tantamque eius prescientiam ammirantibus, bifariam optione divisa deliberare eos iubet, aucta classe an contracto equitatu venturum hostem repellere mallent. Quodsi neutrum probent, vel[h] littorum incolas, quominus

a) Tor. *Kr., Wand. V*, 32. b) Ticislaus *Kr.* c) *in aliis exemplaribus ed. pr.* Thymnam *legi notat V.* d) mansuetam 1; *corr. St.* e) quisnam 1; *corr. Madvig.* f) destinaverit 1; *corr. Madv.* g) diutile 1. h) *delendum esse vel quaedam excidisse censet V. Sed* vel *pro* saltem *fere dictum esse recte monet Madv.*

1) Velschow coniecit hunc Suenonis Grathe regis militem fuisse, cuius poenam Kanuti regis amicos cupidius expetivisse Saxo supra (ed. Müller) p. 735. narravit. H.-E. 2) Uxorem duxerat Caeciliam, amitam Absalonis. V. 3) Patruelis Absalonis. V. 4) De insula Fæmøe cogitant. 5) Nyborg, in orientali litore Fioniae situm. 6) V. supra p. 97, n. 5.

1176? pyratarum saeviciae pateant, propriis relictis, tutioribus recipi locis iubeant. Igitur magnates concordi sententiarum voto neque incertam hostium appulsionem equitatu excipere promptum neque littorale vulgus ad interiora reicere speciosum ducentes, navaliter confligendum decernunt. Igitur portubus augendae classis gratia repetitis, remiges velata navigia dimittere iussi, passim ad petendos alterius expeditionis commeatus discurrere ceperunt. Absalon ob nonnulla negocia Roskyldiam proficiscitur. Quem inde revertentem hybernum subito frigus excepit. Cuius tanta vis fuit, ut etiam aquas repente crustaret. Cumque Syalandensium populares, contractis alimentis, onustos commeatibus currus navigia repetendo ductarent, tanta glacialis luti moles rotarum orbes implicuit, ut prorsus gyrare non possent. Quippe pertinax gelu veluti glutino quodam lignis limum astrinxerat. Quo evenit, ut curruum rectores, iisdem relictis, iumenta oneribus subderent ipsique pedestrium ductorum officia subirent. Quorum ocreas gelatae sordium tabes supra quam tibiae ferre poterant onerabant. Hos cum Absalon equo preteriens miseratoriis verbis prosequeretur duraque pro patria perpeti predicaret, responderunt maioris erumnae esse, captivum pyraticis in transtris considere, plusque se ex presenti labore voluptatis quam amaritudinis capere. [CLXXVII p. 874.] Igitur expeditionem orsus, cum prope Mønam venisset, obvium accipit, quem nuper ad eiusdem insulae promontorium novarum rerum ex Sclavo[a] cognoscendarum causa transmiserat. Illic accepit classem Sclavicam, Swaldensi in portu[1] morantem, petendae Mønae propositum gerere, in australi ipsius littore equites, pedites in septentrionali edituram, navigia vero Kyalbyensis sinus[2] anfractibus immissuram. Quam iccirco copias spargendas duxisse, ne incolis ullus fugae locus admitteretur. Quo comperto, optimum arbitratus est tranquillo navigationis genere Coztam[3] petere nec prius ab ea divertere, quam classis hostica se ipsam ex consulto predicti sinus angustiis infudisset. Cui si inopinate supervenire nequeat, reliquas hostium copias occupatu facillimas autumabat, quibus nullus absque navigiis reditus pateat. Sclavis segnius agentibus, dilationem miratus, Falstriam petit, ibique e tota classe bina navigia legit, quibus hostium actus speculari precepit. Horum alterum Sialandensibus, alterum Falstrensibus instruere iussum, statuto, ut, si eadem ab hoste capi contigisset, reliquae classis impensis redemptio taxaretur. Quod audiens, qui a Sialandensibus in alterius navigii regimen adcitus fuerat, operam se daturum asseverebat, ne redemptionis beneficium captivitatis iniuria pacisci necesse habeat. Quod non ignaviae causa officium detrectando, sed vigilantis industriae fiducia securitatem presumendo astruxit. [p. 875.] Verum Absalone Coztam regresso, Guemmerus[4] quidam, convivio Falstrensibus prebito, navem, quae speculandi gratia ab eis expediri debuerat, epularum dulcedine retentabat. Siquidem humanitatis specie fraudem occultans, omnium sobrietatem eximio potionis onere fatigatam ad salutare Absalonis imperium exequendum lentam nimis inhabilemque reddiderat. Is Guemmerus, nimia Sclavorum familiaritate corruptus, nostrae gentis consilia latenter eis prodere consueverat. Eodem quoque tempore Sialandensium classem corpore magis quam animo secutus fuerat. Ad cuius penates Sclavi, iam portu Swaldensi petendae Falstriae proposito egressi, premittunt, qui ipsum super Danorum negociis secretius percontentur. Tunc vero Guemmerus ab Absalone in classem vocatus patriae excubias specie, re vera insidias exhibebat. Qua de re nuncii per eius domesticos certiores effecti mature suis quae acceperant indicant. Ea res Sclavicae classis ceptum propositumque frustrata est. Itaque ceteris rebus omissis, ad sinum quem Viridem vocant[5] appellere contenti fuere. In cuius littore crucem religiosa ab incolis cura constructam excidere adorsi sunt, insigni stipitis ruina maiorem pyraticae gloriam habituri. Cuius sacrilegae temeritatis supplicia postmodum turpissima fuga tristissimoque naufragio pependerunt. Falstrensibus quoque hesterno mero sauciis supervenissent, ni Sialandicus speculator, inter remos aegre delapsus, ebriis somnum clamore dempsisset[b]. Per quem Absalon cognito hostium occursu, noctu Inguarum et Olavum, probatae solertiae viros, levibus navigiis ex insula Boka[6] ad speculandum eorum consilium dirigit. Quibus profectis, eorundem redi-

a) Sclavia *perperam St.* b) depressisset 1; *corr. St.*

1) Svoldr in Knytl. c. 122. vocatur, quod prope Greifswald situm fuisse censet Petersen p. 222. 2) Hodie nominibus Stege Nor vel Möens Nor cognitus. V. 3) Hodie Koster vocatur, peninsula septentrionali Meoniae litori continens. V. Cf. Petersen p. 242. 4) Hic fortasse idem est ille Falstricus, quem Saxo supra (p. 101, ed. Müller p. 748) commemoravit. V. 5) Grønsund. Cf. l. IX, p. 455: *apud sinum qui Latialiter Viridis appellatur.* 6) Bogøe, inter Møen et Falster insulas.

1176? tum prestolare non passus, abscessum prosequi statuit, precurrendos potius quam imitandos existimans, ne longa nuncii expectatione cuncta tardius exequeretur. (p. 876.) Meminerat siquidem moris esse Sclavis exercitum ducturis antelucanos amare procursus, rebusque celeriter confectis, festinis studere regressibus. Quos ne tardius aggrederetur, remigium maturius instruit, una speculatoris ac ducis partes acturus. Quem Sclavi diluculo conspicati, adventanti cunctas navium suarum puppes opponunt, proris in altum aversis, perinde ac fugae, non prelio consulturi. At ubi Sialandensium signum enituit, vehementi remorum conatu parem fugam intendunt, corpore viros, animo feminas exhibentes; nec aegre Absalon fugientibus institit. A quorum insecutione coorta subito tempestate prohibitus, Falstriam repetivit. Tanta autem undarum colluvio fuit, ut navium quaevis in aliam iactaretur, nec collisioni levi opera succurri poterat, periculo omnes aeque pulsante; perissentque nostri, nisi tempestati cedere maturavissent. Igitur Sclavi, cum remigio adversum undarum saeviciam eluctari nequirent veloque sibi consulere vellent, tempestatis magnitudine eversis navigiis, mergebantur. Quorum periclitationis certissimum indicium crebra pyraticarum[a] navium fragmenta regionis nostrae littoribus appulsa dedere. Bina ex iis navigia, remigum virtute a fluctibus defensa, in Iarimarum Rugiae principem inciderunt, (p. 877.) qui postmodum alterum ex iis Absaloni premii nomine transmisit, utriusque captionem ipsius negocio imputans. (Dec. 6.) Solemnis hic dies Nicolai nomine erat; cuius auspiciis effectum est, ut Sclavorum exercitus ad hoc usque tempus Daniam hostiliter petere ausus non fuerit. Iamque nostros reditum intendentes, ut hyeme fieri assolet, repentinum gelu conclusit. Quod tantae violentiae erat, ut ipsam sinus, in quo pernoctabant, superficiem enata subito glacies occuparet. Huic tanta soliditas inerat, ut spissitudinem eius unico ictu transverberare non posses. Cumque eximia glaciei moles portu egressuris obsisteret, industria provisum est, ut unius navis precessu ceterarum insecutio expediretur. Sed nec una quaevis preeundi officio diutule fungi poterat, quod partes carinarum extrinsecae[b] glacialium crustularum acumine perinde ac ferri impressione exederentur. Quam ob rem precessionis vices inter navigia aequo ordine dividi curatum est. Ita demum per maritimos anfractus navigatione protracta, in apertum pelagus perventum est, indeque ad propria cuique remeatum. Iamque Absalon, temporum supputatione habita, universas presentis anni[1] partes, ternis mensibus exceptis, pyratico labore emensus fuerat.

1171? Postera aestate[2] apud Eydoram inter Henricum et regem communium negociorum agitatio, contractis utriusque provinciae principibus, habebatur.

(p. 878.) Vere reddito[3], Christophoro, solis prefecturae suae[4] viribus succincto, prospera adversum Brammeseos[c, 5] expeditio fuit; qua peracta, alia protinus regalibus iussis instruitur. Hanc Absalon et Christophorus ducum nomine prosecuti, primi Masnetam[d] venere; qui cum, rege tardius agente, rursum Brammeseos aggredi statuissent, advehitur Eskillus[6] insigni Scaniensium classe stipatus. Hic nuper Hierosolyma regressus, barbam admodum immissam longinquae peregrinationis testem gerebat. Igitur Absalon, si quid clam tanto viro experiretur, vicio sibi vertendum existimans, per Esbernum ei, quid cupiat, indicat. (p. 879.) Ille, studio Absalonis impensius laudato, orat, socium se propositi habeat caniciemque suam iuvenilia quandoque experiri permittat. Nec segniter, promptissimis Scaniensium delectis, Absalonem secutus, communi navigatione appulit Lalandiam. Illic nostris obviae septem Rugianorum rates fuere. Unde cum noctu solvissent, erroris metu peritum navigationis ex Absalone deposcit; quo recepto, prospero cursu destinati portus compendium assecutus est. Absalonem vero noctis opacitas aliquantis navigationis excessibus errabundum effecit. Sed nec Sialandenses erroris prorsus expertes reliquit. Par ignorantia Rugiana quoque navigia fefellit, et forte in eum locum inciderant, prope quem Brammesiorum classis pyraticam actura coierat. Cuius rei inscii Rugiani, cum primum lux affuit,

a) pyratarum 1; *corr. St. Kinch.* b) extrinsicę 1. c) Brānesios *Kr., Wand. V,* 35. d) Mansuetam 1; *corr. St.*

1) Haec omnia a. 1176. gesta esse censet Velschow. Certe Krantz eundem rerum ordinem habet. 2) Anno 1171, Iun. 24, teste Helmoldo II, 14, rex et dux convenerunt, sed huius colloquii, ut videtur, Saxo infra p. 143 (ed. Müller p. 887) mentionem facit. Velschow putat Saxonem hoc loco de eodem colloquio retulisse, quod infra p. 145 (ed. Müller p. 893) narrat. 3) Haec ad a. 1171. pertinere, Knytl. c. 124. ostendere videtur; ubi ante Stettini (Burstaborg) oppugnationem haec narrantur. 4) Slesvicensis. 5) *Bramnes* Knytl. c. 124. Wagria intelligitur; cf. Helmold. II, 13: *Aldenburg, que Danice dicitur Brandenhuse;* Petersen l. l. p. 205. 6) Archiepiscopus.

nostrorum se copiis inserunt paremque cum ipsis miliciam auspicantur, paucis ad navium presidia relictis. Quas Brammesii conspectui subiectas, dilapsis metu custodibus, populantur. Nec preda spoliisque contenti, bina ex iis navigia prestantioris fabricae visa secum abducunt. Quae cum, prohibentibus Sialandicae classis custodibus, ulterius amovere non possent, ferro pertusa merserunt. Unicam haec provincia urbem habebat, quae a Danis rebus vacua reperta est, incolis eidem defensionem suam credere non audentibus; cuius desertioni partim defensorum, partim valli inopia causam prebuit. Antiquam[a] incolae vocitabant[1]; qui menium suorum diffidentia[2] cum coniugibus ac liberis ad ecclesiam extra vallum sitam certatim se contulerant, religionis quam belli presidio tutiores futuri pacisque domicilio periculum vitaturi. Sed nec quisquam e nostris ad eorum bona manus porrigere ausus est, ne predandi libido sacrilegio implicaretur, quamquam in sacra aede iniquas opes attemptare nefas non esset. Neque enim religionis auctoritas eius detractoribus auxilio obtentuique fore debuerat. Iamque, militante Absalone, Eskillus, ne quid consuetae religionis omitteret, primam sacris operam exhibebat. Cuius animo tantus hostium contemptus incesserat, ut in exercitu toga, non armis uteretur. Interea Hurna[b] quidam et Marquardus[3], quem Adulfus Holsatiae prefectus filio[4] moriens tutorem reliquerat, Danorum copiis superbo sermone contemptis, ingentem Sclavorum Saxonumque manum contraxerant. Forte autem nostris, intermisso obequitandi labore, respirandi gratia aliquantisper humi cubantibus, Eskillus adeo se aetatis magnitudine contusum confractumque asseverabat, ut ne equum quidem sine adiutore conscendere posset. At ubi hostes in conspectum venere, quovis iuvene ocior equum insiluit, ita ut corporis eius robur nulla ex parte quassatum putares. Adeo virtus aetati imperat. Itaque qui dictis senectutem causatus fuerat, hanc postmodum factis iuventam redolentibus decorabat, quem in hanc virtutis dissimulationem nichil preter virtutem adduxit. Eodem forte tempore ex nostris manus parvula, predae dulcedine a ceteris digressa, cum hostes militum numero superiores et fuga vitare deforme duceret et pugna aggredi non auderet, inter metum pudoremque defixa, sociorum prestolabatur adventum; inter quam et reliquas nostri exercitus copias palustribus aquis medius fluebat uno tantum vado meabilis rivus. Quem Absalon, cunctante primipilo, primus equo transgressus, sequentibus superandae difficultatis compendium premonstravit. Cuius rei ignari hostes securius quam cautius operiebantur, Danicorum equitum adventum editi montis interiectu celante. Igitur qui prius a nostris divulsi fuerant, non exspectato sociorum auxilio, quod sibi tam propinquum cernebant, avide in hostem procurrunt, ne bellum proprio metu dilatum aliena virtute expetere viderentur. Quorum Sclavi paucitate contempta, postquam maiorem hac aciem, humilioribus locis relictis, montis iuga superare conspiciunt, terga vertentes, ab iis, quorum vires summa animi dictique petulantia lacessiverant, nullo negocio funduntur. Tantum semper ludibrii insolentiae exitus afferre consuevit. Tunc quidam ex nostris, quos ex fugientibus occupabant nuda hastarum parte equis detrudere contenti, ob communem religionem ferro prosternere passi non sunt, ne peremptorum caedes plus percussoris[c] animae noceret, quam gloriae prodesset. Quam iniuriam beneficii loco a passis acceptam crediderim. Ingenti deinde preda acta, tam diu in littore perstatum est, quoad Rugianorum navigia, quae Brammesii violaverant, reficerentur.

Interea Henrico duce apud Bavaros agente[5], universi Saxonum satrapae gerendi cum Danis belli cupiditate, quod minimo conficiendum negocio arbitrabantur, insignem viribus exercitum amplificabant[d]. Qui in itinere profugis occurrentibus accipiunt Danos non rustica aut ignobili armatura, sed operoso ac militari instrumento bella gerere solere tantaeque in christianos clementiae esse, ut fugientes colaphis quam armis insectari maluerint. Nam aciem suam, cum ab eis capi intercipique posset, equis, non spiritu spoliatam; auctorem vero victoriae solum Sialandensium antistitem extitisse. Id mirum satrapis visum; quorum unus Guncellinus, cui[e] bellicae virtutis experientia apud Henricum ducem

a) antequam 1; *corr. St.* — Quam antiquam *legendum esse videtur. H.-E.* b) Burna *Kr.* c) percursoris 1. d) applicabant *corr. St. Kinch.* e) cuius 1; *corr. V.*

1) Oldenburg. 2) *Munitioni diffisi, quae ex veteribus convulsionibus nullae vel exiles erant* Krantz, Wand. V, 35. 3) Cf. Helmold. I, 86: *seniorum terre Wagirensis, Marchradum scilicet et Hornonem.* Marcradum etiam Krantz, Wand. V, 35, hunc vocat. 4) Adolfo III. 5) Henricus dux a. 1172. in Terram Sanctam profectus, a. 1174. in Bawaria moratus est; cf. regesta ap. Prutz, 'Heinrich d. Löwe' p. 461 sq.

familiaritatis palmam creaverat, de re presenti a ceteris consultus, Absaloni in maritimis occurrendum monebat, quod cum unius insulae manu dimicare magni non sit. Interrogatus ab iisdem rursum, an cum ipso rege manum tuto conserere possent, ne id quidem Henrico duci sine periculo audendum respondit. Quo dicto, cunctantibus cunctis Danicaeque virtutis impetum formidantibus, viam se tutioris consilii repperisse subiunxit. Nam cum universae Danorum vires maritima expeditione confluxerint, si interim Slesvicensium partes hostiliter peterentur, plus dispendii Danos, quam foris inferant, domi esse passuros. Quo audito, Bernardus Razaburgensis in eam provinciam arma se translaturum negabat, quam per regem beneficii iure possideat[1]. Sed neque Slesvicensium portas, tametsi rex extrinsecus agat, adeousque defensoribus carere, ut plane hosti patere videantur. Nam earum custodiam sexaginta Danorum milibus[2] esse mandatam. Quod audiens Henricus[3], qui Saxoniae primatum vicario nomine administrabat, bellum a se Danis temere parari protestatus est, qui pacis patriaeque caritate flagrantes propulsandae magis quam irrogandae iniuriae gratia adversum insolentissimos servos teterrimosque latrones martem inducant. Quos cum innocentes incessere nefas habeatur, tartareas sedes mereri, qui tam iustae gentis cruore manus suas contaminare presumerent. Hiis monitis decretum remittendae expeditionis obtinuit, cunctis tam indignum miliciae genus detrectandum censentibus. Igitur Guncellinus, qui bellicae virtutis operibus apud Henricum excellentem familiaritatis locum meruerat, cum sententiam suam sociorum arbitrio dampnatam animadverteret, pacificandum cum nostris ratus, Sunonem poposcit, eoque compositionis partes plenius exhibente, usque ad Henrici ducis e Bavaria reditum belli dilationem obtinuit.

Rex deinde Rugiam advectus, Circipinensem[a] statuit attemptare provinciam. Quam dum peteret, eximiam vastae cenulentaeque paludis difficultatem offendit. Cuius superficies tenero vestita cespite, graminis quidem ferax, sed vestigii ita impatiens erat, ut plerumque calcantes obrueret. Nam, limo funditus subsidente, in luteas voragines sordidamque colluviem prolabebantur; haud aliud progressuris iter patebat. Tunc equites extenuandae difficultatis vitandaeque lassitudinis gratia arma sibi detracta equis imponunt eosque previi ductare ceperunt. Quos ut altius ceno obrutos sustentabant, ita, cum et ipsi ductando subsiderent, equorum comam amplexi fulciebantur. Rivulos quoque, qui in ea palude crebri admodum discurrebant, nexis virgarum compagibus superant. Tunc vero insignis quorundam probitas fuit. Nam quidam ex equitibus armis onusti, ductis post se equis, passibus incedebant, agilitatis fiducia onera abicere recusantes. Quorum factum hoc illustrius, quo inusitatius extitit. Sed et equi, dum corpus lacunis immersum avidius erigunt, interdum ductores ungulis obruunt. Rex ipse duorum militum humeris innixus, omnibus preter proximam corpori vestem reiectis, aegre limi molliciem superat. Raro umquam plus sudoris Danica virtus expendit. Ingentem hostibus peragratae paludis ammiratio stuporem invexit. Neque illis resistere tutum ducebant, a quibus et ipsam rerum naturam superatam cernebant. Victor tantae difficultatis exercitus haud secus, quam si hostem fudisset, alacer incedebat. Ingentes deinde silvas emensus, animadvertit vicum apta navigiis palude circumdatum. Is aquarum natura quam arte munitior erat, eaque dumtaxat parte vallum habebat, quam pons inter ipsum et continentem porrectus tangebat. Hunc princeps urbis Otimarus[b] prohibendi aditus gratia, adventante exercitu, undis illico exaequare curavit, solis stipitum reliquiis inter aquam manentibus. Quas nostri ceu quaedam alterius pontis iaciendi fundamenta sortiti, propinquae villae sepibus applicatis, paulatim intermeandae paludis compendium moliuntur. Huius itaque loci oppugnationem rex, hortante menium inopia, aggressus, Absalone cum maiore equitatus parte predatum misso, quaecumque exaedificandi pontis instrumento opportuna animadvertit, summo negocio contrahit. Huius operis contextum verentes oppidani, contractis undique sudibus, ligneam turrim instituunt, cuius presidio hostem tamquam arce vetarent, eiusque propugnaculis freti, nostros, promovendo operi quam protegendo corpori intentiores, immissis subito funditoribus incessere ceperunt. Contra Dani sagittis decernere adorsi, quia propius ac-

a) *sic infra p.* 159, *l.* 7; Sircipinensem *h. l.* 1; Circipoen. *St.*; Circipanos *Kr.*, *Wand. V*, 36. b) Othmarus *Kr.*, *Wand. V*, 37.

1) De qua re nihil constat. 2) Ita etiam Krantz, Wand. V, 36. 3) Fortasse Henricus ille Thuringus, comes (de Kefernburg), quem dux tutorem Adolphi tertii Holsatiae comitis constituerat. V. De eodem (Henrico de Orlamünde) loquitur Krantz V, 36. Cf. etiam Giesebrecht p. 202.

cedere nequibant, rem eminus temptant. Nec minus Otimarus novi pontis progressu ter- 1171?
ritus, stagnum rate transgressus, regem petebat; ac prout nostrorum operam aut segnem
aut vegetam[a] animadvertit, ita nunc parcius, nunc impensius pacis supplicationes agebat
semperque pro oppugnationis habitu deditionis verba concipiebat. Tunc vero remissior
5 operis executio fuit. Sciebant enim milites, si bellum revocari deberet, pontem a se con-
seri non oportere. In quem tanta iam armatorum moles concesserat, ut ne locus quidem
suppeditandis[b] quae structurae necessaria forent suppeteret. Adeo vincendi avida multi-
tudo operandi angustias sibi ipsa concivit. Sed nec aliter allatae sepium moles quam
super militum vertices eorundem manibus ductatae proferri poterant. Nec inutilis ea
10 necessitas fuit, cum sepes in altum libratae non minus corporibus muniendis proficerent,
quam aquis sternendis prodessent. Eodem exemplo vulneribus saucii referebantur. Tum
vero rarior tenuiorque pontis contextus fiebat, militibus plus eius incrementis quam firmi-
tati studentibus. Et iam pene eundem insulae commiserant, cum hostes partim arte, partim
viribus freti, novo pugnandi genere bellum exaggerant. Siquidem hastatas falces e turri
15 directas ad militum nostrorum scuta tendebant eaque pertinacius apprehensa preliantibus
detrahebant. Obnitentes interdum violentiore tractu ponte excussos profundum petere
cogebant. Cui malo ni maturius occursum fuisset, Danorum iuventus propemodum scutis
vacua occubuisset. Nam ex nostris quidam lignei unci amminiculo iniecta sibi falce potitus,
eadem ceteras occupando, hostem subsidio spoliabat. Iamque dies occiduus erat, cum rex
20 contiguae noctis metu, quid potissimum ageret, incertus, seram oppidi captionem futurum-
que pontis incendium verebatur. Quis rebus cum se urgeri animadverteret, ne victo similis
magno cum ignaviae rubore ab oppugnatione discederet, ad intuendas Otimari preces pau- p. 886.
latim animum deflexit. Quem desperationis errorem Absalon, cum ingenti preda super-
veniens, consilii sagacitate mire discussit. Siquidem regem, si se ignaro Otimari votis
25 annueret, execratus, interpretemque secretius abductum, quaecumque a barbaro pacifice
tractarentur, contrario modo exponere hortatus, armatus in pontem descendit militesque
eum prohibendae pugnae gratia adesse ratos acrius instare compellit, predam, si vince-
rent, eorum iuris futuram pollicitus. Grata militibus promissio fuit. Iamque explicito
opere, alacres non solum telluris aditum, sed et turris fastigium occupant; quam scalis
30 gradibusque adorti, fundunt obvios, resistentes obtruncant. Tunc Herborthus[c] eques Dani-
cus, ne, pontis angustiis officientibus, ac turba sociorum obstante, tardior superveniret,
facilem ad hostes transitum novo irruptionis genere quaesivit. Etenim, armorum onere
retento, profundo se credidit, quosque gradu non poterat, incredibili nandi virtute pre-
cessit. Quod factum aemulantibus ceteris, teneram pontis compaginem militum concursus
35 repente subsidere coegit. Cuius ruina Absalonem quoque inter alios excussum pessundedit.
Qui cum nandi astu calleret, tametsi armis obsitus esset, non solum inter undas securus
emersit, verum etiam alios eius artis ignaros ab imminenti periculo tutos prestitit. Interea
Sclavi, non suppetentibus ad fugam navigiis, doliis se committere ausi, iisdem pro rotun-
ditatis habitu circumvolutis, ab insequentibus occupantur. Qui nimirum ob inusitatum
40 navigandi genus, ut suis miserabiles, ita nostris ridiculi fuere. Itaque ludibrio permixta
eorum infelicitas erat. Capto vico, trucidantur mares, feminae captivantur. Fuere etiam
qui regi capiendi Otimari consilium instillarent. Quem, ne recentis victoriae gloriam unius
hominis perfida captione corrumperet, inviolatum dimisit hostique parcere quam famae
nocere maluit. Cum omni deinde exercitu pristinum iter remensus, prius classem, mox
45 patriam repetivit.

Postera aestate[1] Henricus, Bavaria reversus, apud Eydoram solemne cum Danis collo- p. 887. 1171?
quium habuit. In quo ob prosperos rerum successus adeo se insolenter ac tumide egit,
ut medium pontis, sicut ante consueverat, visendi regis causa transgredi recusaret, ne sibi
dignitate prestare, quem peteret, fateretur, immemor prorsus illum paternum avitumque
50 regimen gerere, sibi alieni imperii prefecturam cessisse. Quam insolentiam rex adeo
patienter ac moderate tulit, ut in eius occursum exaequatis pontis spaciis tamquam par,
non maior, descenderet, honoratiorem se ratus, si cum indignantis viri fastu humilitate

a) vegetem 1; *corr. St.* b) suppetandis 1; *corr. St.* c) Herberthus *St.*

1) Anno 1171, Helmoldo teste; cf. supra p. 140, n. 2. (Sed hoc loco de colloquio a. 1171. agi minime
55 constat, quod mihi nec probabile videtur. H.-E.)

1171? certasset. Siquidem preditus mansuetudine animus celsitudinem suam citra debitam maiestati venerationem submittere quam alienae superbiae exemplo insolescere maluit.

p. 888. Itaque pace cum Henrico composita, Absalon, cum secus Stethiumense[a. 1] promontorium navigationem haberet, levibus saxis et ad iaciendum habilibus in eius littore lectitatis navigium onerat, usurus eis ad castelli tuitionem, quod in publico negociatorum portu[2] 5 condiderat[3]. Quibus navigio impositis, ad idem castellum postera die pervenit. Ubi cum mundiciarum gratia balneis uteretur, animadvertit cuiusdam navis e septentrione venientis mentionem foris stantium collocutione crebrescere. Quam ut piraticam intellexit, semiloto corpore, vestem poposcit, navemque, quam in portu velatam dimiserat, remigibus lituo contractis, conscensam in altum dirigere curavit. Nicolaus quoque, qui clientelae eius et 10 stabuli curam habebat, aliud navigium, iam pridem rimarum vicio pessundatum, exhausta sentina, ad patientem navigationis habitum celeriter perduxit. Sed Absalon velo, Nicolaus p. 889. remigio piratas petebat. Qui cum Absalonis navigationem suam superare conspicerent, callidum fugae commentum amplexi, submisso velo, contrariam vento navigationem remigio moliuntur. Id attemptantibus Nicolaus rate obvius fuit. Quam adversa navigatione 15 petentes, mira gubernatoris solertia fefellere. Nam cum ad eius pene contactum pervenissent, obliquato remigio, in illud navigii sui latus, quod ab hostibus aversum erat, pariter concurrere iussi, reliqui se erigentis oppositu perinde ac muro hostilia, quibus incessebantur, iacula vitavere. Sic hoste eluso, diverticulum nacti, callidis navigationis ambagibus recessus petebant. Quos[b] tanta fugae aviditas ceperat, ut, cum ingens telorum vis in 20 eorum navigium effunderetur, etiam manus sagittis traiecti, manentibus spiculis, remigandi officia non omitterent. Adeo illos timoris magnitudo vulnerum molestiam negligere coegit. Fuere etiam qui undis impensius obluctantes vitam remigio finirent. Alii telis terga confixi maiorem navigandi quam spicula propriis corporibus avellendi curam prestabant. Adeo illis minorum vulnerum dolorem maiorum metus ademerat. Cumque anceps diu 25 f. CLXXX. navigationis certamen fuisset, quod ex remigiorum volucritate pendebat, nostris tandem superantibus, occupantur. Tunc quidam ex eis indubitati periculi metu ferrum exspectare non ausi, in undas desiliunt mortemque sibi ipsi inferre quam ab hoste recipere maluerunt. Itaque plerumque timidos unius periculi metus in aliud precipites iactare consuevit. Maxima horum pars, qui fluctibus abstinuerant, ferro perempta est, quamquam ignobile 30 sociorum fatum comitari nolentibus iure parcendum videretur. Quorum capita corporibus avulsa propter Absalonicae urbis menia iisdem stipitibus affixa sunt, qui nuper aliorum piratarum a Sialandensibus captorum cervicibus onusti fuerant. Ea res ingenti predones pavore confecit. Plurimum siquidem ad exstirpanda piratarum latrocinia spectaculi huius atrocitas valuit. Gubernator ipse cum paucis admodum remigibus captus, cum falsam re- 35 demptionis spem animo presumpsisset ac, forte putria sociorum capita conspicatus, idem p. 890. se Danis facturum dixisset, captivitatis suppliciis consumptus est, penasque non solum veteris piraticae, sed etiam recentium minarum exitio pependit.

Per idem tempus Esbernus et Wethemannus[c], opportunas patriae excubias multo navigationis impendio prosecuti sedulumque piraticae opus ingressi, in septem piraticos mio- 40 parones quatuor incidere navigiis. Tunc Mirocus[d], pugil spectatae audaciae, fortitudinis suae motum intra propriae navis spacia continere non passus, Wethemanni se appetentis navigium virtutis fiducia solitarius insilit; cedentibusque per ignaviam remigibus, neminem in eo preter Wethemannum rebellem habuit. Quos Esbernus, rate preteriens, risu prosequi contentus fuit neque aut hostem laedere aut civem iuvare sustinuit, ne pluribus 45 adversum unum opem tulisse videretur. Progressus itaque Strumicum athletam insignis fortitudinis capit. Sed nec prius Mirocus, ut pedem referret, urgeri poterat, quam alius navigii supervenientis viribus arceretur. Cuius respectui tantum venerationis a victoribus tributum est, ut, cum captus supplicium mereretur, redemptionem acceperit, potiusque in eo probitas honorata sit, quam facinora punita. Ita, cum impietati pernicies deberetur, 50 fortitudini salus donata est.

a) Stethinnense 1; *corr. V.*; Steffnense *perperam St.* b) Quas 1; *corr. V.* c) Wetemann. *Krantz, Dania VI*, 34. d) Mirotus *Kr.*

1) Stevns Klint ad orientale latus Selandiae. 2) Kopenhagen, Kjøbmannahavn. 3) *Nam telorum hoc genus tum non vile est habitum: iacula vocant divi Stephani* add. Krantz, Wand. V, 38. 55

Eodem tempore Eskillus, domesticis supra vires negociis fatigatus, dum quieti intentius consulit, proficiscendi licentia a rege difficulter extorta, nobile Galliarum cenobium quod Clara-vallis nuncupatur petivit, ibique privati more tranquillam vitam degens, asperum patriae convictum voluntariae peregrinationis[a] lenitate mutavit, iocundiorem rerum usum apud exteros quam inter cives habiturus.

Per[1] idem quoque tempus Walagostenses, menium suorum angustias perosi, contractiora urbis spacia propagare ceperunt. Nec incrementa adiecisse contenti, nova defensionis presidia excogitabant. Siquidem frequentibus palis circa menia defixis, quominus hostis aditu potiretur, propinqua muris vada claudebant, profundiora fluenti loca advolutis ingentibus saxis navigiis inaccessa reddentes. Ceteros quoque meatus navigationibus opportunos aut lapidum coagmentis aut alio impedimentorum genere prestruebant. Hiis obstaculis rex optato locorum accessu prohibitus, classem postera adversum Sclavos expeditione[2] promotam Zuinensibus ostiis inserit, Iulinique vacuas defensoribus aedes incendio adortus, rehabitatae urbis novitatem iterata penatium strage consumpsit[3]. Nec solum Iulini viciniam, sed et confinia Camini, ipso preterito, populatus est, ut factu celerius, ita quoque hostibus perniciosius ratus patentem ruris ubertatem diripere quam dubia munimentorum claustra pulsare. Nam Iulinenses, cum urbis suae recentes ruinas ferendae obsidioni inhabiles cernerent, perinde ac viribus orbati, deserta patria, presidium Caminense petiverant, aliena amplexi menia, qui propria tueri diffiderent. Ab hiis demum finibus exercitus noster ad urbis Oznae[b] solum dirigitur. Cuius menibus abstinens, viciniam irrumpit, certam agrorum vastationem incertae urbium obsidioni preponderare existimans. Sed etiam idem aliquanto satius faciliusque reputabat persequi dispersos quam urgere munitos. Cui postmodum compendiariae navigationis reditum circumspicienti in commune provisum est propinqui fluminis[4] abstrusos reserare secessus. Cuius ostia cum quondam navigantibus pervia fuerint, nunc harenis obfusa, ad pristinum habitum fossa redigi possint. Quam sententiam considerata difficultatis magnitudo quassavit, rege eximiam obstaculi molem ligonibus penetrari morosum[c] ducente vetanteque negocium suscipi, quod plus impensae quam utilitatis afferre videretur. Igitur repetito Ozno[d], tormentisque propter vallum erectis, obsidio fingitur, cuius specie deditio obtineretur. Quam simulationem spernentibus oppidanis, expeditioni finis imponitur.

Aliam rege post ver posterum exorso, eiusque opinione finitimos terrente, cum se Sclavi nec propriis viribus nec peregrinis auxiliis adversum Danica arma abundare conspicerent, delegatur Priszlavus[e], qui bellum apud Danos deprecaretur. In quorum preparatam classem incidens, oblatae pecuniae pactione[f] non solum profectionem prohibuit, sed etiam pacem in biennium taxavit. Ceterum publicae religionis conditiones barbaris ingestae non sunt, cuius professores plerique eorum principes existerent, vulgo sacrorum societatem dampnante. Qui tametsi christiano nomine censerentur, titulum moribus abdicabant, professionem operibus polluentes.

Per idem tempus Henricus, compositis in Bavaria rebus, quia Sclavis adversum Danos adesse non poterat, amiciciam Waldemari prius per internuncios petitam, mox apud Eidoram colloquio obtentam[5], callidius quam verius amplexatus est. Nam pervicaci eius ingenio nulla boni stabilitas serviebat. Cum gente nostra numquam diutinas ac constantes amicicias gerere sustinuit. Mentiri virtutem ducebat, bonarum artium loco fallaciam amplectebatur, fidem simulatione colebat, honesto utile anteferendo. Assidue nostros, rupta turpiter societate, laedebat. E contrario regem conspicua animi integritas perpetuaque in cunctis constantia decorabat. Quid ergo miremur, quod inter eius virtutes et Saxonicam levitatem firma societatis copula aut solidum concordiae vinculum contexi non poterat?......

a) perigr. 1. b) ad (in) Osnam *Kr., Wand. V*, 40. *Dania VI*, 35. c) operosum *St.* d) Ozna *St.* e) mittunt Pribislaum *Kr., Dania VI*, 35. f) captione *St.*

1) Krantz, Wand. V, 39. praemittit quae infra p. 920—924. leguntur. Sed Dania VI, 35. eundem rerum ordinem ac Saxo praebet. 2) Quam a. 1176. factam esse censet Velschow. Sed de a. 1172. cogitat Giesebrecht p. 222. 3) De Iulini destructione antea nihil retulit Saxo. Urbem a. 1176. obsessam esse tradunt Annales infra editi. 4) Peene. 5) De eodem pacis pacto, quod supra p. 140 (ed. Müller p. 877) commemoratum est, hoc loco agi censet Velschow, quod a. 1177. tribuit; Philippson l. l. II, p. 194. 439 sq. a. 1174. defendit. Equidem Saxonem hoc loco in universum de pace, cuius paulo ante mentionem fecit, egisse putarim.

Sed ne peregrinis ulterius immorer, stilum ad propria referam. Neque me domestica scelera per idem tempus exorta diutius externis insistere patiuntur. Siquidem Magnus, Erici[1] filius, presentis fortunae stipendiis non contentus, cum Kanuto et Carolo, quibus paterna cum Waldemaro necessitudo[2], maternus autem avus Eskillus erat, aliisque compluribus in societatem facinoris accitis, opprimendi per insidias regis consilium capere sustinuit. A quo cum[a] Suenonis partibus militando bello Grathico captus fuisset[3], non solum spiritu, sed etiam amiciciae et familiaritatis iure donatus atque ex privata fortuna ad eminentem dignitatis locum provectus fuerat. Tantam victoris caritatem supplicii, quod meruerat, loco expertus est. Cuius insidiarum apparatus hoc securior, quo incredibilior extitit. Neque enim facile regis animum subire poterat, ab illo sibi insidias necti, cui quondam salutem a se tributam meminerat. Cum res diu latuisset, indicium huiusmodi fuit. Quidam Teutones insidiarum conscii, Magno clientelae obsequiis devincti, cum, forte negociorum eius curam amministrando Holsatiam peragrantes, cuiusdam solitariam vitam degentis hospicio excepti fuissent eiusque cubiculum a se medio tantum pariete discretum nescirent, nocturno invicem sermone effusius habito, vehementer se mirari dixere, quo pacto rex inter tot preparata sibi insidiarum commenta mortalium adhuc luce fungeretur, quas Magnus cum Karoli filiis eius capiti clandestino consilio molitus fuerit. . . . . . . Hanc hospitum relationem a rerum ammiratione profectam eremita, perinde acsi[b] divinitus dati indicii mysterium veneratus, cuidam monachorum rectori ad se venienti memori narratione replicuit, iusso horum indicandorum gratia ad regem transitum non differre. . . . . . . Huic[4] postmodum forte materni avi Eskilli, per idem tempus a Gallia navigantis[5], appulsus urbem Ripam cum Kanuto fratre petendi causam prebuit. Quorum Benedictus quidam solo patre germanus, sed pellice editus, regiae clientelae fortior quam fidelior comes, Waldemaro paucis post diebus, quam Fioniam ingressus fuerat, in propatulo prandente, sive celandae fraudis impatientia adductus, seu parricidii, quod cogitaverat, furiis concitatus, neglectis epulis, cultrum, quem forte prandendi gratia sumpserat, compressa manu huc atque illuc actum varia ancipitique versatione stringebat, perinde ac usum eius ad inferendas plagas agitationis exerciciis prediscere cupiens. Interdum ferrum sinu condebat detectumque rursum digitis inserebat. Inter haec assidue regem oculis destinabat, quibus non minus quam manui minarum inesse videretur. Cuius motibus amentiae consentaneis Waldemarus per sponsam filii Gerthrudem, ob id muliebriter lacrimantem, oculos inserere monitus, Nicolaum, qui regiae mensae preerat, quam poterat arcanis nutibus accersitum, visum ad inusitatos Benedicti gestus obliquare tacite iubet. . . . . . . At Benedictus coniurationem a consciis regi proditam ratus eumque hiis, quos incautos opprimere cuperet, callidis simulationis ambagibus veniam polliceri, plerisque miliciae insignibus relictis, Iutiam qua potuit celeritate petivit, detectae factionis nuncio ad Magnum dimisso. Ita perfidum eius animum mordax conscientiae crimen regiae mansuetudinis promissis fidem habere vetuit. Quae res Magno proxima nocte navigio Lubecam proficiscendi indeque Henrici contubernium expetendi causam prestitit. . . . . . .
At Magnus facinoris pudore, quam exilii causam haberet, Henrico pandere veritus, reconciliationis ab ipso dumtaxat remedia postulabat. Ille exulis vota aversari impium ratus, epistola ad Waldemarum transmissa conceptae erga Magnum offensae remissionem efflagitat. Ad haec Waldemarus legatione quam litteris respondere satius ratus, Henricum, quem stabulo suo preposuerat, Germanicae vocis admodum gnarum, in Saxoniam dirigi curat, apud eius ducem Henricum Magni perfidiam accusaturum. Quo audito, Magnus, rubore in audaciam verso, quam poterat pertinaciter obiectis se affinem negare et veluti in argumentum[c] innocentiae duello manum offerre, eodem acumine dissimulationem amplexus, quo facinus molitus fuerat. Refert legatus non ob hoc se eo missum, ut accusationis partes apud exteros ferro prosequi debeat, sed ut reum causam suam ad regis cognitionem transferre defensionemque patria lege decretam subire moneat. Tum duce, quem defensionis modum adversum hoc criminationis genus lex Danica statueret, rogante, penes

a) in *inserit Madvig.* b) ac sibi *St.* c) augmentum 1; *corr. St.*

1) Regis, Lam dicti, ex pellice filius. V. 2) Paterna horum virorum necessitudo minus certa est. V. 3) A. 1157. Eum captum et clementiam liberalitatemque Waldemari expertam esse Saxo ed. Müller p. 735. narravit. 4) Carolo. 5) Vere anni 1177. V.

ferrum purgationis morem consistere respondit[1]. Tunc Magnus a duce rogatus, an tantum f. CLXXXIII. p. 905. fiduciae in innocentia sua reponeret, ut huius experimenti indicio[a] spem defensionis petere auderet, anceps id genus nec semper miraculo preditum aiebat, quod plerumque et insontes dampnare et noxios absolvere soleat fortuitosque maxime experimentorum eventus habeat; neque enim divinam potentiam tanta mortalium cura flagrare, ut quibuslibet eorum votis rerum naturam cedere compellat. Suspecta plerisque responsio fuit. Tum duce, quam a se opem sperare debeat, qui tanti criminis obiectionem patriis institutis refellere nollet, arctius perquirente, quid ageret, incertus, aliquamdiu responsi cunctationem exhibuit. Tandem ulterioris profugii diffidentia adductus, ultro regem aditurum se dixit, si sibi, quemcunque causa exitum sortiretur, impunitatis fides daretur. In cuius fiduciae certitudinem stabularius sponsionis suae pignus offerre cepit, prefatus capitali crimine dampnatis patriae legis instituto dilabendi inducias tribui, iisdemque e vestigio supplicium irrogari nefas haberi[2]. Qua Magnus oblatione contempta, solam Absalonis fidem se pignoris loco recepturum asseruit. Quae cum rex ex legato cognosset, epistola duci redditur, qua Magno sub Absalonis obtentu veniendi discedendique potestas promittitur. . . . . . . p. 906

Qua[3] finita, Waldemarus, Daniae Suetiaeque primoribus accersitis, regales filio[b, 4] f. CLXXXIV. p. 912. nuptias exornat. . . . . . . Qui[5] cum Absalonis navigio comitatuque Slesvicum perlatus f. CLXXXVI. p. 918. fuisset, cyphum argenteum ab eodem sibi pro munere oblatum suscipere recusavit, pre- 1177/78. fatus se deinceps nullum insignium vasorum usum habiturum. Idem cum regem Slesvicensi in ponte obvium convenisset, ita corporis debilitate solutus est, ut a plerisque exanimis putaretur. Recreatus tandem, fretumque rate transgressus, ac presentes benignius ex- 1178. osculatus, inter flebiles amicorum voces plorabundus, et ipse curriculo per Absalonem procurato, cum prorsus equitandi impatiens foret, quo mollius veheretur, imponitur. Cuius flentis discessum amicorum turba ipsum ulterius non visura perinde ac funus lacrimis prosecuta est. Post haec regis legati cum Lundensibus cogendi Absalonis gratia[6] Romam mittuntur. Qui primum Clarevallum profecti, reperti illic Eskilli epistolam, cuius ea tempestate non mediocris apud curiam favor vigebat, in adiumentum suae petitionis accipiunt. Nec minus Absalon ac Roskildenses legationibus curiam fatigant, electioni, quam Lundenses confirmatum pergebant[c], plenis reclamationis sententiis obnitentes. . . . . . .

f. CLXXXVI.

Per idem tempus Sclavorum piratae, spoliatis Waldemari legatis, navigium muneribus p. 920. 1177. eidem a socero[7] transmissis onustum cepere. Cuius reposcendi gratia nunciis ab eodem missis superbe responsum dedere. Qua iniuria Waldemarus, ut par erat, accensus, Henricum in societatem ultionis sollicitat, Rugianisque, quod hostilium locorum gnari essent, in commilitium evocatis, per Suinam invectus, Iulinum oppidum, incolarum fuga desertum, p. 921. incendio temptat, Henrico Diminum obsidione complexo[8]. Qui cum expugnationem dubiam difficilemque animadverteret, amnem, qui castra sua a menibus dividebat[9], transverso deductum alveo, remotiore cursu urbem preterlabi coegit. Quo facto hostium muris summam defensionis opem conciliavit, presidium eius pro oppugnatione molitus. Ea re effectum est, ut actam aestate obsidionem autumno inglorius solveret. Cuius discessionem fortuitum urbis incendium subsecutum est, suis viribus tribuente fortuna, quod Saxonicis deferre dignata non fuerat. Eadem benigniore Danos lumine contemplata, eorundem ministerio Cozcovam[d, 10] urbem conflagrare permisit, indigenas vero metu palantes ad loca paludibus obsita virium inopia confugere coegit. Quod Absalon captivi cuiusdam cum fratre minore coniugeque et liberis comprehensi indicio expertus, rogare eum cepit, an suam

a) indicio *propos. Kinch.* b) filiae 1; *sed* filio *vel* filii *legendum esse, Suhm, Dahlmann (I, p. 310 n.), Velschow, Hovgård alii recte statuisse videntur. — Suhm etiam pro* Suetiae *legere maluit* Saxoniae; *sed illud Epit. Gheysm. et Krantz tuentur.* c) peragebant 1; *corr. Madvig.* d) Crisztoam *legendum esse censet Hovgård p. 537 n. Sed* Cosconam *etiam Kr., Wand. V,* 39.

1) Henricus proxime ad legem respexit castrensem Kanuti Magni ('Witherlags ræth'). V. 2) Etiam haec consentanea sunt cum praeceptis legis castrensis. V. 3) Hieme a. 1177/8. 4) Kanuto cum Heinrici ducis filia. — Nuptiae, ut videtur, mense Febr. a. 1178. celebratae sunt. V. 5) Eskillus Lundensis, qui archiepiscopatu cessit. 6) Nempe ut is archiepiscopatum Lundensem susciperet, quem adhuc recusaverat. 7) Sophiam patre Ruteno procreatam dicit Saxo p. 703; eumque Waledarum Rutenorum regem dicit Wilhelmus (infra p. 166). Sed de eius sede non satis constat; cf. Velschowi not. uber. p. 348 sq., qui sententiam a Wedekind ('Noten' II, p. 1—54) propositam dubiam censet. 8) Cf. Arnold. Lub. II, 4; Ann. Pegav. 1177, SS. XVI, p. 261. Minus recte Velschow haec a. 1178. facta esse putat. Fortasse quae de Iulino oppido obsesso Ann. Danici a. 1176. referunt (cf. supra p. 145, n. 3) huc pertinent. 9) Peene vel Tollense. 10) Gützkow.

suorumque libertatem latentium civium proditione mercari cuperet. Ille conditionem cupide pactus, se ipsum terrestribus copiis petendam paludem cincturum, fratrem vero navigaturis ducem promittit. Sic enim Sclavos ancipiti fuga implicitos nusquam dilabendi materiam habituros. Ea palus, a superiore[1] per angustum amnis discrimen abrupta, minoribus dumtaxat accessa navigiis erat. Quibus dum Absalon eam peteret, a captivo errorem simulante ductum minis extorsit saltumque meditantis cervici nexum inferri precepit. Multi in eum ex Sclavis, dum cimbis fugam capessunt, incidunt. Armenta ab iisdem inter mare paludemque coacta a Sialandensibus capta ac per totum exercitum distribui curata sunt. Quae res ei plus invidiae apud socios quam gloriae quaesivit, quod ab universis capiendum erat, a solis Sialandensibus occupari dicentes. Quo paludem egresso, quidam ex nautis petulantioris linguae ducem supplicio dignum per iocum dixere, quod, cum navigationem premonstrare deberet, ignorantiam finxerit promissumque suum secutos simulato errore fallendos curaverit. Ille, ludibriis pro serio ductis, laqueo destinari se ratus, dum aquam e stagno tamquam mundiciarum gratia peteret, ultro precipitato corpore profundum insiluit, anticipare fatum quam expectare preoptans. Qua temeritate dubium reliquit, perieritne an sub undis salvus enaverit. Quibus rursum, ut fieri solet, evomitus, restim, quam collo innexam habebat, manibus, ne per eam attraheretur, complicandam curabat. Mersus denuo visentes eadem qua prius ambiguitate complevit. Sed corpore eius tandem exanimi reperto, dubietatis quievit contentio. In tantum autem illic exercitus noster captivi pecoris gregibus abundabat, ut in iisdem agendis cotidiana pastorum opera uteretur. Quorum discursum periculo vacuum generalis earundem partium vastitas efficiebat; quam tanta incendiorum vis pepererat, ut hirundines quoque, tectis, quibus habitare consueverant, orbatae, gubernaculis navium ac proris fetum procreaturae nidos affigerent, domiciliorum usum ab hostibus mutuantes. Post haec rex Henricum, diutina Diminensium obsidione suspensum, alloquio petiturus, terrestri itinere arrepto, urbem Cozcoam a nemine defensam igni implicitam reliquit. Cuius processum tum amnis cuiusdam profunditate insignis, tum ulteriorum locorum difficultas indicata cohibuit. Hinc regi in Caminensium provinciam transitus fuit[2], quam rurali magis populatione quam ulla munimentorum oppugnatione permensus, Camino dumtaxat inaniter attemptato, navigia, quis captivum pecus veheret, prendenda curavit. Haec tam uber pecoris opportunaque commeatibus erat, ut exercitum nostrum bimestri edulio aleret. Legatione deinde ad Henricum missa, presenti miliciae finem imponere iubetur[a], illo obsidionem, quam frustra gesserit, ocius soluturo. Quibus responsis acceptis, interiacentia quaeque partim ferro, partim igni adortus, per summam hostilis rei populationem Walagostum accedit. Quo viso, Walagostenses, Zulistro duce, extremam pontis sui partem convellere ceperunt, ne quis hostium per eum irrumperet, inhibituri. Cuius fragmentis pauci ex nostris perinde ac scalis utentes, amminiculantibus sociis, ascensu obtento, hostium urbe exilientium[b] irruptione petuntur. Quibus ob paucitatem resistere nequeuntibus, Hemmingo excepto, omnes cessere. Absalonis hic armiger erat, levibus armis instructus, ad discrimina subeunda promptissimus semperque se periculis immergere solitus. Qui dum se parvulo pedis regressu urgentibus subtrahit, talis gladii, quo cinctus erat, longitudine offensus[c], supinus concidit. Quo lapsu plus gloriae quam incommodi expertus est. Nam inter crebras hostium hastas, quibus acerrime petebatur, non tam suo quam fortunae clypeo protectus, ut primum genibus se excipere potuit, districto ferro propiorum tibias appetivit. Quibus paulisper cedere compulsis, sublimis desiliit[d], sociorumque tandem ex pudore fortitudinem capientium accursu petitus, oppugnatores urbem repetere coegit. Ita ad suos regressus ac toto corpore integer repertus ammirationi visentibus fuit. Igitur non solum fortitudini ipsius, sed etiam fortunae veneratio tributa est.

Ea tempestate Romani scismatis controversia, astipulante cesare Federico, pertinacissimo Germanorum errore compluribus annorum curriculis alita, veri pontificis Alexandri pedibus proculcata, succubuit, dividuumque ecclesiae statum catholicae concordiae vinculum colligavit. Quo in tempore regis Lundensiumque necnon Absalonis legati Roma regressi,

a) iubet 1; *corr. Madv.* b) exiliensium 1. c) offensis 1; *correxi H.-E.* d) resil. *prop. Kinch.*

1) Nulla alia a Saxone commemorata est. V. 2) Saxo in historia huius expeditionis vix iustum servavit rerum ordinem V. Cf. etiam Giesebrecht III, p. 225 n.

laeto patriam nuncio compleverunt. Qui tametsi diversas atque contrarias res petitione [1178.] complexi viderentur, ea tamen Romani pontificis industria sunt excepti, ut pars utraque sibi pro votis consultum gauderet. Nam et Absaloni Lundensem pontificatum assumere iussum et Roskildensem administrare permissum. . . . . . .

EX LIBRO XV.

Post haec rex, nondum ultionis in rerum suarum raptores satietatem adeptus, expedi- [f. CLXXXVII. p. 926.] tione eam[a] petere statuit[1]. Quam dum, septentrionalibus Iutis supersedere iussis, australes [1178.] immenso ventorum flatu peterent, Slesvicensium antistes Fredericus, perfectissimum honestatis specimen, dum veli magnitudine eximiam aurarum molem intolerabilesque navigationi notos complectitur, defecta gubernaculo puppe, cum omnibus pene sociis periclitatus, contractae classis animos ingenti luctus acerbitate confecit[2]. Cuius fato minus triste non fuit, quod, sociorum cadaveribus ultro repertis, solum eius corpus impensius perquisitum ante Spiritus sancti solemne[3] deprehendi non potuit. Cuius tempore Sialandico littori appulsum non odore triste nec aspectu deforme compertum est, prorsus ut corruptela vacuum existimares. Quo integritatis habitu sanctitatem viri divinitus declaratam crediderim. Nec minus veneratu dignum, quod idem frustra ab amicis quaesitus eius potissimum festum corporis sui repertione clarescere voluit, cui peculiaris cultus officio honorem habere consueverat. Tum vero insignis Absalonis gemitus erat, precordialis amici casum lugentis[4].

Rex copiis apud Falstriam obvius, vocata maiorum concione, provisum sibi, inquit, [p. 927.] parvula manu magnas hostium copias non lacessere, eam miliciae conditionem habenti, cui plurimum gloriae vel opprobrii debeatur. Quam ob rem se potius Absaloni Kanutoque filio expeditionis summam committere, si bene rem gererent, aliquantulum laudis, si male, parum vituperii relaturis. Illi iussibus[b] celeriter obsecuti, Rugianorum etiam classe, quanta subito contrahi poterat, adiuti, incessata navigatione Ostroznam[5] accedunt, in occupando hoste non minus celeritate quam audacia usuri. Quorum tam latens improvisaque irruptio extitit, ut plerosque Sclavorum domi inopinatos opprimerent, provinciamque penitus incautam vastassent, ni incendio demum ab inertioribus edito proderentur. Illic [f. CLXXXVIII] binis forte Sclavis navigio fugam quaerentibus, cum alterum a Gerimaro teli iactu prostratum reliquus ulcisci cuperet, cognito, quod Rugianorum ducem appeteret, telo verecundius abiecto, dilabitur. Tanta apud hanc gentem viris in fastigio positis veneratio penditur. Interea classis per Penum amnem allapsa, equis, quos inter pascua repperit, captis, Walagostum progreditur. Cuius ponte disiecto, transituque obstaculis vacuefacto, propter menia ancoras iacit, oppidanis imparata[c] adhuc tormenta tractantibus. Eadem obsidionis fastidiis navigationis dispendia anteponens, tam vagum sparsumque miliciae genus secuta est, ut, hostibus errore ludificatis, ubinam maxime sua tueri deberent, incertum relinquerent. Siquidem[d] evitatis locis, in quibus eos obvios habebat, defensoribus vacua petebat; quibus eadem accedentibus ex consulto cedebat et ad partes presidio carentes miliciam transferebat. Et ne ulla negociorum intermissio foret, peditibus remigio noctes, somno dies exigere, equitibus vero nocturnam requiem diurnis miliciae laboribus rependere constitutum. Adversum quem excursationis modum Bogiszlavus et Kazimarus nichil in armis remedii ducentes, animadverso patriae vastitatem, nostrorum non minus agilitate quam viribus inchoatam, suo ductu propulsare non posse, emendae pacis consilium capiunt, [p. 928.] quorum arma ferre non possent, amiciciam mercaturi. Quibus accessis, eorum se viribus impares confessi, presentium finium iacturam inter damna non[e] ducere simulant, amplissima Pomeraniae deserta novis sedibus complexuri. Ad haec Nicolaus Falstricus, in risum solutus, sinistre eos patriae consulere dixit, cuius inferiora Danis, superiora Polanis, finitimorum manu huc atque illuc iactati, cedere cogerentur. Quo dicto patriae salutem circumspicere moniti, centum libris nummum Absaloni, quod penes eum expeditionis arbitrium esset, totidemque Kanuto promissis, legatorum a se captorum dimissionem cum duobus milibus talentum, qua summa rapinam regi inflictam rependerent[f], pollicentur. Ad haec

a) Sclaviam *St.* b) iussis *corr. St.* c) impata 1. d) Squidem 1. e) d. n. 1; *corr. St.* f) rependere 1; *corr. St.*

1) Annum 1179. indicat Velschow. 2) Quod die Maii 3. accidit. 3) Quod a. 1178. die Maii 28. fuit. 4) Absalon amicum suum in aede monasterii Sorensis sepelivit. Quod testantur insignia eius in pariete boreali huius templi depicta cum hac inscriptione: *Dn̄s Fredericus ep̄s Slesvicensis sepultus in muro sanctuarii.* V. 5) V. supra p. 119, n. 3.

1178. Absalon responsum moratus, seductis maioribus, offerri conditiones ab hoste dixit, quarum usus perniciosus patriae, sed[a] gratus, contemptus vero commodior quam carior esset futurus. Siquidem pecuniam regi, pacem civibus, captivis missionem pacti nomine lucrari[b] favori p 929 quam utilitati propius emolumentum esse. Iisdem vero pro nichilo ductis, a bello non recedere saluberrimum. Iam enim Sclavorum vires eo tenuitatis esse redactas, ut, si pax desit, deditionem sequi necesse habeant. Ita se suis, bellum an pacem probent, deligendum relinquere, ne, alieno consilio preterito, proprium audacter secutus videatur. Respondetur ei potissimum parti studendum, qua publicus favor possit acquiri. Hac sociorum sententia Absalon uti compulsus, ne anxiam regis exspectationem inopinata reditus sui celeritate concuteret, ab Esberno se precurri iubet, speciosum gestorum nuncium perlaturo. Qui propter Hythini[c] insulam tempestatum adversitate coercitus, non ante tempestivum profectioni caelum sortitus est, quam Absalon, receptis obsidibus, eiusdem venti beneficio allaberetur. Cuius precelerandi[d] gratia navigationem impensius conficiebat. Qua forte rex inter venandum conspecta, preproperum posterae[e] classis reditum ammiratus, fugam suis iniectam credebat. Quam sollicitudinem falso contractam, cognitis ex Esberno rebus, effusiore gaudio permutavit, utilius pace bellum confessus. Quem etiam hospicio benignissime exceptum plenis hilaritatis officiis prosecutus est. Die postero classem non solum impensioribus verbis laudatam, verum etiam osculis honoratam dimittit. . . . . . .

f CLXXXVIII'. p 930 1180? Post haec Henricus ob exercitum cesari adversum Italos negatum gravem bello offensam expertus, cum tantae rei molem viribus suis maiorem cerneret, Waldemarum sibi obviam[f] crebris nunciis evocatum, pertransito ponte, cuius numquam antea dimidium excedere consueverat[1], per summam mutuae fidei exhortationem obnixa auxilii petitione sollicitat. Adeo superbiae necessitas imperat, fastusque infortunio domatur. Ad quod rex se nullo fidei debito compelli prefatus, amiciciae tamen, quam olim cum eo iunxerit, si monitis suis obtemperatum foret, affuturum promittit. Igitur Henrico, quaenam haec essent, cognoscere cupiente, cum terrenum, inquit, imperatorem attemptare inter ardua ducatur, multo caelestem lacessere periculosius, qui proprio nutu preter humanum amminiculum prospera vel adversa afferre mortalibus possit. Quem si Henricus iam pridem a se pontificalium bonorum rapinis offensum congruis restaurationis officiis complacasset, victoriam mente presumere posset, alioqui bellum temere conaturus. Quod si infesto Deo communiter ab ipsis committeretur, ambos hosti victoriam cessuros. Neque enim dubium p. 931. fore, quin caduca ac fragili potentia usurus sit, quisquis divinae pertinaciter obviare presumpserit. Igitur se non nisi expiato piaculo[g] commilitium prebere ausurum, publicae religioni quam privatae amiciciae propiorem. Tum Henricus multa a se pontificum bonis[h] beneficii nomine extorta confessus, quibus si sponte cederet, ultimae paupertati subiceretur, corrasae attonsaeque cervicis homines tanti a se aestimari negabat, ut ultro opibus carere plusque eorum irae quam gloriae suae tribuere velit. Repulsae tamen suae silentium ab ipso geri precatur, ne in vulgus negatae opis fama dissereretur. Sic rege dimisso, promissi ab eo presidii simulationem apud milites, ne ad cesarem deficerent, exhibebat, hac spe eorum animos firmare cupiens. Regressis inde Danis, mirum dictu et novitate prodigium incidit. Siquidem una noctium infinitus murium grex e longinquo rure concurrens, tristi occentu edito, Seleensibus[i] aquis[2] sua sponte submersus interiit. Quorum cadaveribus vento iactatis littus mane constratum apparuit. Quae res utilior incolis an mirabilior fuerit, incertum est. . . . . . .

f CXCI'. p. 946. Summa postmodum cesaris in attemptando Saxoniae principe calliditas patuit; non enim minorem expugnandi eius spem in acumine quam viribus reponebat. Inprimis Waldemarum, quem eidem certius affuturum credebat, astutia temptat. Siquidem binas eius filias 1181. totidem filiis suis, quorum alterum successioni imperii destinarat[3], alterum Sueviae satrapam[4] constituerat, per legatos in matrimonium postulabat; non quod sanguini suo bonae fidei nuptias quaereret, sed ut hostem amicis abundantem auxiliis spoliaret. Quod callidius

a) si 1; *corr. Madv.* b) lucri 1; *corr. St.* c) Hythim 1; *corr. V.* d) praecedendi *St.* e) *delendum censet Kinch.* f) obvium *corr. St.* g) periculo 1; *corr. Kinch.* h) bona *Kinch.* i) *tla* 1; Sceleensibus *St.*; Sleensibus *Kinch*; Selcensibus *proposuit V., de Selker-Noer, Sliae parte, cogitans.*

1) Contrarium dixit Saxo supra p. 143 (ed. Müller p. 887). 2) *In Slia* Epit. Gheysm., Langebek II, p. 3[illegible]3. 3) Henricum. 4) Fridericum.

an impudentius egerit, ignoraverim. Ad illum enim falsas iungendae affinitatis preces dirigere non erubuit, quem olim perfidiae laqueis complicatum ad obsequia sibi paciscenda pertraxit. Amici regis, intellecta fraude, haec non matrimonii voto, sed Henrici odio flagitari dicebant. Tam veros cesarianae calliditatis interpretes sola reginae sententia superavit, sanguinis sui connubiis affinitatem cum cesare iungere gloriosum ducentis. Quaerente rege, quantum ab eo dotis nomine exigeretur, legati se ignorare dixere, remque ad cesaris arbitrium retulere. A quo rescriptum est, curandum regi Lubecam petere, cuncta secum illic commodius definituro. Obtemperatum rogatui est. Interea cesar omnibus imperii nervis ad obruendas Henrici partes connisus, urbes eius passim ad se deficientes in deditionem recepit. Defectionis causa non tam cesaris amor quam Henrici odium extitit. Is siquidem, nimiis ac diuturnis felicitatis successibus elatus inque summo fortunae fastigio nullum ruinae incommodum suspicatus, subiectas tyrannidi suae cervices inusitata dominationis saevicia atque intolerabili morum acerbitate vexabat, nec hosti quam civi importunior existere consueverat. Igitur non bello aut clade, sed fraude militum et desertione viribus amissis, cum solas spei reliquias in Transalbianorum auxiliis haberet, Lubeco oppido relicto, quod se eius menibus parum tutum arbitraretur, summa cum festinatione correptis navibus, in Stormariam, intimum fugae suae receptaculum, penetrat[1]. Huius provinciae preses Adulfus apud ipsum profusis caritatis officiis a puero alitus feliciaque naturae pariter ac fortunae incrementa sortitus atque ad ordinem militarem summis beneficentiae studiis provectus, tam fedam educationis suae mercedem exsolvit, ut inter omnes Henricianae miliciae comites primus se defectoris nomine macularet. Post haec a cesare navigia, quibus Albiam superaret, sagittariis et funditoribus completa, per pronum amnis alveum immittuntur. Pari studio classis, exquisito bellatorum agmine referta, ad impediendum cesaris traiectum ab Henrico contracta. Quae postquam hostilium navium multitudinem in conspectu habuit, earundem numero perterrefecta, proposito per fugam deserto, cesari transitum cessit. Qui dum oppidum Lubecum obsidere cepisset, Bogyszlavique et Kazymari[2] fratrum vires admodum suspectas haberet, utrique se potentiae et claritatis incrementa daturum subornata legatione promittit, provincias, quas hactenus obscure et sine honorum insignibus gesserint, satraparum nomine recepturis. Iocunda cesaris toties ab Henrico laesis promissio extitit, non intelligentibus sibi sub specie beneficii deforme servitutis iugum intendi. Interea Waldemarus classe luxu quam armis ornatiore Lubecum profectus, occurrentibus sibi Germanorum equitibus eximiasque eius adventui grates habentibus, navigationem medio amne, quoad possit, proferre deposcitur, quo brevius inter ipsum ac cesarem iter restaret. Quo facto, postero die, an cesarem medio itinere obvium affectaret, a legatis rogatus, castra eius petere preoptavit, Romani imperii rectorem in re modica fatigare supervacuum existimando. Nec minor cesaris in excipiendo Waldemaro calliditas quam Waldemari in petendo cesare moderatio extitit. Siquidem inprimis eum amplexu atque osculo decentissime veneratus, mox dextra honorabiliter apprehensa, deposito amiculo, per media castra perduxit, preconis more cunctos ei via cedere iubendo. Tentorium quoque, nimio multitudinis conspiciendi regis avidae concursu collapsum, planum campi petendo deseruit. Ubi sedandae pressurae gratia, distenta virga, quam poterat celsa voce cunctos locis, in quibus consisterent, considere precepit. Sed Waldemarus cum eius dignatione perinde ac quadam moderationis aemulatione contendens, sellam suam se exspectaturum respondit, ne probato sedendi usu imperialis cathedrae honorem usurpare videretur. Magnates honoribus eminentes, non ordine aut ratione discretis sedendi spaciis, sed ut quemque violentae pressionis casus iactaverat, sedilia habebant, fortuna, non dignitate locorum usum distribuente. Illic exaudire erat Teutonum voces formam regis staturamque mirantium; quos tanta visendi eius cupiditas ceperat, ut, [cum[a]] sedendi humilitas obstaret, alter alterius conscensis humeris, productis illum cervicibus inspectarent. Hunc regem, hunc dominum, hunc imperio dignum referre, cesarem regulum homuncionemque vocare. Adeo barbaris eum excellens corporis habitus venerabilem facie-

a) *deest* 1; *suppl. St.*

1) Haec minus accurate tradita esse, omnes consentiunt; cf. Arnold. II, 20 sqq.; Prutz, 'Heinrich d. L.' p. 344 sq. 2) Quem tunc iam mortuum esse Cohn ostendit, 'Forschungen' I, p. 329 sqq.; cf. etiam Philippson II, p. 456; Klempin, 'Pommersches UB.' I, p. 59. 68.

1181. bat. Crediderim cesarem has militum voces dissimulanter tulisse, ne regis laudibus offendi videretur. Quem post diutinam omnium ammirationem, paucis secum exsurgere iussis, in proximum tabernaculum eodem comitatis genere deducendum curavit, quo venientem fuerat prosecutus. Illic enim, seriis omissis, aliquamdiu benivolo iocundoque sermone detentum, ad vesperam, prosequente totius Germaniae iuventute, discedere permisit, luce postera apud silvam portui vicinam opportunioris colloquii gratia presentiam redditurum. Interea filios regiam navem petere inque ea sub specie lusitandi morari precepit, carissimorum pignorum familiari conversatione, in quanto regis adventum poneret, ostendere cupiens. De quorum nuptiis condicto in loco mentionem orsus, maiori triginta milia talentum, minori octo in matrimonii conditionem deposcit. Quae res suspecta Danorum maioribus fuit, virgines nondum ad nubendi aetatem provectas fraudulenter ab eo postulari credentibus. Sed Waldemarus maiorem summam suis opibus imparem arbitratus, minorem Ungariae regis, arcta sibi propinquitate coniuncti[1], fiducia pollicetur. Huic pactioni iureiurando firmitas adiecta est, desponsionisque vinculum sacramenti religione constrictum. Hiis actis, rex navigia, cesar castra repetiit. Quo tempore Sclavorum, ad ipsum regiae classis metu navigiis progredi non audentium, legatis receptis, diluculo navigium regis, parvo militum numero comitante, eiusdem cimba advectus, cunctis inopinatus ascendit. Igitur rege exercitus sui primores participandi colloquii gratia contrahente, solum Rugiae principem Iarimarum, quem pridie compluribus venerationis officiis, insuper regio nomine adulatus fuerat, quod eum Danis perquam fidum non ignoraret, vocari passus non est. Habere deinde se dixit, quod ad regem secreto referre cupiat, quem ob futurum mutui sanguinis contractum non amicum modo, verum etiam unanimem habeat. Sclavos siquidem enervandi gratia Henrici a se promissionibus allectos esse, quas, eodem expugnato, minime exequi velit, memor, quid olim sibi de subigenda Sclavia pollicitus fuerit. Orare deinde patiatur se eam ad presens sui muneris facere, binis fratribus geminae prefecturae titulo speciosius quam diuturnius tribuendam. Eandem quippe se ei, profligato Henrico, subicere curaturum. Annuente rege posteroque die concionem petente, Bugiszlavum et Kazimarum, datis solemniter aquilis, Sclaviae duces appellat, veterem atque hereditariam patriae libertatem vanis atque fucosis dignitatum nominibus venditantes. Qui si scissent, quanto oneri se exigui panni receptione substernerent, mortem beneficio pretulissent aut privati in omne vitae tempus degere maluissent. Sic sub honoris specie gravissimis dedecoris probris implicati discedunt, servitutem falsis dignitatum insignibus coloratam in patriam referentes. Illic quoque Syfridus, splendido Thyringiae loco ortus[2], unam Waldemari filiarum[3], cesare astipulante, despondit, regiaque nave devectus, solemnes Slesvici nuptias habuit.

1182. Interea Sclavi, castello, quod propter Zuynensia ostia moliti fuerant, hyberna maris exundatione pessundato, bina alia iisdem in locis, materia per hyemem contracta, veris principio condiderunt, inexpugnabiles se fori rati, si Penus amnis Walogosto oppido, Zuyna maritimorum presidiorum obstaculis clauderetur. Quod rex sero nuncio expertus, cum ad Viridem portum[4] impediendi operis gratia contractis copiis appulisset, ex Rugianis cognoscit consummatas arces presidiisque completas. Precipue eum in hiis expugnandis circumspecta portuum inopia desperare coegit. Tunc Kanuto filio, tunc[a] Absalone, Sunone et Esberno vocatis, refert difficilem arcium oppugnationem sibi visam, alienis eas auspiciis quam propriis incessere preoptanti, ne, studiis parum ex sententia cedentibus, rerum toties a se feliciter gestarum fulgor corrumperetur[5]. Igitur Kanuto atque Absaloni oppugnationis curam imponit, prefatus minus ruboris ex inefficaci illorum pugna quam sua ad patriam redundaturum. Si vincerent, non minori sibi gloriae fore, quam si ipsemet victoriam edidisset. Sed Absalon Scanorum atque Syalandensium ductum pollicitus, Iutos sua opera ductandos negabat, quos non solum imperii sui, verum etiam adolescentiae Kanuti contemptum acturos sciat. Nec eum predictionis augurium fefellit. Permotus

a) cum *corr. St.*

1) Bela III. Waldemari I. consobrinus erat, quippe qui matrem habuerit Euphrosynam sive Helenam, sororem Ingeburgis, Waldemari matris. V. 2) Comes de Orlamünde, filius Hermanni, nepos Alberti Ursi marchionis. 3) Sophiam. 4) Idem procul dubio qui supra p. 139 (ed. Müller p. 875) sinus Viridis (Grønsund) appellatur. 5) Idem supra p. 149 (ed. Müller p. 927) refertur.

dicto rex, iturum, licet invalidum, respondit. Hiis curis astrictus, morbo ex sollicitudine 1182. contracto, in lectum decidit. Enimvero precordia eius dividuae passiones, hinc vincendi cupido, hinc desperatio, torserunt. Mane ducibus[1] eum, ut sibi parceret, orantibus imperiumque eius etiam absentis se executuros spondentibus, vix atque aegre consensit, ut ad 5 oppidum Worthyngum[2], filio pontificique contradita belli summa, discederet. Quibus eodem in loco diutina ac vehementi tempestate detentis, sediciosae Iutorum voces toto littore exaudiebantur, tum commeatuum alimentorumque defectum causantium, tum expeditionis miliciaeque remissionem poscentium. Quas cum Homerus Ripensium antistes, quem preter religionis dignitatem singularis eloquentiae claritas commendabat, copiosis facun-10 diae documentis delinire non posset, postremo vim verbis anteponendam ratus, quendam ex seditionis consortibus ante tentorii sui fores pertinacius obstrepentem prendi vincirique curavit. Quae res populi clamorem auxit, seditionem accendit. Igitur patres plebis a rege p. 955. cum contemptu imperii discessum veriti, communicato colloquio, expeditionem ab eo sponte solvendam decernunt, temerariam eius delapsionem simulatae licentiae beneficio 15 precurrendam putantes, ne magis proprio ductu finiri quam regio nutu remitti videretur. Quae si in preripiendo reditu propriae voluntatis motum ducis arbitrio pretulisset, evenire posse, quod divo Kanuto solutae classis penas a patria exigenti contigisse prodatur[a, 3]. Quam rem Kanuto, si patrem eius iam febri implicatum presens morbus absumeret, regni successionem adimere posse. Hiis consiliis adductus Kanutus convocatam classem, facta 20 revertendi potestate, dimittit, beneficii loco erogans, quod plebis petulantiae negare non poterat. Ita seditionis periculo bellum omittere coactus, cum Absalone, Esberno et Sunone Warthingum[b] adnavigat, paternae febris exitum exspectaturus. Igitur Waldemarus per apertam cubiculi sui fenestram velorum reditum contemplatus, ammiratione rei morbi pariter atque aegritudinis incrementa contraxit. Summa tamen utriusque dissimulatione 25 usus, filium ad se cum arbitris venientem tam hilari vultu admisit, ut pene morbo vacuus putaretur. Quin etiam se minimo doloris sensu teneri dicebat, corporis molestiam animi robore dissimulare conando. . . . . . . Sed fortuna, altero patriae lumine extincto[4], reli- f. CXCIII'. p. 958. quum[5] perire passa non est, ne deesset, cuius ductu Daniae pedibus Sclavia subiceretur, aut gens, quae sub tantis ducibus ad excellentem honoris habitum provecta fuerat, tutore vacua 30 remaneret. Cuius lacrimis precum loco defusis respersa altaria non parvulum promptissimae eius erga regem benivolentiae indicium prebuere. Iisdem quoque madefacta thura gratum Deo odorem dedisse crediderim.

EX LIBRO XVI.

. . . .

35 Egregium tunc Kanutus moderati animi specimen dedit[6], cum ultionem, quam univer- f. CXCV. p. 965. sorum crimen meruit, unius amici[7] precibus donavit. Indignum adolescentem[5], cuius virtus externi principis acumine temptaretur. Compluribus enim cesaris legationibus curiam adire paternaeque amiciciae successionem expetere iussus, intercedente amicorum consilio, quam modestissime rescripsit, excusationis verbis a regnandi novitate quaesitis. Siquidem 40 arbitris eius excussa atque explorata cesaris calliditas erat, hiisdem perfidiae laqueis filii simplicitatem circumvenire studentis[c], quibus olim patris credulitatem implicatam habuerat. Cui cum cesar erepturum se regnum aliique daturum plena minarum epistola respondisset, solum hoc rescribere contentus fuit, quaerendum videlicet cesari esse, priusquam sibi regnum adimat, qui Daniam in eius beneficio reponere cupiat. Qua responsi libertate non 45 solum minantem elusit, verum etiam plurimum a se fiduciae in civium animis reponi docuit. Apud quem cesar frustra monitis egisse se videns, Syfridum, qui sororem[8] ipsius in matrimonio habebat, subornat, quod litterarum suarum instinctu nequibat, alienae vocis supplemento persuasum haberi conando[9]; qui ubi Daniam intravit, quanta regis caritate ob sororis eius matrimonium teneretur, quantisque cesar viribus esset, exposito, Absalonem, 50 Sunonem et Esbernum, qui soli ex amicis cum rege admittebantur, tum fidei, quam Kanuto,

a) proditur *corr. St.* b) *ita h. l.* 1. c) studentibus 1; *corr. St.*

1) De Iutorum primoribus dicit Krantz, Wand. VI, 16. 2) Vordingborg in littore meridionali insulae Seeland. 3) Cf. supra ed. Müller p. 586 sqq. 4) Waldemaro 55 rege a. 1182, die Maii 12. defuncto. 5) Kanutum, Waldemari filium et successorem. 6) Rex clementer in rebelles Scanienses agens. 7) Absalonis. 8) Sophiam; cf. supra p. 152. 9) Cf. Arnold. III, 2.

p. 966. cuius tutores existerent, deberent, tum fiduciae, quam eiusdem pater in eorum pectoribus reposuerat, admonitos orare cepit, ne amicorum nomine hostes agendo creditum sibi pupillum, annis et consilio tenerum, grave et intolerabile belli onus suscipere iubeant eumque sub titulo tuendae libertatis regno exuant, quin[a] potius salutaribus illum consiliis formare curae habeant Romanique imperatoris curiae ascribi deforme non ducant. Respondet 5 Absalon de se dubium non esse, quin utiles, si nosset, monitus Kanuto libenter fuerit porrecturus; a quo ita cesaris amiciciam expeti velit, ut propriae eius maiestatis decus incolume servaretur. Nam et Waldemarum Frederici partes amiciciamque secutum nichil fide eius aut promissione fallacius repperisse. Proinde Syfridum nosse debere, Kanuto cesarique aequum regnandi ius esse, neque minore cum libertate hunc Danici regni quam 10 illum Romani imperii gubernacula continere. Igitur indignante Syfrido plenaque minarum ac fastus responsa fundente: 'An tu', inquit, 'ex temet ipso Daniam pensas eamque ut Thyringiam[b] a cesare, cum volet, quam facillime capi posse existimas? Proinde abi imperatorique tuo perfer Danorum regem ne minimam quidem obsequii partem dignitati eius ac nomini delaturum'. Dignum hoc contemptu dixerim, qui propior alieno imperio quam 15 propriae affinitati, tam invisam Danicae libertati legationem suo monitu administrare sustinuit. Hiis auditis, cesar spernenti se regi, quia bellum nequivit, odium inflixit, animo, non ferro contemptum ulturus. Spe tamen potiendae Daniae non omissa, civilium in ea malo-
p. 967. rum motum exspectandum putabat, seditione dividuam gentem minore cum virium suarum periculo oppugnandam sperando. Quam opportunitatem aliquamdiu quaesitam a fortuna 20 sibi negari conspiciens, Sclaviae satrapam Bogiszlavum, quem nuper Kazimari fratris decedentis orbitas heredem effecerat[1], crebris muneribus amplissimisque promissionibus in Danica bella sollicitat. Cuius hortatui Bogyszlavus pronius quam prudentius obsecutus, sed bellum adversum Daniam palam atque aperte profiteri non ausus, primum avunculi sui[2]
p. 968. Iarimari Rugiae prefecti, quaesitis simultatum causis, hostem agere cepit[3], cesarianae 25 miliciae respectum arctissimis affinitatis vinculis preferendo. Qua de re Kanutus per Iarimarum certior factus, mitti curavit, qui causam a Bogiszlavo tam subitae laesionis inquirerent. Ille non regem, non Daniam a se laedi, sed iniuriam[c] a Iarimaro illatam repelli testatus, communem controversiam per utriusque legatos, armis interim depositis, ad regis cognitionem referri deposcit eundemque pacis inter se faciendae auctorem flagitat, verbis 30 benivolentiam simulantibus simplicitatis fidem pretendere cupiens. Igitur rege nichil in-
1184. sidiarum aut perfidiae metuente, causae dictionis dies locusque decernitur. Apud insulam deinde Samsam[4], non solum huius negocii explicandi, sed etiam iuris civilis emendandi gratia ingenti nobilitate contracta, amborum legatos excepit. Quorum altercatione solemniter audita, cum in Iarimarum complura loquacius quam verius obiectarentur, ac propter 35 principalium personarum absentiam sententia impediretur, a Bogiszlavi legatis ultro iureiurando promissum est, eum, cum primum regi placitum foret, in rem presentem venturum; ita in eludendo rege non minor[d] legatorum quam eius a quo missi erant calliditas versa-
p. 969. batur. Quorum promissis Kanutus securius quam cautius aestimatis, concilio ocius dimisso, in Iutiam secessit, fortissimis quibusque Scanorum ac Sialandensium tantam ocii 40 tranquillitatem causantibus seque nimia iam quiete in desidiam provolvi querentibus, longo deliciarum usu enerves animos gerere, qui sub rege Waldemaro totius ferme anni tempus multiplici rerum agitatione varioque miliciae genere deducere consueverint. Nam militaris roboris nervos sicut ocio hebetari ac remitti, ita negocio intendi excitarique. Igitur acuendae virtutis gratia piraticam adversum Estones in commune decerni placuit. 45

Inter haec Bogiszlavus, hortante cesare, non solum patriis ac domesticis viribus instructus, sed etiam a finitimis late presidia mutuatus, adversum Rugiam quingentarum navium classem ingenti belli apparatu refertam contraxerat. Quibus copiis nichil hostilium virium obstaturum ratus, Bugiszlavum[e] quendam legati nomine cesarem petere iubet, qui tantum a se exercitum adversum Daniam contractum nunciaret, ut dubitare 50 non possit, quin Kanutus, resistendi fiducia defectus, quam citissime Romano se foret imperio traditurus. Delectatus promisso cesar, laudato Bogiszlavo, legatum imperatoriis donis prosequitur. Iarimarus, tam subiti inopinatique belli fama perculsus, Absaloni in Sia-

a) Qui 1; *emend. Madv.* b) Thyringam 1. c) in iniuriam 1. d) minore 1; *corr. St.* e) Prebislavum *corr. St.*

1) Cf. supra p. 151, n. 2. 2) De hac cognatione nil certi constat. V. 3) Cf. Arnold. III, 7, qui brevius hanc pugnam descripsit. 4) Samsøe. 55

1184. landia se continenti magnitudinem periculi Rugianae genti imminentis propinquitatemque denunciat. Qui protinus festinatione, quanta sociorum expugnationem precurri oportebat, accinctus, missis per Sialandiam epistolis, omnem aetatem armis habilem in classem confluere iussit; minores rates maioribus, onerarias piraticis sociavit plebique demum ac nobi- p. 970. litati promiscuum corripiendarum navium usum concessit. Eodem edicti genere coniunctis Sialandiae insulis imperatum. At Fioniensibus Scanisque sextum intra diem prefixum portum petere, alioqui supersedere iussum. Neque enim ulteriores apparatui inducias convenire. Adeo autem in hiis, quibus expeditionis societas mandata fuerat, obsequendi sollicitudo flagrabat, ut egregio alacritatis certamine constitutum sibi tempus aut implerent aut precurrerent. Kanutum vero, tametsi nuncium in Iutia recepisset, ingens locorum distantia denunciati temporis angustiis permixta Absalonici operis consortem existere non patiebatur. Sex solas naves Fionia, quatuordecim Scania, ceteris tarditate impeditis, trans- f. CXCVI misit. Quarum insignis paucitas culpae obnoxia videri potuisset, si non longinquitatis patrocinio defenderetur.

Maii 19. Penthecostalis festi pervigilium erat, quando prenominatum sinum Absalonica classis inierat. Eadem die, ne quid segnius aut cunctantius gereretur, Hythini[a] insulam adnavigari curatur. Illic obvii Rugianorum nuncii prestolandum docent, quoad sciri possit, in quam Rugiani soli partem hostilis irruptio tenderet. Iam enim Bogiszlavo ad insulam p. 971. Coztam[1] Rugiae pretentam esse perventum. Qui quamquam hostilia iam pene rura pulsaret, non temperavit sibi, quominus sobrietatem effusa crapulae licentia violaret. Tanta siquidem epularum indulgentia exercitum aluit ac corrupit, ut convivium magis quam bellum amplexus videretur. Verum Absalon nunciorum monitis obsecutus, hiisdem postera Maii 20. luce regressis Bogiszlavumque ex adverso Strelae insulae[2] copias expositurum docentibus, quamquam crepusculum appetebat, correpto signo, ocissime littus scapha petivit. Gubernatorum deinde collegio per preconem vocato, nuncioque quam brevissimo militibus edito, ingenti cohortationis cura alacritate exercitum replevit, quietem suam certis victoriae imaginibus adumbratam prefatus. Nec alia militum responsio fuit quam pugnam se optare; quam si accipiant, non dubitare, quin vincant. Quem animorum calorem tum a longa vincendi consuetudine, tum etiam ab ingenita Danico sanguini virtute traxerunt, p. 972. digni qui vocis suae augurio non fallerentur. Igitur Absalon incertae navigationis metu, quod fretum dubiae profunditatis esset, diluculum prestolatus, cum inde soluturus esset, aliquamdiu retentus est, harenis anchora altius insidente. Quo evenit, ut ab universis infinitum procedendi ardorem gerentibus relinqueretur. Sed neque se ab exercitu precedi indecens existimabat, a quo plus hortationi suae quam cunctationi tributum cernebat. Quem merito hiis gratulatum crediderim, qui iustae celeritatis compotes quam violentae morae consortes existere maluerunt. Quam tarditatis iacturam, impedimento solutus, tanta remigii velocitate pensavit, ut pene prima navigia occupaverit, dispendium casu invectum preliandi cupidine redimendo. Hunc publicae festinationis procursum missa a Rugianis ratis excepit, quae aliquanto remissiore navigatione utendum doceret, quod, Bogiszlavo adhuc insulam Coztam tenente[b], incertus irruptionis locus existeret. Sed et Iarimarus secessum hostium domestico milite succinctus opperiebatur. Igitur cessata impetus cura, ad littus Dreccense[3] divertitur. Illic affertur, hostes domum petisse, nunciis incidentis forte nebulae errore[c] deceptis. Idem nostris portum Darsinum[4] petere iussis Iarimari cum eis p. 973. consiliaturi Rugiano exercitu vallatum pollicentur occursum. Quo loci adnavigato, cum nec Iarimarus nec quisquam ex eius satellitibus repertus fuisset, placuit Nicolaum Falstricum, quod Sclavicae gentis linguam calleret, explorandi hostium secessus gratia ad Iarimarum dimitti.

Quo abeunte, cum Absalon divinae venerationi vacaturus littus scapha petisset, repen- p. 974. tino nuncio per Iarimari familiarem suscepto, cognoscit Pomeranicam adventare classem,

a) Hythim 1. b) tenentem 1; *corr. St.* c) errori 1; *corr. St.*

1) Intelligitur procul dubio insula Koos, quae in diplomatibus vocatur Costen vel Chosten, sita in mari quod appellatur 'Greifswalder Bodden'. V. 2) V. supra p. 118, n. 3. 3) Ex occidentali Rugiae littore prominet peninsula, quae vicum portat Drigge vocatum. V. 4) Darsim vel Darsimhovet in vicinia hodierni Ludwigsburg olim situm hoc esse, ut Petersen p. 232. coniecit, in dubium vocat Velschow, cum hoc nimis longe a Rugia absit. Potius in littore Rugiae hunc portum fuisse censuit. De fluvio inter insulam Zingst et tractum 'Der Darss' non recte cogitasse videtur Kombst, 'Balt. Studien' I, p. 82, n. 91.

1184. Maii 20. quae, si nebulae densitas non obstaret, cerni cominus posset. Igitur revocatis qui sacra gestabant, cupide concitatam classem obviam hosti in altum direxit, armis, non precibus Deo libamenta daturus. Quod enim sacrificii genus scelestorum nece divinae potentiae iocundius existimemus? At Pomeranis non tam hostile solum repente invadendi quam Rugianorum equitatum, defendendi littoris studiosum, variis navigationis ambagibus ludificandi propositum erat. Qui Danicam conspicati classem, Borwegium[1] occidentalibus comitatum Sclavis auxilii sibi ferendi gratia adventare credebant, aeris nubilo nostrarum navium numerum habitumque dignosci non patiente. Neque enim eorum animos subire poterat, Danos, per tot locorum spacia a Sclavia remotos, intra tanti temporis angustias eo loco[a] fuisse provectos, speculatoribus ob nimiam securitatem excubandi officia parum curiose gerentibus. Igitur Bogiszlavus Rugianam classem appelli ratus, a centum et quinquaginta myoparonibus circuiri desiderat[b], reliquam classem veluti in aciem iactis anchoris componit; naves, quibus alimenta vehebantur, aliquanto pyraticis prestantiores, inter ipsas et continentem admovit, armatae multitudinis speciem vacua lignorum effigie adumbraturus. Quo vultu deceptus Suno[c] Bogiszlavum auxilia a Teutonibus mutuatum credebat. Rarescente tandem nebula, Absalon ab exiguis hostium scaphis preteriri se videns, ne omnes quidem tuto redituras per iocum aiebat. Igitur sociis ingenti cohortatione firmatis, in hostilem classem, ut imperio, ita ductu et navigatione primus invehitur. Monitus a Sunone, ne eam perinde ac Germanicis roboratam auxiliis prepropera festinatione incesseret, sed temperato remigio militem armari iuberet, minime cunctandum aiebat, prefatus eo iam loci conclusum hostem, ut nec bellum tuto conserere nec fugam salubriter edere posset; itaque nichil impedimento fore, quominus promptissimam sibi victoriam esset cessurus. Eo deinde monitus iterante, milites Absalonis munimenta corporibus aptare ceperunt, parte remigium continuante. Quorum apparatus nimiae ac perseverantis nebulae beneficio hostem fallebat. At ubi propius ventum, Danorum iuventus, ut cunctationis, ita silentii impatiens, sublatis vexillis, non temperavit sibi, quominus concitatissimum preliandi ardorem celso cantilenae genere prosequeretur. Absalonis quoque signum, numquam sine hostium fuga spectari solitum, Sclavis pariter et Danorum presentiam prodidit et confligendi diffidentiam incussit. Igitur summa cum trepidatione sublatis anchoris, cupide classem concitare ceperunt, quantum navigationis longo temporis tractu protulerant, exiguo horarum spacio remensi. Innumeri, quorum fugam aut navium magnitudo aut anchorarum sublatio retentabat, profundum petendo, fluctibus quam ferro vitam finire maluerunt. Horum rates eodem pene temporis momento refertas ac vacuas conspicareris. Sed neque prolapsos natandi usus servare poterat, subiectarum voraginum eluvie mersorum corpora tenacius apprehendente. Quantas igitur timoris vires existimemus, qui, quos nimio sui haustu repleverit, ne proprio quidem spiritui parcere compellit? Decem et octo navigia nimiae multitudinis in se confugientis concursu rupta receptis exitio fuere. Paucis hostem opperiendi animus fuit. Illius vero etiam ridicula formido extitit, qui sociale exemplum perosus, nexo ex rudentibus laqueo, suspendio se consumere quam hosti necandum prebere maluit. Quod factum complures prius ammiratione, deinde ludibrio prosecuti, dulcedine spoliorum[d] lentius hostibus inhaerere ceperunt. Quibus Absalon preteritis monitisque, ne predam quam hostem insequi mallent, septem solis navibus totam pene fugacium classem insectari non destitit, illa nimirum fiducia usus, qua toties sibi hostium terga aspicere contigit. Neque enim a palantibus in illa insequentium paucitate numerus, sed virtus aestimabatur. Centum ferme navium turba maritimae fugae diffidentia terrestrem cepit, perque horridos ac desertos saltus inermis attonitaque discursum habuit. Iarimarum quoque hostilis sanguinis quam predae avidiorem concitatior tuendae patriae cupido reddiderat. Quinque ac triginta[2] navigiis vehementi remigio concitatis, hostilis Absalonem nobilitas devitabat. Quae cum septem sola sibi instare animadverteret, fugam suam non solum tristem, sed etiam erubescendam rata, bis navigationi, perinde ac pugnam confectura, laxamentum dare conata est. Igitur Absalon, quamquam ab amicis ceterae classis adventum opperiri rogaretur, nulla ex parte cessato remigio, progredi perseveravit, plus hostium trepidatione quam sociorum auxiliis utendum prefatus. Quo cognito, Sclavi summa cum

p. 975. p. 976. f. CXCVII.

a) loci *corr. St.* b) desyderat 1. c) Zuno *Kr., Wand. VI, 17.* d) *verbum, ut illecti excidisse videtur. H.-E.*

1) Qui alibi Burvinus dicitur, Arnold. III, 4. 2) In Knytl. (c. 128) 30 naves evasisse dicuntur. V.

exanimatione metum rubori pretulerunt, navesque suas, quo fugae habiliores essent, arma et equos in profundo abiciendo, oneribus vacuefacere ceperunt. Acrius deinde converberato pelago, Penum amnem perseveratae fugae receptaculum habuerunt. Quos Absalon eousque vacuo cunctationis remigio insecutus, vespera ad socios, qui predae incubuerant, revertit. Cuius ne particeps quidem fore sustinuit, gloriam ad se, spolia ad milites redundare speciosum ducendo. Igitur ex quingentarum navium numero quinque ac triginta delapsis, decem et octo confractis, ceterae in Danorum potestatem ditionemque cessere. Illa igitur dies, quae Absalonis claritate obcaecatam hostium classem aut fugam aut exitium pati coegit, tot errores[a], tot maritima discrimina finivit, Syalandicos portus ac Balticum fretum pestifero pyratarum incursu vacuefecit, efferatam barbarorum saeviciam iugi patientem reddidit patriamque nostram vix libertate sua potientem Sclaviae dominam effecit. Efficax et inusitatum genus victoriae, quo cunctas hostium vires funditus everti contigit. Eadem ut Sclavici cruoris plena extitit, ita nullum Danici impendium habuit. Quatuor dumtaxat ex Rugianis sociorum an hostium telis perierint, incertum est. Die postero decem et octo Scaniensium navigia superveniunt, quos Absalon, non morae eorum, sed voluntatis aestimatione facta, predam cum victoribus communicare precepit. Quid deinde Sclavis consilii foret, cognosse cupiens, callidum speculationis genus amplexus, Bogiszlavum[b] sub simulatione benignae et veteris amiciciae perfidiae per legatos arguendum curat nimiamque regis offensam obnixo placationis studio precurri postulat. Ad haec Bogiszlavus tantam receptae cladis dissimulationem agere sustinuit, ut, laudata monitoris benivolentia, facturum se quod ab ipso suadebatur promitteret. Tantum autem timoris Sclavorum vulgus ob pristinam fugam animis insitum habebat, ut etiam novam, visa rate, quae legatos vehebat, edere non erubesceret. Post haec Absalon, rerum a se gestarum famam illustri nuncio precurri magnificum ratus, Tachonem, claro Fioniae loco natum, cum tentorio Bugiszlavi, quod ei portionis nomine cesserat, remitti curat, nec solum victoriam suam regi indicaturum, sed etiam fidem assertis celebrioris predae gestamine facturum. Per eundem quoque, ne Sclavicae vires novis copiis instruerentur, messis tempus expeditione precurrendum hortatur. Quem Kanutus, Iutis Vibergica concione contractis, Absalonici operis eventum digno relationis officio representare precepit, expeditionis hortatore usurus, quem nuncii auctorem habuerat. Quo facto omnium animis maximam educendae classis curam ingeneravit.

1184. Maii 20. — p. 977. — Maii 21. — p. 978.

At cesar, tantae cladis nuncio recepto, postquam solo Absalonis ductu rem gestam cognovit, omnem non solum obtinendae Daniae spem, verum etiam attemptandae fiduciam mente deposuit, proprias vires dampnando, quod alienis parum efficaciter usus fuisset. Eandem victoriam suam[c] Absalon apud Bizantium incredibili famae velocitate vulgatam postmodum ab equitibus suis tunc temporis in ea urbe stipendia merentibus accepit. Sed novae frugis accessio labentibus hostium alimentis opitulata est[1], hiisdem ex regiae profectionis[d] cunctatione instruendorum frumento vicorum perquam utile sibi laxamentum sumentibus.

Huius expeditionis opinione perciti Walogastenses profundiora Peni amnis loca crebro lapide complent, menium suorum aditum navigiis negaturi. Quos[e] Absalon hiisdem alvei locis egerere cupiens, trahendae secum iuventutis gratia corpus aquis immergere non dubitavit, easque lapidibus vacuefaciendo, quantum transmittendae classi satis erat, ad patientem navigationis habitum perduxit, quamquam oppidani machinas suas tali temperamento librassent, ut eadem amnis spacia certis ictibus destinarent. Quibus obstaculis transitu vacuefacto, facilem sociis petendae circumsidendaeque urbis aditum struxit. Obsidione cepta, refixi sub aquis stipites, quorum frequentia oppidum erat vallatum, navigia propius appellere passi non sunt. Hanc oppugnationis difficultatem Danorum iuvenes virtute superare cupientes, non temperavere sibi, quominus, navigiis a profundo remotis, pedibus in aquam descenderent vadaque gradu lustrarent. Contra oppidani in subiectos cominus tela iacere navigiaque tormentis procul incessere ceperunt. Quorum eximios iactus eludere quam excipere satius existimares. Anceps incertumque vitatu periculum erat; pre-

p. 979.

a) terrores *prop. Kinch.* b) Bogiszlaum *h. l.* 1. c) Abs. s. 1; *corr. St.* d) professionis *perperam St.* e) Quas 1; *corr. St.*

1) Expeditio tamen, de qua hic agitur, aestatis tempore mensibus Iulio et Augusto facta est. Teste auctore hist. Knytl. c. 129. dies Aug. 1. vehementi quodam in Valagostum oppidum facto impetu insignis erat. V. (Etiam ipse Saxo infra p. 158, l. 54. expeditionem ante messis tempus exactum factam esse indicat. H.-E.)

1184. grandibus saxis in consertas puppes cadentibus, in fuga ac declinatione cautoque corporis motu magis quam in ulla armorum ope frustrandorum ictuum remedium ducebatur. Absalon, mediotenus navigii progressus, egesta tormentis robora crebra corporis declinatione fallebat. Quem barbarus, forte presidio egressus, postquam ex clypei notis agnitum habuit, tormentorum presidibus manu significavit, ut eum impeterent. Igitur interrogatus a quo- 5 dam, an perspectum haberet, qualiter ipsum barbarus denotaret, curam sui illius animo insitam respondit, eodem ludibrio hostem et monitorem excipiendo. Intrepidi animi dixerim in medio salutis discrimine pericula sua iocoso dicto prosequi voluisse. Adeo certissimum fortitudinis et constantiae experimentum necessitas tribuit. Expugnatione non procedente, nova adoriendae urbis ratio, auctore Esberno, excogitata est. Siquidem inusitatae magni- 10 tudinis navigium, variis ignis nutrimentis completum, solo ventorum remigio opportunis incendio menibus adigendum curabant. Quod latenti in undis stipiti illisum sine ulla oppidanorum iactura propriae cum materiae discrimine conflagravit. Ita exigui ligni impedimento spes ingentis victoriae subruta est, hostiumque salus parvulo fortunae momento ab imminente[a] exitio protecta. Post haec Bogiszlavus in dedecorum suorum ultionem dolos 15 mente scrutatus, Absalonis colloquium simulata pacis affectatione per legatos poscendo, cum ingenti equitatu destinatum conventui locum petivit. Quem binis obviam sibi navigiis p. 980. venientem, ut continentem ascenderet, obsecravit, commodius in tentorio quam navi colloquendum prefatus. Obsequentem illum navigioque excedere volentem Erlingus quidam, illustri inter Noricos loco natus, horridioris somni narratione retinuit, haud dubie fraudem 20 sensurum, si salutem suam hostibus crederet, auguratus. Cuius vocem Absalon perinde ac divinitus sibi dati indicii miraculum veneratus, vocanti se Bogiszlavo minorem a maiore peti non oportere perhibuit, pontificem duci dignitate prestare asseverando. Ita hosti impotentiam obiciendo fraudis materiam ademit. Ille stricta navis spacia causatus, repentino discessu fallaciam detexit. Nam qui alias ultro navigium Absalonis ingredi consuevit, 25 nunc eius aditum perinde ac fatale sibi domicilium, conscientiae malignitate confusus, exhorruit. Gavisus Absalon, quod salutem suam somnio quam hosti credere preoptasset, ad classem se recepit. Igitur cum exercitus noster, communem agrorum vastationem unius urbis excidio anteponens, exhauriendae provinciae consilium cepisset, inque pontis pertranseundi angustiis[b] haererent, crebris oppidanorum myoparonibus incessuntur. Qui 30 mox sagittariorum ab Absalone regeque missorum opera deturbati, infestandae commodius f. CXCVIII. classis gratia continenti se tradunt, nostrosque clamore non minus quam iaculis insecuti, per summam ignaviae exprobrationem perinde ac victis insultare ceperunt. Quo viso, reliqui ex oppidanis, passim correptis scaphis, menibus etiam, quae tuebantur, desertis, in ripam se conferunt, relicta a Danis tabernacula predaturi. Neque enim regios equites 35 navium transitum in terra opperientes fumus tabernaculorum, quae Dani discedentes cremabant, incendio ortus ab ipsis discerni patiebatur. A quibus cum inopinati attonitique incursarentur, pars in scaphas refugit, pars armis in ripa aut aquis in amne exitium habuit. Natantes a sagittariis interfecti, navigantes eversi, iustas irrisis a se Danis penas luerunt. Ita Walagostenses, paulo ante falsis nostrorum opprobriis exultantes, nunc civium in con- 40 p. 981. spectu suo necatorum miseranda fata luctu prosequebantur. Quod Oznenses fama experti, suburbanos penates ocius cremandos curant, ne iisdem hostes ad menium suorum incendium uterentur. Igitur dum ultro se tectis spoliant, ingens urbi suae tutamentum conciliant, quo domibus tenuiores, hoc menibus tutiores effecti. Rus regi rapinae extitit. Cuius sententia Absalon Iulinensium finium arciumque Zuinensium expugnationem peragere 45 iussus, Esbernum fratrem Zuinam cum commissae sibi classis parte premittit, aut arces ipsas, si fors sineret, capturum, aut earum custodibus, quoad se Iulino reverti contigisset, fugam interclusurum. Quarum[c] ianuae venienti Esberno vacuae patuere, propugnatoribus nimirum adventum hostium furtivo discessu precurrentibus. Ambae itaque incendio datae. Qua de re Absalon, Iulinensium rebus absumptis, non solum longinqui fumi contemplatione, 50 verum etiam sociorum inde revertentium affirmatione certior factus, ad regem revertit, laetatus se magna curarum parte fraterna opera liberatum. Rex vicos necessariis usibus abundantes captu difficiles fore vacuosque tantum a se penates exuri conspiciens, remeare constituit; qui nunc desertos inopesque lares adortus fuerat, exacto messis tempore, referta copiis horrea consumpturus. Cumque, non minus capiendarum urbium difficultate quam 55

a) imin. 1. b) nostri *add. St.* c) Quorum 1; *emend. Madv.*

vacuarum aedium incendio fatigatus, Zuinam amnem abducendae expeditionis gratia peti- 1184. visset, exustarum arcium reliquias solo aequari iussit. Et ut omnia earundem monimenta demoliretur, etiam lapides fundamentis egestos in profundum iactandos curavit, quamquam iidem recenti adhuc incendio torridi vix se manu contingi paterentur. Cuius laboris idem 5 atque expeditionis finis extitit.

Autumno domi peracto, duodenis milibus e Rugia contractis, Tribusanam provinciam[1] p. 982. ditioni suae parentem[2] peragrat. Post haec Cyrcipinensium devexam paludem paternae miliciae[3] aemulatione permensus, ad urbem Lubekincam[a.4] pervenit. Qua preterita, dum Diminum petere statuisset, in abundantem potione vicum incidit, barbaris illic tanta ani- 10 morum securitate convivantibus, ut nullum prorsus hostilis adventus formidarent impetum. Quantam porro gentis illius intemperantiam pacis tempore extitisse putemus, quae ne hoste quidem liminibus imminente, quominus vires suas ebrietatis illecebris labefactaret, p. 983. abstinuit? Itinere deinde nostrorum ad naves converso, convellendae predae spargendique passim incendii gratia Danica manus disicitur, mentem regis longinquae viae dispen- 15 diis a petendi Dymini proposito retrahentibus. Qui triginta solos sibi comites asservasse contentus, cum ingentem barbarorum cohortem opimam villam tueri satellite nunciante cognosset, Absalonem suo forte vexillo coniunctum dimidio cum presentium equitum numero opem sociis laturum dimittit. Qui imperium amplexatus, obscurandae paucitatis gratia laxius militem incedere iubet, multitudinis instar[b] confusa agminum specie prebi- 20 turus. Quin etiam vehementius irruptionem edere curae habuit, quo plures insequi crederentur. Iamque barbarorum, relicta villa, nemus tenentium manipulos contemplatus, cum se longe viribus inferiorem animadverteret ideoque sociorum augmentum simulare vellet, complures ex suis furtim discedere monitos, aperte subinde redire iussit, idque sepenumero faciendum curavit. Igitur auxiliorum incrementa sensim recipere existimatus, non 25 suppetentibus qui predam asportarent, contractas vici opes ingenti pyra constructa cremavit, flammis insequendo, quod usui commodare non poterat, etiam ministris incendii tantae pecuniae consumptionem animi dolore prosequentibus. Ea re gesta, ad regem se retulit. Qui propter Lubynam[c.5] pernoctatione habita, deletis[d] vicorum reliquiis, lacunam, per quam arduo labore iter fecerat, ponte a Rugianis consterni curat, eamque nullo pene negocio 30 remensus, conscensis navibus, in proximum Peno amni portum[6] pervenit. Ubi diutina ac p. 984. vehementi tempestate vexatus, Bogiszlavum pacem a se per legatos petentem repulit, quamquam iam labentibus alimentis expeditionem remittere cogeretur.

Exactis domi hybernis, per Zuynam ingenti cum expeditione regressus, Grotzvinam[7] 1185. lacerat. Ubi cum Iarimarus hostium occursum ex eorum lituo deprehensum regi nuncian- 35 dum proponeret, idque ab Absalone, nisi iidem in conspectum venissent, exequi vetaretur, ancipiti malo circumventum se dixit, qui, si quid inopinati periculi, se tacente, sociis incidisset, incuriae dampnari, sin maturius indicium afferret, timiditatis notari posset, cum et prepropero nuncio uti probrosum et nimis lento desidiosum videatur. Huius provinciae preda parum satiatos Pomeranicarum opum fama sollicitat, quae ut eximiae, ita intactae 40 predicabantur. Nulli tam longinquam miliciam ingredi difficile visum, quamquam perferendae inediae peragrandaeque[e] solitudinis predicebatur asperitas, ardore predae periculorum metum levante. Imbellis populus urbiumque et armorum inops regio ferebatur. Et quoniam nostris propositum ex sententia cedere consueverat, pergendi cupiditas animos inflammabat. Nec fraudandos presentibus votis felicia tot successuum experimenta sponde- 45 bant. In qua profectione, pabulo parum suppetente, non solum equos, verum etiam pedites commeatibus onustos attritae labore vires deficiebant. Hae res convertendi itineris repetendique classe Iulyni causam dedere. Illic rex adoriendi per insidias Camyni consilium nactus, apertaeque eius irruptioni latentem preferens, ductantibus locorum peritis, per

a) Lubuinam *Kr.*, *Wand. VI*, 18. b) iustar (!) confusam a, speciem *St.* c) Lubuinam *etiam h. l. Kr.* d) deleta 1; 50 *corr. St.* e) peragend. 1; *corr. St.*

1) Ubi Tribsees; v. supra p. 118, n. 6. 2) Cf. Arnold. III, 4, ubi Germarum (Iarimirum) terram Circipanorum, 'quae Tribuses contigua erat', vastasse, relatum est. 3) Cf. supra p. 142 (ed. Müller p. 884). 55 4) Lübchin, non longe a Tribsees in ducatu Meklenburg. 5) De cuius situ non constat; cf. Petersen p. 227. 6) Velschow hunc portum censet esse peninsulae Mönchgut partem meridionalem, quam Knytl. c. 129. vocat Tikar, ubi vici Gross- et Klein-Zicker et Zicker See. H.-E. 7) Castrum cum oppido in ripa meridionali Panis fluvii inter hodierna oppida Anclam et Stolpe olim situm; v. Petersen p. 228 sq. V.

1185. ignotos ac devios saltus plenum difficultatis iter corripuit. Errantibus ceteris, Sialandenses p. 985. ac Scanienses Alexandro — Absalonis hic sorore[1] editus erat — primipilo usi Rugianisque ducibus rectam et compendiariam viam secuti, Camynum venere, occupassentque, nisi incolas incendio cautiores fecissent. Quorum paucitatem Bogiszlavus, qui in eodem tunc forte oppido moram agebat, effusis manipulis irrumpendam ratus, Esberno, qui talium 5 rerum experientia usuque callebat, quo longius hostes urbe evocarentur, de industria cedendum monente, diu terga prebentibus institit. Ad postremum intellectis insidiis, effusius ruentes in aciem revocat, tam improbum[a] ab urbe excessum amarae reprehensionis salebris insecutus. Quod videns Esbernus, abiecta fugae simulatione, signa ad hostem reflexit, effecitque, ut Bugiszlavus caballo delapsus pavido recursu intra vallum confugeret, celeri- 10 tate pedum salutem quaesiturus, quam aut armis aut equi velocitate tueri fiduciam non habebat. Alexander, illato portis signo, neminem, a quo repelleretur, invenit, tanta trepidatione captis hostibus, ut ne urbis suae quidem limina ab iniuria vindicare presumerent. Qua gloria satiati Danorum iuvenes, paulatim in aciem se recipere quam ulterius urbi in- f. CXCIX. sultare maluerunt, paucitatis aestimatione temeritatem domante. Hunc iuventutis procur- 15 sum rex reliquo milite subsecutus, propter muros equo descendit, expugnandae urbis habitum curiosiore contemplationis officio lustraturus. Quo residente vallumque vexillis stipante, canonicae vitae clerici contusi deiectique animi merorem pedum nuditate testantes, digesta rite processione, cum insignibus suis adveniunt, eoque paternae sanctitatis[b] admonito, genibus nixi, sacris aedibus abstinendum precantur, orando, ne divinos penates humanis 20 incendio iungat neque ita in hostes saeviat, ut publicae religionis domicilia consumat, tot suas, tot maiorum virtutes teterrimo facinore corrupturus. Adiectum ab iis est Bogiszlavum regis tuto petendi gratia familiaris fidei patrocinium postulare. Responsum a Kanuto, p. 986. homines sibi, non Deum incessendi propositum esse, ut iustum, ita alienum sacrilegii bellum gesturo. Quibus, si civitatis partem extra municipii menia collocatam cremaret, 25 ecclesias mortalium aedificiis permixtas communibus flammis implicandas dicentibus, iram precibus remisit hostilesque lares inviolatos relinquere quam divinos humanis iniuria aequare maluit. Illi urbem precibus suis donatam gavisi, gratiis pro beneficio actis, laeticia ovantes discedunt eamque sacro concentus genere prosequuntur. Bogiszlavus, quod petebat obtento, quaesitum Absalonem die postero obviam sibi cum Iarimaro[c] venturum precatur, 30 eosdem faciendae cum rege pacis arbitros habiturus, quos tot colloquiis amicos expertus fuerat. Quem Absalon fraude potius quam sincera verborum fide agere ratus, negavit se intercedere, quominus igni provincia vastaretur, ne tantum iter explesse fraudi fuisse videatur. Ille nichil a se extra municipii menia possideri confessus, sacris tantum domiciliis p. 987. eorumque gratia vicinis tectis abstinendum oravit. Quod beneficium eodem voto petitum 35 promissumque est. Reliquum lucis avidissima vicorum vastatione consumptum. Bogiszlavus presentium periculorum impulsu promissum revertendi tempore sectatus, Absalone et Iarimaro dextras prebentibus, ad regem perducitur, ingentisque summae pecunia mulctae nomine pacta, non alias pacis conditiones assequi potuit, quam ut procurationem hactenus patrimonii titulo amministratam e manu regis beneficii iure susciperet libertatemque ser- 40 p. 988. vitute mutaret, Rugianae gentis tributum obsequiis aequaturus. Hanc pactionem obsidibus firmandam pollicitus, discedit, redeundi comitibus utendo, quos adveniendi duces habuerat. Et ne venerationis expers dimitteretur, ab Absalone convivio cum amicis exceptus, potu nimis avide sumpto, adeo vires sensumque exuit, ut vix mente constare putaretur. Qua intemperantia amissae maiestatis oblitus, deflendae servitutis loco libertatis gaudia repre- 45 sentavit. Igitur nimio ebrietatis haustu obstupefactis nervis, nave egestus, in tentorio collocatur, Absalone quadraginta armatos ante tabernaculi fores excubare nocturnaeque eius custodiae vacare iubente. Tanta siquidem apud Danos servandorum hospitum sedulitas existere consuevit, ut eorum saluti perinde ac propriae studere curaretur. Quo beneficio obligatus Bogiszlavus, Sclavorum animos Danis applicando debitam Absalonis meritis gra- 50 tiam retulit. Quibus cum, pulso mane somno, oculos inseruisset, Danorum fidem exosculatus aptissimoque laudationis genere prosecutus, plus voluptatis se ex percepta Absalonis humanitate quam amaritudinis ex patriae iactura sentire dixit. Igitur ad locum, in quo

a) improvidum *prop. Kinch.* b) sanctitate 1; *corr. St.* c) Iarimo 1.

1) Ingefrid nomen erat huic sorori. V. 55

milites eum prestolabantur, relatus, postero die, Sclavicae nobilitatis proceribus adductis, 1185.
genibus annixus, cum coniuge se et liberis ad pedes regis suppliciter abiecit, veniamque diutinae rebellationis precatus, obsidibusque ex parte datis, ex parte promissis, avitae paternaeque procurationis summam beneficii loco suscipere non erubuit, quod patrimonii erat
5 alienae largitionis indulgentia possessurus. Rex principis huc necessitati[a] miseratione per- p. 989.
motus, satis iam graves[b] eum sibi penas dedisse existimavit regnumque eius[c] in munere quam in usu suo constituere maluit, ac demum humi iacentem erexit. Nec minus regem maternae erga Bogiszlavi filios necessitudinis[1] respectus tangebat. Ita Sclavicarum rerum dominium, assiduis Waldemari laboribus negatum, parvulo Kanuti[d] negocio contributum
10 est, felici eius milicia paternam supergrediente fortunam. Eodem temporis momento, ingenti nubium volumine colliso, per summam utriusque gentis exanimationem fracta crepuere tonitrua. Quo eventu Sclavici regni interitum portendi a coniecturarum sagacibus existimatum est. Bogiszlavi quoque animus constantiae pignoribus refertus[e] accepti beneficii memoriam ad ultimum usque vitae tempus inviolabili fide exhibuit[2], adeo ut, cum
15 supremo morbo correptus in lectulo laberetur, adhibitos amicos iureiurando obstringeret eos coniugem suam ac liberos ad regem perducturos eumque dividendi inter pupillos regni auctorem habituros et quod is statuisset perinde ac testamento cautum custodituros; nichil se de Danorum fide haesitare testatus, quorum egregia toties experimenta susceperit. Succurrebat enim illustri viro, quantos fructus Rugianis constantis erga Danos amiciciae custo-
20 dia peperisset.

a) necessitatis deducti *corr. St. (nihil mutandum, est participium verbi* necessitare *H.–E.)* b) gravis 1; *corr. St.* c) regnique ius . . . consistere *proposuit V.* d) Canuto *St.*; Kanuto cito accessit *Gheysm.* e) refectus 1; *corr. St. ex Val. Max. V*, 2, 4.

1) Uxor Bugislavi patrem habuit Miecislavum Poloniae principem, cuius soror Richissa Sophiam, Canuti
25 regis matrem, peperit. V. 2) Obiit a. 1187, Mart. 18.

EX HISTORIA DE PROFECTIONE DANORUM IN TERRAM SANCTAM.

Rumor de urbe Hierosolyma a Saladino capta etiam in Daniam pervenit et expeditioni ansam praebuit, quae eodem tempore, quo Angliae rex Richardus in Terra Sancta morabatur, eo pervenit. Haec paulo post libro singulari descripta est, ex quo pauca excerpsimus, quae ad rem nostram facere videntur. Auctor monachus fuit Børglumensis, ordinis Praemonstratensis. Liber Theodorici historiae de antiquitate regum Norwagiensium in duobus huius codicibus, Lubicensi et Hafniensi, additus, his perditis, nunc in apographis saec. XVII, altero in bibliotheca universitatis Hafniensis, *Arn. Magn. nr.* 98. *fol., altero manu Stephanii exarato in bibliotheca universitatis* Upsalensis, *De la Gardie nr.* 32, *servatur (cf. Storm, Monum. Hist. Norvegiae p. V). Editionem pararunt Kirchmann cum Theodrico (Amstelodami* 1684*) et Suhm, SS. R. Dan. V, p.* 341. *Hanc cum cod. Hafniensi contuli.* *G. W.*

1189. Cap. 4. Quod regem Kanutum Othoniae cum omnibus episcopis et regni principibus curiam tenentem de destructione terrae Hierosolymitanae lamentabili dolore rumor affecerit.

Cap. 5. Quod Esbernus, frater Absolonis archiepiscopi, probitates et gesta maiorum commemorando plures ad iter Hierosolymitanum animaverit.

Et ecce vir nomine Esbernus, frater Absolonis archiepiscopi, magnae prudentiae magnarumque opum, habens multam in conspectu regis et principum fandi gratiam, cogitata facultate perorandi, quid cunctorum animo affectuosius insedisse potuisset, surrexit, et faciliter nacta loquendi licentia, sic exorsus ait: '. . . . . . Quae regna quaeve patria antiquorum Danorum gloriosa tropea non praedicant? Si Graeciam consulis, nostrorum audacia se defensari clamitabit. Longobardiam, si vis, interroga, et statim sui nominis proprietate se devictam a nostris non celabit. Appellantur enim, sicut notissimum est, Longobardi, id est longo[a]-barbam habentes, eo quod antiquitas nostri habitus, cum eos vinceremus more leonum, gernobodiam[b, 1] producebat. Qui paternam consuetudinem imitantes, nomen hereditario iure possederunt, Romanamque fortitudinem terror gentis nostrae concussisse dignoscitur. Per Normanniam, quam vastavimus, revertamur ad Angliam et Norwagiam, regirantes ad orientem, mentionem faciamus de Finnis, Sembis, nihil de Slavia relinquentes a termino qui dicitur Hel[2] usque ad vastam solitudinem, quae coniungit Sclaviam, Holsatiam atque Daciam, et sic pene totum orbis circulum feroci audacia pervagantes, suae subdidere ditioni. . . .' . . .

Cap. 11. De civitate Bergensi[3] et seditione ibi facta per Danos.

. . . . . . Affluentiam navium et hominum undique venientium, Islandos, Gronlandos, Anglicos, Theotonicos, Danos, Suecos, Gutlandos ceterasque nationes, quas dinumerare longum est, si curiosus esse volueris, illic reperire poteris. . . . . . .

a) *sic c.;* longam *ed.* b) *correxi H.-E.; fortasse legendum* gernobadiam; gemobodiam *c. et ed.*

1) Cf. Ducange-Henschel *gernobada, gernobadatus* s. v. *Grani.* H.-E. 2) Hela ad oram Balthici maris in Prussia occidentali. S. 3) Bergen Norvegiae.

Cap. 22. Quod alii, licet inviti, tamen salvis navibus, cum iactura rerum ad Fresiam applicuerunt, et ibi relictis navibus, terreno itinere Venetiam venerunt. 1191?

. . . . . . Ad portum denique perductis quae supererant navibus — ad Fresiam enim, 5 quanquam inviti, applicuerant, loco et civitate quae Stafrae[1] nuncupatur —, habitoque illic communi consilio, utrum amplius cum navibus conari debeant; quod et multis libuit; sed vulgi voluntas fuit trans terras iter arripere. Praevaluit siquidem hoc consilium, multitudini cedendum arbitrantes. Venditis ergo navibus cum omnibus utensilibus rebusque importabilibus, per Rhenum navigantes, Coloniam usque perducti sunt. Postmodum properantes 10 de civitate in civitatem via publica, donec Venetiam pervenirent.

Cap. 23. De civitate Venetia.

Mira de hac referuntur civitate. In mari sita est, populosa nimis, potentissima navibus bellicis, ut ultra mare, in Alexandriam videlicet, fama potentiae suae cunctis timorem incutiat; nec minori apud Graeciam opinione divulgatur, atque circumquaque terrore in- 15 cusso tributa exigit et ad indebita servitia provincias subdendo compellit. In hac denique maiores nostri modica mora quieverunt, ut, viribus post laborem reparatis, ad arripiendum iter residuum fortiores redderentur. Est enim viatoribus proprium se semper in anteriora protendere nec spiritu requiescere, donec pervenerint quo anhelant.

Cap. 24. Quod inde navigantes, licet cum magna miseria, ad Ter- 20 ram Sanctam applicuerunt.

Cap. 25. Quod Hierusalem venientes, sancta loca intrare properabant, et quod repatriantes, alii per Romam, alii per Constantinopolim iter agebant.

. . . . . . Vadunt et redeunt integro numero, Deo ductori gratias referentes, ad anti- 25 quas navium stationes, id est Accaron, ubi iam, non cessante tribulationis angustia, novus malorum exactor insurgit et captivare nititur a timore liberatos. Orta namque seditio fuerat inter Graecos et Anglicos ob iniuriam, ut aiunt, factam ab Anglorum rege his qui erant in Sicilia; existimantes hos esse de Graecis, volebant rapere ad supplicia. Sed cognita veritate, a persecutionis rabie cessavere, et dimissi ad sua deposita revertuntur. 30 Acto autem illic tempore modico, repatriare disponunt, quia pacis tranquillitas bellare prohibebat; et partitis ab invicem sociis, aliis per compendium redire placuit in Apuliam sicque per Romam iter agere, ut ad propria repedarent. Ceteri vero Constantinopolim ad visitandam sanctorum gratiam qui venerantur in ea ire properabant, atque a rege Graeciae suscipiuntur honeste, quos muneribus et xeniis, ut secum manerent, retinere laborat; sed 35 amor coniugum, filiorum quoque pia dilectio aliorumque quorumlibet propinquorum ab hac persuasione retrahebat . . . . . .

Cap. 27. Quod Dani, Graeciam egredientes, per Hungariam et Saxoniam reversi sunt in regionem suam. 1193?

Peractis igitur omnibus, quorum gratia viatores nostri advenerant, cum honore rece- 40 dunt, obsequium sibi parantibus nobilissimis regis curialibus qui dicuntur Weringae, regni sigillo muniti. Non enim fas est terram egredi absque literis dimissoriis, quia per urbes munitissimas iter est exeundi. His ergo per oscula salutatis, Graeciam post terga relinquunt et Ungariam calcant; ubi nihilominus a rege et principibus honeste suscepti, ad australem Saxoniam transducuntur[a], ut pede iam inoffenso revertantur in regionem 45 suam . . . . . .

a) tñduc. c.; traduc. ed.

1) Staveren.

EX WILHELMI GENEALOGIA INGEBURGIS REGINAE.

Cum Philippus II. rex Franciae uxori Ingeburgi, filiae Waldemari I. regis, repudium propter cognationem nimis propinquam pararet, ad hanc refellendam sententiam scriptus est libellulus, quem Hvitfeldt[1]*, notissimus Danicae historiae auctor, attribuit Wilhelmo abbati Ebelholtensi, natione Gallo, quem Kanutus rex a.* 1194. *cum Andrea Sunonis cancellario Romam misit, ut papae auxilium contra Philippi conamen implorarent. Qui libellus nonnulla continet quae ad rem nostram faciunt.*

Exstabat in codice bibliothecae universitatis Hafniensis a. 1728. *combusto post Adamum Bremensem. Apographum Arnae Magnaei manu scriptum edidit Langebek, SS. R. Dan. II, p.* 155 *sqq., quod nunc in bibliotheca illa servatum*

1) Addit. nr. 104, *a me collatum est.*

2) Epitome in chronicon Laudunense usque ad a. 1218. *continuatum (nescio an idem, ex quo usque ad a.* 1219. *deducto SS. XXVI, p.* 443 *sqq. excerpta dedimus) recepta et brevi additione aucta ab Henrico Ernstio, cui Andreas Duchesne eam concessit, a.* 1646. *Sorae publici iuris facta*[2] *et amplo commentario illustrata est. Hanc editionem repetivit I. P. de Ludewig, Reliquiae manuscriptorum IX, p.* 591 *sqq., a latere codicis* 1 *imprimi fecit Langebek*[3]*.*

Occasione data ex Vita Wilhelmi abbatis supra dicti, qui a. 1202. *plus quam nonaginta annos natus obiit, a disciplulo quodam eiusdem scripta, pauca addidimus frustula; quam Surius*[4] *mutato sermone primus ediderat, quae integra ex cod. S. Victoris Parisiensis in lucem data est Acta SS. Apr. I, p.* 625, *repetita a Langebek, SS. V, p.* 458 *sqq.* *G. W.*

GENEALOGIA REGUM DANORUM.

In isto cathalogo regum Danorum operae pretium existimavimus secundum fidem hystoriarum et memoriam hominum qui adhuc superstites sunt diligenter annotare, de quam antiqua regum propagine haec domina Francorum regina Ingeburgis nomine carnis originem traxit, ut oculata fide quilibet videns et legens perpendere potest, quod nullam consanguinitatis lineam cum Flandrensibus habuerit. . . . .

Iste Haraldus[a] cognomento Blatan[b], id est 'Dens lividus' vel 'niger', paganus* fuit, sed tamen postea baptizatus, non in fide permansit, sed apostatavit. Pro quo[c] regno ex-

*) qui quartus post Guermundum ex pagano christianus est effectus[5] 2.

a) Haraldus hic *incipit* 2. b) Blachtent 2. c) Qua ex re r. pulsus 2.

1) 'Danmarckis Rigis Krønicke' I, p. 160. 2) 'Regum aliquot Daniae Genealogia'. 3) Qui annos in editione Ernstii singulis capitibus praemissas perperam repetivit, cum is se eos ex Suaningii Chronologia sumptos inseruisse dicat. 4) SS. prob. Vitae (Coloniae 1571) II, p. 576 sqq. (Coloniae 1618) II, p. 98 sqq. 5) Antea recensentur in 1 Warmundus, Godefridus, Hemmingus; id quod longe a Saxone aliisque regum catalogis recedit.

pulsus, ad Sclavos[a], tunc paganis[b] ritibus deditos, confugit et regnum Danorum crebris[c] incursibus infestavit; sed non praevaluit.

De[d] Suenone Barba-furcata rege Danorum.

Iste[e] Sueno cognomento Furcata-barba, filius[f] Haraldi, fidem christianam cum populo[g] suo suscepit et in[h] ea fideliter perseveravit. . . . . . .

De[d] Kanuto Magno, filio Suenonis regis.

Iste[i] Kanutus . . . . . . Roanos[k] quoque, Pomeranos, Sclavos[a], Herminos[l, 1] et Samos[2], omnes paganis ritibus deditos, sibi[m] fecit tributarios. Huius[n] quoque filiam imperator Romanorum matrimonio sibi copulavit.

De[d] Kanuto Duro, filio Kanuti Magni.

. . . .

De[d] Suenone Magno, nepote Kanuti Duri, qui ipsi Kanuto in Danorum regno potenter et gloriose successit.

. . . . . . Hic[o] licet plurimos[p] haberet filios, de duobus tantum, qui[q] ad praesens negotium spectant, facienda[r] est mentio, Kanuto scilicet et Erico.

De[d] Erico, filio Suenonis Magni.

. . . . . . Qui[s] sepulchrum dominicum adiens, multa praeclara in itinere illo peregit. Unde rediens apud Cyprum defecit[t], ubi et[u] regali sepultura sepultus[v] est. Inde et[w] Cyprius dictus est.

Item[d] de Erico, filio Suenonis et fratre Kanuti martyris.

Iste[x] Ericus ex Botilde regina, de nobilissima Danorum prosapia orta, genuit Kanutum martyrem, qui apud Ringstadiam[y] requiescit; quae est abbatia regalis, ubi usque hodie crebris et gloriosis miraculis illustratur. Nam, sicut legitur in euangelio, caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, et multa alia praeclara meritis ipsius Dominus dignatur operari.

De[d] beato Kanuto, patre Valdemari regis Danorum.

Iste*) Kanutus dux fuit Danorum et rex Sclavorum, quos non hereditario[z] iure, sed armis potenter obtinuit. Hic habuit[a] uxorem nomine[b] Ingiburgis, filiam Izizlavi[c] potentissimi Ruthenorum regis et Christinae reginae[d]; ex[e] qua genuit Waldemarum gloriosum[f] Danorum regem, qui pater extitit Kanuti regis, qui nunc regnat in Dacia, et Ingiburgis reginae Francorum. Supradicta[g] autem Christina, avia Waldemari regis[h], filia fuit Ingonis Suevorum[i] regis et Helenae reginae. Praedictae[k] autem Ingeburgis, matris Waldemari regis, soror et filia Izizlavi regis alia[3] nupsit regi Hungariae[l, 4], [quae[m] genuit Belam gloriosum regem Hungariae[n]], qui[o] sororem[5] regis Franciae habuit uxorem. Unde patenter[p] ostenditur, Waldemarum Danorum regem, patrem Ingeburgis reginae Franciae, et Bele regem Hungariae consobrinos esse; sed quod[q] Kanutus rex Sueciae et Siwardus[r] rex Norwegiae[s] in secundo consanguinitatis gradu ei[t] sunt propinqui. Fratres quoque[u] Sophiae reginae, quae fuit soror[v] Ingeburgis[w], [matris[x] Waldemari], in[y] Russia usque hodie regni gubernacula gloriose amministrant.

*) Kanutus iste, superioris frater, non fuit rex Daciae, sed dux, postea rex Slavorum 2.

a) Slavos 2. b) paganos conf. 2. c) cr. inc. r. D. inf. 2. d) *tituli semper des.* 2. e) Suevo iste 2. f) f. H. *des.* 2. g) omni p. 2. h) in ea *des.* 2. i) K. i. 2. k) Bojanos 2. l) Savios Herminos 2. m) subiugavit 2. n) Filiam vero suam R. imperatori cop. 2. o) Qui 2. p) plures f. h. 2. q) qui — spectant *des.* 2. r) scilicet Erico et K. mentio fit 2. s) Dominicum sep. ad. m. pr. in it. gessit et inde r. 2. t) obiit 2. u) *deest* 2. v) humatus 2. w) Unde 2. x) Hic ex Batilde nobilissima totius Daciae K. m. g. 2. y) Kinostadium *(corrupte* 2*)* abbatiam regalem quiescit, u. u. h. miraculis claret, *omissis* Nam — operari 2. z) haereditate sed 2. a) duxit 2. b) n. I. *h. l. des.* 2. c) Iuzillani regis Rutinorum 2. d) nomine Engelburges *h. l. add.* 2. e) de 2. f) glor. — Francorum *des.* 2. g) Chr. vero praedicta 2. h) *deest* 2. i) r. S. 2. k) Soror vero Christinae Ingelburgis nupsit 2. l) Hungarorum 2. m) *haec des.* 1, *sed ex* 2 *supplenda sunt, cum Bela III. sororem regis Franciae duxerit, cuius hoc loco mentionem factam esse infra l.* 35 *sq. apparet. H.-E.* n) eorum 2. o) qui — uxorem *des.* 2. p) U. constat W. r. Dacorum et Belam r. Hungarorum fuisse c. 2. q) et 2. r) Livardus *corrupte* 2. s) Norwagiae 2. t) eis erant 2. u) vero 2. v) reg. matris Ingeb. in *corrupte* 1. w) Ingelburgis 2. x) m. W. *des.* 1. y) u. h. in Ruscia regnant gloriose 2.

1) Qui sint, non constat. De Herulis cogitavit Lang. 2) Incolas terrae Samland. 3) Euphrosine. 4) Geisae II. 5) Margaretam.

De glorioso rege Waldemaro et liberis suis Kanuto rege et Ingeburge regina.

Iste[a] Waldemarus rex gloriosus et potens in diebus suis genuit[b] ex Sophya Kanutum regem pium et gloriosum, qui nunc regnat in Dacia, et sororem eius Ingeburgam, quae nupsit regi Francorum excellentissimo Philippo. Praedicta* autem Sophia regina filia fuit Waledar Ruthenorum regis. Nam plures ibi reges sunt. Cuius[c] Sophiae mater filia fuit Bolezlavi ducis Poloniae.

De[d] beato martyre Kanuto rege Danorum sanctissimo.

Iste** Kanutus rex Danorum et martyr, innocens a nocentibus pro iustitia occisus, in ecclesia Otheniensi[e] requiescit. Qui quanti sit[f] meriti apud Dominum, miracula crebra usque hodie testantur. Hic[g], dum vixit, filiam Roberti comitis Flandriae cognomento Frisonis nomine Adelam uxorem habuit; de qua filium nomine Karolum, postea comitem Flandriae, genuit. Iste Kanutus postquam per martyrium ad regna caelestia migravit, uxor eius cum parvulo filio suo Karulo ad patrem suum in Flandriam reversa est.

De Karolo comite Flandriae, filio Kanuti martyris.

Karulus[h] autem comes Flandriae postea factus et a proditoribus pro iustitia interfectus sine liberis decessit et[i] gubernacula Flandriae Theodorico, consobrino suo, reliquit. Qui Theodoricus comes Flandriae genuit Philippum comitem et Margaretam comitissam Hayno-nensium; de qua orta est Hysabels[k] regina*** Francorum, quae ex hac luce decessit.

His diligenter inspectis, luce clarius constat nichil pertinere ad cognationem Flandrensium dominam Ingeburgam Francorum reginam, nec aliquam esse consanguinitatem inter praedictam Hysabel reginam Franciae et istam dominam; quia nec illa ex Erici progenie descendit, nec ista a Kanuti posteritate carnis originem sumpsit†.

*) 2 *pergit:* Nec movere debet, quod dictum est de filia Walerdae, quam duxit Waldemarus. Habentur enim in Rosia reges plurimi; *ubi* Cuius — Poloniae *des.*

**) Kanutus vero, frater Erici, pater Waldemari[1], inn. 2.

***) 2 *pergit:* quae nupsit Philippo regi Franciae. Fratres vero Ysabel Balduinus et Henricus imperatores fuerunt Constantinopolitani.

Kanutus iste, filius Waldemari, vir devotus, sororem suam[2] Philippo regi Franciae dedit uxorem. Quam quia quorundam perversorum consilio repudiavit et aliam de Alemannia[3] superduxit, totum regnum Francorum aliquandiu[4] interdicto subiacuit.

†) *In 1 adiectum est stemma, cui in fine adscriptum est:* Hi duo subtus una sedentes Kanutus est rex Danorum pius, potens et gloriosus, et soror eius venerabilis et devota Francorum regina, nobilis domina Ingeburgis.

a) W. iste gl. 2. b) ex Sophia, filia Walerdae regis Rutinorum, gen. K. r. Dacorum, virum religiosum. Genuit etiam s. e. Ingelburgem, q. n. Ph. r. Fr. 2. c) Cui 1. d) *haec in altera columna ad Ericum filium Suenonis scripta sunt* 1. e) Othenensi rex et martyr quiescit 2. f) q. apud Deum sit meritis, t. cr. m. quae ibidem fiunt 2. g) Hic Kanutus duxit Adalam ux., f. R. c. Fl. c. Fr., ex qua g. Carolum p. Fl. c., quia, interfecto Kanuto, Adala cum Carolo adhuc parvulo ad p. s. est r. 2. h) Carolus p. c. Fl. f. a pr. 2. i) Cui consobrinus suus Theodoricus de Alsatia successit. Hic g. Ph. postea c. Flandriae et M. c. Hannoniae 2. k) Ysabel 2.

APPENDIX.

EX VITA WILHELMI ABBATIS EBELHOLTENSIS.

(3) Anno ab incarnatione Domini 1161. regnabat in Dacia Waldemarus rex, filius Canuti regis et martyris, qui Slavos a finibus regni sui abegit, quos saepius invadere solebant, captivos ducentes viros ac mulieres et omnia quae attingere poterant depraedantes. Filius quippe martyris[5] cum esset, ipsius interventu in cunctis bellorum certaminibus, quae contra Slavos, qui tunc pagani erant, gessit, victor extitit gloriosus; unde ostensa eis via salutis

1) Haec perperam interpolata sunt; de rege, non de duce Kanuto agitur. 2) Ingeburgem. 3) Agnetem, in Francia Mariam dictam, filiam ducis Meraniae. 4) A. 1197—1200. 5) Kanuti Laward.

aeternae, illos colla iugo Christi submittere coegit. . . . . . . Eodem tempore adornabat sacerdotium in Roschildensi ecclesia episcopus Absalon . . . Slavorum maximus persecutor. . . . . . .

Cumque in talibus filii degeneres processum non haberent, consilium fecerunt in (4)
5 unum, ut eum *[Wilhelmum]* morti traderent; aliquando enim eum sacco impositum in mari demergere disponebant, aliquando eum telis confodere et aliquando Slavis vendere, saepius cerebro ipsius securibus impactis extinguere moliebantur. . . . . . .

Erant duo iuvenes de familia ipsius sancti, in diversis constituti regionibus. . . . . . . (5)
Alter istorum Nicolaus nomine in Teutonicis partibus in civitate Hildesheim studio littera-
10 rum operam dabat. . . . . . .

Vir quidam Bernardus nomine ad nundinas Schanienses tendebat navigio[1]. . . . . . . (7)

EX CATALOGIS REGUM DANORUM.

Post seriem regum Danorum in Libro memoriali Lundensi conditam[2] plures eiusmodi catalogi sunt confecti, alii lingua Islandica, quos praetermittimus,
15 *alii Latina, duo qui non ultra Waldemari II. tempora procedunt, fortasse Saxonis tempore neque tamen huius ope conscripti, tertius usque ad Ericum Menved a compluribus, ut videtur, continuatus; quartus itidem usque ad hunc Ericum progrediens, sed nuda nomina praebens, quem prorsus omisimus[3].*

I. Ex codicis incendio a. 1728. *deleti apographo Arno-Magnaeano edidit*
20 *Langebek I, p.* 13. *catalogum ex serie Lundensi, ut videtur, derivatum, quippe qui reges catholicos, quos modernos dicit, pariter ac ille a praecedentibus distinguat. Praemittit vero etiam paganos, quorum novem tantum ante Haraldum recenset, et modernos non a Suenone, sed, nescio cur, ab Erico Emune incipit.*

25 *II. Reges a Dan usque ad Gormonem I. non minus* 47 *recenset, quorum multi neque tamen omnes cum Saxone conveniunt. Tum vero tredecim addit usque ad Gormonem II. et tam de his quam de eorum successoribus usque ad Suenonis Estrithson tempora ex Adamo refert, deinde brevem regum historiam usque ad Waldemarum II. exhibet, quae uno loco cum historiae Roskildensis*
30 *continuatione convenit[4]. Alia ipsius sunt auctoris, qui ante Waldemari captivitatem conscripsisse videtur, fortasse ex Scania oriundus[5]. Duo exstant apographa codicis incendio illo consumpti:*

1*) Bibliothecae universitatis Hafniensis, Addit.* 104, *manu Arnae Magnaei exaratum, a Langebek I, p.* 15. *impressum, a me collatum;*
35 2*) Petri Olai, qui maiorem partem inde ab Haraldo Klac collectaneis suis inseruit, quae ibidem asservantur, inde a Langebek I, p.* 66. *editum[6].*

III. Similem regum catalogum, sed longius usque ad Christophorum I. productum continet 1*) Codex bibliothecae universitatis Upsalensis ex donatione comitis De la Gardie nr.* 70, *saec. XIV/XV, f.* 8'. 2*) Apographum Vel-*
40 *leii, quod in codice bibliothecae univers. Hafniensis, Addit.* 120. 4, *exstat. Qui*

1) Post mortem Wilhelmi. 2) Cf. supra p. 3. 3) Hunc a Langebek I, p. 19. editum Usinger p. 20. dixisse videtur, ubi catalogum ibid. p. 13. impressum e Saxone sumptum dicit. In eo enim regum ordo
45 prorsus idem est qui apud hunc legitur; sed nomina et agnomina Danice reddita. 4) V. supra p. 25. 5) Ita Langebek I, p. 66: 'quod Olavum, Haraldi Kesiae filium, quem Scani contra Ericum Lam regem elegerant, inter reges Danorum numerat, ab aliis vero scriptoribus exclusum'. 6) De collectaneorum codice autographo accuratius p. 68 sqq. retulit.

nuper editus est a V. Cl. Kr. Erslev, professore Hafniensi[1]. *Initio nuda praebet nomina ordine tam a II. quam a Saxone paulo diverso. Inde a saec. IX. breves habet notitias prope ad Annales Ryenses et Lundenses accedentes, quos saec. XII. exscriptos esse patet. Ultima vero nota ad verbum cum Annalibus Essenbeccensibus convenit, qui in eodem codice leguntur*[2], *et ipsi usque ad Christophorum continuati. Quare etiam hunc catalogum in monasterio illo Iutiae conscriptum esse, verisimile est.*

IV. Liber qui inscribitur Genealogia regum Danorum catalogo regum, brevibus tantum notitiis aucto, qui cum Saxone in universum convenit, nonnulla tamen habet peculiaria[3], *uberiorem addit historiam Erici, Abel, Christophori, filiorum Waldemari II, necnon brevem de Christophori filio Erico notitiam, quam ab alio subiectam esse facile credideris*[4]. *Auctor fortasse Ringstadii vixit, ubi Erici corpus translatum miraculis claruisse narratur. Qui liber in eodem quo Suenonis historia exstabat codice et una cum illa a Stephanio Sorae* 1642. *editus, a Langebek, SS. R. Dan. I, p.* 20. *repetitus est.*

G. W.

I.

In cathalogo regum Daniae, ne inquisitorem nimia verborum inplicitate urgeam, tres distinctiones faciendas arbitror. Primam in primos, licet sint pagani, tamen reges; secundam in antiquos christianos, tertiam in modernos catholicos; ut ita per singula capita descendens tam praecedentium quam subsequentium et nomina et tempora enucleatius investiget.

Incipit prima distinctio in antiquos reges paganos.

Primus Dan . . . . . .

Incipit secunda distinctio.

Scr. Lund. 1. Primus Haraldus regnavit anno dominicae incarnationis 827. . . . . . .

16. Nicolaus, quintus filius, 1104.

Incipit tertia distinctio in modernos.

17. Ericus Emune 1130. . . . . . .

24. Waldemarus, alter filius eius.

II.

. . . .

Adam I, 16. Götric hin giafmildi. Hic, Fresis itemque Nordalbingis et Slavorum populis tributo subactis, Karolo Magno bellum minabatur.

Olaf, filius eius.

Hemming, filius Olaf. Hic nepos Getric succedens in regnum, pacem fecit cum Karolo, Egdoram fluvium accepit regni sui terminum.

ib I, 17 Syward et Syward Ring, nepotes Getrici. Hi ambo prelium inierunt pro sceptro; set utrique ceciderunt in acie cum undecim milibus.

Lothbroki, filius Siward Ring.

Harald[a] Clac, qui et Herioldus dictus est. Hunc expulerunt filii Gotric[b], qui et Godefrid dictus est. Qui fugiens venit ad Liudewicum[c] imperatorem, filium Karoli Magni; a quo christianam fidem suscepit. Reversus est in Daciam, comite sancto Ansgario episcopo

ib. I, 30. Eric[d], filius eius, christianus. Huius tempore fertur Danos transisse per Ligerim fluvium, Turonis succendisse, per Secanam Parisius[e] obsedisse, imperatorem timore pulsum eis terram ad habitandum dedisse. ib. I. 40. Tunc Saxonia vastata est a Danis. Brun dux occisus est cum aliis 10 comitibus; duo episcopi truncati sunt. Tunc

a) Haraldus Klag *incipit* 2. b) Getric 1. c) Ludovicum 2. d) Ericus 2. e) Parisios 2.

1) 'Danske Magazin' ser. IV. t. VI, p. 141 sqq. 2) Nescio an recte utrumque opus ex volumine quodam Nicolai Bilde descriptum esse Erslev censeat. 3) Cf. Usinger p. 23. Nota, quod primos quatuor principes dicit *(Hi omnes principatum tenebant tantum)*, de quinto Hading scribit: *Qui primus regio sceptro regalique decoratus diademate rex meruit appellari.* Unus certe locus ex Islandorum narratione sumptus videtur esse. 4) Usinger p. 24. etiam quae de Christophoro narrantur post addita censet, quia minus recte rex ab Uffone archiepiscopo Lundensi coronatus dicitur. Sed animus et sermo idem, et verba *fratrum quos supra retulimus* eundem scriptorem indicare videntur.

Fresia depopulata est, Traiectum civitas excisa. Coloniam et Treveros incenderunt; Aquisgrani equis suis stabulum fecerunt; quod per annos 80 permansit usque ad tempora Ottonis Magni; tunc destructum est. Magoncia[a] ob metum eorum instaurari cepit. Persecutionis huius[b] erant precipui tiranni Eric et Orwich[c], Godafrith[d], Rodulf[e] et Inguar. Crudelissimus tamen omnium fuit Inguar, filius Lothbroki[f]. In Angliam cum misissent unum ex sociis suis Haldan, et illo ab Anglis occiso, Dani constituerunt in loco eius Gundredum. Ex[b] eo tempore Fresia et Anglia sub ditione Danorum permanserunt. (Adam I, 40. — ib. I, 39. — ib. I, 41.)

Eric Ungi, filius Eric, christianus. Hic conversus ad fidem constituit[g] primus apud Sliaswic cum sancto Ansgario ecclesias. . . . . . . (ib. I, 27.)

Frothi, victor Anglie, filius Suen.

Gorm Ensci[h].

Harald, filius Gorm.

Gorm, filius Harald.

Abhinc christiani fuerunt[i] reges.

Harald Blatan, filius Gorm. Ad hunc Haraldum veniens Unni archiepiscopus Bremensis, et accepta ab eo licentia, fidem publice predicavit et ecclesias constituit. Iste[k] Haraldus postea a Magno Ottone devictus, regnum ab eo suscepit et baptizatus est una cum uxore sua et parvulo filio suo, qui nominatus[l] est Suein-Otto, eo quod ipse Otto imperator eum de sacro fonte levaverit. Iste Haraldus tam populo Saxonum quam Fresis et Transalpinis et Danis leges et iura constituit, que adhuc pro auctoritate Dani servare contendunt. Hic a filio suo senio grandevus regno pulsus, vulneratus ex acie in Slaviam[m] fugiens venit, ubi et[n] mortuus est. . . . . . . (ib. I, 61. — II, 3. — II, 26. — II, 25. — II, 26.)

Kanutus Durus. . . . . . . Hic contra Haroldum, fratrem suum, regem Anglie a Dacia veniens, in Flandria classem[o] adunavit. Sed Haroldus morte preventus bellum diremit. . . . . . . (ib. II, 72.)

Magnus Bonus, filius sancti Olaf[p] de Norvegia. . . . . . . Magnus rex Sclavos fines suos invadentes[q] ad ulciscendum Radeburg principem eorum, qui a Danis occisus erat, in campestribus Heideba[r] 15 milia paganorum occidit. Pax reddita est christianis. . . . . . . (ib. II, 75.)

Hericus Cyprius, 4. filius eius[s, 1]. Hic propter homicidium peregre profectus Iherosolymam, obiit in insula quadam que vocatur Kyber. 1103.

Nicholaus, 5. filius eius[t, 1]. Hic fugiens a Scania in Iutiam, occisus est in Hethubu. 1134.

Eric Emun, filius[u] Erici Cyprii. Hic, audita morte fratris sui sancti Kanuti, fugit in Norvegiam. Denuo idem reversus in Daniam, cum Magno, Nicholai regis filio, multa prelia gessit. Ad ultimum eum in Scania cum 4 episcopis et cum multo exercitu occidit in loco qui vocatur Fotwic et Nicholaum regem fugavit. Qui postea in Hethubu occisus est a civibus. Ipse vero Hericus postmodum occisus est in Iutia. 1137.

Eric Lamb, filius[v] Hacun, nepos Herici Cyprii . . . . . .

Sueno, filius Erici Emun. Hunc[w] Scanienses et Selandenses elegerunt in regem. Sed Iuti eum reprobantes, elegerunt Kanutum, filium Magni, filii Nicholai regis, et constituerunt eum super se regem. Unde facta est longa concertatio inter Suenonem et Kanutum. Ad ultimum Sueno pulsus est. Deinde sub specie pacis reversus in Daciam, Kanutum et Constantinum dolo occidit Roscildis et prevaricatus est pactum et fedus et iusiurandum. Postmodum in Iutia dimicans cum Waldemaro, filio sancti Kanuti martyris, infeliciter occubuit, iusto Dei iudicio dignum insidiarum suarum consecutus finem[2]. . . . . . . 1147. 1157.

Waldemarus[x] primus[y], filius sancti Kanuti ducis et martyris, filii Erici Cyprii. Hic Sclaviam vicit, perdomuit[b] et ad christianitatem coegit.

Kanutus[z], filius Waldemari primi. Hic Nordalbingiam vicit et comitem Adolfum captivum abduxit.

Waldemarus, frater Kanuti[a], filii Waldemari primi. Hic Estlandiam vicit et ex parte ad christianitatem coegit.

III.

Reges Danorum hic intitulantur.

Dan primus rex Danorum. II. Lother, filius eius. . . . . . . XVIII. Værmun[b] Blinde. XIX. Uffo. . . . . . .

a) Maguntia 2. b) *deest* 2. c) Orvic 2. d) Godefrit 2. e) Rodulff 2. f) Lotbrochi 2. g) f. pr. ap. Sliasvig c. s. Anschario e. constituit 2. h) Engelske 2. i) r. f. 2. k) Ipse 1. l) cognom. 2. m) Sclaviam 2. n) etiam 1. o) cl. ad. *des.* 2. p) Olaff 2. q) invadens 1. r) Heydeba 2. s) eius — Kyber *om.* 2. t) eius — Hethubu *om.* 2. u) filius — Iutia *om.* 2. v) filius — Cyprii *des.* 2. w) 2, *alus omissis, pergit:* bellavit contra Valdemarum et inf. o. — finem. x) Vald. 2. y) primus — Cyprii *om.* 2. z) K. Nordalb. vicit etc. 2. a) K. etc. 2, *reliquis omissis.* b) Værimun 2.

1) Suenonis Estrithson regis. 2) Cf. supra p. 25. Cont. historiae Danorum Roskildensis, ubi eadem leguntur verba.

Regner Lotbrocki XLVIII. Huic successit Clak[a] Harild XLIX. Hic fuit primus cristianus et apostatavit tamen 6 annis post baptismum, regnavit 16 annis. Post hunc frater eius Ericus L. Hic primum ecclesiam apud Slæsvig fundavit et regnavit 14 annis. . . . . . .

Hec prima Danorum plaga taliter in Anglia gesta est. Inde promotus[1] cum 9 aquilonis regibus classem divisit aliosque reges in Galliam, alios in Germaniam destinavit, qui fere omnes urbes Gallie atque Germanie aut sibi subdiderunt aut destruxerunt et ecclesias cum clericis incenderunt[b] omnemque populum sibi resistentem cum mulieribus et parvulis in ore gladii trucidaverunt. . . . . . .

Post hunc Gorm Ænske, filius eius, LVII. regnavit annis 4.

Post illum frater Haraldus LVIII. regnavit brevi tempore.

Cui successit Orm, qui et Gorm dictus est, LIX, cuius uxor fuit Tyræ Danmarckbot[c]; eius temporibus deleta est fere tota christianitas. . . . . . .

Suen vero Tywgskæg duo regna, scilicet Danorum et Normannorum, obtinuit[d], christianis valde inimicus, quos a regnis expelli[e] precepit; sed cum a Slavis ter victus in bello caperetur et bis argento, tercia vice auro ponderaretur[f], tandem Deum post flagellum cognovit. . . . . . . (cf A. Ryen.)

Huic successit Knud, filius eius, LXIII[g], qui Norvegiam, occiso sancto Olavo, optinuit et Estoniam gentem sibi subdidit. Deinde Angliam invasit et cum Eteldrado diu certavit; qui fugiens in Londoniam Anglie, ibi obiit. Cuius regnum et uxorem nomine Emma[h] Kanutus cepit, que fuit filia Roberti comitis Normanie. Ex qua genuit filium nomine Hardeknut et filiam nomine Gunnild[i], quam Conradus imperator Henrico, filio suo, accepit uxorem. . . . . . . (ibid.)

Anno Domini 1097. Ericus dictus Egoth, frater Olavi, factus est rex LXIX; anno regni sui 8. volens ire Iherusalem, in Cipro insula obiit. Post hunc Nicolaus quintus frater LXX; anno regni sui 32. Sleswig occiditur. Post hunc Ericus Emun LXXI. et regnavit brevi tempore, qui ab Ro[2] interficitur. Post[k] hunc Ericus Lamb, qui anno regni sui 9. Othensø monachus obiit, LXXII. Post[k] hunc Iutenses Kanutum, filium Magni, filii Nicolai regis, regem constituerunt, et Skanienses Suenonem, filium Erici Emun, eligunt; et facta est inter eos pugna decem annis. Tandem Sweno fugit in Saxoniam. Interim Dani convenerunt et elegerunt duos reges, Valdemarum, filium Kanuti ducis, filii Erici Boni, et Kanutum, ut simul conregnarent Kanutus et Waldemarus; quod et factum est. Quod audiens Swen, de Saxonia rediit, et facta est inter eos concordia, diviso inter eos regno. Nec mora Swen Kanutum et Constantinum, cognatum eius, Roskildis in vigilia sancti Laurentii occidit voluitque simul Valdemarum occidere; sed, Domino iuvante, in Iutiam venit. Et eodem anno occisus est idem Swen in Grathemose, quod constituit contra Valdemarum. Deinde rex Danorum Valdemarus LXXIII. totum regnum suscepit anno Domini 1156. et regnavit 25 annis. Huic successit Canutus, filius eius, LXXIIII, et regnavit annis viginti. Cui successit Valdemarus, frater eius, LXXV. anno Domini 1203. Hic legem Danorum cum suis composuit et regnavit annis 39. Cum eo regnavit Valdemarus, filius eius, et ante ipsum obiit. Et tres reliquos filios habuit, quorum quisque post[l] alium reges fuerunt, et hec nomina eorum: Erick, Abell, Christopherus. Igitur anno Domini 1232.[m] coronatus Ericus rex Dacie LXXVI. et regnavit annis 19; tandem a fratre suo Abell dolo captus, Hæthæby miserabili morte occiditur in nocte sancti Laurentii. Post hunc Abell, et regnavit annis duobus et parum minus LXXVII. Post hunc Christopherus, frater eius, LXXVIII. Huic successit Ericus, filius eius, anno Domini 1259. LXXIX. et regnavit annis 27; tandem interfectus est a suis nocte sancte Cecillie virginis[3] anno Domini 1286. Cui successit filius eius Ericus et regnavit 32 annis; qui mortuus est[n] sine liberis anno Domini 1319. Post hunc eligitur Christopherus, frater eius. (ibid.; A Lund Ry; 1250. Aug. 10.; cf. A Essenb.)

IV.

. . . .

Primi Danorum principes extiterunt Dan et Angul. . . . . . (cf Saxo)

Wermundus, qui ob eximiam virtutis prudentiam Prudens est cognominatus. Hic filium genuit elegantissimum Uffonem, qui solus contra duos in monomachia egregie triumphavit. . . . . . .

Dan Superbus, qui tributarios fecit Saxones.

. . . .

a) Kackharall 1. b) destruxerunt 1. c) Danmarchot 1. d) tenuit 2. e) expuli *ed.* f) ponderatur 1. g) LXIV. 1. h) Emina 1, *corr.* Emma 2. i) Evermiild 1. k) Per 1. l) per 1. m) MCCXXII. 1. 2. n) *deest* 1.

1) De Inguaro, filio Lothbroki, sermo esse videtur. 2) A Plog Nigro occisus est. 3) Nov. 22.

Gorm, cuius filius extitit Götrik, contemporaneus Karoli Magni. cf. Saxo.

. . . .

Gorm Löke, cuius uxor regina illa excellens extitit Thyre Danmarkebot.

Cuius filius extitit Haraldus Blatan.

5 Qui filium suscitavit Suenonem Tyughæskæg, quem, eo quod patrem proscripsisset, Sclavi ter captum in servitutem redegerunt.

. . . .

Magnus Bonus, filius beati Olavi regis et martyris, qui apud Lyurskog[1] super Slavos et Saxones triumphavit.

10 . . . .

Ericus Bonus, qui Ierosolymam profectus, in Cypro insula requiescit.

Nicolaus his proximus extitit.

Huic successit Ericus, filius Erici Boni.

Hoc in Urnensi placito a Plog Nigro interfecto, alius Ericus regnum suscepit, qui 1137. 15 Agnus cognominatus est.

Huic successit Kanutus, Magni filius. 1147.

Tunc tres reges in Datia conregnabant, Kanutus supra dictus, Sueno, Erici a Plogh interfecti filius, et Waldemarus, sancti Kanuti Ringstadensis filius.

Kanuto autem a Suenone rege Roskildis interfecto, et eodem Suenone in bello Gratha 1157. 20 occiso, praedictus Waldemarus primus monarchiam Datiae potestative in magna pace obtinuit.

Quo defuncto, filius suus eidem successit Kanutus. 1182.

Huic successit frater eius Waldemarus secundus. 1202.

Hic quatuor habuit filios legitimos, diversis tamen coniugibus. Nam a prima uxore, 25 filia videlicet regis Bohemiae[2], Margareta nomine, nobili regina, filium sibi aequivocum genuit, quem in regem electum fecit sibi conregnare. Qui parvo vivens tempore, a seculo nimis mature subtractus est. Post cuius matrem defunctam aliam duxit uxorem nomine Berengariam, filiam regis Portugalliae[3]; de qua tres genuit filios his nominibus: primus nominatus Ericus, medius Abel, ultimus Christoforus. Cumque mortuus esset primogenitus 1231. 30 filius suus Waldemarus tertius, quem sibi regni consortem esse voluit, ex tribus reliquis Ericum, reliquorum fratrum primum, omnium Datiae principum consensu secum regnaturum in regni solio solemniter collocavit. Waldemaro igitur feliciter quadraginta annis 1232. regnante, tandem senex et plenus dierum, regni rebus decenter dispositis, obiens in pace appositus est ad patres suos, heredem regni et regiae potestatis relinquens Ericum maio- 1241. 35 rem, de quo supra fecimus mentionem.

Qui Ericus, regni libere nactus habenas, potestatem regiam honestis decoravit moribus, suis benevolus et adversariis terribilis. Sustinuit quoque multas ab aemulis suis adversitates, donec, praevalente malignantium consilio, in vigilia sancti Laurentii cum eo, qui se 1250. Aug. 9. oderat, quasi amico colludens[4], inopinate capitur, iniuriose trahitur, ferreis mancipatur 40 compedibus, et sic in cymbam absque Dei reverentia proiectus, per fluvium Slæ ad ulteriores[a] partes eiusdem fluminis velociter transvehitur. Videns igitur se rex devotus in lethi constitutum confinio, recogitans annos suos in amaritudine animae suae, nautas illos mortis cf. Is. 38, 15 suae conscios obnixe rogavit tempus sibi vel brevis poenitentiae et confessionis non negari. Quod quidam eorum — nam inter se et in hoc dissidebant —, aliis moram temporis 45 causantibus, ad ultimum tamen in hoc non sponte, sed quasi coacti consentiunt, ut ad villam, quae proxima erat, mitteretur, et ei presbyter adduceretur. Quo adveniente, idem rex vehementer gestiebat. Nihil enim in retroactis temporibus tam ardenter desideraverat sicut in praesenti articulo exitum suum devota munire contritione. Nam quantum exiguitas permisit temporis — siquidem vehementer ab interfectoribus suis, sanguinem suum 50 canum more lepusculum insequentium ardenter sitientibus, urgebatur —, confessionem suam praedicto sacerdoti cum maxima cordis contritione agere procuravit, interiorem

a) ulteriones *Steph.*

1) Ita auctores Islandici saec. XII; alii Skotborger aa, alii Heithaby dicunt; cf. L. Giesebrecht, 'Wend. 55 Gesch.' II, p. 83. Knytlinga saga c. 22. omnes tres loci indicationes coniungit. 2) Otakari I. 3) Sanchonis I. 4) Ann. Hamburgenses a. 1252, SS. XVI, p. 383, Hermannum militem de Kerckwerdere cum rege in alea lusisse tradunt.

1250. animi dolorem exteriori demonstrans manifestatione. Capillos siquidem regii capitis, aureo quondam diademate circumvinctos, propriis manibus violenter coepit avellere, oculos lacrimis irrorare, faciem quondam decoram et venustam unguibus crudeliter sulcare, pectus, strenui cordis habitaculum, pugnis atrociter tundere et omnia membra, quibus se peccasse meminit, poenis condignis, prout permittebatur, punire, exorans misericordem misericor- 5 diae Promissorem, ut solita benignitate et consueta bonitate sui, licet indigni, propitiari non abnueret. Post factam igitur confessionem[a] clamose vocatus ad iugulum, cum ex omnibus divitiis regalibus nihil amplius haberet, diffibulans se, eandem fibulam auream et tunicam, qua induebatur, ultimam elemosinam daturus, sacerdoti saepe dicto tradidit, simul se eius orationibus commendans, animam autem divinae clementiae transmittens bonitati, innuens 10 memorato confessori suo, ut clam fugiens cursu se celeri absentaret. Quod et facere non distulit. His ita feliciter peractis, mora seposita, statim adsunt ministri diaboli, absque ulla compassione victimam Domini saevis manibus rapientes et intra navem indecenter trahentes, uni eorum iubent hostiam dominicam decollando victimare. At ille timore perterritus, se aliquantulum tanquam tali opere indignum primo coepit velle absolvere. Post- 15 quam autem promitteretur ei pecunia, arrepto gladio bis caput amputavit regium. Peracta igitur caede tam miserabili et inaudita, tollentes corpus exanime, alligata galea ipsius, imposito capite, ne ab aliquo hominum possit inveniri, ad ipsius martyris brachium dextrum, submerserunt in flumen, et sic ad sceleris principem ministri sceleris revertentes, patrati facinoris infaustos reportavere rumores. Tunc factum est gaudium Abellianis, luctus et 20 maeror ingens fit Ericianis. Statim namque captivantur nobiliores de hominibus Erici, Aug. 11. capti vinculantur, vinculati custodiae mancipantur. Sed haec hactenus. Altera autem die, quae miserandae neci fuit proxima, piscatores pro opere suo in eundem locum devenientes et retia sua in capturam piscium laxantes, trahebant ad littus maris martyris venerabilis venerabile corpus. Et cum animi admiratione intuentes tum caput a corpore avulsum, tum 25 corpus a capite separatum, haesitabant prae pavore, quid dicerent. Diligentius autem intuentes caput venerabile corpusque martyris et regis gloriosum, tandem ex ipsis lineamentis signisque olim sibi notis agnoverunt illustrem quondam regem et dominum suum. Et impositum in navim sic cum casside et indumentis compedibusque circa tibias existentibus cum honore quo poterant transtulerunt ad civitatem Sleswicensem, ad ecclesiam Prae- 30 dicatorum, sepelientes illud ibidem, eisdem fratribus devote coadiuvantibus et ad possessionem tanti talisque thesauri gaudio exultantibus non modico. Quod ibidem aliquanto tempore requievit humatum, donec per episcopum eiusdem civitatis ad maiorem ecclesiam beati Petri apostoli honorifice transfertur, translatum condigno honore colitur et iugibus miraculis illustratur. Nunc libet misericordis Dei benignissimam super praedicto opere pietatem 35 admirari, admirando glorificare, glorificando laudare, laudando magnificare. Qui verax in promissis, in hoc rege et martyre, quod quondam per prophetam suum amicabiliter et dulciter protestatus est, dicens[1]: *In quacunque hora ingemuerit peccator, salvus erit,* fideliter et veraciter adimplevit. Dicendo enim: 'quacunque hora', exclusit extremae necessitatis dubietatem et ultimae confessionis et poenitentiae, dicendo: 'salvus erit', spem condonavit 40 veniae. Confirmavit quoque eximiam beati Augustini sententiam dicentis: *Poenitentia nunquam est sera, si fuerit vera.* Quod in hoc rege et martyre ab impiis innocenter et crudeliter occiso veraciter quotidie demonstratur. Licet enim in aetate iuvenili constitutus vanus fuerit et lubricus et seculo tanquam delicatus non modice deditus, peccata tamen sua abolita propter probrosae mortis amaritudinem et veram cordis, de qua superius diximus, con- 45 tritionem crebra testantur miracula, quae fiunt ad tumulos ipsius, ubi videlicet primo sepultus est, et in loco, ad quem post aliquod tempus translatus est, in loco etiam, ubi Deo donante nunc requiescit[2]. Nam supersunt multi testes veridici, qui ad gloriosam eiusdem corporis glebam viderunt caecos, receptis luminibus, clare videre, deformiter contractos, usu gradiendi recepto, firmiter ambulare, surdos audire et mutos loqui, mortuos insuper 50 resuscitari. Cuius necem tam indigne huic sancto et tam violenter illatam iustus iudex Dominus non est passus inultam esse. Nam is, qui eiusdem necis princeps fuit et auctor[3], 1252. haud longo post, tempore in suo et a suis truculenter, Domino illi reddente talionem, inter-

a) cofess. *Steph.*

1) In Scriptura Sacra haec non leguntur. 2) Ringstadii; v. Chron. Sial. infra. 3) Abel. 55

fectus est. Qui vero huius operis consilium et auxilium administravit[1], in civitate Kyl profugus et exul miserabiliter occisus periit[2]. Qui autem scelestis manibus rem perfecit nefandam, apud civitatem Coloniensem in rota poenali contritus, corpus montibus[a], animam autem poenis infernalibus miserabiliter transmisit perpetuo cruciandam. 1252.

5 Hoc ergo piissimo rege, scilicet Erico, cum omni reverentia memorando, sicut praelibatum est, ex seculi aerumnis tam feliciter ad regna aetherea translato, subrogatur ei frater suus Abel nomine, sed re Cain, et in regni solium solemniter sublevatur. Cuius opera anteacta cum omnibus sint notissima, supervacaneum iudico exponere, praesertim cum longe ultra fines Datiae ferocitatis eius rumores, quam in fratrem suum Ericum prae-10 dictum, Laghi, Guthmundi filio, a quo consiliorum suorum summa dependebat, mediante et instigante, machinatus est, pervenerint. Fertur etiam alius, cuius nominare nomen nolumus[3], ne videamur infamare personam velle, huic consilio pessimo se plus quam debuit immiscuisse. Qui licet adeptis tumeat opibus et sano vigeat corpore et elatione tumeat potestatis, tamen sanorum credens consilio, utiliter sibi et animae suae provideret, ne 15 tempus poenitentiae a Deo sibi indultum se intra se colligens perderet[b] et sic postmodum in manus Dei, in quas horrendum est incidere, quod meruit, incurrendo reciperet. 1250. Hebr 10,31.

Praedicto ergo Abel rege Danorum satis strenue quoad seculum regente, tandem infra biennii a nacto imperio tempus profectus in Iutlandiam, ut rebelles corrigeret, ibidem a Fresis interfectus est, bibens et ipse amarum calicem, quem prius fratri propinaverat. 1252 20 Unde a suis ad Sleswik translatus, sepultus est ipse in ecclesia sancti Petri, ubi fratrem suum prius sepultum commemoravimus.

Cui successit ultimus fratrum, quos supra retulimus, re et nomine Christoforus. . . . . . . Hic, ut praedictum est, castitatis pudore adornatus, nec nobili nec alicui ignobili decus corporis sui tradere voluit polluendum, donec consilio fratrum et amicorum filiam Zambor 25 nobilissimi Slavorum principis et fratris Zuantepolk regis Pomeranorum Margaretam nomine sibi assumeret in matrimonium. . . . . . .

a) *sic Steph.* b) perdere *Steph.*

1) Lago. 2) Cf. Albert. Stad. a. 1252, SS. XVI, p. 373. 3) Quantum coniicere possum, fuit Tycho 30 Post, sub regibus Abele et Christoforo I. rei aerariae praefectus, vir dignitate, divitiis et splendore familiae conspicuus, qui maligni Abelis adversus fratrem consilii particeps fuit, docente Chronico Sialandiae. LANG.

EX ANNALIBUS DANICIS ET SUECICIS.

In Dania aeque ac in ceteris Europae regnis quin res maxime notatu dignae in ecclesiis episcopalibus vel monasteriis breviter calamo traditae sint, non est quod dubitemus, sive annales ex occidentalibus terris accepti ansam praebuerint, sive clerici morem alibi usitatum imitati sint. Utrumque enim factum esse quae supersunt exemplaria ostendere videntur. Exstant annales non ultra saeculi XII. initium ascendentes et nihil fere nisi res Danicas referentes; alii ab orbe condito incipientes et universalis historiae breviarium exhibentes, cuius non parva pars ex opere externo sumpta est. Utrumque annalium genus in ecclesia Lundensi, quae saeculo XII. Daniae metropolis constituta est, exordium sumpsisse videtur. Qui inde longius propagati sunt, ita tamen, ut diversis locis aucti vel etiam alia eiusdem fere formae et tenoris exemplaria conscripta sint. Nam quam R. Usinger dissertatione bonae doctrinae plena de annalibus et chronicis Danicis edita[1]*, qua primus accuratius et critice de iis egit, proposuit sententiam, omnes fere qui exstant annales ex Lundensibus, ut dicuntur, maioribus, nunc perditis, excerptos esse, stare non posse, nunc persuasum mihi habeo*[2]*. Sed primo breves tantum notitias, quales tam in annalibus domesticis iisdem fere verbis expressas quam in Annales Colbazi in Pomerania scriptos a monachis ex Dania huc missis translatas esse videmus, calamo datas esse statuerim.*

ANNALES DANICI COLBAZENSES.


Ita eam Annalium Colbazensium partem dico, quae procul dubio in Dania, fortasse Lundis scripta, non ex externis illis sumpta est; hi sunt annales inde ab a. 1127. *vel* 1130. *usque ad annos post a.* 1170. *proxime sequentes. Qui usque ad a.* 1137. *eadem manu exarati sunt quae codicem disposuit et priorem partem congessit; alia notas usque ad a.* 1150. *adiecit; sequentia vero diversis scribis debentur, neque omnia coaeva haberi possunt, nonnulla, praesertim magna eorum pars quae de conventibus Cisterciensis ordinis agunt, non ante saec. XIII, Colbazi videlicet scripta, quo hunc librum ex Dania translatum esse recte statuerunt qui in eo edendo vel illustrando versati sunt.*

Codex 'Liber S. Marie' dictus, nunc in bibliotheca B e r o l i n e n s i *Theol. fol. nr.* 149. *asservatus, partim radendo, partim liquore chemico tam male tractatus est, ut non pauci loci aut difficillime aut non legi potuerint. Quare neque W. Arndt, qui editionem SS. XIX, p.* 710 *sqq. paravit, neque V. Cl. R. Prümers*[3]*, qui emendatiorem a.* 1871. *in Codice diplomatico Pomeraniae I, p.* 467 *sqq. proposuit, ubique vera assecuti sunt*[4]*.*


Hos annales in Lundensibus et Ryensibus exscriptos esse alio loco docui[5]*. Praeterea certa eorum vestigia haud reperi. Nonnulla fortasse aliunde huc*

1) 'Die Dänischen Annalen und Chroniken des Mittelalters'. 1861. Nonnulla rectius definivit D. Schaefer, 'Dänische Annalen und Chroniken von der Mitte des 13. bis zum Ende des 15. Jahrhunderts'. 1872, sed in universum illi assensum praebuit. 2) Neque iis quae dixi, 'Nordalb. Studien' V, p. 5, id contendere volui. — Quae contra Usingeri sententiam monuit Jørgensen, 'Bidrag' p. 201, a Schaefer p. 115 sqq. refutata esse non concesserim. 3) Hic praeter alia quae perperam legit praesertim falsis annis multa adscripsit. 4) Ego quoque codicem evolvi et non pauca emendanda inveni. Specimen scripturae vide tab. I. H.-E. 5) 'N. Archiv' XII, p. 25 sqq.

Annales Danici Colbazenses
Codex Berolin. Theol. fol. 149. f. 21.



Vita Kanuti ducis.
Cod. Kilonensis S. H. 8. A. 8° f. 7



kanutus etate et sapiencia. iuribus et virtute tempus suum decorauit. Nam cum adhuc cuiuslibet dignitatis careret honore. duce de slesuuich clauo ducem extremum ducente. ducatum illi a patruo suo nicholao peciit. et cum prece precium optinuit. Ibi erat tempore illo pro defectu iuris. et iusticie. tam assiduus sclauorum incursus. quod ipse rex. nisi munitus frisonum presidio. illuc pernoctare non potuit. Nullus insuper prouincie illi inhabitatori pro depredancium et latronum molestia. de se aut de suis tuto erat. Tu autem.

Quando fuit pere- gre rex profecturus honorem optauit prolis. Honus non sustulit etas. per-

translata sunt[1]. *Quo tempore post a.* 1170. *annales scripti sint, non satis constat. Quae una manu saec. XIII. demum in hac parte Colbazi addita sunt, minoribus literis exprimenda curavi; priorem partem ex alio fonte haustam, satis accurate editam, et continuationem Colbazensem repetere nolui.* *G. W.*

. . . .

1127. Karolus dux Flandrie a suis interfectus.

1130. [Hoc[a]] anno 7. Idus Ian. occisus est Canutus a Magno, filio Nicolai regis. 1131. Ericus effectus est rex in Scania. [E]odem anno . . .[b] ista superscript[a] . . .[c] 3.[d] Idus Apr. . . .[e]

1133. Bellum apud Sirum insulam inter Magnum et Ericum.

1134. Eclipsin solis feria[f] 4. in auctumno[g, 2]. Eodem anno Ericus fugit Norwagiam et rediit[h].

1135. Hoc anno occisus est Magnus in[i] 6. Kal. Iunii[3], feria 2, et Henricus et 4 episcopi 1134. a Scanensibus. Eodem anno occisus[k] est Nicolaus rex in Sleswic a suis.

1137. Obiit Acerus Lundensis archiepiscopus 3.[l] Nona. Mai, feria 4; successit[m] Æskelus archiepiscopus. Eodem anno occisus[k] est Ericus rex Danorum in Iutlandia á Plóg. . . . . .

1140. 13.[n] Kal. Apr., feria 4, post nonam tenebrae factae sunt per orbem.

1143. Conventus[o] missus est in Alvastrum et in Novam-vallem[p].

1144. Conventus missus est in Herivadum[p].

1146. 6. Kal. Sep., feria 3[4], obiit Ericus rex Danorum. Eodem anno 12. Kal. Dec., 1147. feria 4, eclipsin lune[5].

1147. No . . . .[q].

1148. Obiit[r] sanctus Malachias episcopus.

1150. 9. Kal. Iunii bellum fuit apud Arcun in Slavia feria 4. Slavi transierunt Scaniam.

1151. Obiit[s] Eugenius papa.

1153. Conventus venit in Esrum. . . . . .[t] domni Eschilli . . . . . .[t] Eodem anno 3. Idus Februarii interfectus Nicolaus, frater eius. Eodem quoque anno obiit domnus Bernardus abbas Clarevallis. . . . . .[u] missus ab Eschillo . . . . .[v]

1155. Hic rex Sueno abiit[w].

1157. Hoc anno interfecti sunt rex Canutus et Sueno, et Waldimarus suscepit regnum.

1158. Conventus missus est in Vitescolam.

1159. Obiit Iohannes presbyter in Bisethorp[x] 2. Idus Februarii.

1160. Conventus venit in Sabba.

1162. Conventus venit in Sora[y] et in Tutam-vallem.

1164. Conventus[z] venit in Guthualiam.

1165. Conventus[z] venit in Cara-insula.

1166. Interfectus est Magnus, filius Regneldi. Obiit Sulo 6. Idus Apr.

1167. Hoc[a] anno Danorum archiepiscopus Eskillus Roma[b] rediit.

1168. Interfectus est Amandus, filius Ebbi, 10. Kal. Iunii.

1170. Obiit Huno, filius Ebbi[c], Idus Iulii. Conventus venit in Dobrum[d]. Rugia a Danis subiugata est et ad fidem[e] conversa.

a) *abscissum c.* b) *una vox legi nequit; nec quo, ut Prümers legit, nec sunt, ut Waitz legit, scriptum erat. H.–E.* c) *membrana perforata tres fere litterae deletae. H.–E.* d) III. Id. Apr. *inter lineas scripta, quo pertineant, non satis constat.* e) *duae tresve litterae evanuere H.–E.* f) fer. — Eodem anno *superscr. c.* g) auct' *c.* h) redit *corr.* rediit *c.* i) in — II. *superscr. c.* k) occ̄ *c.* l) III—IIII. *superscr. c.* m) .f. *c.* n) *altera manus pergit c.* o) *minoribus litteris expressa una manu saec. XIII. Colbazi addita sunt. H.–E.* p) *in marg. plura ad hunc annum adscripta erant, quae erasa sunt H.–E.* q) *haec erasa. H.–E.* r) *haec alia m. s. XII. post add.* s) *omnes fere sequentes notae singulis manibus scriptae H.–E.* t) *duo triave verba iam legi nequeunt, erasa et liquore chemico superlita.* u) *haec in margine ad a.* 1153, *ut videtur, scripta erant, sed erasa sunt, h. l. quinque circiter verba erasa H.–E.* v) *duodecim circiter verba erasa H.–E.* w) *ita c., non exabiit, ut Pr. legit.* x) *sic Waitz legit; sed* in biset *non satis perspicua; minime* Besercheno *legitur.* y) *haec eadem saec. XII. manu scripta, quae notas de conventibus a.* 1153. 1172. 1174. *intulit.* z) *notae a.* 1164. 1165. *eadem manu scriptae, aliis, quae antea scripta erant, erasis H.–E.* a) *haec in marg. ad a.* 1167, *ut videtur, adscripta, quae Pr. inverso ordine perperam legit H.–E.* b) *certe legi nequit; potes legere:* :ania *H.–E.* c) *ducta linea ad* Ebbi *a.* 1168, *ut indicari videatur eundem esse* Ebbi *qui hoc loco commemoratus est. H.–E.* d) *sic Ann. Ryenses;* rum *certe legi nequit H.–E.* e) f. c. *certe legi nequeunt; Arndt et Prümers* christianitatem conv. *ex Ann. Ryensibus sumpserunt H.–E.*

1) Cf. quae l. l. de annali 1170. dixi. 2) Hoc neque a. 1134. neque alio huius temporis anno contigit. 3) Potius 2. Non. Iun.; cf. supra p. 4. H.–E. 4) A. 1146. dies 27. Augusti feria 3. fuit. 5) Ita a. 1146. factum est.

1171. Thomas Cantuarie archiepiscopus occiditur in sede sua.
1172. Conventus[a] venit in Dargon de Esrom . . . . . .[b] et eodem anno venit in Insula-Dei.
1173. Conventus venit in Locum-Dei, et terre motus factus est.
1174. Conventus[a] venit in Colbas[c].
1176. Castrum Stytin obsessum a Danis.
1177. . . . . . .[d] [Asker[e] successit, patruelis istius, papali consensu].
1178. Translatio sancti Bernardi abbatis Clarevallensis.
1181. Waldmarus rex Dacie obiit.

EX ANNALIBUS WALDEMARIANIS ET VITESCOLENSIBUS.

Waldemarianos nominare liceat[1] *annales procul dubio Waldemari II. regis tempore conscriptos, non ultra a.* 1219. *perductos. Prima pars cum Ann. brevibus Nestvedensibus ita convenit, ut de communi fonte dubitari nequeat; multa (—* 1215*) postea ad Lundenses aliaque annalium exemplaria prope accedunt*[2]. *Inde ab a.* 1200. *vero quam plurima addita sunt, quae praesertim Kanuti et Waldemari II. regum expeditiones contra Sclavos et Holsatos illustrant. Quare auctorem neque Lundis scripsisse neque hanc partem a Lundensibus mutuatum esse verisimile est*[3]. *Quod ultimis annis temporum ordinem turbatum videmus, non tam ipsi quam librario tribuerim. Nam qui hunc librum exscripserunt Annales Vitescolenses et Ryenses haec rectius disposuerunt*[4]. *Praeterea Chronico quod dicitur Sialandiae ex eis non pauca postea inserta sunt; etiam in Annalibus Suecanis Sigtunensibus et Islandicis codicis Flateyensis eorum vestigia deprehenduntur; saec. XIV. Petrus Olai iis usus est. Quare plura eorum exemplaria per boreales terras divulgata fuisse apparet*[5].

Exstant in codice bibliothecae regiae ***Holmensis*** *A* 41, *saec. XIII, inter annos, ut videtur,* 1259—1261. *exarato, eodem quo liber census Daniae continetur, fol.* 58'—64, *pagina* 64'. *vacua relicta, ut librarium annales non ultra a.* 1219. *progredientes habuisse iure statui possit. Cf. Paludan-Müller, qui codicem diligentissime descripsit*[6], *sed minus recte de eius origine statuisse videtur, cum eum nonnisi ad scribas exercitandos confectum esse putet. Langebek, apographum codicis nactus, annales edidit SS. III, p.* 260 *sqq. Excerpta nostra cum illo contulit V. Cl. Klemming, summus bibliothecae Holmensis praefectus.*

Quae hi cum aliis annalibus communia habent, quamvis haec ceteris exemplaribus antiquiora ideoque summae auctoritatis sint, litteris minoribus exprimenda curavi, ut genuina satius perspici possent.

E latere vero ea apposui quae Annales recentiores (— 1300 *continuati), quos Vitescolenses appellare liceat*[7], *ex eodem opere, sed ex altero eius exemplari sumpsisse censendi sunt. Qui exstabant in codice Adami Bremensis*

a) *haec eadem saec. XII. manu scripta, quae notas de conventibus a.* 1153. 1162. 1172. 1174. *intulit.* b) *quaedam erasa;* et — Dei *alia manu add. H.-E.* c) *haec ducta linea ad a.* 1170. *tracta.* d) *quaedam erasa.* e) *haec, quae Prümers edidit, iam legi nequeunt.*

1) 'Chronicon Danicum ab a. 1074. usque ad a. 1219.' hoc opusculum hucusque vocabatur. 2) Cf. quae exposui 'N. Archiv' XII, p. 25 sqq. 3) Ut Usinger p. 35. statuit. Cum eo facit Schaefer p. 45. 4) Uno quidem loco a. 1216. excepto, qui in versione Danica Annalium Ryensium legitur; de quo Schaefer p. 47. egit. 5) Schaefer l. l. de Annalibus Lundensibus maioribus excerptis cogitavit; quod mihi parum probabile videtur. 6) 'Det K. Danske Videnskabernes selskabs skrifter' ser. 5, vol. IV, p. 165 sqq. Quod p. 176. dicit: 'at det er hverken meer eller mindre end en Skriverbog, en Bog til Øvelse i en Kloster- eller Domskole, hvor man uddannede Kalligrafer', nullo modo inde concludi potest, quod varia opera eo coniuncta sunt. Nam idem saepissime in veteribus invenitur libris. Ipse quinque scribarum manus distinguendas censet. 7) Langebek quidem: 'Nihil vestigii datur, quis aut cuias fuerit auctor'. Sed a. 1287. legitur, quod plerique annales tacent: *Vitescola miserabili incendio totaliter vastatur.* Quare, ut annales hi ab aliis discerni possent, hoc nomen usurpare ausus sum.

a. 1728. incendio consumpto; cuius complura exstant apographa: alterum ex codice Hafniensi A 9, saec. XVI. tribuendo, quippe quo etiam historia usque ad a. 1520. continuata legebatur, transcriptum in codice nunc archivi Hamburgensis nr. 19, de quo egit Lappenberg ('Archiv für Staats- und Kirchengeschichte der Herzogthümer Schleswig, Holstein, Lauenburg' II, p. 211); ex quo vel simillimo codice primus eos edidit de Ludewig, Reliquiae manuscriptorum IX, p. 150 sqq.; alterum manu Arnae Magnaei exaratum, quod exprimi fecit Langebek (SS. IV, p. 225 sqq.). Hanc editionem numero 1 signavi, 2 codicem Hamburgensem a V. Cl. Beneke, archivi praefecto, benivole huc transmissum. Continuationem cum aliis annalibus affinitate coniunctam infra exhibebo.

Excerpta exstant in apographo Velleii, quod invenitur in cod. bibliothecae academiae Hafniensis Addit. 120. 4, ita inscripto 'Aff den gamle rolle som kom aff Soer', quod compilationem continebat ex Annalibus his, Ryensibus aliisque factam, cuius lacinias ille enotavit; cf. quae scripsi 'N. Archiv' XII, p. 33 sqq.
G. W.

EX ANNALIBUS WALDEMARIANIS.	*EX ANNALIBUS VITESCOLENSIBUS.*	
. . . .	Anno Domini	
1130. Interfectus est dux Kanutus et martyr a Magno, filio Nicolai.	1130. Interfectus est sanctus Kanutus[a] Ringstadis[b] a Magno, filio[c] Nicolai.	cf. A. Nestv.
1131. Bellum fuit Ialenge.	1131. Bellum fuit Ialing inter Nicolaum et Ericum.	cf. ib.
1132. Bellum fuit Syræ et aliud Renøbiargh.	1132. Bellum fuit Syre, et in utroque fugit Ericus.	cf ib.
	. . . .	
1134. Roskildis depopulata est.	1134. Roskild depopulata est.	cf. ib.
1135. Rex Nicolaus fugit, et 7 episcopi interfecti sunt.	1135. Nicolaus rex fugit, et Magnus, filius eius, interfectus est, et sex episcopi, unus de Suecia, alter de Sialand, 4 de Iutia.	cf ib. et Sial.
1136. Harald interfectus est. Magnus, filius Nicolai, occisus est.	. . . .	
1139. Ericus Emune interfectus est.	1139. Ericus Emun[d] interfectus est, et successit ei Ericus Lamb.	
. . . .	. . . .	
1144. Sedit Celestinus secundus.	1144. Ericus duxit sororem Hartwici[e] episcopi Bremensis.	cf. Ryen.
1147. *Ericus Lamb mortuus est.	1147. Ericus Lamb monachus obiit Othense[f].	*cf. Nestv. cf. Lund.
	1148. Suen electus est in Scania, Kanutus[a] in Iutia.	
	. . . .	
1150. Bellum[1] fuit Slangethorp.	1150. Bellum fuit Slangethorp[g], et fugit Kanutus.	cf. Lund.
1151. Bellum[1] fuit Wibergis.	1151. Bellum fuit Wibergh[h], et iterum fugit Kanutus.	cf. ib.
	. . . .	
1153. Sanctus Bernardus migravit.	1153. Kanutus, assumpta militia de Saxonia, pugnavit contra Suenonem apud Gierbec[2] et fugit.	cf. ib. 1155.
	. . . .	
	1155. Rediens de Saxonia Sueno cum duce Henrico venit Simerstat[i], sed fuga arrepta[k] dux cum rege iter 15 dierum veniendo sub compendio duorum[l] dierum fugiendo compleverunt.	cf. ib. 1157. Saxo.

a) Can. 2 *et Lud. semper.* b) Ringstæd 2; Ringsted *Lud.* c) N. f. 2. *Lud.* d) Emum *Lud.* e) Hartoici *Lud.* f) Otthense 2. *Lud.* g) Slangetorp *Lud.* h) Wiborg *Lud.* i) Sunstat et 2; v. S. *des. Lud., ubi* et. k) accepta *Lud.* l) *deest* 2. *Lud.*

1) Inter Kanutum et Suenonem, qui de regno contenderunt. 2) *Giezbec* legendum videtur, ut habet Petrus Olai, Langebek, SS. I, p. 176; *Geitzbekk* habet Knytl. c. 108. H.-E.

cf. Lund. 1156. Interfectus est rex Kanutus Roskildis
Aug. 9. in vigilia sancti Laurencii. Rex Sueno interfectus
Oct. 23. est in die sancti Severini. Rex Waldemarus optinuit monarchiam in Dacia. . . . . . .

cf. Lund. 1163. Octavianus scismaticus est contra papam Alexandrum.

. . . .

cf. Sial. 1170. Ruia[1] a Danis acquisita est et ad fidem Christi conversa. 17. Kalendas Iulii baptizatus est Iarmarus cum ceteris Sclavis. Natus est Waldemarus secundus, filius regis W[aldemari][a] primi, 4. Kalendas Iulii, qui primo dux, postea rex successit fratri suo Kanuto.

cf. Lund. 1171. Sanctus Thomas interfectus est. Sanctus Kanutus dux et martyr translatus est.

. . . .

ib. 1173. Obiit Cristoferus dux Iucie.

. . . .

ib. 1181. Rex Waldemarus I[us] occurrit imperatori F[riderico] apud Tranf, ubi duas filias suas maritavit, unam filio imperatoris et aliam comiti Sifrido.

ib. 1182. Obiit rex Waldemarus I[us], sancti Kanuti ducis filius.

. . . .

ib. 1184. Expedicio ad Wolegust.

1185. Bugizlavus delecioni Ruianorum intendens, perdidit naves suas.

1186. Bugizlavus senex factus est homo regis Kanuti.

1187. Mortuo Bugizlao, heredes eius ad regem K[anutum] veniunt pro beneficio[b] suo

ib. habendo. Dux Waldemarus II[us] miles factus est 7° Kalendas Ianuarii.

1189. Expedicio ad Slaviam facta est. Iarmarus factus est tutor filiorum Bugizlavi.

1190. Bursteburgh[2] reedificatum est a rege Kanuto.

ib. 1191. Expedicio ad Finlandiam.

cf. Sial. 1192. Episcopus Waldemarus fugit de Dacia.

ib. 1193. Idem episcopus reversus est et captus.

cf. Lund. 1194. Prima expedicio ad Holzaciam. Comes A[dulfus] subdidit se potestati regis Kanuti et coactus est pecuniam dare*.

. . . .

ib. 1197. Expedicio facta est ad Estoniam.

1198. . . . . . . Marchio[3] fugit.

. . . .

1200. Castrum Regnolzburgh[4] est subiugatum, et Thetmarsia[c] acquisita.

1201. Perdita est Thetmarsia[d] et iterum acquisita, et Holzacia subiugata atque terra

Nov. 1. Raceburgensis in festo omnium sanctorum.

1156. Rex Kanutus interfectus est Roskildis[e] in vigilia sancti Laurentii.

1157. Sueno interfectus est [in[f]] Grathe in die sancti Severini, et Waldemarus optinuit monarchiam Daciae[g].

. . . .

1170. Rö a Danis acquisita est et ad fidem conversa.

Natus est Waldemarus, filius Waldemari, 4. Kal. Iunii.

1171.[g*] [Sanctus[h] Thomas martyrizatus est]. Sanctus Kanutus dux et martyr translatus est.

. . . .

1173. Obiit Christophorus dux Iutiae.

. . . .

1181. Rex Waldemarus occurrit imperatori Friderico apud Traven, ubi duas filias suas maritavit, unam filio imperatoris, aliam comiti Sifrido.

1182. Obiit[i] rex Waldemarus, filius sancti Kanuti ducis.

1184.[k] Expeditio ad Walegustb[l].

1188. Dux Waldemarus fit miles 7.[m] Kal. Ian.

1191. Expeditio ad Finland[n], et est victa a Danis.

1192. Episcopus Waldemarus fugit de[o] Dacia.

1193. Idem reversus est et captus.

1194. Prima expeditio in Holsaciam. Comes A[dulfus][p] subditus est potestati regis Kanuti et coactus est pecuniam dare.

. . . .

---

*) subditus et tributarius factus est regi Danorum. *Sor.*

a) *nomina multa per litteras initiales indicata sunt in c., quod uncis adhibitis indicavi.* b) pro auxilio *apogr. Vellei Sor.* c) Dytmarsia *Sor.* d) Thytmersia *Sor.* e) Roschildiae *Lud.* f) *deest* 1. g) Daniae *Lud.* g*) MCLXX. *iterum* 1. h) *haec des.* 1. i) Mortuus 2. *Lud.* k) MCLXXXIII. *Lud.* l) Wolgast 2. *Lud.* m) 7. Kal. Ian. *des.* 2. *Lud.* n) Find 2; Finnland *Lud.* o) e 2. *Lud.* — Dania *Lud.* p) Adolphus 2. *Lud.*

1) Falsum hunc annum etiam alii annales praebent. 2) i. e. Stettin. 3) Otto II. Brandenburgensis. 4) Rendsburg.

1202. Comes Adulfus captus est et castrum Segheburgh[1] acquisitum. Rex Kanutus obiit 2° Idus Novembris. Coronatus est W[aldemarus] secundus in regem. Comes Albertus[2] miles factus est.

1203. Redditum est castrum Louenburgh. Comes Adulfus liberatus est, positis obsidibus ad decem annos.

. . . .

1205. Rex W[aldemarus] secundus uxorem duxit filiam regis Boemie. Expedicio facta est in Slaviam, ubi dux Lodizlaus[a] occurrit domino regi.

1206. Episcopus Waldemarus liberatus est. . . . . . . Dani Albiam transeuntes Ertenburgh[3] acquisierunt et illud destruxerunt. Dux Bernardus cum filiis suis occurrit domino regi apud Sleswic.

1207. Rex Waldemarus secundus milites suos misit Brunswic in auxilium regis O[ttonis] contra Philippum et regem O[ttonem] in Angliam fecit de Ripis transferri[b] in sua expensa.

1208. Rex Waldemarus secundus optinuit Byzenburgh[4] et illud destruxit. Ibidem ei occurrit rex Otto, auxilium ab eo petens, cum quo misit milites*. Interfectus est rex Philippus; et pons ultra Albiam factus est; et castrum Horeburgh factum est iussu regis W[aldemari] secundi.

1209. Rex Otto in imperio optinuit monarchiam et coronatus est a papa Innocencio III°. Statim post coronacionem eius orta est discordia inter papam et imperatorem de possessionibus et terminis imperii et papatus. Episcopus W[aldemarus] eiectus est a sede Bremensi et iterum excommunicatus. . . . . . .**

1210. Expedicio[c] facta est in Pruziam et Samland. Mistwi dux Polonie hominium fecit regi Danorum W[aldemaro] secundo. . . . . . .

1211. Castrum Dymin reedificatum est a Danis et Nienburgh destructum et Lightenhaghen. Comes Albertus castrum Pruner edificavit.

1212. Fredericus, filius imperatoris Henrici, Ottoni in imperio se opponit***. Regina Danorum Margareta decedit.

1213. Expedicio in Dacia quievit. . . . Rex Francie Flandriam occupavit. Ingeburgh, filia regis W[aldemari] primi, soror

---

1202. Comes Adulfus[d] captus est. Rex Kanutus obiit[e] pridie Idus Novembris. Comes Albertus miles factus est. *cf. Lund. cf. Nestv.*

. . . .

1205. Rex Waldemarus[f] uxorem duxit filiam regis Boemiae. Expeditio facta est[g] in Sclaviam. *cf. Lund.*

1206. Episcopus Waldemarus liberatus est. *ib.* Dani Albiam transeuntes Orthenburgh[h] acquisitum destruxerunt.

1208. Rex Waldemarus milites[i] misit Brunsvic[k] in auxilium regis O[ttonis][l] contra Philippum regem.

1207. Rex Waldemarus obtinuit Buzeborg[m], *cf. Sial.* quod destruxit. Ibidem ei[n] occurrit rex Otto[o], cum quo misit milites.

1209. Episcopus Waldemarus eiectus est a sede Bremensi et iterum[p] excommunicatus. . . . . . . *cf. Lund.*

1210. Expeditio facta est in Pruciam[q] et Samland[r]. . . . . . . *ib.*

1211. Castrum Dymin[s] reedificatum est a Danis. [Interfectus[t] est Philippus rex]; et pons ultra Albiam[u] factus est. *cf. Sial.*

1212. Regina Danorum Margareta[v] decedit. *cf. Lund.*

. . . .

*) *Sor. add.:* contra Philippum regem Alemanniae.

**) *Sor. add.:* Otto coronatus est imperator et ipso die depositus.

***) Henricus *(ita)* imperator factus est pro Ottone *Sor.*

a) Gotscalcus *Sor.* b) fecit duci in expensis suis *Sor.* c) Rex misit exercitum in *Sor.* d) Adolphus 2. *Lud.* e) mortuus 2. *Lud.* f) Waldim. *Lud.* g) *deest* 2. *Lud.* h) Orthenberrig 2. *Lud.* — acquisitam *Lud.* i) m. misit milites 2. k) Brunswich 2. *Lud.* l) N. 2; Otthonis *Lud.* m) Buzeborrig 2. *Lud.* n) o. ei 1. o) Ottho 2. *Lud.* p) tandem 2. *Lud.* q) Prussia 2; Prussiam *Lud.* r) Seml. 2. *Lud.* s) Dauin aedific. 2. *Lud.* t) *des.* 1. u) Albim *Lud.* v) Margaretha discedit 2. *Lud.*

1) Segeberg. 2) De Orlamünde, filius Sifridi. 3) Artlenburg. 4) Boitzenburg.

regum Danorum Kanuti et W[aldemari] secundi, in graciam regis Francie Philippi est recepta. Stephanus archiepiscopus Cantuariensis regi Anglie Iohanni est reconciliatus. Dux Brabancie[1] victus est ab episcopo Leodicensi[2]. . . . . . .

1214. . . . Rex Danorum W[aldemarus] secundus castrum Wotmund obsedit et acquisitum funditus destruxit. Marchio de Brandeburgh[3] cum exercitu Albiam transivit, volens contra regem pugnare; set cum percepit exercitum regis valde magnum, in fugam ultra Albiam est conversus. Castra* videlicet Pozewolk et Stytin, que marchio occupaverat, sunt reacquisita. Comes Guncellinus et comes Henricus, frater eius, terram eorum a rege receperunt atque ei fidelitatem iuraverunt. Castrum marchionis Mucov[a] est acquisitum. (cf. Lund.) Secunde nupcie regis W[aldemari] secundi celebrate sunt cum filia regis Portugalie, sorore comitis Flandrie Fernandi.

(cf. Lund.) 1215. . . . Rome celebratum est concilium generale coram papa Innocencio tercio. Rex Otto fidem violans et contra iuramentum suum veniens, Holzaciam cum exercitu intravit, eam subiugare sibi intendens[b]. Contra quem rex Danorum W[aldemarus] secundus cum exercitu copioso venit paratus ad pugnandum. Quod cum audisset rex Otto, non ausus est expectare congressum belli, set conversus in fugam, statim Albiam pertransivit.

1216. Gelu super Albiam viam prebente, rex W[aldemarus] secundus cum exercitu transiit Albiam et terram Henrici comitis palatini incendio devastavit, donec habitatores terre cum domino rege composuerunt et pro pace habenda pecuniam dederunt et obsides posuerunt, et quod numquam se ei opponerent, promittere sunt coacti. Duo castra circa Hamburgh sunt constructa. Natus est Ericus, filius regis W[aldemari] secundi. Dissencio orta est in Anglia inter regem Iohannem et suos.

1217. Lodovicus, filius regis Francie, cum exercitu transivit in Angliam contra regem predictum. Mortuusque est rex Iohannes, et insurgunt contra Lodowicum universi.

1218. Rex W[aldemarus] secundus ducatum filio suo Erico . . . . . . confert. Comes Albertus ex mandato regis W[aldemari] secundi castrum super amnem Swingæ[4]

1214. . . . Rex Waldemarus castrum[c] Wozemund[d] destruxit.

Secunde nuptie regis Waldemari celebrate sunt cum filia regis Portugallie.

. . . .

1216. Gelu super Albiam[e] viam prebente, rex Waldemarus transiens, terram comitis Henrici palatini incendio devastavit[f], donec habitatores terre cum ipso composuerunt et pro pace habenda pecuniam dederunt et obsides posuerunt, et quod nunquam se ei opponerent, promittere sunt coacti. Natus est Ericus, filius regis Waldemari. [Dissensio[g] facta est in Anglia inter regem Iohannem et suos].

Rex Waldemarus ducatum dedit filio suo Erico[c].

1217. Comes Albertus ex mandato Waldemari regis castrum super amnem con-

*) [que] marchio acquisivit sunt reacquisita *Sor.*

a) Muten *vel* Muton *Ry.* b) intendendens *c.* c) *deest* 2. *Lud.* d) Worem. *Lud.* e) Albeam 2; Albim *Lud.* f) vast. 2. *Lud.* g) *haec des.* 1.

1) Heinricus I. 2) Hugone II. 3) Albertus II. 4) Schwinge.

construit[1]. Filia[2] comitis Guncelini nubit Nicolao, filio regis W[aldemari] secundi. Rexque Waldemarus secundus in Thitmarscia castrum Frithibiærgh[3] construit. Moritur Iarmarus Ruianorum princes[a], Barnothque, filius suus natu inter fratres maior, terram a rege W[aldemaro] secundo sub dedicione suscepit.	struxit. Filia comitis Guncellini[b] nubit N[icolao], filio regis Waldemari
Palatinus Henricus et Gerardus Bremensis archiepiscopus regi W[aldemaro] secundo apud Sleswic occurrunt. Mortuus est Otto.	Palatinus Henricus et Gerardus Bremensis archiepiscopus regi Waldemaro apud Sleswich occurrunt.
Rex W[aldemarus] secundus, convocatis tocius regni sui primis, 15 episcopis[4], tribus ducibus totidemque comitibus, quamplurimis abbatibus, filio suo W[aldemaro] III° apud Sleswic in die sancti Iohannis baptiste diadema regni dat.	1218. [Mortuus[c] est Ottho imperator]. Waldemarus[d] rex convocans regni sui primores, 15 episcopos, 3 duces totidemque comites quampluresque[e] abbates, filio suo Waldemaro apud Sleswich[f] in die sancti Iohannis baptiste diadema regni dat. (1218. Iun. 24.)
1219. Edicta est expedicio super paganos ad Estoniam.	1219. Indicta est expeditio super paganos ad Estoniam[g].

EX ANNALIBUS NESTVEDENSIBUS MINORIBUS.

Exstant in codice bibliothecae universitatis Hafniensis nr. 52. fol., membr. saec. XIII, una manu, quae annos usque ad a. 1236. scripsit, sed notas non ultra a. 1228. adiecit, exarati. Codex, qui kalendarium vel necrologium monasterii S. Petri Nestvedensis continet, olim a Chr. Ulfeld possessus, transiit ad Ottonem comitem de Rantzow, cuius filius Christianus eum bibliothecae illi dono dedit. Apographa recentiora exhibent liber Arn. Magn. nr. 300. 4. et codex archivi Hamburgensis nr. 10 (cf. 'Archiv' l. l. p. 203). Quos Annales edidit Langebek IV, p. 286 sqq., scripturae specimine in tabula aeri incisa addito. Equidem ipsum codicem autographum adii. Omnia fere ex antiquioribus annalibus, quos recte Lundenses habeas, excerpta esse consensus cum his aliisque exemplaribus probat; hi vero annales eo praestant, quod pariter ac Annales Waldemariani ostendunt iam saec. XIII. incipiente illos descriptos et per monasteria Daniae propagatos esse. Quae sub a. 1227. et 1228. leguntur a scriba videntur addita esse, quippe quae eodem modo nonnisi in Nestvedensibus maioribus, iisque recentioris aetatis (v. infra), sub a. 1226. et 1227. inveniantur, sed haec ad a. 1225. et 1226. pertinent. *G. W.*

Anno dominicae incarnacionis millesimo centesimo
1130. Kanutus occisus est, qui Rincstadis requiescit.
1131. Bellum fuit in Ialungi inter Hericum et Magnum.
1132. Bellum fuit in Syra et aliud in Rumbiorg.
1134. Roschild devastata est.
1135. Quatuor episcopi occisi sunt apud Scaniam et Nicolaus rex.
1136. Haraldus occisus est.
1139. Hericus Emune occisus est.
. . . .
1144. Tenebre facte sunt super omnem terram.
1147. Hericus Lamb mortuus est, et bellum fuit in Sclangathorp[h].

a) *ita c.* b) Gucelini 2. *Lud.* c) *des.* 1. d) *deest* 2. *Lud.* e) que *deest* 2. *Lud.* f) Sleswick 2. *Lud.* g) *Continuationem Ann. Vitescol. vide infra.* h) Sclangath op *c.*

1) Albert. Stad., SS. XVI, p. 356, hoc a. 1216. refert. Cf. Usinger p. 36. 2) Ida. 3) Dahlmann, 'G. v. Dänn.' I, p. 365, idem habet quod alibi Lin (fortasse Lunden) dictum est. 4) De quibus cf. Suhm IX, p. 309.

1150. Bellum fuit in Throrsteuthorp.
1151. Bellum fuit Wibergia.
1156. Sueno rex expulsus est.
1158. Kanutus rex dolo occisus est Roskildis.
. . . . 5
1163. Waldemarus rex ivit ad imperatorem.
. . . .
1170. Translatus est sanctus Kanutus Rincstadis[a].
1171. Martirizatus est archipresul Thomas in Anglia.
. . . . 10
1182. Rex Waldemarus mortuus est.
1187. Iherusalem capta est.
. . . .
1192. Episcopus Waldemarus captus est.
1197. Cardinalis Fidencius mortuus est in Scania. 15
1201. . . . Adulfus comes captus est.
1202. . . . Et obiit rex Kanutus.
1203. Hoc anno Waldemarus iunior adeptus est regnum Danorum.
1206. Waldemarus episcopus recessit á Salandia[b].
. . . . 20
1224. Captus est Valdemarus rex á comite Henrico.
cf. Nestv. mai. 1227.[1] Solutus est rex Waldemarus á captivitate.
1228.[2] Bellum fuit inter Danos et Hulcenses apud Egidur.

EX ANNALIBUS SORANIS.

Etiam hi annales in antiquo codice servati sunt, qui nunc in bibliotheca regia 25 *Hafniensi, Coll. vet. nr.* 450. *exstat, ita inscriptus:* Liber sancte Mariae de Sora per manum domni Absalonis archiepiscopi, *ubi annales isti post Iustinum compluribus manibus scripti sunt. Prima non ultra a.* 1231. *progressa, sed quae post a.* 1241. *calamum sumpsit, etiam Annales Lundenses adhibuisse videtur, sed dies addidit alibi non indicatos. Qui annales usque ad a.* 1260. *con-* 30 *tinuavit, maxime cum Annalibus Vitescolensibus convenit, sed communi fortasse fonte usus est. Alii annales* 1291—1340. 1343—1347. *addiderunt, nullis, ut videtur, subsidiis adiuti. Apographum exstat in codice Hamburgensi nr.* 11 *('Archiv' l. l. p.* 203*). Qui annales editi sunt SS. R. Dan. V, p.* 456 *sqq. et ibidem aeri incisi. Ipse codicem contuli.* *G. W.* 35

Anno 1202. Obiit Kanutus rex Danorum Sclavorumque ac tocius Holsacie, filius gloriosi regis Waldemari primi, 2. Idus Novemb., feria 3[a], anno regni sui 21[o], qui sicut omni tempore vite sue devotus in servicio Dei extitit, amator ac defensor sancte religionis, ita sibi superna gratia[c] de hostibus suis ac inimicis semper gloriosus claruit triumphator; cui successit frater suus Waldemarus dux Iucie et Holsacie, qui tenuit regnum Dacie 40 annis. 40 Hic de Hestonia triumphavit et urbem Rævallensem magna Danorum fortitudine gloriosam[d] ac inexpugnabilem fecit, et post hec ab Henrico comite de Suerin, homine suo, captus est dolose ac a Danis argento redemptus regnoque suo restitutus.

cf Lund. Anno 1213.[e] Obiit[f] Margareta regina [Danorum[g]] de Boemia. . . . . . .

ib. Anno 1218. . . . Sequenti anno profectus est Wald[emarus] rex ad Hestoniam cum exercitu 45 magno.

ib. Anno 1220. . . . Eodem anno obiit Beringaria, eiusdem regis [Waldemari[g]] regina.

a) Rinstadis *corr.* Rincstadis *c.* b) *sic c.* c) *verbum supplendum est ut* propitiante. d) g . . . sam *c.* e) *ita c. pro* 1212. f) *littera initialis deest c.* g) *superscr. c.*

1) Anno 1225. 2) Anno 1226; cf. de hac pugna etiam Chron. eccl. Rip., SS. R. Dan. VII, p. 193: 50 *Dani obsidentes Reginoldesburgh magnam cladem habuerunt.*

Anno 1223. Capti[a] sunt duo reges Danorum Waldemarus et Waldemarus pater[b] et filius ab inimico comite Henrico [de Suerin] Nonas Maii. . . . . . . cf. Lund. Maii 7.

Anno 1225. Obiit[a] Petrus, filius Iakobi, Rokildensis[c] episcopus peregrinus in Flandra[d] 15. Kal. Iunii, et eodem anno Waldemarus pater rediit a captivitate in natali Domini. ib.

Anno 1226. . . . Eodem anno facta est magna strages in Holsacia de Theutonicis et Danis in die sancti Michaelis[1].

Anno 1231. Obiit Waldemarus [IIIus c] rex iunior et Alienor regina eiusdem. ib.

Et[f] Ericus rex consecratur.

Anno 1239. Ericus rex duxit uxuorem[e] filiam ducis Saxonie[2]. cf. A. Vitesc.

. . . .

Anno 1250. Obiit Ericus rex. . . . Et successit rex Abel.

Anno 1252. Rex Abel interficitur in Frisia. . . . . . .

Anno Domini 1260. Obiit Iarmarus Sclavus, qui multa mala fecit Danis.

. . . .

1291.[g] Terra Sancta rediit ad dominium paganorum.

. . . .

1327. Hoc anno frater Wilhelmus de Colonia intravit ordinem.

1331. Istis diebus et temporibus non erat rex in Dacia, sed[h] regnabant Holsati in mangna malicia multis annis.

1340. Hoc anno fuit mangnum bellum in Hispania inter paganos et christianos, sicut potes invenire in fine libri qui dicitur Herveus[3]; et[i] etiam illo anno Waldemarus, filius Christophori regis, venit de partibus Alamanie in Selandiam et factus est rex.

1344. . . . Bellum fuit Hafnis inter Thetones et Dacos.

. . . .

EX ANNALIBUS DANO-SUECANIS.

Annalium Lundis scriptorum epitomen monachus, ut videtur, Danus ordini Praedicatorum adscriptus medio saec. XIII. in Sueciam transtulit, ubi alter eius temporis monachus nonnulla usque ad a. 1263. *adiecit. Codex autographus, olim Sigtunensis, nunc in bibliotheca* Upsalensis *universitatis nr.* 70, *servatur, ubi fol.* 1. *manu parum nitida et multis compendiis usa haec ad a. usque* 1254. *scripta, post alia manu f.* 1'. *anni* 1255—1260, *f.* 2. *anni* 1261—1315. *adiecti, sed notae tantum a.* 1255. 1257. 1261—1263. *adscriptae sunt. Ex cuius codicis apographo annales primus Benzelius (Monumenta historica vetera ecclesiae Sueo-Gothicae p.* 14*), postea Langebek (SS. R. Dan. II, p.* 166*), deinde Fant (SS. R. Suec. I, p.* 47*) ediderunt; nuper codice collato et utraque parte accuratius distincta, Steenstrup, 'Danske Samlinger' ser.* 2, *t. IV, Hafniae* 1874—76, *p.* 364 *sqq. Codicem consentiente consilio universitatis Upsalensis a bibliothecae praefecto V. Cl. Annerstedt benivole huc transmissum ipse evolvi. Quae in Suecia addita sunt asterisco notata annis singulis subicienda duxi. Eadem fere quae ad sanctum Dominicum et Praedicatorum ordinem spectant in annalibus leguntur, quos ex apographo Hamsfortii edidit Langebek II, p.* 433, *de quibus v. infra.* *G. W.*

*Anno Domini 816. Dani[4] ad fidem conversi per Poponem diaconum, qui ferrum candens portavit illesus; quo viso, Haraldus rex credidit, et Popo factus est episcopus. Ad schol. 21.

. . . .

a) *littera initialis deest c.* b) p. et f. *post ita corr., ut h. l. delerentur et super prius* Wald. pater, *super alterum* filius *superscriberetur.* c) *sic c.* d) *ita vel* Flandia *c.* e) *superscr. c.* f) *altera manus pergit.* g) *sequentia iterum alia continua manu addita sunt usque ad a.* 1340, *alia a.* 1343—1347. *scripsit.* h) sed — annis *alio atramento, nescio an alia manu scripta.* i) *post add. c.*

1) Agitur de pugna ad Egdoram commissa; cf. Usinger, 'Deutsch-Dänische Geschichte' p. 428. 2) Iudith, filiam Alberti ducis. 3) Hic liber vel auctor mihi ignotus est. SUHM. 4) Eadem fere in aliis recen-

Anno ab incarnatione Domini *1113. Beatus Bernardus religionem ingreditur 15. anno a constitutione domus Cirsterciensis[a].

Anno ab incarnacione

1130. Sanctus Kanutus martyr. Rinst[ad].
1131. Bellum Ialing.
1132.[b] Bellum Fotewig Scanie.
1134. Roskildis devastata.
1135. Nicholaus rex interfectus.
1137. Tenebre in quadragesima per universam terram. . . . . . .
1138. Ericus Emuni interfectus.
1140. Ericus Lamb factus est rex.

. . . .

1147. Bellum Slangathorp.
1148. Obiit Ericus Lamb.
1150. Bellum Thorstenthorp.
1151. Bellum Wibergis.
1153. Sanctus Ber[nardus] m[oritur].
1156. Kanutus rex moritur Roskildis. Occiditur Sweno rex.

. . . .

1171. Translatio sancti Kanuti . . . . .[c] *7. Kalend. Iulii. . . . . . .
1172. Moritur sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis.
1174. . . . Obiit Christoforus dux Iucie.
1181. . . . Rex Waldemarus occurrit imperatori . . .[d]
1184. Expedicio ad Walagust.
1187. Ierusalem vastatur a Sa[ladino].
1188. Dux W[aldemarus] factus miles.
1192.[e] Captus Waldemarus episcopus.
1197. Expedicio ad Eston[iam].

. . . .

1202. Obiit sanctus Wilielmus confessor et abbas.
1203. Obiit Kanutus rex.
1206. Solutus episcopus Waldemarus.

. . . .

1216. Confirmatus ordo Predicatorum ab Honorio papa. . . . . . .
1218. Obiit Otto imperator. Waldemarus III. consecratus.
1219. Expedicio ad Estoniam.
1220. Ierusalem restituta christianis.
1221. Obiit sanctus Dominicus. Obiit Berangaria regina.
1222. G[regorius] cardinalis in Dacia.
1223. Captus Waldemarus rex et filius eius.
1225.[f] . . . Soluti duo reges.
1226. . . . *Obiit beatus Franciscus.
1227. Capti Dani apud Borneoveth[1].
1231. . . . *Obiit frater Antonius.
1233. . . . *Beatus Dominicus est translatus.

. . . .

1237. Obiit magister Iordanis. . . . . . .

1238. . . . Translacio sancti Wil[ielmi]. Obiit magister ordinis Rano. Factus magister ordinis frater Remundus, provincialis Dacie Analdus. *Et translacio beati Francisci.

. . . .

a) *sic c.* b) MCXXII. *c.* c) Ringstadis *St.* d) *tres litterae parum conspicuae* (c̄fu?). e) MCXII. *c.* f) MCCXXVI. *corr.* MCCXXV. *c.*

tioris aetatis chronicis Suecanis leguntur; cf. Schaefer p. 93. Leguntur etiam in cod. bibl. univ. Hafn. Addit. 120. 4, inter excerpta Velleii manu scripta, propius ad scholii verba accedentia et a. 966. ascripta. 1) Cf. Ann. Suec. — 1320, Fant I, p. 85: *Dani capti sunt apud Bornhowd;* quae verba etiam propius ad Chron. Sialandiae accedunt.

1241. Factus provincialis Dacie frater Absalon, magister ordinis frater Iohannes. Obiit Waldemarus.

. . . .

1247. . . . Capta Ripis ab Abel.
5 1249. . . . Civitas Havn[a] vastata.
1250. Occisus rex Ericus Sleswich. Abel rex factus.
1252. Abel interfectus. . . . . . .
1254. Factus magister ordinis frater Humbertus.

EX CONTINUATIONE SUECANA.

10 1262. Regina Rikiza[1] nupta in Slaviam.
1263. . . . Magister ordinis absolutus frater Humbertus.

a) Hán *c.*

ANNALES LUNDENSES.

Iam Annales sequuntur, quos iure Lundenses vocare licet, quippe qui postremis 15 *annis multa fata ecclesiae Lundensis referant (a.* 1234. 1238. 1249. 1252. 1259*), prioribus quoque annis quae ibi acciderunt memoriae tradant (*1172. 1197. *praeter ea quae de archiepiscopis succedentibus referuntur), denique initio cum Annalibus Colbazensibus aliisque conveniant, quos ex annalibus brevibus Lundensibus descriptos esse verisimile est. Qui tamen non ubique genuinam* 20 *harum formam servasse videntur, sed quam plura addita vel mutata, nonnumquam temporum ordine turbato, alia vero etiam accuratius quam in aliis annalibus tradita esse intelligimus*[2]. *Qui primus saec. XII. tale opus in Dania condidit, rebus domesticis tenuissimum historiae breviarium praemisit, de sex aetatibus mundi secundum Baedam agens, deinde imperatores, papas, reges Fran-* 25 *corum aliaque pauca tabulis adscribens, annalibus usus ex Normannia petitis*[3]. *Primam partem immutatam retinuerunt Lundenses, annales inde ab Octaviani tempore auxerunt ex iisdem vel similibus annalibus, quos Rothomagenses iure habeas*[4], *quorum vero haec forma alibi non servata est*[5]. *Praeterea veterum regum Danicorum seriem et historiam satis amplam, a Saxonis libro plane* 30 *diversam, cui continuatio ex Adami Bremensis libro ad verbum, sed non paucis locis perperam ac mendose exscripta*[6], *subiuncta est, denique annales ad a. usque* 1267. *deductos codex praebet satis antiquus, quocum alter consentit, qui idem opus nova continuatione usque ad a.* 1307. *auctum continet. Quis auctor fuerit, non constat; nec, num idem totum hoc opusculum confecerit, an plures illi* 35 *augendo operam dederint, diiudicari potest. Certe tamen quae in annalibus*

1) Vidua Hakonis regis Norvegiae, quae nupsit Henrico seniori de Werle. 2) Cf. quae exposui 'N. Archiv' XII, p. 25 sqq. 3) Cf. de Annalibus Colbazensibus Arndt, SS. XIX, p. 711; Prümers, 40 'Pomm. UB.' I, 2, p. 467 sqq. 4) Cf. a. 327. 588. 635. 5) Ann. Rothomagenses, SS. XXVI, p. 490 sqq. editi nonnumquam, neque tamen constanter cum his conveniunt. Prümers p. 469. praeterea annales Anglosaxonicos exscriptos esse putat; sed quae ad Bri- 45 tanniam et Hiberniam pertinent notae (a. 160. 189. 304. 381. 397. 407. 430. 437. 449. 463. 567 etc.) iam in Rothomagenses recepta fuisse, verisimile est. Cf. Usinger p. 41 sqq., qui recte statuisse videtur, quaecumque in priore Annalium Lundensium parte cum Baeda et Chronico Anglosaxonico conveniunt ex uno eodemque libro sumpta esse; sed hunc a Normannicis annalibus diversum esse mihi non probasse videtur. 6) Modo ad codicem 3, modo ad 4, non ad 2, ut Usinger p. 49. dixit, accedit.

supra editis ex communi fonte usque ad primos saec. XIII. annos hausta vidimus etiam in hoc opus transsumpta esse primo patet aspectu. Hoc cum aliis, qui illo usi sunt, praesertim Ryensibus, Sialandicis, Nestvedensibus[1], *etiam saec. XIII. (— c. a.* 1249*) convenit, paucis quae ad Lundensem spectant civitatem (a.* 1234. 1238*) additis. Annis vero sequentibus hi libri magis inter se discedunt*[2], *ut ultimam Annalium Lundensium partem ab illo, qui narrationem ad a. usque* 1265 *(vel* 1267*)*[3] *deduxit, quae in altero codice non habetur, non tam compilatam quam compositam dicere liceat*[4].

Priore parte auctor non paucos commisit errores, annorum ordinem turbavit[5], *easdem res bis narravit*[6], *nomina depravavit, nihilominus de patriae historia bene meritus est, cum non pauca servaverit vel primus adnotaverit quae alii rerum scriptores praetermiserunt.*

Haec menda partim codicum scribis tribuenda esse videntur. Alia vero satis gravia iam in auctoris autographo fuisse codicum consensus ostendit.

Sunt vero hi:


1*) Codex Erfordensis nr.* 23, *formae minoris, saec. XIII. ex. vel XIV, procul dubio in Dania scriptus, fortasse a Dano qui Erfordiae studiis incubuit huc apportatus. Folia* 38, *quatuor fasciculis disposita, aliis recentioris aetatis agglutinata; annales plerumque duabus, nonnumquam tribus columnis, manu eadem vel duabus valde similibus exarati sunt. Scripturae specimen vide in tabula adnexa. Librarius minus peritus et linguae Latinae, ut videtur, vix gnarus, contextum foedissimis mendis maculavit, quae aliorum ope corrigere licet. Codicem a.* 1841. *Erfordiae repertum a.* 1858. *edidi ('Nordalbingische Studien' V, p.* 1 *sqq.), nunc huc benivole transmissum iterum diligentissime excussi. Et cum editio illa neque omnibus numeris absoluta neque satis divulgata sit*[7], *hos annales integros repetendos duxi, ea tantum parte omissa, quae de sex aetatibus mundi secundum Baedam agit. Quae aevi Karolingici annis antecedunt minutissimis litteris exprimenda duxi, iis exceptis quae res Britannicas vel Scoticas tangunt, neque in fontes inquisivi, cum haec ex Annalibus illis Normannicis manasse mihi persuasum sit. Postea quaecumque ad hos Lundis descriptos et continuatos recedere videntur, cum Colbazensibus, Ryensibus aliisque exemplaribus convenientia, mediis typis exhibita sunt; singula tamen verba addita vel mutata indicare nec volui nec potui.*

2*) Codex bibliothecae universitatis Hafniensis, Arn. Magn. nr.* 841, *membr. s. XIV. in* 4°, *foliis* 41 *constans, annales continet usque ad a.* 1307. *continuatos, ex hoc codice a Langebek sub titulo Annalium Esromensium editos, SS. I, p.* 214 *sqq. Liber ex eodem fonte quo* 1 *haustus cum hoc etiam in multis mendis convenit*[8], *quibus alia quam plurima addidit*[9], *nonnumquam tamen genuinam lectionem servasse videtur; quare, libro benivole huc transmisso, omnes varias lectiones enotavi. Ex continuatione vero quaedam excerpta tantum recepi,*


1) Usinger p. 52. 76. Ryenses — 1245, p. 80. Nestvedenses — 1247. ex communi fonte manasse statuit; Schaefer p. 34. recte etiam a. 1249 affert. Anni vero, quos hic p. 23. concordare dicit, longius a Lundensibus recedunt. 2) Certe etiam postea plerosque Danorum annales necessitudine quadam coniunctos esse Schaefer docuit; sed Lundenses ab his longius recedere et a coaevo scriptos esse ipse concedit p. 34 sqq., neque communem aliorum fontem Lundis quaerendum esse satis probavit. 3) Annorum 1266. et 1267. notae, quae numeris carent et etiam in Ryensibus aliisque leguntur, fortasse postea additae sunt. Cf. Schaefer p. 36, n. 4) Anno 1254. nondum, quis Innocentio IV. papae successerit, novit; sed locum ei inserendo vacuum reliquit. 5) A. 903 sqq. 1135. 1137. 6) A. 1151. 1152. 7) Excerpta tantum dedit Annerstedt, SS. R. Suecicarum III, p. 108. 8) Ut unum afferam, a. 767. uterque scripsit: *invidente* pro *invadente*. 9) Recte iam Langebek monuit codicem exaratum esse 'saepius ita mendose, ut verus sensus vix obtineri possit'.

Annales Lundenses
Codex Erfurtensis №23

fol. 216.



fol. 218.



Mon. Germ. SS. XXIX. Tab. 2.

quippe quae satis accurata edita sit. Hanc quoque Lundis scriptam esse, verisimile est, a duobus saltim, ut videtur, auctoribus, altero qui usque ad a. 1287. *uberiores notitias dedit, altero qui de ultimis saec. XIII. et primis saec. XIV. annis brevius retulit et propius ad alios huius temporis annales accedit*[1].

3*a) Codex bibliothecae universitatis* U p s a l e n s i s *chart. saec. XVI. in* 4°, *a Stjerneld donatus, antea saec. XVIII. a rerum Suecicarum scriptore Dalin possessus et, ut ille notavit, Gedano Holmiam translatus, varia continet apographa et excerpta historiam Danicam illustrantia*[2]. *Inter quae f.* 58′—76′ *exstant hi annales* 777—1307, *ita inscripti: 'Haec sunt ex vetustissimo quodam libro, quem habet Stigotus Pors, et (in?) pergameno inscriptum'; quo codicem* 2 *indicari suspicari licet. Nam ubique eadem menda deprehendes, quae collector*[3] *quantum potuit emendare studuit, crebro tamen a vera lectione etiam longius aberrans. Neque integri annales exscripti, sed multa omissa sunt tamquam a historia Danica aliena vel illi qui excerpta fecit aliunde nota*[4]. *Semel quidem addit, quae in* 1 *et* 2 *non leguntur, notas post a.* 1259, *ordine chronologico turbato, de annis* 1252. 1257. *et iterum* 1259. *insertas. Sed haec aliunde sumpta esse putarim. Locorum nomina multa posterioris aevi more scripta sunt et omnia ita instituta, ut potius res quam verba scriba curaret. Codicem benivole huc transmissum diligenter excussi, sed lectiones eas tantum exhibendas duxi, quae codicum affinitatem ostendant*[5]. *Ex hoc enim vel potius eius exemplari descriptus est*

3*b) Codex archivi* H a m b u r g e n s i s, *ubi in magna illa rerum Danicarum scriptorum collectione nr.* 15. *eadem exstant excerpta ita inscripta: 'Ex vetustissimo codice membraneo Ms. Nobilissimi Viri Stigothi Pors, cuius apographum extat in codice Ms. Biblioth. Hafn. signato A* 9' *(cf. Lappenberg, 'Archiv' II, p.* 210*). Hic enim codex flammis consumptus est, Hamburgensis vero ubique cum Upsalensi convenit, et ita quidem, ut ubique emendationes etiam falsissimas huic post illatas repetat*[6]. *Ex illo vero vel simillimo codice hoc opusculum P. de Ludewig inter Scriptores rerum Danicarum (Reliquiae manuscriptorum IX, p.* 1 *sqq.) edidit*[7]. *Iam antea, Langebekio teste, Christianus Wormius 'quatuor plagulis in* 8°' *eosdem annales typis imprimi fecerat, sed eos in publicum non emisit; cuius lectiones ex unico quod exstabat exemplari a Langebekio enotatae plerumque cum* 3*a. b conveniunt*[8]. *Quare raro tantum eius rationem habui. Ubi* 3*a et* 3*b conveniunt,* 3 *posui.*

Accuratius vero conferendum duxi quem signavi:

A) codicem bibliothecae universitatis H a f n i e n s i s, *Arn. Magn. nr.* 843,

1) Schaefer p. 36. 2) Cf. Rørdam, Monum. I, p. 260. 3) Quis fuerit, equidem investigare non potui. Manus vero, cui emendationes marginales debentur, similis est specimini scripturae Pauli Heliae, quod dedit Rørdam loco supra n. 2. laudato tab. 1. Kr. Erslev, 'Danske Magazin' 4. ser. VI, p. 139. librum a Bilde celeberrimo Daniae historico possessum esse monet. 4) Ita post a. 1177. legitur: *Iam multum (!) dicebantur de Absolone et Valdemaro, quae alias habui in aliis libris, et de rege Valdemaro etiam multum.* Omissi sunt anni 1180—1188. Haec et emendationes nonnullae continuo scribae calamo exarata sunt, aliae post manu diversa (cf. n. 3) in margine plerumque additae. Nescio igitur an illae alteri cuidam debeantur, qui primus codicem antiquum excerpsit. Minus recte Jørgensen, 'Bidrag' p. 217. hanc annalium formam antiquiorem habuit; neque Usinger p. 55. rem perspexit; cf. Schaefer p. 30 n., qui haec iam vidit. Ut unum addam, ubique codices 1 et 2 Adami verba fidelius servaverunt quam 3a. b. 5) Neque ex Adamo excerpta cum hoc codice omnia contuli, ne nimiam operam perdidisse videar. 6) Exempli causa a. 856. pro nomine *Mryc* (ex *Oryc* depravato) 3a scripsit *multi*, et ita 3b; paulo post *Postremo, Quid multum est opus verbis* et alia in 3a e correctura posita 3b retinuit. 7) Menda gravissima, quibus ea est maculata, recenset Langebek p. 213. Quorum pars in codice 3b exstat, alia falsae lectioni tribuenda sunt. 8) Neque tamen a. 856. *multi* recepit, sed corrupte *Mythe* edidit.

membr. saec. XIV, qui fragmenta brevia horum annalium continet. Specimen scripturae aeri incisum exhibet Langebek I, p. 323, qui lectiones praecipuas enotavit, nonnullas etiam in textum recepit. Primis foliis historiae antiquae fragmentum ab annalibus nostris longe diversum exstat, quod in regum Iudaicorum serie desinit, pagina fere dimidia vacua relicta[1]. *Folio* 5. *in eodem fasciculo alia manu scripta incipiunt excerpta horum annalium inde ab a.* 767, *post fol.* 7. *uno evulso iam mutila, neque ultra a.* 985, *in quo desinit fasciculus, servata. Qui ea confecit, codicem habuit nostro* 1 *meliorem, sed multa arbitrarie mutavit, omisit, alia ex ingenio, ut videtur, emendavit*[2]. *Quare eius lectionem ubique quidem annotandam, sed raro recipiendam duxi.*

In verbis scribendis plerumque 1 *secutus sum, ubi codicis* 2 *formas praeferendas duxi, illius lectionem adnotavi. Alii annales, qui prope ad hos accedunt, num revera ex eis an ex communi fonte hausti sint, non facile est intellectu. Attamen fragmenti a.* 1246—1265. *inter R. Dan. Scriptores (V, p.* 570) *ex apographo Stephanii publici iuris facti lectiones hoc loco afferre non dubitavi, quamvis hoc nonnulla additamenta contineat*[3]. *G. W.*

f. 184. Ad[a] inveniendum omnes annos mundi ab exordio creacionis. Prima etas in exordio sui continet creacionem mundi.

. . . .

f. 186'. Octavianus Cesar Augustus Roma[a*] secundus regnavit annis quinquaginta sex et mensibus sex, et in quadragesimo secundo anno regni eius

1. Christus natus est in Bethleem, et sancta Maria [etatem[b]] quatuordecim annorum, et natus est sanctus Iohannes.

2. Hic optulerunt magi Domino tria[c] munera, aurum, thus et mirram.

3. Hic Herodes interfectus est a semet ipso, et Archelaus, filius eius, regnavit pro eo novem annis, et Yoseph et Maria redierunt ab Egypto in Galyleam.

6. Ab inicio mundi usque modo 5200[d] anni.

12. Hic Philippus et Herodes, filius Archilai[e], Lysiam et Iydeam[f] diviserunt in 4, et obiit Archilaus[g]

15. Hic cepit regnare Tyberius, prevignus Augusti, et regnavit 24 annis, et in duodecimo[h] anno regni eius Pilatus[i] preses factus est, et Tyberius accepit matrem Herodis tetrarche[k], que vocata est Lybia, *et ipse Herodes regnavit super Iudeos annis 24. (*f. 187.)

26. Hic accepit Pylatus super[l] Iydeos potestatem.

30. Hic Christus baptizatus est et elegit duodecim[m] apostolos.

33. Hic fuit sanctus Iohannes baptista decollatus[n]; octavo decimo anno regni Tyberii passus est [dominus[o] noster Ihesus] Christus.

34.[p] Hic sanctus Paulus conversus est et sanctus Stephanus lapidatus.

35.[q] Hic sanctus Petrus cathedram episcopalem suscepit.

39.[r] Hic cepit Gayus regnum, et regnavit tribus annis et 8 diebus, et in diebus suis Matheus[s] in Yudea ewangelium scripsit, et Herodes obiit.

42.[t] Hic Claudius imperator cepit regnum et regnavit annis 13 et[u] mensibus 7, diebus 28, et Marchus[v] ewangelium scripsit, et beatus Petrus apostolus cathedram[w] episcopalem suscepit Rome et tenuit 25 annis, mensibus duobus, diebus 4, et in quarto anno regni Claudii Lucas ewangelium scripsit.

51. Hic assumta est sancta Maria in celum.

55. Hic [sanctus[b]] Philippus apostolus passus est.

56. Hic Nero imperium suscepit, et regnavit 13 annis et 7 mensibus et 28 diebus.

60. Hic Gayus Iulius ante adventum Domini defunctus[x] est.

62. Hic Iacobus, frater Domini dictus, passus est, et tenuit cathedram *episcopalem in Iherusalem triginta annis, et eius etas octoginta annorum. (*f. 187'.)

68. Vespasianus accepit regnum et tenuit 9 annis et 11[y] mensibus et 20 diebus et duobus[z].

a) *haec altera manu in loco raso scr.* 1. a*) Romanorum 2. b) *deest* 1. c) t. m. *des.* 2. d) V milia centum 2. e) Archillay 2. f) Iudeam 2. g) Archillaus 2. h) duocemo *corr.* duocimo 1. i) Pyl. *et ita saepius* y *pro* i *vel* i *pro* y 2. k) thetr. 1. l) p. s. Iudeos 2. m) duocim 1. n) est *add.* 1. o) *des.* 1. p) XXIIII. 1; XXXV. 2. q) XXV. 1; XXXVI. 2. r) XXIX. 1; XL. 2. s) Mathe 1. t) XLIV. 2. u) *deest* 2. v) Marcus 2. w) s. c. ep. 2. x) defuctus 1. y) IX 2. z) XXII d. 2.

1) Fragmentum, initio perdito, ita incipit: *ta est. Huius etatis annos LXX ponunt* 2244, *Iosephus* 2656, *Ier.* 1666. *Metodius causam diluvii diffusius exequitur dicens, quia* 50. *anno primi ciliadis filii Cayn abutebantur uxoribus.* Finis est: *et in illa subversione legitur, quod XI*[cies] *cen*[na] *IIII*[a] *fame perierunt, totidem peremti sunt eiusdemque numeri in captivitatem distracti et CCC in ulcionem cruci afixi, XXX et XXX pro denario sunt venditi.* 2) Neque de hoc codice Jørgensen l. l. p. 218 sqq. recte iudicavit. Adami libro comparato elucet nonnumquam veram lectionem hic esse servatam, sed quam plurima mutata seu deformata. 3) Cf. Usinger p. 52.

69. Hic Petrus et Paulus martirizati sunt, et Nero periit, et sanctus Lynus papa successit Petro.

70. Hic Tytus, Vespasiani filius, suscepit regnum et tenuit duobus annis et duobus mensibus, et ipse interfecit Iudeos 100[a] milia et 9 milia in Iherusalem.

79. Hic Domicianus, frater Tycii, suscepit regnum et tenuit 15 annis et 5 mensibus, et in diebus suis [81.[b]] Lynus papa martyrizatus est, et sanctus Cletus suscepit cathedram.

82. Hic Iohannes [apostolus[c]] in Pathmos[d] insula Apocalypsym scripsit.

87. Hic Cletus papa passus est, et Clemens papa ordinatus.

94. Nerva successit Domiciano et regnavit 1 anno et 4 mensibus et 8 diebus; et sanctus Iohannes apostolus venit in Effesum[e].

96. Hic Tracianus[f] successit Nerve et regnavit decem et 8 annis et 4 mensibus et 15 diebus; et Symon apostolus passus est, et Iohannes apostolus assumptus [est[c]].

98. Hic Clemens papa passus est, *et Alexander suscepit cathedram. *f. 188

106. Hic Ygnacius episcopus passus est, qui tercius fuit episcopus in Antiochia post Petrum.

114. Hic cepit regnare Adrianus, sororius Traciani[g], et regnavit 21. anno, et in diebus suis scripta est bibliotheca[h]. Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidum Atheniensem, virum fide sapienciaque[i] plenum, et per Serenum legatum libris de christiana religione compositis[k] instructus, precepit per[c] epistolam christianos sine obiectu criminum non dampnari, id est[l] Iudeos secundo[m] rebelles ultima cede perdomuit, etiam introeundi eis licencia ablata Iherosolimam, quod ipse in optimum statum murorum extruccione[n] reparavit et Heliam vocari de nomine suo precepit. Idem eruditissimus[o] in utraque lingua biblyothecam[p] Athenis miri operis extruxit. Ierosolimam primus ex[k] gentibus constituit episcopus Marchus, cessantibus hiis qui fuerant[q] ex Iudeis numero 15, et prefuerunt a passione Domini annis fere centum et 8 vel 7.

134. Telephorus[r] episcopus, qui *Gloria in excelsis Deo* constituit.

136. Hic cepit regnare Antonius cum tribus filiis suis, Aurelio et Lucio et Commodo, et regnavit annis 22 *et tribus mensibus; et in diebus suis multi Romani baptizati sunt per documentum Alexandri pape, et ipse martirizatus est; et in diebus Alexandri scriptus est liber qui vocatus est[s] Pastoralis; et in diebus ipsius regis Policarpus et Valentinus fuerunt Rome, et ipse precepit martirizare sanctam Felicitatem cum 7 filiis suis. *f. 188'.

160. Hic suscepit[t] regnum Marcus[u] Anthonius Verus[v] cum fratribus Lucio Aurelio et Commodo, et regnavit annis 19 et mense uno, et imperavit martirizare Policarpum et Pyonium et plures alios in Gallia, et ipse predavit Ytaliam[w] et Romam; et in diebus suis[x] venit Lucius in Britanniam[y].

166. Eleuther Rome presul factus est[k], quindecim annis ecclesiam gloriosissime[z] rexit; cui litteras Britannie[a] rex Lucius mittens, ut christianus efficeretur, peciit et impetravit[b] etc.

180. Post Anthonium[c] regnavit Commodus.

*189. Severus imperator factus 17 annis regnavit, qui Britanniam vallo a mari usque ad mare precinxit, ad Eboracum[d] opidum morbo obiit. *f. 189.

190. Helius Pertinax cepit regnare et regnavit 6 annis.

191. Hic Iuliani . . . . . .[e] periti scelere occiditur; quem mense septimo postquam ceperat regnare

[192.[f]] Severus apud pontum Milvium[g] bello civili victum interfecit.

193. Victor terciusdecimus Rome episcopus, datis late libellis, constituit pascha die dominico celebrari, sicut et predecessor[h] eius Eleuther, a quartadecima luna primi mensis usque in vicesimum primum. Cuius decretis favens Theophilus Cesarie Palestine episcopus, scripsit adversus eos qui quartadecima luna cum Iudeis pascha celebrant[i] cum ceteris qui in eodem concilio[k] erant episcopis[l] synodicam et valde utilem[m] epistolam.

208. Hic cepit regnare Anthonius[c] cognomento Caracalla, Severi filius, et regnavit annis 7.

[211.[f]] Alexander episcopus Capadocie cum desiderio locorum sanctorum Ierosolimam venisset, vivente adhuc Narcisso[n] eius urbis episcopo, per senilem etatem viro, et ipse ibi[o] ordinatus est episcopus, Domino, ut fieri deberet[p], per revelacionem monente. Tertulianus[q] Affer, centurionis proconsularis filius, omnium ecclesiarum sermone celebratur.

215. Hic Macrinus[r] cepit regnare et tenuit uno[s] anno.

216. Abgarus vir sanctus regnavit Edisse, ut[t] vult Affricanus. Macrinus cum filio Dyadiumeno[u], cum quo imperium invasit, apud Archelaudem militari tumultu occiditur. f. 189'.

217. Hic Marchus Aurelius Antonius cepit regnare et 4 annis regnavit; et in diebus illius civitas Emaus edificatur.

220. Hic Alexander suscepit regnum et tenuit 13 annis; et in diebus suis Urbanus episcopus Rome et sancta Cecilia, que convertit Tyburcium et Valerianum ad fidem Christi, et sanctus Ciriacus et sancta Vilicta, mater eius, martirizati sunt.

230. Hoc anno Kalixtus papa passus est, et Syxtus suscepit cathedram.

234. Hic cepit regnum Maximianus et regnavit tribus annis, et ipse fuit sextus de nequissimis imperatoribus contra amicos Dei; ipse fecit occidere[v] Potencianum presbiterum, qui sepultus est in cimiterio Kalixti.

237. Hic cepit Gordianus regnum et regnavit 6 annis.

243. Hic cepit[w] regnum Philippus et tenuit 7 annis, et in[x] tercio anno regni eius ab Urbe condita mille anni[y] sunt completi.

250. Philippo successit Decius, et regnavit anno uno et tribus mensibus, et ipse fuit *unus de persequtoribus[z] contra fideles Dei, quia ipse interfecit Philippum et patrem eius et fecit occidere[a] Syxtum papam cum Felicissimo[b] presbitero et Agapito dyacono et cum 4 subdyaconibus, Ianuario, Magno, Vincencio et Stephano. Dyonisius suscepit cathedram episcopalem. Adhuc precepit Decius Fabianum episcopum in Roma martirizari[c], et Cornelius suscepit epi- *f. 190.

a) C̈ (300) 2. b) *ita* 2. c) *deest* 1. d) Phatmos 2. e) Ephesum 2. f) *ita h. l.* 1. 2. g) Traiani *h. l.* 2. h) byblioteca 2. i) sapiencia et p. 2. k) *deest* 2. l) *fort.* idem? m) secl͛o 1; acto 2. n) extruxione 2. o) crudelissimus 1. p) bibliotheca 2. q) fuerint 2. r) Thel. 2. s) vocatur 2. t) susepit 1. u) Mari⁹ 1; Manus 2. v) nerus 1. w) Ytalia 2. x) illius 2. y) Britaniam 2 *constanter.* z) glorias. 1. a) r. Br. 2. b) inperavit 2. c) Anton. 2. d) Oboracum 1. e) maris ; (est?) mers' 1; martiris mersus 2. f) *deest* 1. g) Millium 2. h) predessor 2. i) celebravit 1. k) consilio 2. l) *a.* 207. *inserit* 2. m) utile 1. n) Marc. *corr.* Narc. 1. o) sibi 2. p) deberetur 1. q) Teculiarius 2. r) Macrinius 2. s) anno I 2. t) et 1. 2. u) Dyaclimeno 2. v) accidere 1. w) accepit 2. x) *deest* 2. y) annis 2. z) *ita* 1. a) occidi 2. b) Felisc. 2. c) martirizare 2.

scopatum, qui postea martyr effectus est. Et Alexander Iherosolimorum episcopus fuit in[a] Cesaria Palestine et Antiochie[b] et Babillas; et precepit martirizare sanctum Laurencium et Romanum atque Ypolitum cum sociis suis et plures alios adnumerandos[c].

252. Decio Gallus et Volucianus succ. et regn. duobus annis[d] et 4 mensibus, et Dyonisius fuit episcopus Alexandrie; et in diebus suis fuit[e] Cornelius Rome episcopus[f] et Lucina[g] religiosa femina. Isti duo acceperunt corpora apostolorum et catacumbas et tulerunt nocte, et corpus beati Pauli absconderunt[h] in via que dicitur Ostensi, ubi fuit decollatus, et sancti Petri corpus secus locum ubi fuit crucifixus inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in monte Aurelio in Vaticano Neroniani[i] palacii tercio Kal. Iulii.

254. Gallo successit Valerianus et regnavit 15 annis, et ipse erat octavus de persequtoribus sancte ecclesie. Ipse iussit occidere sanctum[k] Ciprianum et sanctum Stephanum episcopum.

*f. 190' *269. Hic Claudius[l] suscepit regnum et regnavit[m] anno 1[k] et 9 mensibus, et fuit de Gotis natus, et 15. anno antequam regnum[n] accepit, predavit et destruxit Illiricum et Macedoniam[o], et ipse habuit scutum aureum et galeam auream; et Marcion fuit[k] presbiter in Antiochia et scripsit librum qui vocatur Dyalogus; et ipse fecit martirizare 40 et 6 milia hominum propter fidem Christi.

271. Hic cepit regnare Aurelianus et tenuit 5 annis et 6 mensibus, et ipse erat nonus de persequtoribus. Ille fecit interficere trecentos[p] martires, quos Euticianus Romanus[k] episcopus[k] propriis manibus sepelivit in cimiterio Kalixti pape, et ipse ibidem sepultus est.

277. Aureliano[q] successit Tacitus et regnavit anno uno.

279. Tacito successit Probus et regnavit 5 annis et quatuor mensibus, et ipse fuit bellator contra paganos.

282. Probo successit Carus cum duobus filiis Karino et Numerario, et regnavit duobus annis.

285. Caro Dyoclecianus[r] cum Herculio[s] Maximiano successit, tricesimus tertius ab Augusto imperatore, qui fuit ab exercitu electus, 20 annis regnavit. Maximianumque cognomento Herculum socium creavit imperii; Dyocleciano[t] *f. 191. in Oriente[u], Maximianus in Occidente vastari ecclesias, *effugi interficique christianos cepit[k]. Que persequcio omnibus fere anteactis diuturnior atque immanior fuit. Nam per 10 annos incendiis ecclesiarum, proscripcionibus[v] innocencium[w], cedibus martyrum incessabiliter acta est. Et in diebus suis Gayus papa, Cosmus et Damianus et alii innumerabiles martyrizati sunt. Hiis temporibus Constancius, qui vivente Dyocleciano Galliam Yspaniamque[x] regebat, vir summe mansuetudinis et curialitatis, in Britannia obiit.

304. Hic Maximianus suscepit regnum sub Dyocleciano[t], et ipse interficere precepit uno mense 7 milia martyrum et in Britannia post Albanum Aaron, Iulium et Fenum et[y] alios plures viros; et in diebus suis passus est Marcellus papa.

306. Hic Galerius accepit regnum et tenuit uno anno.

307. Hic cepit regnare Constantinus, filius Constancii vel Helene[z], et regnavit 21[a] anno et 10 mensibus, et a sancto Silvestro baptizatus est, et tunc fuerunt ab Urbe condita 1060 anni et unus annus. Translacio sancti Nicolai[b]. Sanctus Silvester papa huius temporis celebratur. Nicenum concilium et Arelatense primum, in quo fuit Avicianus Rothomagiensis[c] archiepiscopus[1].

f. 191'. 328. Constantino successit Constancius cum fratribus suis Constantino et Constante, et regnavit annis[d] 24 et 5 mensibus et 13 diebus, et in diebus suis Antho[e] monacus in heremo fuit et vixit 100 et 5 annis.

336. Constancius accepit corpus sancti Andree apostoli[f] et Luce ewangeliste et corpus Thimothei et sancti Hylarii Pyctaviensis episcopi et secum tulit ad Constantinopolim, quia gens sua illum deiecerunt, et ille fugit ad Constantynopolim, donec recordatus[g] est cum eis et rediit[h] ad regnum.

342. Hic natus est sanctus Martinus.

343. Hic incipit Theophilus paschalem suum centrum.

351. Hic incipit supputacio Romana ab Antonio.

353. Constantino successit Iulianus et regnavit duobus annis et 8 mensibus, et precepit occidere Iohannem et Paulum, et postea baptizatus est, et occidit omnes paganos qui fuerunt in Sebastia[i] Palestine, qui ossa sancti Iohannis baptiste sparserunt et destruxerunt, et imperavit colligere omnia ossa insimul, que potuerunt invenire, et edificavit ecclesiam ibi. Et hoc anno sanctus Martinus baptizatus est.

361.[k] Iuliano successit Iovianus[l] et regnavit anno uno.

362.[m] Ioviano[l] successit Valentinianus cum fratre suo Valente, et regnavit 11 annis; et in diebus suis Damasus[n] fuit Rome episcopus.

369. Ordinacio[o] sancti Ambrosii episcopi.

f. 192. 373. Valentino successit Gracianus cum Valenciano[g] fratre, et ipse predavit Hunos et Gothos[p]; et in diebus suis Stephanus[q] martyrizatus est.

376. Hic Gracianus accepit regnum et tenuit 6 annis, et[r] Theodosius fuit filius eius; et in diebus suis Gerwasius[s] et Prothasius martyrizati sunt; et reversus est in Galliam et occidit Valentinianum[t], fratrem Graciani.

381. Hic Maximianus accepit regnum, qui fuit natus in Britannia.

382. Hic accepit[u] Theodosius regnum et tenuit 11 annis, et Valentinianus cum eo, et hii ambo occiderunt Maximum tyrannum.

393. Hic accepit[v] regnum Archadius et tenuit 13 annis; et Innocencius papa edificavit ecclesiam sanctorum Gervasii et Prothasii. Et in secundo anno[w] regni eius, scilicet Archadii[x], obiit sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus.

a) cum 1. b) Anthiochye 2. c) administrandos 2. d) t' *add.* 1. e) *deest* 2, *ubi a.* 253. *inseritur.* f) ēpō 1. g) Luciana 2. h) absconserunt 2. i) p. N. 2. k) *deest* 2. l) Claudus 1. m) renavit *post corr.* regnavit 1. n) regnavit a. 2. o) Macedonia 2. p) trescentos 2. q) Aurelio 2. r) Dyodec. 2. s) Herculie 2. t) Dyoclesiano 2. u) D. moriente, *ut videtur*, 1. v) p̄scr. 2. w) innoxi[m] sedibus 2. x) Hysp. 2. y) *superscr.* 1. z) Eleree 2. a) XXXI. 2, *corr.* XXI. 1. b) Nicholai 2. c) Rothomagensis episc. 2. d) 24 a. 2. e) *ita* 1; Anthonio natus 2. f) *deest* 2. g) *ita* 1. 2. h) dedit 2. i) Sab. 2. k) CCCLXIX. 2. l) Iovinian. 2. m) CCCLXXI. 2. n) Damascus 2. o) *praecedenti a.* 371. *haec adscripta sunt* 2. p) Ghothos 1. q) Stephanus — in diebus suis *des.* 2. r) Valentinianus *add., sed del.* 1. s) Gervasius 2, *et ita saepius* v *pro* w *et vice versa.* t) Valentinianum *fort. post corr.* Valentinianus 1. u) Theodocius a. 2. v) cepit regnare 2. w) *deest* 1. x) Archidii 2.

1) Nota primam huius ecclesiae mentionem.

397. Hic acceperunt baptysmum[a] Scoti.

405. Archadio successit Honorius et regnavit 15 annis.

407 Hic Alaricus rex Gothorum destruxit civitatem Rome et partem accendit igne 8. Kal. Sept., et tunc[b] fuerunt anni[c] ab Urbe condita mille centum et 64. Et post *hec Romanus numquam regnavit in Brytannia. *f. 192'.

412. Hic est invencio corporis sancti Stephani et sanctorum Gamalielis atque Abybon[d]. Obiit sanctus Martinus et sanctus Ieronimus.

[414?[e]]. Hoc pascha[f] sub papa Zozymo[g]. Sol defecit hora tercia 14. Kal. Augusti, et apparuit stella ardens ab oriente usque Kal. Septembris.

417. Hic Bonefacius[h] episcopus Rome edificavit ecclesiam in cimiterio sancte[c] Felicitatis et ornavit sepulcrum eius, et Ieronimus presbiter obiit, et eius etas nonaginta unus annus.

421. Hic suscepit regnum Theodosius minor, filius Archadii, et regnavit 26 annis; et in tercio mense regni eius translatus est sanctus Augustinus[i] doctor Yponiensis 5. Kal. Septembris, et eius etas 77 anni, post ordinacionem 40 ann.

425.[k] Incipit exordium regum[l] Francorum. Primus Farramundus.

430. Hic Palladius episcopus transmissus est a Celestino papa ad Scottos[m] ewangelizare.

431. Hic cepit regnum Loygarus[1] secundus rex Francorum.

436. Hic Gensericus rex Vand[al]orum[n] destruxit Kartaginem[o].

437. Hic Patricius venit in Yberniam.

438. Hic[p] cepit regnum III[us] rex Francorum Meroveus[q].

446. Exitus Syxti episcopi Romane[r] ecclesie, qui vixit octo annis in episcopatu[s] suo. f. 193.

448. Hic dies tenebrosa fuit.

449. Hic suscepit Martinianus regnum Rome[t] et tenuit 7 annis; et in quarto anno regni eius cepit Guirtogirnus[u] regnare in Britannia[v].

452. Huc usque Prosper cronicam suam perducit[w]. Quo anno Gensericus Romam ingrediens, rebus omnibus expoliavit[x].

454. Martiniano successit Leo[y] et regnavit 17 annis. Hoc anno Victorius suum circulum paschalem composuit.

455. Victorius iubente papa Hylario scripsit paschalem circulum quingentorum triginta duorum[z] annorum.

461. Hic nata est sancta Brigida[a].

463. Sanctus Patricius ad Dominum migravit, peractis annis[b] ab inicio mundi 5719, et eius etas 131[us] annus[b].

466. Leo papa obiit, et fuit in episcopatu suo 21 anno et uno mense et 18 diebus.

469. Hylarius episcopus Romane[c] ecclesie obiit, qui tenuit cathedram 6 annis et tribus[d] mensibus et diebus decem.

471. Leoni successit Zenon et regnavit 18 annis.

*488. Zenoni successit Anastasius et regnavit 28 annis. *f. 193'.

514. Theodorico successit Theodebertus rex Francorum. cf. A. Colb. ib.

515. Anastasio successit Iustinus et regnavit 8 annis; et in diebus suis obiit Iohannes papa, et Benedictus suscepit cathedram post eum.

523. Iustino successit Iustinianus et regnavit 38 annis. ib.

527. Obiit sancta Brigida virgo.

530. Hic corpus Antonii monachi divina revelacione repertum Alexandriam perducitur.

532. Hic Dyonisius cepit circulum suum paschalem, qui continet tot annos, quot transacti[e] sunt a nativitate Domini, id est quingenti 32.

537. Eclypsis[f] solis facta est 14. Kal. Marcii ab hora prima usque[g] ad horam terciam[2].

540. Eclypsis solis facta est 12. Kal. Iulii, et apparuerunt[h] stelle pene hora[i] dimidia ab hora diei tercia[2].

564. Iustiniano successit Iustinus minor et regnavit 11 annis. f. 194.

567. Columba presbiter a[k] Scocia venit in Britanniam ad docendos Pictos, et in insula[l] Hii monasterium fecerunt.

577. Iustino successit Tyberius Constantinus et regnavit 7 annis; et in diebus suis Albuinus[m] rex Longobardorum predavit Romam. ib.

582. Tyberio successit Mauricius. ib.

583.[n] Pelagius papa.

585. Childebertus rex Francorum.

588. Hoc[o] anno sanctus Audoenus[p] natus est. ib.

591. Gregorius maior papa. Hic augmentavit imprecacionem[q] canonis: *Diesque nostros*. ib.

596. Gregorius papa misit in Britanniam Augustinum[r] cum monachis Mellito et Iusto et Laurencio et Deusdedit, ut genti Anglorum ewangelizaverunt regnum Dei.

601. Hoc[o] anno misit papa Gregorius pallium in Britanniam. f. 194'.

603. Mauricio successit Focas. ib.

604. Hic Orientales Saxones fidem Christi percipiunt[s].

a) Scoti bapti[s] 2. b) tūo 1. c) *deest* 2. d) Abydon 1. e) CCCCXVI. 2? f) passcha 2. g) et ozomo 2. h) Bonif. 2. i) ag[9] 1. k) *vel* 426. 1. l) *superscr.* 1. m) Scotos *corr.* Scottos 1; Scothos 2. n) uandorum 1; mandorum 2. o) Cart. 2. p) *haec des.* 2. q) Meroneus 1. r) Romanorum *corr.* Romane 1; Rome 2. s) epischopatu 1. t) *deest* 2; est *add.*, *sed del.* 1. u) Guirtogyrius 2. v) Britania 2 *semper.* w) producit 2. x) expoliatur 1. y) Leoque r. 2. z) a. d. 2. a) Brigita 2. b) annum 2. c) Rome 2. d) m. III 2. e) tranacti 1. f) Eclippis 2. g) primāōq; 2. h) apar. 1. i) horam mediam 2. k) de 2. l) nisala 2. m) Albunius, *ut videtur*, 1; Albanus 2. n) 584. Plagus 2. o) Hic 2 *saepius.* p) Andoeun[9] 1; Adocius 2. q) imprecacione 2. r) Agust. 1. s) perciperunt 2.

1) Clodii vel Clodionis nomen vel auctor vel scriba ita deformasse videtur. 2) Haec leguntur in Ann. S. Maximini, SS. V, p. 6. et in Ann. S. Vincentii Mett., SS. XV, 2. edendis. H.-E.

cf. A. Colb. 605. Hic obiit Gregorius papa[a]; pater eius vocabatur Gordianus et mater eius Sylvya[b].
ib. 608. Bonifacius papa effectus est.
ib. 609. Item[c] Bonefacius peciit a Foca cesare templum Pa[n]teon[d] et constituit sollempnitatem omnium sanctorum.
ib. 612. Hoc[e] tempore sanctus Columbanus[f] claruit.
ib. 617. Hoc[e] tempore occisus est Theodebertus rex Francorum, et facta est pugna gravissima inter eos. Mortuo Theodeberto, successit Slodoveus[g, 1].
ib. 633. Slodoveo[h] successit Dagobertus.
ib. 635. Sanctus[i] Romanus obiit, successit Audoenus[k].
ib. 638 Heradio[l] successit Heradonas[m].
ib 640. Heradone[m] successit Constantinus, post[n] quem[o] Constantinus, filius eius.
642. Sanctus[i] Oswaldus rex Anglie occisus est.
655. Penda periit, et Mercii facti sunt christiani.
664. Eclypsis solis facta est 5. Nonas Maii.
*f. 195. 666.[p] Hic sanctus Cuthbertus[q] ordinatus *est.
668. Theodericus[r, 2] ordinatus archiepiscopus, regnavit[3] Rome et tenuit annis.
673. Constantinus, filius Constantini superioris, regnavit[s].
A. Colb. 679. Clothario[t] successit Childericus.
ib. 682. Childerico[u] successit Theodericus[v] rex Francorum.
ib 684. Constantino successit Iustinianus.
ib. 687. Pipinus primus maior dominus[w] efficitur. Sunt[x] anni secundum Ysidorum [ab[y] inicio mundi] 5 milia nongenti nonaginta 8.
693. Hic sanctus[i] Cuthbertus[q] obiit.
ib. 694. Iustiniano successit Leo et regnavit tribus annis.
696. Hoc anno conversa est luna in sanguinis colorem.
ib. 697. Leoni successit Tiberius et regnavit 7 annis. Sergius papa.
ib 698. Theoderico successit Clodoweus[z].
ib. 700. Clodoweo successit Childeberthus.
701. Hoc anno ignis de celo cecidit super duas civitates in Gallia.
ib. 704. Tyberio successit[a] Iustinianus.
ib. 710. Iustiniano successit Philippus et regnavit uno anno et 6 mensibus.
ib 711. Philippo successit Anastasius. Constantinus papa obiit.
ib. 714. Anastasio successit Theodosius.
*f 195'. *715. Hoc anno nox habuit lucem diei duabus horis.
ib. 716. Theodosio successit Leo. Childeberto successit Dagobertus.
ib 717. Karolus, filius Pipini, fit maior dominus[b].
ib 724. Leoni successit Constantinus.
725. Hoc anno Beda scripsit kalendarium et marthologium[c].
730. Hoc anno sanctus Beda scripsit historiam Anglorum.
733. Eclypsis[d] solis facta est 18. Kal. Sept. circa horam[e] tertiam diei[f], ita ut pene totus orbis obscuritate solis quasi nigerrimo et horrendo[g] videretur esse coopertus.
736. Luna sanguineo rubore[h] perfusa quasi hora integra secundo Kal. Februarii[i] circa gallicantum, deinde nigredine subsequente ad propriam lucem reversa[f].
ib. 741. Karlomagnus[k] et Pipinus in maioratu dominio succedunt[l].
ib. 743. Zakarias[m] papa.
ib. 746. Karlomagnus[n] Romam perrexit.
ib. 752. Pipinus rex efficitur. Stephanus[o] papa.
ib. 762. Hoc anno hyems maxima fuit.

767. Primo[p] tempore invadente[q] Daciam imperatore[r] in etate David, partes iste, Iucia, Feonia[s], Syalandia[t], Møn, Falstria[u], Lalandia, Scania, non dicebantur Dania vel Dacia, sicut postea docebimus, quia nullo regebantur[v] imperio; sed ad regem Suecie[w] habuerunt respectum. Fuit enim in Upsala[x] civitate Swecie rex quidam Ypper nomine, tres filios habens, quorum unus Nori, alter Østen, tercius Dan dicebatur. Quem pater suus misit in has[y] partes, que nunc dicuntur[z] Dacia, ad regendum[a] insulas quatuor, silicet[b]

a) X⁹ *add.* 1. b) Salyua *corr.* Sylyua 1; Sylina 2. c) Item *corr.* Idem 1. — Bonif. 2. d) pateon 1. 2. e) Hic 2 *saepius.* f) Collumb. 1. g) *ita* 1. 2. h) *ita* 1; Slodouueo 2. i) Sacntus 1. k) Andoeu⁹ 1; Andoews 2. l) *ita* 2; Herodiano *scr.*, *sed. del.* 1. m) *ita* 1. 2. n) pos 1. o) quam 2. p) *vel a.* 665. 1. q) Chutb. 2. r) Theodor. o. est a. 2. s) regis 2. t) Eothario 1; Chotario 2. u) Childericus *corr.* Childerico 1. v) Thedericus 1. w) *ita* (dūs) 1. 2. x) Fiunt 2. y) *haec des.* 1. z) Chodoveus 2; *mox* Clodoveo 2. a) succescit 2 (*alibi* succ̄). b) *ita* (dn̄s) 1. 2. c) *ita* 1. 2. d) Eclipsis f. e. s. 2. e) circam t. 1. f) *deest* 2. g) horendo 2. h) rore *corr.* rubore 1. i) fefruarii 1. k) Karlo magno *corr.* magnus 1. l) sucedunt 1 *saepius.* m) Zacharias 2. n) Karlo magnus 1. 2. o) Stepha| 1. p) *incipit codex A.* q) *ita A*; invidente 1. 2. r) imperatorem *corr.* imperatore 2. s) Fion. 2. t) Sial. *A.* u) Falster Laland *A.* v) regebatur 1. 2. w) Suethie *A semper*; Swecie 2, *ubi* hab. — civitate Swecie *des.* x) Wps. 1. y) hac 2. z) dicitur 1. 2; D. d. 1. a) regendas *A.* b) *ita* 1.

1) *Flodoveus* exemplar exscriptum habuisse videtur, ut Ann. Colbaz. 2) Theodorus Cantuariensis. 3) Post *archiepiscopus* quaedam excidisse videntur.

Syaland[a], Møn, Falstar[b], Laland, que omnes uno vocabulo nuncupabantur[c] Witheslef[d]. Impetravit[e] enim Ypper hoc ab intus habitantibus, ut hanc plagam, silicet Witheslef[f], filio suo Dan darent ad sedem regni. Quo facto, regnavit Danus[g] in Witheslef[d], Syalandie[h] tantum[i] civitatem edificans[k] Lethra[l], quam magnis opibus ditavit. Fuit autem rex[m] Danus rex sedis[n], id est regulus[o], per triennium.

Nunc[p] vero scire volumus, unde Dacia[q] nomen assumpsit. Adtestatur equidem nobis antiqua[r] memoria predictas partes istas, Iuciam silicet[i], Feoniam[s], Scaniam et *Witheslef[t], que[u] nunc[v] dicitur Dacia, a nullo extitisse subiectas, excepto[w] Lodowico[x], cuius pace et benivolencia baptizato Haraldo[y] rege apud Magonciam[z], cristianitatem[a] Dani receperunt. Aliter [nec[b]] suo subsequente nec antecessore aliquo umquam erant subiecte; sed resistentes[c] quibuslibet[d] invidentibus[e] sibi[f] invise[g] ab omnibus in principio habebantur[h]. Erat ergo Iucia[i], quia periculis proxima, quodam lignorum fragore munita, ubi nunc est Danæwirchi[k], pre insidiis Augusti[l] Cesaris primi circumsepta[m], ad quem ipse[n] Augustus[o] collecta multitudine primo constituebat[p] prelia. Quibus[q] resistentes Iutones, Dano[r] in Witheslef[s] principi nunciaverunt, ut eis veniret in adiutorium[t]. Quo nuncio repletus[u] magno gaudio Danus, suos convocans exercitus, sine mora procedebat ad prelium. Cumque Danus venisset ad fragorem, Iutones sua movebant[v] castra ad Cesarem et cum eo graviter[w] prelium[x] commiserunt. Quo plerosque eius in ore gladii deiecerunt. Quos[y] autem necare noluit, ceteros[z] victoria fretus fugavit. Videntes autem Iutones Danum strennuum virum, fortem et virtuosum, duxerunt ad lapidem qui dicitur Danærhyg[a] posueruntque eum super lapidem, imponentes ei nomen regis. Sequentesque eum Iutones, Feoniam[b], Scaniam cum aliis adiacentibus insulis subdiderunt. Vidit autem rex Danus regionem suam, super quam regnavit, Iuciam[c], Feoniam, Witheslef[d], Scaniam, quod esset[e] bona, vocavit primates exactoresque[f] suos et ait: 'Bene placet michi regio mea; quo nomine appellabimus eam?' Respondentes[g] principes terre dixerunt: 'Rex, in eternum vive! Tu es rex[h] Danus. Regio tua Dania vel Dacia vocabitur, quod nomen in eternum non delebitur'.

Erat autem Danus rex in Dacia per triennium. Anno[i] tandem tercio[i] cognovit uxorem suam Danniam[k] genuitque ex ea filium nomine Ro. Qui post patris obitum hereditarie[l] possidebat regnum; patrem suum Danum colle[m] apud Lethram tumulavit Syalandie; ubi sedem regni pro[n] eo pater constituit, quem ipse post eum diviciis multiplicibus ditavit. Tempore illo civitas magna erat Syalandie in medio, ubi adhuc mons desertus[o] Høkæbyargh[p], ubi[q] sita[r] erat civitas que Høkækøping[s] nuncupata[t] est; ad quam, videns rex Ro, quod mercatores a navibus in via currus conducentes naute[t*] multum expenderent, a loco illo civitatem removere iussit, ad portum ubi tenditur Ysæfiorth[u] conferre[v], circa fontem pulcherrimam domus disponere. Edificavit ibi Ro civitatem honestam, cui nomen inposuit partitivum[w] post se et fontem[x], partem capiens fontis partemque sui, Roskyldam[y] Danice[z] vocans, que hoc nomine vocatur in eternum. Vixit autem rex Ro ita pacifice, ut nullus ei aciem opponeret[a], nec ipse umquam expedicionem direxit. Erat eciam uxor *eius fecunda sobole, ex qua genuit duos filios, nomen primi Hælighi[b] et secundi Haldan. Cumque cepissent pueri robore confortari et crescere, et obiit pater eorum Ro et sepultus est tumulo quodam Læthræ[c]; post cuius obitum partiti sunt regnum filii, quod in duas partes dividentes, alter terras, alter mare possidebat.

a) Yialand 2; Sielandia *A.* b) Falster 2; Falstria et Lalandia *A.* c) nuncupantur 2, *corr.* nuncupabantur 1. d) Witheslecht *A.* e) Imper. 2. f) Wyth. *h. l. et mox* 1; Withesleht *A.* g) Dan *A semper.* h) Sial. *A.* i) *deest A.* k) construens *A.* l) Lethræ 2; Lethram *A.* m) Dan rex *A.* n) sedes 1; sedis illius et r. *A.* o) re|regulus 1. p) Tunc 2. q) Dania 1. r) antiquorum *A.* s) Fion. 2. t) Withesleff 2; Withesleht *A.* u) que — Dacia *des. A.* v) no 2. w) tantum *add. A.* x) Ladewicho 2. y) Haroldo *A.* z) Maug. 2; Maguntiam *A.* a) D. cr. *A.* b) *deest* 1. 2. c) resistente 2. d) quilibet 2; quibusque *A.* e) invad. *A.* f) *deest A.* g) inusse 2. h) permanserunt *A.* i) uictaque p. *corr.* inuictaque p. *A.* k) Danawerch *A.* l) A. pr. ces., *post corr.* Vesocis regis Egipti *A.* m) circumcepta 2. n) iste 2. o) *post corr.* Vesoces *A.* p) constituebant *corr.* constituebat 1. q) Cui *A.* r) Dan principi W. n. *A.* s) Wytheslef 1; Withesleff 2. t) auxilium *A.* u) repletur in m. 1. v) movebantur 1; I. cum eo c. submovebant *A.* w) grave *A.* x) bellum 2. y) Quos — noluit *des. A.* z) ceteris 1. 2; ceteros autem fugaverunt *A.* a) Danærugh 2. b) Fiun. *h. l. et l.* 23. 2. — Witheslef *add.* 2. c) I. F. W. Sc. *des. A.* d) Wyth. 1; Withæsleff 2. e) essent 2. f) exauct. 2. g) Qui dix. *A.* h) *deest* 2. i) *deest A.* k) Daniam 2. l) heredirie *corr.* hereditarie 1. m) quodam *add. A.* n) patris pro eo c. 2. o) d. est nomine *A.* p) Høkæbyarch 2; Hekebiarch *A.* q) ubi — civitas *des. A.* r) cita 2. s) Høkækopyng 2; Hokekoping *A.* t) nuccupata 1. t*) nauli *emendandum videtur. H.-E.* u) Is. 2; Ysaf. *A.* v) et *A.* w) *rubro post* m *loco vacuo add.* 1; particivum 2. x) *ita A;* finitm̄ 1; finitivum 2. y) Roskildam 2. z) v. D. *corr.* D. v. 1. a) opon. 1. b) Helligi 2; Helgi *A semper.* c) Lechre *A*, *post* Lethre.

Rexit[a] itaque Haldanus, et genuit filium nomine Sywardum, cognomine Album, qui patrem suum Haldanum Læthræ tumulavit mortuum. Hælghi[b] autem rex erat marinus, et multos ad[c] se traxit maleficos; navali bello bene adeptus diversas partes, quasdam pace, quasdam cum piratica[d] classe petisse peribetur. Tempore ergo contingebat, indigens portu Hælghi[e], venit ad portum quendam[f] iuxta Lalandiam, lassus remigio, ibi tres noctes in regno fratris[g] requiescens, cum excercitibus suis, tentoriis in terra extensis, cum pace commovit[g*]. Qui carnali captus concupiscencia[h], milites regi[i] aptam quesituros[k] mittit; qui cuiusdam[l] Rolf Karl filiam Thora[m] nomine, prosequente patre, regi adducunt. Que ab illo fecundata[n] postmodum protulit edens filiam, quam Yrsam[o] nominavit. Rex quoque Hælghi[b] inde procedens, diversas cepit vastare regiones. Contigit autem iterum, ut post multa annorum curricula, quod isdem[p] Hælghi[q] portui[r] predicto iniectus, facti prioris inmemor, *f. 198. exiberi sibi puellam iussit; qui propriam filiam, quam a Thora[s], *Rolfui[t] filia[u], accepit, violavit. Que patris semine suscepto fecundata filium edidit, quem avi nomine Rolf nominavit. Interea obiit Thora, uxor eiusdem Hælghi[v] et socrus, in insula humata[w] que Thorug[x] dicitur, et postea sepultus est ibi pater suus senex Rolf[y]. Hælghi[v] quoque, gener suus, rex marinus ibi tumulatus est. Filius autem eius et Yrse[z] puer crescebat Rolf et fortitudine vigebat. Mater vero eius Ursula, velo viduitatis deposito, data est regi Swethie[a] Athislo, qui ex ea filiam[b] sibi genuit, Rolfuy[c] vero Crakæ[d], quia ex matre eius, sororem, nomine Skuld[e].

Interea, dum hec de rege marino Helghi agerentur[f], frater eius rex Dacie mortuus est Haldanus. Postquam[g] rex Swethie[h] Athisl[i] a Danis suscepit tributum. Quibus constituit catulum quendam latrabilem regem nomine Rachi, nimis dilectum. Qui dum una dierum sederet cum exercitu suo, regali servicio honoratus, vidit canes in funda luctantes; quos dum a lesione separare vellet, prosiliens de mensa, inter eos Rachi ad mortem oppressus est. Quod nullus Athislo nunciare audebat, quia, si quis nunciaret [interitum[k]] Rackæ, decollacione protinus interiret. Erat autem gigas quidam nomine Loe[l] in insula que vocatur Loeshø[m], pastorem quendam habens nomine Snyo, quem in Swethiam[n] misit regnum petiturum a rege. Qui in Swethiam[n] veniens Snyo, prima sciscitacione ab Athislo diligenter interroga- *f. 198'. tus, qualis esset in Dacia rumor, figurate[o] respondit: 'Apes equidem *omnes sine principe[p] existunt errantes'. Secunda sciscitacione, ubi pernoctavit, interrogatus, respondit: 'Ubi oves lupum devorantes manderunt'. Vidit enim medicum infirmis dantem ovibus ex lupo cocto[q] pocula. Interrogatus iterum ab Athislo, ubi plus[r] pernoctaret Snyo, respondit: 'Ubi lupi currum commederunt, boves autem in silvam fugierunt'. Vidit enim lymbiferos[s] tres ligna colligentes, quorum unus, qui servus dicitur, silicet Byæwærthræl[t], extensis pedibus[u] resupinus ad[v] terram[w] cecidit, cui illi duo inter crura eius ligna congerunt[x] illumque quasi boves precedentes traxerunt, quos disperserunt lupi currumque devoraverunt. Adhuc ab Athislo[y], ubi preterito pernoctavit, interrogatus, respondit: 'Ubi securim mus rosit, cuius hasta remansit'. Scivit enim se securim a caseo fabricasse. Quesivit[z] iterum rex, quis esset rumor in Dacia. Cui Snyo respondit: 'Apes equidem ibi omnes sine principe existunt errantes'. Quod intelligens Athisl, ait: 'Mortuusne[a] est rex Rachi[b]?' Cui respondit Snyo: 'Tu dicis'. Et iterum rex ait: 'Rachi[c] mortuus est'. Videns ergo rex Athisl, quod esset promtus ad loquendum Snyo, et non possit eum capere in[d] sermone, regem Danorum predestinavit eum, dicens: 'Vis rex esse in Dacia?' Cui respondit Snyo: 'Fiat voluntas tua'. Rex autem Athisl[e] regali nomine decoravit eum, dicens: 'Ingredere tu Snyo in Daciam et esto ibi rex robustus et furore flagiciosus, multas iniquas leges illis et iniustas instituens, *f. 199 ut *memores Dani, Snyo, sint ipsi[f] tui per evum'. Regnavit igitur Snyo secundum iussum regis crudeliter in Dacia, superbus, iniquus[g], elatus et in malicia nimis potens, per omnia

a) Rex 2. b) Hælgi 2. c) adtraxit malif. 2. d) pietate 1. 2. *A.* e) Helhy 1. f) pace quasdam *iterum add.* 2. g) sui *add.* 2. g*) *lege* commoravit (*pro* commoratus est) *H.-E.* h) concupicencia 1. i) regis 1. k) puellam *add. A.* l) baronis *add. A.* m) Thoræ 2. n) fecunda 2. o) Ursulam *A.* p) idem 2. q) Hælghe 1; Hælgi 2. r) portu 2. — predicte 1. 2. s) uxor (?) *add., sed deletum esse videtur* 1. t) Rolf in 2; Rorlfi *A.* u) filiam 1. 2. v) Hælgy, *l.* 20. Helgi 2. w) humana 2. x) Thoræ 2; Thorhc *A.* y) Rolff 2. z) Yrsæ 2; Ursule *A.* a) Swеth'e 1; Swecie 2. b) filium 2. c) Rolff 2; Rolf *A.* d) Crage 2; *deest A.* e) Sculd *A.* f) ageretur 1. 2. g) *lege* Post quem. *H.-E.* h) Suech'e 1; Swecie 2. i) Athysl *h. l.* 1. *A.* k) *deest* 1. 2. — Rache 2; Racha *A.* l) Ꝉ 1; Lør *A.* m) Ꝉhø 1; Lechø 2; Lesø *A.* n) Swechiam 1; Sweciam 2. o) figurative *A.* p) errabunt *add., sed. del.* 1. q) cocta 2. r) prius *A.* s) lymbyf. 1. t) Byæwærthel 2; Biauthrel *A.* u) *deest* 2. v) in 2. w) *deest* 1. x) cogerunt 2. y) Atislo 2. z) Quesūt 2. a) ne *deest* 2. b) Raka *A.* c) Rachy *h. l.* 2; Racki *A.* d) *deest* 2. e) Athysl *h. l.* 1. f) memores *iterum add.* 1. g) iniqus 1.

terribilis, more fluminis[a] incedens; flentibus, si quid videbantur habere, abstulit, habentibus et male ridentibus sparsit. Multas iniquas leges et[b] iniustas instituens. In iudicio minime rectus Snyo, plebem sustinere cogens compatique pessumdavit[c]. Erat enim ei omnis plebs subdita et favens. Unus tantum Røth resistebat ei[d] contrarius; quem in insulam misit ad querendum a gigante Læ, qua morte moriturus rex Snyo esset, ea intencione, ut ne iterum rediret vivus Røth[e]. Qui in insulam veniens, dicta salutacione regis, quesivit a gigante, qua morte[f] moriturus esset rex. Cui, priusquam tria veridica proferret, gigas Læ[g] nichil respondere de morte volebat. Dixit[h] ergo[d] Røth[e], in monte sedens, nusquam spissiores vidisse se[d] parietes parietibus domus[i] illius. Aliud dixit, prius numquam se ullum[k] plura capita habentem minorem vidisse numerum familie. Adhuc tercium, quod fuit verissimum, si illinc esset, numquam redire vellet. Dictis his[l] tribus[m], vaticinavit ei gigas moriturum regem morsu pediculorum. Cui sedenti in pretorio apud Iutlandiam[n] regi Snyo Røth nunciavit; quod instanter apparuit coram omnibus. Exierunt enim pediculi de naribus et auribus, quorum multitudine totum tegebatur[o] corpus. *Erat autem rex Snyo *f. 199'. mortuus[d] morsu pediculorum; cuius nominis memores Dani sunt[p] per evum.

Interea dum regnaret[q] Rachi[r] et Snyo, confortabatur filius Hælighi[s] Rolf[t] cognomento[u] Kraki[v]. Quem post mortem Snyo Dani regem assumpserunt. Qui Syalandie apud Læthram sicut antecessores sui sepissime[w] moratus est; sororem suam nomine Sculd secum habuit, Athisli regis filiam et sue matris Ursule, de qua superius dictum est; quam fraterno amore dilexit. Cui provinciam Hornshæræth[x] Syalandie ad pascendas puellas suas in expensam dedit; in qua villam edificavit nomine Sculdælef[y], unde nomen sumpsit[z]. Hoc tempore erat quidam comes Scanie nomine Hyarwarth[a], Teothonicus genere, Rolwi[b] tributarius. Qui ad eum procos misit, ut sororem suam Sculd Hyarwardo[c] daret uxorem. Quo nolente[d], propria ipsius puelle[e] voluntate clanculo eam raptam sociavit sibi. Unde conspiraverunt inter se deliberantes Hyarwardus et[f] Sculd, quomodo Rolf interficeretur, Hyarvardus superstes regni [heres[g]] efficeretur. Non post multum vero temporis animosus ad uxoris exhortacionem Hyarward[h] Syalandiam[i] classe peciit; genero suo Rolf[k] tributum attulisse simulavit. Die quadam dilucessente ad Læthram[l] misit, ut videret tributum, Rolf[k] nunciavit. Qui cum vidisset non tributum, sed exercitum armatum, vallatus est Rolf[k] militibus et a Hyarwardo[m] interfectus est. Hyarwardum[n] autem Syalandenses et Scanienses, qui cum eo erant, *in regem assumpserunt. Qui brevi tempore a mane usque ad primam regali *f. 200. nomine potitus est. Tunc venit Haki[o], frater Haghbardi[p], filius Hamundi, Hyarwardum interfecit, et Danorum rex effectus est. Quo regnante, venit quidam nomine Frytlef[q] a partibus septentrionalibus[r] et filiam sibi desponsavit[s] Rolf[k] Crake; ex qua filium nomine Frothæ[t] genuit cognomine Largus. Postquam genuerat filium Frothi, Haki[u] regem interfecit Frithlef[q], et in[v] eundem gradum levatus est. Quo eciam defuncto, ei in regnum Frothi filius[w] successit. Quo a Swærdingi[x] filiis interempto, filius eius Ingyald in regno levatur. Huic quoque defuncto successit Olavus, filius eius, et ipsi filia nomine Asa; de qua proverbia multa dicuntur. Mortua Asa, que patri[y] Olavo successerat[z], rex Danorum factus Haraldus, qui et Hyldetan[a] dicebatur. Iste dominium[b] habuisse dicitur, factis sibi tributariis omnibus regnis usque ad mare Mediterraneum. Cumque ad Swethiam[c] exigendorum tributorum causa proficeretur[d], bello excepit eum rex Ryng[e] in campo nomine Brarwel, ubi ex parte Haraldi vexillifere puelle pugnasse feruntur. Quarum una Heth[f], altera Wysna[g] dicebatur. In congressu illo Haraldus occubuit, et ex permissu Ring regis Suethie[h] Dani puellam Heth[i] regem super se constituerunt. Que etiam Dacie imperans[k], civitatem sui nominis Hethæby apud Iutlandiam in portu statuit Sleswycensi[l].

a) furibundus *A.* b) inst. et ini. 2. c) peressumdavit 1; pereffundavit 2. d) *deest* 2. e) Reth *A.* f) morit. morte *corr.* morte morit. 1; m. esset mor. 2. g) Læch 2; Lør *A.* h) autem *scr., sed mox del.* 1. i) dolu⁹ 2. k) illum 2. l) hiis 2. m) veredicis *add.* 2. n) Iuthl. *h. l.* 1. o) c. t. 2. p) *deest* 1. q) regnavit *mox corr.* regnaret 1; regnarent *A.* r) Raky 2. s) Hælchy 2. t) Rolff 2; Rølf *A.* u) cognominato 2. v) Kraky 2. w) spiss. 2. x) Honishereth (?) *A.* y) Sculdeleff 2; Sculdlef *A.* z) suscepit 2. a) Hyarwarch 2; Hiarwart *A.* b) Rolwy (l' *e corr.*) 2; Rolf *A.* c) Hærw. 2; Hiarw. *A.* d) vol. 2. e) v. p. 2. f) et — Hyarv. *des.* 2. g) *deest* 1. 2; eres *corr.* heres *A.* h) Hyærw. 2. i) *desinit fol. 7'. cod. A, uno folio evulso.* k) Rolff 2. l) Lethram *h. l.* 1. m) Hiarw. 2. n) Harwardum *h. l.* 1. o) Haky 2. p) Hagbradi 2. q) Fritleff 2. r) septentrionibus 2. s) sibi d. sibi 1. 2. t) Frothe 2. u) aki 1. 2, *superscr.* h 1. v) *deest* 1. w) filium *corr.* filius 1. x) Swærthyngy filius 2. y) pr 2. z) successit 2. a) Hyldedan 2. b) dn̄m 2. c) Swechiam 1; Sweciam 2. d) *ita* 1. 2. e) Ring 2. f) Heltd 2. g) Wysnæ 2. h) Svech'e 1; Swecie 2. i) Helt 2. k) inpar. 2. l) Slesvic. 2.

Hic transit imperium Romanorum ad reges Francie.

[cf. A. Norm. *f. 200'.] *768. Septingentesimo sexagesimo octavo. Pipinus[a] rex obiit; et eodem anno inicium Karoli regis. [Ad. I, 16.] Et quoniam mencionem[b] Danorum fecimus, dignum memoria videtur, quod victoriosissimus imperator Karolus, qui omnia regna Europe subiecerat, novissimum cum Danis bellum suscepisse narratur. Et in tempore illo erat ferocissimus rex in Dacia nomine Godefridus, pater Ozsyari[c] Dani. Iam ante Fresis itemque[d] Nordalbyngis[e], Obodritis[f] et aliis Sclavorum partibus tributo subactis, ipse Karulo bello minatus[g] est. Hec dissensio voluntatem imperatoris retardavit.

[cf. A. Norm. Ad. I, 11.] 771. Karlomagnus[h] obiit. Brema[i] construitur[i]; Fresia a Willebrodo[k] episcopo convertitur.

[cf. A. Norm.] 774.[1] Adrianus papa obiit, et successit Leo papa.

[ib. Ad. I, 16.] 776. Conversio Saxonum. Et hoc anno[m] obiit Godefridus rex Danorum, et Hæmingus[n], patruelis eius, successit, et regnavit 28 annis; qui mox[o] pacem cum imperatore faciens[p], Eydoram[q] fluvium accepit[r] terminum regni.

[cf. A. Norm. et Colb.] 777.[s] Karolus Yspaniam intravit[t].

[ib.] 778. Karolus Saxoniam venit, et Saxonia capta est.

[ib.] 780. Karolus Romam vadit.

[ib.] 786. Signum crucis in vestibus.

[f. 201] 787. Item Karolus Romam perrexit.

[ib.] 788. Karolus[u] per Allemanniam venit ad fines Bavarie[v].

[ib.] 789. Thasylo[w] dux venit in Franciam, et Bavaria capta est.

[ib.] 791. Karolus pergit in Sclavos qui dicuntur[x] Wylti[y].

[ib.] 793. Karolus rex Vungorum regnum vastavit.

796. Hic fuerunt visi tres circuli circa solem.

[cf. A. Angl.] 799.[z] Hoc anno Romani linguam Leonis pape amputaverunt et oculos eius eruerunt et expulerunt[a] eum.

[cf. A. Norm. et Colb.] 801. Karolus[b] imperator factus est et a Romanis appellatus augustus.

803. Hoc[c] anno obiit Hæmingus[d] rex Danorum, et[e] surrexerunt Dani et elegerunt [Ad. I, 17.] duos reges Sygafridum[f] et Anulonem, nepotes Godefridi, et facta est inter[g] eos pugna 10 annis. Cum inter se de primatu regni convenire non potuerunt, prelio ceptrum[h] diviserunt. In qua congressione undecim milia[i] hominum interemptis[k], reges ambo occiderunt; pars[l] Anulonis, cruenta victoria potiti[m], Regnifridum et Haraldum Clac[n] in regnum posuerunt[o], et facta est pugna inter[p] eos novem annis. Moxque[q] Reinfridus ab Haraldo pulsus, classe[r] piraticam exercuit, Haraldus totum regnum[s] obtinuit.

[f. 201'.] 811.[t] Hoc anno fuit maxima nix et fulgura maxima.

812. Hic acceperunt regnum Regnifridus[u] et Haraldus Clac[v].

[cf. A. Colb.] 814. Hoc anno obiit Karolus, qui[w] regnavit 45 annis, et successit ei[v] Lodowicus[x], filius eius, qui regnavit annis 27.

[cf. A. Div.] 816. Hic Leo papa migravit, et Stephanus successit ei.

[ib.] 817. Stephano successit Pascalis[y].

[cf. A. Norm. et Colb.] 819. Lodowicus[x] Brittanniam perrexit, interfecto Normanno, et obsedit.

[ib.] 820. Pascalis[y] papa obiit.

[Ad. l. l.] 821. Hoc anno expulsus est Regnifridus[z], et Haraldus cum imperatore fedus iniit.

[cf. A. Norm. et Colb.] 822. Hoc anno fames valida fuit.

[Ad. l. l.] 827. Hoc anno Haraldus Clac[a] rex Danorum, a filiis Godæfridi[b] regno spoliatus, ad Ludowicum imperatorem supplex venit. Qui et mox cristiane fidei cathezismo[c] imbutus, apud Magonciam cum uxore et fratre Herico[d] ac magno[e] Danorum multitudine baptizatus est. Iste[f] fuit primus cristianus rex inter omnes reges [l. l.] Danie. Hunc imperator a sacro fonte suscipiens, cum decrevisset in regnum suum restituere, dedit ei potestatem trans Albiam; fratri[g] eius Herico[d], ut piratis obsisteret, partem Fresie concessit; que[h] adhuc Dani reposcunt quasi legi- [*f. 202] tima iuris[i] sui. Hoc factum est 6. anno regni[k] Haraldi *regis Danorum, et regnavit 20[l] annis.

a) Pyp. 2. b) mensionem 2. c) Ozzyari 2. d) idemque 2. e) Nordalbingis 2. f) Obodridis 2. g) nunciatus 1; miliatus 2. h) Karlo magnus 1. 2. i) constituitur 1. k) Willibr. 2. l) DCCLXXII. 2. m) 777. Obiit *incipit* 3a; Anno 777. obiit *incipit* 3b. *Lud.* n) Hammingus 2; Henningus 3. o) morum 2; *deest* 3. p) fecit et 3. q) Eydroam 2. r) t. r. a. 3. s) *a.* 777—801. *om.* 3. t) intrat 2. u) K. dux 2. v) B'tanie 2. w) Tas. 2. x) dicitur 1. 2. y) Wilti 2. z) *pergit A f.* 8. a) depul. *A.* b) *haec des. A.* c) H. a. *des.* 3 *semper fere.* d) Hemmingus 2. *A*; Henningus 3. e) *deest* 2. 3. f) Sig. *A*; Sigfr. 2. 3b; Sigifr. 3a. g) p. i. e. *A.* h) *ita* 1. 2; septrum *corr.* sceptrum *A.* i) milibus *A.* k) intereptis *A.* l) *in marg. suppl. A, qui add.* autem. m) potitis *corr.* potiti 1; potita *A.* n) *deest* 3; Clak *in marg. suppl. A.* o) posuit *A.* p) i. e. *des.* 2. 3. q) Mox quam *corr.* cum 3a, *ubi* esset *post add.*; Mox cum Regnifr. ab H. p. esset 3b; Regnifr. ab H. depulsus est *A*, *ubi* cl. p. e. *des.*, *pergit:* et H. r) classem 1; classem *corr.* classe 3a. s) *deest* 1. t) 811. *deest A;* 811—820. *des.* 3. u) Reinfr. 2; Reginfr. *A.* v) *deest A.* w) quo 2. x) Lodovic. 2 *constanter.* y) Paschalis 2. z) Reinfr. 2. 3; Reginfr. *A.* a) *deest A*; Klak 3a; Klack 3b. b) Godofr. *A*; Godefridi 2; Godfridi 3. c) catheozysmo 1; catechismo 3b; fideitate zismo *A*, *ubi in marg.* exorcismo. d) Erico 3 *semper.* e) *ita* 1. 2; magna 3. *A.* f) Iste — Danie *des. A.* g) factus *corr.* frat' 1; frat̄ 2. h) quam 2. 3. i) uiris 1. 2. k) est r. eius sexto *A*, *ubi sequentia* — predicavit *des.* l) a. 21 3.

1) Haec ex primis Adami capitulis coniecisse videtur.

Dani acceperunt cristianitatem anno 12. imperatoris Lodowici. Post annos aliquot venit Ansgarius episcopus et verbum Dei Danis predicavit.

832.[a] Hoc anno reliquerunt Lodowicum Franci, et elegerunt Lotharium; et Haraldus rediit in Daciam et dimisit cristianitatem et accepit regnum suum. [cf. A. Norm. et Colb.] Cum autem nemo doctorum[b] facile possit inveniri, qui[c] cum illis ad Danos[d] vellet venire, propter crudelitatem barbaricam, qua gens illa ab[e] omnibus fugitur, sanctus Ansgarius, divino, ut credimus, spiritu accensus, et qui ad martirium aliqua occasione mallet pertingere, cum socio se ultroneum obtulit Auberto, non solum inter barbaros, verum eciam in carcerem et in mortem pro Cristo ire paratus. [Ad. I, 17.] Hoc regalis munificencie dono confessor Dei Ansgarius valde gavisus, in Daniam festinavit, ubi regem Danorum inveniens, cristianum reddidit. [ib. I, 27.] Unam ecclesiam erexit in portu marino in Slæswic[f], data pariter licencia, ut quisquis[g] vellet in regno suo cristianus fieret. Infinita gentilium multitudo credidit[h], de quibus hoc[i] in libro memoriale relictum est; plures in aqua baptismi loti sunt, ab omni corporis infirmitate liberati sunt. Nunc ad cetera, unde incepimus, regrediamur. Hoc ut aiunt[k], factum est anno Lodowici novissimo, qui regnavit annis 27. [ib. I, 23.]

833. Eugenius[l] papa obiit, et successit ei Gregorius. [cf. A. Colb.]

835. Gregorius papa obiit, et successit ei Sergius. [f. 202'.]

840. Hoc anno Lodowycus[m] imperator obiit. Regnum in contencione remansit, multa inter fratres discordia extitit. [cf. A. Norm. Ad. I, 24.]

841. Hoc anno obiit Haraldus[n] rex Danorum, et successit frater eius Hericus[o], qui regnavit 10 annis. Interea Dani pyraticis excursionibus[p] usquequaque[q] degrassati, Frisones tributo subiciunt. [Ad. I, 23] Eodem[r] tempore, per Renum vecti, Coloniam obsederunt, per Albiam vero Hamburgh incenderunt. Inclita civitas tota aut preda aut incendio disperiit. Ibi ecclesia, ibi claustrum, ibi bibliotheca[s] summo collecta studio consumpta est. Sanctus Ansgarius, ut scribitur, cum reliquiis[t] sanctorum virorum nudus evasit. Excidium Hamburgh Historia Francorum non[u] tacet et privilegia Romanorum. Post hec scribitur in Vita sancti Ansgarii, qualiter in Daniam veniens Hericum regem in regno reperit. [ib. I, 30.] Cui tempori[v] congruit Historia[w] Francorum, que sic de[x] Danis meminit: Regem potentissimum Francie timore compulsum terram eis dedisse[y] ad habitandum. Deinde Lothoryngia, inquid, vastata et subacta Fresia[z],

in[a] sua victrici conversos viscera dextra.

Contendentibus namque ad[b] invicem Guththorm[c] principe[d] Normannorum[e] cum patruo[f], silicet rege Danorum Herico[g], tanta cede uterque mactati sunt, ut vulgus omne caderet, de stirpe autem regia nemo hominum remaneret preter unum puerum nomine Hericum[g].

842.[h] Lotharius et Karolus pugnaverunt. [f. 203.]

845. Hoc anno Lotharius rex obiit. [cf. A. Norm. et Colb]

848. Hoc anno fuit fames[i] valida et magna mors hominum. [ib 855.]

849. Item fames et mortalitas hominum et pestis animalium. [ib. 868. ib. 869.]

850. Obiit Sergius papa, et successit Leo. [ib.]

853. Obiit Leo papa. [ib.]

855. Karolus[k] imperator obiit, et Arnulfus[l] rex imperator efficitur[1]. [ib. 888]

a) Paschalis 2. b) Erico 2. c) Theoton. 2. d) Gesalius 1. e) Haraldus 2. f) Othensø 2. g) MCXXXII. 3. h) Chan. 3a *constanter*. i) Eygothe peremptus est, *ceteris omissis*, 3. k) Nichol. *h. l.* 1. l) invida 2. m) inviatoribus 1. n) factus est et bellum fuit 3. o) *deest* 2. p) Yalinggi 2; Iatingi *post corr.* Ialingæ 3a; Iallinge 3b. q) Her. 2. r) *deest* 1. s) Rynæbyergh 2; Ringbierg *corr.* Rinbierg 3a; Reynsberrigh 3b. t) *deest* 2. 3. u) Fotvich in Scania 3. v) *anni numerus deest* 2. 3. w) Schan. 3a *saepius*. x) agr. 1. y) r. f. 2. 3. z) Sleswic 2. a) N. r. *des.* 3. b) MCXXXIV. 3; *ante* Eodem anno *demum anni numerus* MCXXXV. *legitur* 1. c) Roskildis 2; Roschildis 3a *constanter*. d) episc. *post corr.* archiep. 3a. e) Esk. 2. 3b; Eschillus 3a. f) *deest* 3. g) Heriuadum 3a; Heriwadum 3b. — Ob. — discipulus (*a.* 1146) *des.* 3. h) M[o]I[o] 1. 2. i) *deest* 2. k) Eugeus 1. l) monacus 2.

1) Haec errore huc relata esse videntur. Ann. Colb.: *Rodbertus victus est.* 2) Haec *(per — regis)* perperam hoc loco scripta, ad necem Kanuti ducis sequenti anno relatam pertinent. 3) Ann. Colb., supra p. 175, *feria* 4. *in auct.* superscripta de eclipsi solis a. 1134, ut videtur, habent. 4) Rönneberg. 5) Immo a. 1134. 6) Perperam additum est *a Sclavis*, et res turbatae sunt; v. quae notavi 'N. Archiv' XII, p. 28. 7) Haec ad a. 1140. pertinent, ad quem Ann. Colb. ea habent, sed Ann. Ryenses, SS. XVI, p. 401, etiam et Dano-Suec., supra p. 184, eadem ad a. 1137. habent. 8) Ita pro *Hartwici* cum Ann. Ryens., ubi editio male codicis lectionem correxit, aliisque.

1147. Ericus Lamb monachus[a] factus est, obiit Othænsø[b]. Quo mortuo, Iutenses in[c] unum convenientes, Kanuto, filio Magni, nomen[d] regis imposuerunt; Scanienses et Syalandenses[e] cum minoribus *insulis sibi Suenonem in regem elegerunt; et facta est pugna inter eos 12 annis. Eodem anno bellum fuit Slangatborp[f, 1] Syalandie[e]. *f. 216.

1148.[g] Sanctus Malachias archiepiscopus migravit a seculo. cf. A. Colb.

1149. Captus est Æskillus[h] archiepiscopus a Swenone.

1150. Bellum fuit Thorstinstorp[i, 2], et fugit Kanutus rex.

1151. Bellum fuit Wybergis.

1152. Kanutus pugnavit contra Swenonem et devictus est, et exulavit in Sweciam et Rüciam[k].

1153.[l] Conventus missus est in Æsrom. Sanctus Bernardus obiit. ib.

1154. Hic rediit Kanutus et assumpta milicia pugnavit contra Swenonem; et Waldemarus[m] desponsavit sororem Kanuti Sophiam.

1155. Hoc anno convenerunt omnes Dani et elegerunt duos reges Kanutum et Waldemarum; et fugit[n] Swen in Saxoniam et[o] fuit ibi. Obiit[p] Eugenius[q] papa, et successit Anastasius annis 3.

1157. Hoc anno rediit Swen de[r] Saxonia cum duce Henrico[s], venit[t] Symerstat; et facta est pax.

1158. Hoc anno interfectus est Kanutus in[u] civitate Roskildensi 5.[v] Idus August., in vigilia beati Laurencii, et cum eo Constantinus cognatus eius; et Waldemarus rex vulneratus[w] evadens ocultansque[x] se per tempus, postea Iuciam pervenit. Illuc eum armata manu Swen persequens agressusque, in bello[y] victus [ab[z] eo] eodem anno in Grathæheth[a], *fugit in Grathæmosæ et ibi interfectus est; et Waldemarus totum regnum obtinuit et regnavit 25 annis et dimidio. Obiit[b] Anastasius papa, et successit Adrianus II[us], qui fuit annis tribus; et eodem anno Absalon episcopus factus est Roskildensis[c]. Aug. 9. *f. 216'.

1159. Hic[d] incepit[e] scisma.

1161. Conventus missus est in Soram. Adrianus papa obiit; successit Victor scismaticus annis 2. ib.

1163. Waldemarus adivit imperatorem. Natus est Kanutus rex, filius Waldemari primi.

1164. Obiit Victor[f] scismaticus, et successit Alexander papa[g] annis 23. Et Eschillus[h] archiepiscopus ivit Ierusalem.

1165. Hoc anno in die ascensionis Domini Absalon episcopus Roskildensis devicit Sclavos qui dicuntur Røbo. Maii 13.

1167.[i] Hoc anno Burius[3] captus est. Hic Sclavi Røbo acceperunt cristianitatem, iubente Waldemaro rege, 17.[k] Kal. Iulii.

1171. Sanctus Thomas Cantuariensis[l] archiepiscopus martirizatus est. Hoc anno translatum[m] est corpus sancti Kanuti[n] Ringstadis[o], filii Erici Egothe. Die illo Danis omnibus gaudium dupplicatur, ex parte una, quod pater regis autorizatur[p], ex parte alia, quod regis filius Kanutus in regem inungitur. Interfuerunt diei illius sollempnitati rex ille Waldemarus, archipresul Æskillus[q] de Lundis, *archipresul[r] de Suecia Stephanus, lator litterarum martirem sanctum autorizantium[s] autoritate domini pape Alexandri, et cum eis Absalon Roskildensis, Symon Othoniensis[t], Swen Arusiensis, Ralf Rypensis, Tucho Burgalanensis[u], Nicolaus Wybergensis[v], Frithericus Hethebyensis, Hælghique[w] electus de Norwegia[x]; qui die eadem pronunciavit pacem inter Daciam et Norwegiam[x]. Aderat etiam cum primis et primatibus terre tam cleri quam plebis populus[y] innumerabilis. Eodem[z] anno martirizatus est in matre ecclesia Cantuariensi[a] a quatuor militibus regis, imperio Henrici, die 5. natalis Domini archipresul preciosus martir Thomas. *f. 217. Dec. 29.

1172. Lundis succensa est[b].

a) monacus 2. b) Othenshe 2; Ottensiø *3a*; Othense *3b*. c) in u. c. *des.* 3. d) r. n. *corr.* n. r. 1. e) Syalend. 2. f) Sclangætorp 2; Sclangerup *3a*; Slangerup *3b*. g) *a.* 1148. *deest* 3. h) Esk. 2. *3b*; Eschillus *3a*. i) Thorstinsthorp 2; Thorstintorp *3a*, *in marg.* Thostrop, *et ita 3b*. k) Iuciam 2; et R. *des.* 3. l) *a.* 1153. *om.* 3. m) Vald. *3a semper fere.* n) figit 1. o) et — annis 3 *om.* 3. p) *deest* 2. q) Ewg. 1. r) de S. *des.* 3. s) Henricus *mox corr.* Henrico 1. t) venit Sym *des.* 1, *ubi* ersthat; Simerstad 3; Simmershafn *ed. Worm.* u) K. Roschildiae 3. v) 5. Id. A. *des.* 3. w) est *add.* 3. x) *ita* 1. 2. y) cum eo *add.* 3. z) *des.* 1. a) Grothehed (in Grothemóse) *3a*; Grothehaea (in Grothenssee) *3b*, *ubi* f. in G. *des.* b) *reliqua h. a. et* 1159. 1161. *om.* 3. c) Roskildis 2. d) *haec rubro scr.* 1. 2. e) incipit cisma 2. f) papa *add.* 3. g) *del.* 1; *deest* 2. 3. h) Eskillus 2. i) *a.* 1167. *et* Sanctus — mart. est *a.* 1171. *des.* 3. k) XVIII. 2. l) Canturis *corr.* Cantuaris 1. m) traslatum 1. n) ducis *add.* 3. o) Rinstadis 2. p) canonizatur *3a in marg., et ita 3b. ed. Worm.* q) Esk. 2. *3b*. r) archiepiscopus simul 3. s) autorizandum 1. 2. 3. t) Otton. 2. u) Burgulan. 2. *3a*; Burglan. *3b*. v) Wiberg. 2. w) Hellique 2. *3a*; Hellig *3b*. x) Norveg. 2. *3a*. y) populis 2. z) *reliqua h. a. des.* 3. a) Cantur. 2. b) et secundo anno postea t. in D. et Chr. d. I. obiit *add.* 3 *h. l., quae sub a.* 1173. *leguntur.*

1) Slangerup prope Frederikssund. 2) Høie Taastrup (praef. Smørum) in Selandia. 3) Filius Heinrici Skatelaer; de cuius fato cf. Ann. Ryens p. 403.

1173. Terremotus factus est in Dacia. Obiit Cristoforus dux Iucie.

1177. Æskillus archiepiscopus discessit[a] et[b] monachus in Clara-valle factus est. Eodem anno sancta Margareta interfecta est in Chøkæ[c.1], et Kanutus, filius Waldemari regis, rex effectus est super Scaniam et Hallandiam, consenciente patre cum melioribus regni[2].

1180. Hoc anno facta est dissencio maxima inter Scanienses et archiepiscopum Absalonem, ita ut expulsus a Scania per se[d] nullatenus redire posset.

*f. 217'. 1181. Hoc anno, fretus tandem *consilio et auxilio regis Waldemari, cum manu valida et exercitu magno terram intravit, hostes suos apud Anendalef[e.3] expugnavit et partem illorum maximam prostravit; reliqui manum dederunt, et deinceps universe terre reconciliatus est[f], et sic sedem archiepiscopatus sui in pace optinuit. Eodem anno Waldemarus rex occurrit imperatori apud Trafn[g].

1182. Hoc anno rex gloriosus Waldemarus primus, filius sancti Kanuti ducis, qui Ringstadæ[h] requiescit, vir strennuus et victoriosus, qui seviciam Slavorum[i] manu armata reprimens, non solum Daciam ab eorum infestacione tutam reddens, set et eos sub tributo Dacie reddens obnoxios, anno 25. regni sui de vita temporali ad eternam transiens. Cui successit filius eius rex[k] Kanutus.

1184. Hoc anno expedicio facta est ad Walægust.

1187. Obiit Alexander papa; successit Lucius III. annis 5, mens. 3, diebus 13. Ierusalem a Saladino[l] capitur, rex in captivitatem ducitur, patriarcha[m] neci traditur, cecideruntque cum eo clerici et layci, monachi et moniales, utriusque sexus et etatis et condicionis, quorum non erat[n] numerus, et effusus est sanguis sanctorum in circuitu Ierusalem, et non erat qui sepeliret. Crux vero sancta manibus ablata est prophanis. Eclipsis solis eodem die. Obiit Suno, pater Iacobi, filius Ebonis[o].

f. 218. 1188. Dux Waldemarus factus est miles 7. Kal. Ianuarii.

1191. Expedicio facta est ad Finland[p], que victa est a Danis manu[q] forti.

1192. Episcopus Waldemarus sibi doli conscius, nemine fugante[r], ad regem Swecie fugam tenuit; et bellum in pace exercens, armata manu rediit

[1193.] sequenti anno regisque nomen sibi usurpavit; et prout racio postulavit, digno victoria victore[s] existente, a[t] rege Kanuto est captus 8. Idus Iulii. Obiit Lucius papa; successit Urbanus II. annis 3. Et cenobium Omnium Sanctorum Lundis combustum est.

1194.[u] Prima expedicio in Holtsaciam[v]. Conventus missus est in As.

1195. Obiit Urbanus papa. Successit Gregorius III. diebus 33.

1196. Obiit Gregorius. Successit Clemens papa annis 19, mens., diebus[w] 11.

1197. Cardinalis Fidancius[x] mortuus in Dacia, Lundis sepelitur. Eodem anno rex Kanutus cum exercitu magno ad Estlandiam profectus est.

1198. Obiit Sophia regina[4], et Petrus episcopus Roskildensis captus est. Eodem[y] anno obiit Clemens papa. Successit Innocencius annis[z] 19. Terre motus in Dacia.

1199. Holtsacia[v] Danis subiugata est.

1200. Incepit[a] ordo fratrum Minorum. Comes Adulfus captus [est[b]][5]; et comes Albertus miles factus est.

1201. Obiit Absalon Lundensis archiepiscopus.

1202.[c] Sanctus Willelmus migravit a seculo.

1203. Hoc anno obiit rex Kanutus; et[d] successit frater eius Waldemarus. Comes[e] Adulfus *f. 218'. *incarceratus est[6]. Eodem anno obiit Swerrerus[f] rex Norvegie[g].

1204. Obiit Esbernus[h] Snare, frater Absalonis[i] archiepiscopi.

a) dicessit 1. b) *post add.* 1. c) Kocæ 2; Køge 3*a*; Høge 3*b* (in *corr.* prope 3*a*, *et ita* 3*b*). d) per Syalentem r. 2. e) Auendalef 1 *habere videtur;* Auændælef 2. f) reconsil. 2. g) Tranf 2. h) Ringstade 2. i) Sclav. 2. k) *deest* 2. l) Salaud. 2. m) patrarcha 1. n) est 2. o) Ebbonis 2. p) Findlandiam 3*a*; Finlandiam 3*b*. q) f. m. 3. r) fugiente *corr.* persequente 3*a*, *et ita* 3*b*. *ed. Worm.* s) victorie 2; victoria (a *e corr.*) 3*a*; *deest* 3*b*. t) a rege Chan. e. c. *corr.* regi Ch. a quo e. c. 3*a*, *et ita* 3*b*. *Reliqua h. a. des.* 3. u) *a.* 1194—1197. *des.* 3. v) Holsac. 2. w) dies 2. x) Sidancius 2; Sideracius 1; Fidencius *Ann. Nestv.* y) Eodem — Dacia *des.* 3. z) *deest* 1. a) Inc. o. f. M. *des.* 3. b) *deest* 1. c) *a.* 1202. *deest* 3. d) *deest* 2. e) C. Ad. inc. e. *des.* 3. f) Waldemarus 2. 3*b*; Voldemarus 3*a*. g) Norweg. 2. h) A'sb. Snaræ 2. i) Absolonis 2. 3*a*.

1) Kjøge oppidum in Selandia. 2) Hoc loco codd. 3 addunt: *Iam multum (multa 3b) dicebantur de Absolone et Valdemaro (Wald. 3b), quae alias habui in aliis libris, et de rege Voldemaro (Wald. 3b) etiam multum.* Desunt anni 1180—1188. 3) Annelef in Scania. 4) Relicta Waldemari. 5) Ann. Wald. a. 1202, supra p. 171. 6) Idem quod a. 1200. relatum est.

1205. Rex Waldemarus duxit uxorem[a] filiam regis Boemie Dagwmarh[b]; et[c] expedicio facta est in Slaviam[d].

1206. Solutus est episcopus[e] Waldemarus de carcere; et Andreas archiepiscopus Lundensis eodem anno duxit exercitum in Estlandiam.

1207.[f] Incepit ordo fratrum Predicatorum.

1208. Bellum fuit in Lena[g].

1209. Hoc anno Waldemarus episcopus eiectus est de sede Bremensi et iterum excommunicatus; et expedicio facta est in Pruciam et Samland[h]; et Waldemarus Bonus natus est, filius Daghmarh[i], et Ericus rex Swecie[k] duxit Rykizam[l], sororem regis Waldemari[m].

1210. Hoc anno Swærkerus[n] rex corruit in Gyestilren[o].

1212. Obiit Daumarh[b] regina Dacie de Boemia.

1213. Obiit Petrus episcopus Roskildensis senior, filius Symonis[p]; et eodem anno rex Waldemarus duxit Beringeram reginam de Portægalæ; et[q] claustrum Wæ[r] conbustum est.

1215. Hoc anno generale concilium[s] celebratum est Rome ab Innocencio papa.

1216. Obiit episcopus Skælm[t] Arusiensis, et Petrus episcopus factus est Roskildensis, filius Iacobi; et Ericus Ploghpænning[u] natus est. Eodem anno dabatur vicesima[v] a sacerdotibus.

1217.[w] Obiit Innocencius papa. Successit Honorius annis 10.

1218. Hoc anno Waldemarus tercius consecratur. Obiit[x] Otto imperator; et eodem anno obiit comes Nicolaus de Hallandia.

1219.[y] Hoc anno Waldemarus cum exercitu magno ivit ad Estlandiam. f. 219

1220. Hoc anno Ierusalem capitur a cristianis. Rykiza[z] regina Swevorum obiit. Rex Waldemarus secundo ivit ad Estoniam[a]; et Andreas archiepiscopus Lundensis[b] recessit[c].

1221. Hoc anno obiit[d] Bæringaria regina Danorum. Urbs[e] Revale obsessa[f] est primo.

1222. Hoc anno Gregorius[g] cardinalis fuit in Dacia.

1223. Hoc anno captus est rex[h] Waldemarus cum filio suo Waldemaro[i].

1224. Hoc[k] anno Petrus prepositus archiepiscopus factus est Lundensis.

1225.[l] Hoc anno obiit Petrus episcopus Roskildensis, filius Iacobi, in itinere Ierusalem, et sepultus est in Flandria in claustro Griseorum[m] Dos[1].

1226. Hoc anno solutus est rex Waldemarus cum filio [suo[n]], et redemit[o] se 90 libris argenti examinati, hoc est 45 milibus marcarum. Eodem anno Nicolaus consecratur[p] episcopus Roskildensis.

1227.[q] Hoc anno capti sunt Dani Borwienhofoth[r] in die beate Marie Magdalene, et rex amisit victoriam[2]. Eodem[s] anno obiit Honorius papa. Successit Gregorius IX. Iul. 22.

1228. Andreas et Petrus archiepiscopi obierunt; et Uffo[t] electus[u] est in archiepiscopum.

1229. Hoc anno Uffo archiepiscopus consecratur; et Ericus rex Swevorum fugit de Olostru[v] bello in Daciam.

1230. Hoc anno Otto *cardinalis fuit in Dacia. Eclipsis solis facta est die dominico. *f. 219.

1231. Obiit Waldemarus iunior III[us] rex Danorum et regina[3] eiusdem[w].

a) primam ux. 3. b) Dagwmarch 2. c) et — Slaviam *des.* 3. d) Sclav. 2. e) rex *corr.* ēpē 1; W. (Vold. 3*a*) ep. 2. 3 (*ubi* de c. *des.*). f) *a.* 1207. *deest* 3. g) Lenæ 2. h) Salandiam 2; Selandiam *post corr.* Semblandiam 3*a*, *et ita* 3*b*. i) Dagwamarch 2; ex Dagmar 3. k) Swevorum 2. l) Rychizam 2; Ringissa 3*a*; Ringisam 3*b*. m) et corruit Suercherus rex Sueciae anno sequenti 3. n) Swærcherus 2. o) Gyestilrenz 2. p) Suenonis *corr.* Sunonis 3*a*, *et ita* 2. 3*b*. q) *reliqua et a.* 1215. *des.* 3. r) Vo 2. s) consil. 2. t) Skelm 2; Skielm 3. u) Plogpænning 2; Plogpenig 3*a*; Plogpenning 3*b*. v) uiscesima 1. w) *a.* 1217. *deest* 3. x) Ob. O. imp. *des.* 3. y) *a.* 1219. *et* Hoc — cristianis *a.* 1220. *des.* 3. z) Rikyzæ 2. a) Esflandiam 2; Estlandiam 3. b) *deest* 2. c) resedit 1; sc. sede Lundensi *in marg. add.* 3*a*, *et ita* 3*b*. d) *deest* 1; Ob. r. Beringera 3. e) Urbs — Dacia *a.* 1222. *om.* 3. f) obcessa cum pr. 2. g) c. Gr. 2. h) V. (W.) r. 3. i) Waldemar 2; Voldemar 3*a*; *deest* 3*b*. k) *haec des.* 2. 3. l) MCCXXIV. 2. 3*a*; *haec des.* 3*b*. m) grisorum 2; in cl. Gr. D. *des.* 3*a*. n) *deest* 1. o) r. se *des.* 3*a*; Hoc — se *des.* 3*b*. p) consecratus 2. q) 1225. 3*a*. r) e *post add.* 1; Bornæhofæch 2; apud Bornehoffvit 3. s) *reliqua h. a. et a.* 1228—1230. *om.* 3. t) Wffo *h. l.* 1. u) *bis scr.* 1. v) Olostro *mox corr.* Olostru 1. w) *deest* 2; D. cum regina 3.

1) Ter Doest prope Brügge. H.-E. 2) Quotquot habemus Annales Danici coaevi brevissime tantum de hac clade Waldemari referunt. Quare ex historia archiepiscoporum Lundensium post medium saec. XIV. conscripta locum exhibendum duxi, qui fusius de illa agit, quamvis eum ex traditione incerta haustum crediderim (SS. R. Dan. VI, p. 625): *Horum tempore bellum fuit Bornehovit in Holsatia die beate Marie Magdalene inter illustrissimum principem dominum Waldemarum, Danorum regem, ducem Estonie et dominum Nordalbingie, ex una parte et ducem Brunsvicensem ac Lubicenses ex alia parte, et magnis proditionibus intermediis Alemanni victoriam obtinuerunt (*alter textus: *habuerunt). Tanta fuit ibi strages facta hominum et animalium, quod miles sedens erectus in dextrario clipeum natantem in sanguine hominum et animalium lavare potuit. Et victoria obtenta, Nordalbingi, Lubicenses et Holsati ab obedientia Danorum recesserunt.* 3) Alienor.

1232. Hoc anno Ericus rex coronatur; et Abel dux factus est[a]; et Ericus rex Swecie[b] rediit in terram suam.

1234.[c] Hoc anno maius incendium fuit Lundis[d]. Ecclesia totaliter combusta est. Obiit[e] Nicolaus episcopus Slæswicensis[f], regis Danorum cancellarius.

1237.[g] Hoc anno dux Abel duxit [uxorem[h]] filiam[1] comitis Adulfy[i] de Holtsacia; et tempestas in 5
Nov. 23. die beati[k] Clementis fuit maxima.

1238.[l] Translacio sancti Willyelmi[m]. Fratres Minores venerunt[n] Lundis primo.

1239.[o] Ierusalem capitur a paganis. Ericus rex duxit uxorem[2].

1240.[p] Obiit Iohannes, filius Iacobi, et Sculo dux Norwegicus[q] occiditur.

1241. Obiit [rex[h]] Waldemarus II[us] 5.[r] Kal. Aprilis, in vigilia[3] cene[s] Domini; et[t] eclipsis solis 10 eodem anno fuit. Et[u] Tartari Ungariam intraverunt et devastaverunt. Et Petrus Strangonis obiit Ripis[v] in itinere Ierusalem.

1242. Hoc anno obiit Gregorius papa. Successit Innocencius papa IIII[us].

1243. Hoc anno Ericus rex duxit excercitum ad Kaldingæ[w, 4] contra Abel, fratrem suum.

1244.[x] Hoc anno ituri erant rex Ericus et dux Abel[y] Ræwaliam[z], et venientes Vüsta- 15 tha[a, 5], reversi sunt.

1245. Hoc anno Nicolaus episcopus Roskildensis[b], non suis meritis exigentibus, set ex
*f. 220. malignitate regis et suorum de *dyocesi sua iniuste fugatus est. Eodem anno obiit[c] Wan Gunnasun[d]. Celebratum est concilium generale ab Innocencio papa IIII. Lugdunii[e].

1246. Obiit pie memorie dominus Iacobus, filius Sunonis; et orta est guerra inter regem 20 Ericum et fratres suos, videlicet Abel ducem[f] et Cristoforum.

1247. Hoc anno claustrum de Sora[c] cum monasterio totaliter concrematur, et capta est Rypis[g] a duce Abel cum melioribus Dacie[h], et iterum revicta a rege Erico.

1248. Hoc anno facta est expedicio ad Arwaskogh[i, 6]; et occupat[k] rex Ericus omnia[l] castra fratrum suorum et bona. 25

1249. Hoc anno obiit pie[m] memorie episcopus Nicolaus Roskildensis in Clara-valle[n]; et rex Ericus compulit[o] totam Daciam ad denarios redarios sive aratrales[p]; et veniens in Scaniam, idem petens, et fugatus est a rusticis cum multa strage suorum a civitate Lundensi
Mart. 30. feria 3. ante pasca[q], 3. Kal. Aprilis; et post hec rustici obsederunt eum in Hælsyngaburgh[r]
Apr. 2. donec in paraceue[s], et tunc in nocte rex clam fugit in Syalandiam; et postea in secunda 30
Apr. 5. die pasche rediit in Scaniam ante civitatem Lundensem, et facta est composicio[t] inter Scanienses[u] et regem.

1250. Hoc anno rex Ericus a Fresia fugatus[v] est, militibus suis quam plurimis[w] inter-
*f. 220'. Aug. 9. fectis[x]; et postea in *nocte sancti Laurencii in dolo apud Slæswic[y] per Laonem[z] et complices suos est captus et compedibus ligatus, facta bona confessione, capite detruncatur, 35 in Myosund precipitatur 5.[a] Idus Augusti; et parum post hoc frater eius Abel in regem eli-
Nov. 1. gitur et in die omnium sanctorum coronatur[b].

1251. Hoc anno Folkunga[c] interfecti sunt [in Swecia[d]].

1252. Hoc anno Abel rex Danorum interfectus est a Frisonibus[e] in Utlandia[f] iuxta
Iun. 29. Hwsænbro[g] in die apostolorum Petri et Pauli. Et eodem anno obiit pie memorie archi- 40 episcopus Wffo Lundensis[h] 17. Kal. Ianuarii. Cristoforus in regem electus est.

1253.[i] Hoc anno Iacobus in archiepiscopum electus est.

a) *reliqua h. a. om.* 3. b) Swcie 1. c) MCCXXXIII. 2. d) in Lund et e. tota (tota e. 3*b*) est o. 3, *reliquis omissis.* e) MCCXXXIV. *h. l.* 2. f) Sclesw. 2. g) 1236. 3*a*. h) *deest* 1. i) comis Adulfi de Holsacia 2; Adolphi de Holsatia 3. k) *deest* 2. 3. l) *a.* 1238. *et* Ier. — paganis *a.* 1239. *et* 1240. *om.* 3. m) Willelmi 2. n) veniunt 2. 45 o) MCCXXXVIII. 2. p) MCCXXXIX. 2. q) Norvegius 2. r) 5. Kal. Apr. *des.* 3. s) cenæ *corr.* cene 1. t) et — fuit *om.* 3. u) Et — dev. *des.* 2. 3. v) R. in it. I. *et a.* 1242. *om.* 3. w) Kaldinge 2; Cholling 3*a*; Colding 3*b*. x) *a.* 1244. *om.* 3. y) *deest* 2. z) Raffaliam 2. a) -wst. 1; Ystathæ 2. b) R. fugatus est iniuste a rege 3, *ubi reliqua h. a. et a.* 1246. *om.* c) *deest* 1. d) Wang Gunnæ 2. e) Luyd'unii 1; Lugdūnii 2. f) *deest* 2. g) Ripis 2. 3*a*. h) regni D. 3. i) Arnæschogh 2; Arneschog 3*a*; Arneskog 3*b*. k) ocupat 1. l) unum castrum *Exc.* m) p. m. *des.* 3. 50 n) Clara valde 2. o) contulit 2. 3*a*. p) aratraleff 2; aratrelef 3*a*; aratreleff 3*b*. q) pasche 2. r) Hælsingeburgh 2; Helsinborg 3*a*; Helsingborrigh 3*b*. s) *ita* 1. 2; paraseve 3*a*. t) expedicio 1; exposicio 2. 3*a* *(in marg.* composicio, *et ita 3b);* sedicio contra regem *Exc.* u) Sc(h)aniam 2. 3. v) est f. 2. w) plurimus 2. x) occisis 3. y) Sclæswic 2. z) Lauonem 2. 3. a) 5. Id. Aug. *des.* 3. b) eligitur 1. c) Folkunge 2. d) in Sw. *des.* 1. e) Fresionibus 2. f) Utlan‚landia 1; Iutl. 2. 3. g) Husembro 3. h) L. 17. K. Ian. *om.* 3. i) *a.* 1253. *om.* 3. 55

1) Mathildem. 2) Iudith. 3) Mart. 28. fuit ipsa coena Domini a. 1241. 4) Kolding. 5) Ystad in Scania. 6) Arreskov in Fionia. LANG.

1254. Hoc anno Swynæburgh[a. 1] prosternitur; et Henricus Æmælthorp[b] edificavit castrum in Skælfiskæor[c. 2] et tenuit, et conflictum habuit[d] cum rege Cristoforo et fugavit eum. Obiit[e] Innocencius papa IV; successit . . . . . .*.

1255. Hoc anno rustici exasperati fuerunt[f] contra nobiles.

1256.[g] Hoc anno obcessum[h] fuit castrum Ræfshalaburgh[i. 3] et destructum.

1259. Hoc anno captus est archiepiscopus Iacobus Lundensis[k] in nocte sancte Agathe virginis in curia Gyslæbyærgh[4] per mandatum regis Cristofori. Et eodem anno rex Cristoforus mortuus est; et[l] archiepiscopus exivit de carcere, et bellum fuit Næstwic[m. 5]. *Febr. 5.*

[Eodem[n] anno Iarmarus[6] venit Kopmannhaven[o] cum exercitu magno (in[p] 3) feria ebdomadam[p*] pasche].** *Apr. 15.*

1261. Hoc anno Byrgerus[q] dux Sweorum[r] venit Kopmannahafn[s] *cum exercitu magno; et eodem anno captus est rex[t] Ericus et mater sua regina Margareta in Loheth[u. 7], et meliores regni Dacie interfecti, et quidam[v] capti, et episcopus Slæswicensis[w. 8] captus et carceri mancipatus. **f. 221.*

1262. Hoc anno archiepiscopus Iacobus exulavit in Sweciam[x]. Et dux de Brunswyc[y. 9] venit in Daciam[z] et operatus est multa mala; et per mandatum dicti ducis et magistri Gerardi et Iohannis dicti Parvi omnia bona Lundensis et Roskildensis ecclesiarum sunt spoliata, similiter et bona canonicorum confiscata, presbiteri vero ignominiose[a] capti et captivati[b] ducebantur et omnibus suis spoliati[c] sunt. Quanta mala Deus permisit fieri per[d] predictos ducem de Brunswyc[e] et complices suos, longum est enarrare per singula. Domus[f] Aos[10] obcessa[g] et destructa.

1263. Hoc anno Scanienses obsederunt castrum[h] Hælsyngaburgh[i], et Scanienses[h] castrum ceperunt. Dux de Brunswik[e] recessit[k. **] de Dacia cum magno dedecore[l], et captus est a marchione Misinensi[11] iusto Dei iudicio; et[m] suspensus est Petrus Finsson.

1264. Hoc anno rex Ericus de capcione liberatus est; et archiepiscopus Iacobus iter arripuit ad curiam[n].

1265.[o] Mortuus est episcopus Nicolaus Slæswicensis et sepultus Warongaburgh[12].

[1266.[p]] Cardinalis[q] Guido venit in Daciam[13].

[1267.[p]] Obiit[r] Byrgerus dux Swevorum.

EX CONTINUATIONE

codd. 2. 3.

1268.[s] Obiit dominus dominus papa Clemens circa festum beati Andree. . . . . . . *Nov. 30.*

1271. Post obitum istius Clementis pape sedes Romana per triennium vacabat.

1272. Gregorius papa X[us] electus est Letare Ierusalem. *Apr. 3.*

*) Alexander IIII. *add.* 2.

**) 3 *add. hoc loco:* 1252. Venit Henricus de Milderup[14] in Daciam et abstulit regi Christophoro castrum de Món cum insula et multum isto anno turbavit regem.

1257. Reconciliatus est rex Christophorus cum rege Norvegie, qui et Christophoro promisit fidelitatem.

1258 (1259 3*a*). Marchio et Dani reconciliati sunt; et concilium fuit Rostoch.

1259. Ericus, filius Christophori, coronatus est in regem 11. aetatis suae. *Quae prope ad Ann. Nestved. maiores accedunt.*

a) Swinæburgh 2. b) æ|æmælthorp 1; Æmælthoph 2. c) Skyælfis kæørth 2. d) fuit 2. e) *reliqua h. a. om.* 3. f) sunt 2. 3. g) *a.* 1256. *om.* 3. h) *ita* 1. 2. i) Ræfsalæburgh 2. k) *deest* 2. 3. l) et altero anno arch. 3. m) Næstwech 2; in Nestuet (Nestwedt 3*b*) 3. n) *haec des.* 1; Et Ierem. 3. o) Kop(p)enhagen 3. p) in 3. *des.* 3. p*) hebdomadarum 3. q) Birg. 2. 3*a*. r) Swevorum 2; Sueonum 3. s) Køpmannæhafn 2; Kopenhagen(n) 3. t) E. rex 3. u) Loheeth 2. v) quidem 2. w) Slesw. 2. x) Swciam 1. y) Brunswic 2. z) regnum devastaturus *add.* 3. *Lud.* a) igno|nominiose 1. b) *sic* 1. 2. 3. c) sunt sp. 2. d) *deest* 2. e) Brunswic 2. f) domos 2. g) *ita* 1. 2; o. est et d. (est *add.* 3*a*. *Lud.*) per Scanienses (Schan. 3*a*) 2. 3. *Lud.* h) *deest* 3. i) Hælsinburch 2. k) fugit de D. cum magna confusione *Exc.* l) decore 2. m) et — Finsson *om.* 3. n) Romanam *add.* 2. 3. o) *hunc annum om.* 2. 3. p) *numeros omisit rubricator* 1. q) 1266. Hoc anno v. Guuydo c. ad D. 2; V. G. c. ad D. 3. r) *haec des.* 2. 3. s) *a.* 1268. *et* 1271—1274. *om.* 3. *Lud.*

1) Svendborg in Fionia. 2) Skjelskør in Selandia. 3) Olim castellum munitum, portum Hafniensem defendens. LANG. 4) Gisleborg prope Landskroniam Scaniae. LANG. 5) Nestved in Selandia. 6) H. princeps Rugiae. 7) Campo prope Schleswig. 8) Nicolaus II. 9) Albertus. 10) In Scania ad ostium amnis Helga situm. LANG. 11) Heinrico. 12) Vordingborg in Selandia. 13) Cf. de hoc et sequenti anno praef. p. 186, n. 3. 14) Alias Emelthorp dictus.

1274. Consilium generale celebratur Ludonia sub papa Gregorio X°. . . . . . .

1276. . . . . . . Eodem anno Magnus Sweorum[a] rex duxit filiam[1] comitis G[erhardi[b]] Holstzacie in uxorem. . . . . . .

1283. Waldemarus[c], filius ducis Erici, factus est dux Iucie. . . . . . .

1284. . . . Alverus, filius Ærlingi[d], de Norwegia egit pyraticam et depredatus est omnes quos invenit, scilicet[e] Danos, Theutonicos[f], Frisones[e] et aliarum parcium merchatores. Quidam[g] surrexit iuxta Renum, qui[h] se gerebat pro Federico quondam imperatore ante 35 annos mortuo, cui adheserunt multi. . . . . . .

1285. Alverus pyrata de Norwegia depredatus est Horsnæs[i] et Kalændæburgh[2], et supervenientibus mercatoribus de Sclavia cum 30 vel amplius magnis coggonibus et manu valida bellatorum, reversus est Norwegiam cum preda quam rapuerat. Dicti autem mercatores locaverunt classem, quam adduxerant, apud Hælsingær[k], nichilque dignum memoria vel laude facientes, post octo septimanas vacui honore[l] et laude redierunt. . . . Ericus rex Dacie captivavit Waldemarum[m] ducem Iucie et subvertit castrum Tundær[n]. . . . Philippus[o] rex Francie oppressus est in bello quod habuit contra Petrum regem Aragonum.

1286. Waldemarus[m] dux Iucie solutus est a captivitate in parlamento apud Nyburgh[p] habito. Interfectus est rex Ericus in lecto suo a suis militibus in nocte beate Cecilie. (Nov. 22.)

(Aug. 2.) 1287. . . . Et in sabbato proximo[3] iverunt omnes *[Norwegienses cum exulibus Danis]* simul ad Grønæsund[q], ibique castrum domini Wiszlavi[r] per diem et noctem impugnabant, multisque interfectis, . . . sunt reversi. . . . . . .

1290. . . . Alff Ællingesun[s] rotatus est in Helsinburg[t]. . . . . . .

1291.[u] Akon victa fuit a soldano, omnibus interfectis, et tota Terra Sancta devastata.

. . . .

1300. Rex Ericus accepit terram Rostok[v] in potestatem suam. . . . . . .

1302. Facta est translacio domini Ysarni[w] de Rigensi archiepiscopatu ad Lundensem et domini Iohannis Grand predicti de Lundensi ad Rigensem, quem noluit acceptare. Hanc translacionem fecit dominus papa Bonifacius octavus . . . . . .

1305. . . . Obiit domina[x] mater regis, quondam Dacie regina[4].

. . . .

a) Sueonum 3. *Lud.* b) G. 2; Gerbardi Holsatiae 3. *Lud.* c) Vald. 3*a*. d) Erlungi 3. *Lud.* e) *deest* 3. *Lud.* f) Teuthon. 3. *Lud.* g) *haec* — multi *om.* 3. *Lud.* h) que 2. i) Horsnes et Callenborgh 3*a*; Horssens et Callundborrig 3*b*. *Lud.* k) Helsingør 3. *Lud.* l) v. et sine h. red. 3. *Lud.* m) Vold. 3*a*. n) Tunder 3. *Lud.* o) *haec om.* 3. *Lud.* p) Nyborg 3*a*; Nyborgh 3*b*. *Lud.* q) Gronesund 3*a*; Grönsund 3*b*. *Lud.* r) Wnifslaui 3*a*; Uuislavi 3*b*; Wuislavi *Lud.* s) Erlingesen 3*a*; Erlingssön 3*b*. *Lud.* t) Helsingborgh 3*a*; Helsingborg 3*b*. *Lud.* u) *annum* 1291. *om.* 3. *Lud.* v) Rostock 3*a*; Rostoch *Lud.* w) Is. 3. *Lud.* x) Dan *corr.* domina 3*a*.

EX CHRONICA DANORUM SIALANDICA.

A ceteris Annalibus Danicis hi ita differunt, ut illud nomen retinere liceat, sub quo primum lucem viderunt. A celeberrimo enim illo rerum septentrionalium investigatore Arna Magnaeo a. 1695. *Lipsiae edita est* 'Incerti auctoris Chronica Danorum et praecipue Sialandiae', *quam* 'ex veteri membrana' *se eruisse profitetur, ex qua etiam titulum sumptum esse verisimile est, cum liber inscriptus sit* Incipit chronica *etc. Annalibus, quos aliunde sumptos esse comparatis aliis exemplaribus apparet, auctor non pauca inseruit ex aliis fontibus hausta, videlicet Adamo Bremensi*[5], *Vita Kanuti ducis, Saxone, Vitis Bernhardi Clarevallensis, Thomae Cantuariensis, libro de exordiis ordinis Cisterciensis*[6], *cui ipsum addictum fuisse patet*[7]. *Ubi vero vixerit, non constat. Tam de*

1) Hedwigem. 2) Horsens et Kallundborg. 3) Praecedit: *feria quinta* (Iul. 31) *ante Petri vincula* (Aug. 1). 4) Agnes. 5) A. 1028: *De quo sic reperitur in historiis.* Sequuntur excerpta Adami, ut iam Arnas Magnaeus vidit. 6) Usinger p. 57 sqq. Quae de sanctis Francisco et Dominico narrantur unde hausta sint, indagare non potuit. 7) Ita recte Langebek II, p. 603, qui eum monasterii Sorani aut Esromensis conventualem fuisse censet.

rebus Slesvici actis[1] *quam de Lundensibus*[2] *peculiaria quaedam tradit, in illis ad testes rerum gnaros provocat*[3], *ut eum potius in Iutia quam in Sialandia vixisse coniicias. In hac tamen insula miracula s. Margaretae Roskildis facta auditu vel visu accepisse videtur*[4]. *Incipit in a.* 1028, *annales usque ad a.* 1282. *descripsit. In his maxime cum Vitescolensibus et Ryensibus convenit, sed multa verba addidit*[5], *ut res breviter indicatas explicaret. Editore teste in codice 'variis antiquis manibus passim non pauca erant ascripta' (quae littera A signavi), quae cum Annalibus Waldemarianis maxime, deinde cum Ryensibus et Essenbecensibus*[6] *conveniunt. Alia 'recenti manu apposita', sed, ut Arnae Magnaeo videbatur, 'ex antiquo quodam codice desumpta', minoris sunt auctoritatis, et ipsa ad Essenbecenses et Ryenses accedentia (haec littera B indicavi). Variis typis variam operis compositionem prae oculis ponere studui. Ceterum editionem principem sequi debui, codice a.* 1728. *cum aliis multis igne consumpto, sed verba secundum morem saec. XIII. scripsi; neque Langebek, qui Chronicam Scriptorum tomo II, p.* 602 *sqq., inseruit, alia habuit subsidia.*

G. W.

INCIPIT CHRONICA DANORUM ET PRAECIPUE SIALANDIAE.

. . . .

1096. Obiit Olaf Fames; cui successit Ericus Bonus; sepultus est autem in Rodos insula exul et peregrinus. (cf. Lund.)

1098. Exordium Cistertiensis ordinis, id est Grisei monachi tunc inceperunt primum manifeste. (ib.)

1099. Capta est Hierusalem a christicolis, et factus est concursus peregrinorum illuc. (ib.)

1101. Obiit 6. Idus Iulii Ericus rex, qui cognominatus est Egothe, cum Botilda regina, uxore sua legitima, in itinere Hierosolymitano in Cypro insula. (cf. Lund. Ryen.) De ipso ita refertur, quod, cum Romam pervenisset — — apparuit *[ex Vita Kanuti c. 1]*. De eodem Erico ita legitur in Gestis Danorum[7]: Regnante eo, agrorum habitus — — prosequerentur. Sciendum, quod supra memoratus rex tres filios, de quibus mentio fit, procreaverit, quorum duos de thoro alieno, id est Haraldum et Ericum[8], qui cognominatus est Emune, post discessum suum super regni tutelam constituit, Kanutum vero, qui postea martyrizatus est, ex legitima sua, videlicet Botilda regina, natum Skielmoni illustri viro alendum reliquerit[9]. . . . . . .

1103. Ascerus episcopus Lundensis factus est archiepiscopus Dacie primus. (cf. Ryen.) Hoc autem privilegium a Paschali papa, procurante illustri rege Danorum Erico Bono, acquisitum est. Unde refert in Gestis Danorum Saxo[10] cognomine Longus, mire et urbane eloquentie clericus: Ne Dani sub externo — — magistram effecit.

1113. Hoc anno servus Christi Bernardus, annos natus circiter 22, Cistertium ingressus cum fratribus et sociis suis amplius quam 30, (V. Bern. I, 19.) quos ipse verbo vite Christo genuerat, suavi iugo Christi collum submisit. Quantum autem profuerit dilectus Deo ordini Cistertiensi, imo universali ecclesie sancte Dei, testatur Alexander papa in epistola, quam ad prelatos ecclesie scripsit. Ait enim[11]: *Sacrosanctam Romanam — — venerandus.* Virtutes huius gloriosi narrat omnis ecclesia sanctorum. Nam qui id vel ex parte scire affectaverit, legat libros 5 qui de vita et virtutibus eiusdem conscripti sunt. Longe tamen eminentius in suis ipse libris apparet et ex literis propriis innotescit, (ib. III, 29.)

1) A. 1130. 1250. 2) A. 1228, ubi Andream archiepiscopum celebravit et ex eius carminibus nonnulla descripsit. 3) A. 1250: *sicut retulit qui se hec scire protestatus est. . . . Asserunt plurimi fideles populi et devoti.* 4) *De miraculis illius sancte* (ab Absalone ad ecclesiam Roskildensem translatae), *que per illam Dominus operatus est, paucis, ut opinor, constat, non quia non sunt per virtutem Domini facta, sed magis quia non sunt scripto, ut dignum erat, ad laudem salvatoris nostri Dei commendata et in auribus fidelium publicata.* Cf. Usinger p. 60. 5) *Rex Kanutus, in Slavia* et quae sunt eiusmodi. 6) Quod recte monuit Schaefer p. 45. 7) Saxo ed. Müller p. 600—602. 8) Haec ex Saxone ed. Müller p. 603. sumpta esse videntur. H.-E. 9) Cf. Vita Kanuti c. 1; Saxo p. 609. 10) Ed. Müller p. 609 sq. 11) Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 12330.

[V. Bern. III, 29.] ita ut merito illud Ambrosianum ipsi possit aptari: *Laude ipse se sonet et laureatus spiritu scriptis coronetur suis.* . . . . . . *[1]

[cf. Ryen.] 1130. Sanctus Kanutus dux Dacie martyrizatus est in silva Haraldstathæ a Magno, filio Nicolai regis. Cum enim rex Ericus cognomine Bonus ad Terram Sanctam proficisceretur, Haraldum, filium suum maiorem natum, super regnum constituit, Kanutum vero, quia tunc temporis parvus erat, Skyalmoni Candido alendum commisit. Ut autem mors Erici Danis innotuit, Haraldum deiciunt et Nicolaum, fratrem regis Erici, super regnum firmaverunt. Qui ex regina Margareta, nobili femina, filium nomine Magnum procreavit. Post paucos igitur annos, cum regina diem cerneret sibi ultimum imminere, Kanutum benigne alloquitur — —[2]. Passus est autem dux Dacie Kanutus, regis Erici Boni filius, 7. Idus Ianuarii, feria 4; cuius mortem pretiosam in conspectu Dei crebra testantur miracula ad laudem salvatoris nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum! Amen. Sciendum autem, quod, licet omnis etas et sexus virorum ac mulierum super morte dilecti Dei Kanuti doleret, precipue tamen frater eius Ericus, videlicet Emunæ, sibi erat vir strenuus et prelia sepius contra hostes regni cum fratre suo commiserat. Inde accidit, ut regem bellis sepius fatigaret, adiutorium ei prebentibus omnibus qui extiterant amici ducis memorati. Et licet sepius fugisset Ericus a facie regis, tandem, Deo vindicante sanguinem martyris sui, Ericus victoria potitus, Magnum interfecit et Nicolaum a regno depulit. Qui cum venisset prope Hethæby, dissuaserunt ei comites et pueri sui, ne introiret illuc. Dicebant enim, quod burgenses districtissimam legem tenent in convivio suo quod appellatur hezlagh[3], nec sinunt inultum esse, quicunque alicui convivarum illorum damnum sive mortem intulerit; et dux Kanutus, dum adviveret, senior erat convivii illius et defensor. Sprevit huiusmodi admonitionem rex et dixit: 'Numquid timendum est nobis a pellipariis et sutoribus istis'? Mox itaque, cum villam esset ingressus, clauserunt portas civitatis, et repente campana convivii clarius insonuit. Concurrentes autem burgenses rapuerunt regem et cum omnibus qui eum defendere nitebantur morti tradiderunt, et sic vindicatus est sanguis iustus de manu impiorum. [cf. Apoc. 19, 2.] Que hic sub compendio dicta sunt latius infra patebunt.

[cf. Vitesc Lund. Essenb] 1131. Bellum fuit Ialing[a] Iutie inter Nicolaum regem et Ericum Emunæ, et fugit Ericus.

1132. Item aliud bellum inter eosdem in Syræ insula, et similiter fugit Ericus**.

1133. Fractum est castrum Haraldi Kæsiæ Roskildis, qui fuit frater Erici Emunæ.

1134. Roskildis depopulata est, Haraldo Kæsiae cedem et mutilationem faciente.

1135. Bellum fuit Fotævig Scanie inter Nicolaum regem et Ericum Emunæ, et facta est plaga magna in exercitu Nicolai, et Magnus, filius eius, et quatuor episcopi de Iutia, et Petrus episcopus Syalandie et Henricus Suecie peremti sunt, et Nicolaus rex fugit et interfectus est.

. . . . ***

1139. Ericus Emunæ interfectus est† a Plogone Nigro; cui successit nepos eius, videlicet Ericus Lamb.

. . . .

1147. Obiit rex Ericus Lamb; cui successerunt in regno Suen, filius Erici Emunæ, et Kanutus, filius Magni, et Waldemarus, filius sancti Kanuti. Eodem anno Suen et Kanutus pugnaverunt Slangæthorp.

1148. Sanctus Malachias Hyberniensium archiepiscopus migravit ad Dominum. Iste Malachias — — Scripsit de eodem presule librum sanctus Bernardus miraculis et virtutibus plenum[4].

. . . .

1150. Bellum fuit Thorstenthorp inter Suen et Kanutum, et fugit Kanutus.

1151. Bellum fuit Wibergis, et iterum fugit Kanutus.

1152. Exulavit Kanutus in Sueciam et Rusciam.

*) *B add.:* [cf. Ryen.] 1115. Clara-vallis fundatur, et beatus Bernardus ibidem abbas preficitur.
[ib.] 1120. Ordo Premonstratensis initium sumit.

**) in quo Ericus potitur victoria[5] *B.*

***) *B add.:* [cf. Essenb.] 1136. Ericus Emunæ factus est rex, qui fecit occidi Haraldum, fratrem suum.
[ib.] 1137. Tenebre fuerunt in quadragesima per totam Daciam.

†) *B add.:* in Iutia.

a) Laling *c.*

1) Plura addit auctor ex Vita Bern. III, 29. 30. V, 11. 20. 15. I, 1; et in fine epitaphium Bernardi vulgatissimum addit: *Clarae sunt valles* etc. 2) Haec ex Vita Kanuti c. 1–8, insertis perpaucis ex Saxone ed. Müller p. 609. 638, verbis nonnusquam mutatis. 3) Legem Hethebyensium interpretatur Dahlmann I, p. 237 n. Totam narrationem reiecit Hasse, 'Schleswiger Stadtrecht' p. 113 sqq. Breviter rem narrant Ann. Ryenses; cf. Saxo l. XIII, supra p. 84. 4) Haec ex Vita Bern. IV, 21. et Vita Malachiae. 5) Sic Ann. recent. II, infra p. 236. H.-E.

1153. Hoc anno sanctus Bernardus primus abbas Clare-vallis et doctor eximius migravit a seculo. Multa per hunc famulum suum miracula mundo Christus Deus noster ostendere dignatus est. Nec post beati Martini Turonensis episcopi tempora quisquam sanctorum in carne mortali degens facile reperitur, qui tanta remedia infirmantibus et afflictis contulerit. Nam, ut pauca proferam, per que etiam non audita intelligantur, cum regnum Germanie sanctus Dei Bernardus introisset, tam excellenter enituit in gratia sanitatum, ut vix credi valeat, si dicatur. Nam testificati sunt qui adfuere et oculis suis viderunt in territorio Constantiensi —' — auditum [1]. Hec et his similia in libro quarto de miraculis eiusdem sancti reperiuntur abundanter.

1154. Desponsavit Waldemarus Sophiam, sororem Kanuti.*

1155. Facta est pax inter Suenonem regem, Kanutum et Waldemarum, ita ut quilibet eorum parte sua de regno contentus esse deberet.**

1156. Kanutus rex a Suenone Roskildis occiditur, et Waldemarus vulneratus fugit in Iutiam, adiuvante eum Esberno Snaræ.*** cf Saxo p. 728 sq.

1157. Suen rex interfectus est in Gratbæ, et Waldemarus obtinuit monarchiam.

. . . .

1163. Waldemarus adivit imperatorem.† . . . . . .

1170. Translatus est sanctus Kanutus Ringstadis a Waldemaro primo per ministerium venerabilis Absalonis episcopi, cuius id exsequendi officium erat, adstantibus turbis religiosorum clericorum ac laicorum et matronarum devotissimarum clamantium et dicentium: 'Benedictus dominus Iesus Christus, qui sanctum Kanutum Syalandie prefecit patronum'. Et sicut legitur in Gestis Danorum, patris eius, id est Waldemari primi, ossa are traduntur, et filius 7 annos natus, id est Kanutus, filius eiusdem Waldemari, regia in sella purpura venustatur. Eodem enim die, quo filium diademate, parentem altario honoravit, id est 7. Kal. Iulii [2]. Saxo p 852. ib

Eodem etiam anno Rö in Sclavia a Danis est victa et ad fidem Christi conversa. . . . . . .††

1173. Terre motus factus est per Daciam universam. Obiit Christophorus dux Iutie.

. . . .†††

1181. Rex Waldemarus occurrit imperatori apud Trafn, ubi etiam duas filias suas maritavit.

1182. Obiit Waldemarus primus, qui filius erat sancti Kanuti ducis et martyris Ringstadis.

1184. Expeditio facta est a rege Kanuto ad castrum Walgust in Sclavia.*†

1187. Hierusalem a paganis capta est. Eodem anno facta est eclipsis solis.

1188. Dux Waldemarus fit miles 7. Kal. Ianuarii.**†

1191. Expeditio ad Finland***†, que devicta est a Danis.

1192. Episcopus Waldemarus fugit de Dacia. . . . . .

1193. Reversus est Waldemarus episcopus et captus.*†† . . . . . .

1194. . . . Et comes Adulfus de Holsatia capitur a rege Kanuto.

. . . .

1196. Kanutus rex cum exercitu profectus est in Estland.

1197. Incepit ordo sancte Trinitatis.

. . . .*†††

*) *B add.:* et reconciliati sunt reges.

**) *B add.:* 1156. Sueno, violata per ipsum fide et pace, fugatus est in Saxoniam; rediensque cum duce Henrico et multo auxilio, ut expugnaret Kanutum et Waldemarum, et iterum fugit. cf. Ryen.
1157. Sueno iterum rediit, pacem fecit, et tripartitum est regnum. Waldemarus [3] enim sortitus est Iutiam, et Kanutus Sialandiam cum insulis circumiacentibus, et Sueno Scaniam. Sed his non contentus Sueno mox Kanutum Roschildis dolo occidit. ib.

***) *A add.:* in die sancti Severini [4]. Wald.

†) *A add.:* Fredericum apud civitatem Metensem. cf. Ryen.
1166 (*pro* 1173): Obiit Christoforus dux Iutie. Wald

††) *B add.:* 1171. Sanctus Kanutus translatus est. Kanutus, filius Waldemari, coronatus est. cf. Essenb. et Ryen.

†††) *B add.:* 1176. Waldemarus obsedit castrum Stetin.

*†) *A add.:* 1185. Bugislavus dux Pomerie volens Ruianos delere, per Danos debellatus, perdidit fere quingentas naves. Hoc anno factus est homo regis Kanuti. Wald.

**†) *A add.:* 1189. Expeditio facta est in Slaviam, et Iarmarus factus est tutor puerorum Bugislavi. Wald.
1190. Brugstenburgh reedificata est per Danos.

***†) *B add.:* per Kanutum regem.

*††) *A add.:* et positus in turri Norburgh 5 annis et post in Syoburgh [5] 9 annis. cf. Ryen.

*†††) *A add.:* 1198. Castrum Reynæsburgh captum, et Thytmarcia acquisita per Danos in die omnium sanctorum. Wald

1) Haec ex Vitae Bernhardi libro IV. auct. Gaufrido c. 41. 56, SS. XXVI, p. 114 sq. 2) Cf. Transl. S. Kanuti c. 8, supra p. 19. 3) Haec a Ryensibus recedunt; sed cum Saxone p. 720. conveniunt. 4) Haec potius pertinent ad a. 1157. *Suen rex interfectus est.* H.–E. 5) Sigborg in Selandia.

1200. Holsatia Danis subiugatur. Eodem anno sanctus Dominicus, Predicatorum dux inclytus, migravit ad Dominum. Qui ex Hispanie partibus — Dominici sanctitatem. De miraculis eius ita breviter in sequentia reperitur: *A defunctis — — missum Dei munere.*

. . . .

1202. . . . Eodem anno obiit rex Kanutus, qui fuit filius Waldemari primi*.

. . . .

1205. Rex Waldemarus duxit filiam regis Boemie. Expeditio in Scaniam[1].

1206. Andreas archiepiscopus cum germanis fratribus suis duxit exercitum in Estland[2].

1207. Rex Waldemarus obtinuit Buzæburgh et destruxit.

. . . .

1209. Episcopus Waldemarus, qui filius fuit regis Kanuti, qui Roskildis a Suenone rege in dolo cum Constantino quodam nobili de Theutonia occisus fuit, eiectus est a sede Bremensi et a papa excommunicatus est.

1210. Expeditio facta est in Samland et in Prusciam. . . . . . .**

1211. Castrum Dimin in Sclavia edificatur a Danis. Et pons ultra Albiam factus est[3].

1212. Obiit Margareta*** regina, filia regis Boemie.

. . . .† . . . .

1215. Concilium generale celebratur Rome a papa Innocentio. Waldemarus iunior in regem eligitur.

1216. Waldemarus terram palatini devastavit. Natus est rex Ericus.††

1218. Otto imperator obiit.

1219. Waldemarus ivit cum exercitu contra paganos in Estland.

1220. Obiit Berengaria regina. Hierusalem a christianis recuperatur.

1222. Gregorius cardinalis fuit in Dacia. . . . . .

1223. Captus est Waldemarus rex cum filio suo Waldemaro rege a Henrico comite, homine suo, in dolo.†††

. . . .

1226. Solutus est rex cum filio . . . . . . Eodem anno sanctus Franciscus, expletis 20 annis, ex quo perfectissime adhesit Christo, vite mortalis compedibus absolutus, 4. Non. Octobris, die dominico feliciter migravit ad Dominum. Beatus iste — — sanavit. Ideo canitur de ipso in prosa sic: *Salve decus pauperum — — In choro celestium.*

1227. Capti sunt Dani apud Bornæhöwæth*†.[4].

. . . .

1230. Cardinalis Otto fuit in Dacia. Eodem anno eclipsis solis facta est.

1231. Rex Waldemarus iunior obiit et regina Alienor. Rex Ericus consecratur. . . . . .

1236. Obiit Waldemarus episcopus monachus in Lükkæ Theutonie, qui fundavit claustrum As in Hallandia.

1237. Dux Abel duxit uxorem filiam**† comitis Adulphi in Holsatia.

1238. Translatio sancti Willelmi abbatis in Æplæholt.

1239. Rex Ericus duxit uxorem Iottam, filiam comitis de Saxonia[5].

1240. Hoc anno rex Waldemarus in castro Orthingeburgh[6] legem Danicam promul-

Wald. *) *A add.:* pridie Idus Novembris. W[aldemarus] IIus coronatur. Comes Adulphus captus est, et castrum Segebiærgh acquisitum.

Wald. 1204. Comes liberatus est.

cf. Ryen. **) *B add.:* Pons ultra Alb. factus, *quae supra a.* 1211. *leguntur.*

ib. ***) Dagmar *superscr. A.*

ib. †) *B add.:* 1214. Rex duxit secundam uxorem Berengariam.

Wald. 1207. ††) *A add.:* 1217. Ordo Predicatorum incepit. Rex misit militiam suam Brunshwik in auxilium Ottonis contra regem Philippum et ipsum de Ripis . . . duci fecit in expensis suis[7].

†††) *A add.:* 1223.

Tempore de Christi, quo mundo prodiit isti,
Mille ducenti tres anni bis quoque deni
Sunt, cum Danorum regem fraus Teutunicorum
Vinctum deduxit, quem plebs et curia luxit.

cf. Essenb. 1224. Orræ vastata est.

cf. Sigtun. Lund *†) *A add.:* die beate Marie Magdalene, ubi rex perdidit unum oculum.

Ryen. 1233. Minores Daciam intraverunt.

Ryen. **†) Mecti[l]dam *add. A.*

1) *Slaviam* legendum esse ex aliis annalibus apparet. 2) Cf. Ann. ex Ryensibus excerptos (Lang. II, p. 172), ubi h. a. legitur: *Andreas arch. d. ex. in Estlandiam cum germanis suis;* ubi Ryenses *c. g. s.* omittunt. In excerptis Velleii Soranis (v. 'N. Archiv' XII, p. 33 sqq.) a. 1205. legitur: . . . *archiepiscopus duxit expeditionem in Estoniam.* 3) Haec, quae ad a. 1208. pertinent (Usinger p. 57), in Ann. Vitescol. ad a. 1211, Waldemar. et Ryensibus ad a. 1208. leguntur. 4) Eadem verba in Ann. Suecanis, Fant I, p. 85. 5) Alberti I. ducis. 6) Vordingborg. 7) Eandem lectionem habent excerpta Sorana, supra p. 179, n. *b*. H.-E.

gavit . . . Hoc autem factum est consentientibus filiis suis et presentibus, videlicet rege Erico, duce Abel, domino Christoforo. . . . . . .

1241. Obiit rex Waldemarus II[us]. . . . . . .

1243. Rex Ericus contra fratrem suum Abel duxit exercitum apud Caldingæ.

1245. . . . et concilium generale Rome[1] celebratur.

. . . .*

1249. . . . Villa Hafn devastata est.

1250. **Rex Ericus apud Sleswic in nocte beati Laurentii captus est a duce Abel tempore pacis. Quem cum cepisset, sicut retulit qui se hec scire protestatus est, dixit ad regem: 'Memor esse debes, quia anno transacto, cum vastares civitatem hanc, filia mea inter pauperes mulieres ad latibula discurrit'. Cui rex: 'Frater carissime, bono animo esto, quia adhuc Deo volente superest mihi facultas tanta, quod plene possum filie tue calceos restituere'. Cui dux: 'Non hoc deinceps facturus es'. Cumque nullus esset, qui regem eriperet, commisit eum dux cuidam militi suo qui dicebatur Tuko Böstæ custodiendum. Miles vero hoc modo ducem interrogavit: 'Quo ducturus sum fratrem tuum regem?' Respondit: 'Duc eum quocunque volueris et fac de eo quod vis'. Quem ille festinanter cum pueris suis rapiens et cymbe, que sub ponte erat, imponens, remigando abcessit. Cum autem non longe a civitate venissent, audiunt post se vehementer remorum impulsum perstrepere vocesque remigantium, ut velociter properarent, se ad invicem cohortantium. Dixitque rex ad comites suos: 'Quis, putatis, est qui post nos venit?' Cui illi: 'Ex voce intelligimus, quod sit dominus Lagho filius Guthmundi'. Quibus rex: 'Deprecor vos igitur, o carissimi domini mei, omnes qui in hac navi estis, ut queratis mihi presbyterum, cui confiteri valeam, antequam moriar. Certus sum enim, quia nullo modo ex manibus Laghonis evadere possum'. Queritur igitur presbyter et favente Deo sine mora reperitur et ad regem in navem adducitur. Peracta igitur confessione, ministri Sathane regem arripiunt et ad littus occidentale brachii maris, id est Slæ, advehunt, decollant et decollatum, appensis galeis et cassidibus, in profundo submergunt. Transactis vero aliquantis hebdomadis a piscatoribus inventus, ad civitatem adducitur et in ecclesiola monialium sepultus est. Quem postea frater eius Christoforus rex in Ringstadiam sustulit et cum omni reverentia sepultura regia, ut dignum erat, fecit sepeliri. Sciendum vero, quia omnes regis mortis auctores ultio digna Dei modico post tempore in tantum secuta fuerit, ut ne unus quidem ex omnibus remaneret, sed universi morte pessima vitam finirent. Asserunt plurimi fideles populi et devoti et in suis tribulationibus sepius experti, quod succurrit Dominus martyris sui meritis omnibus qui invocant eum in veritate. Igitur legitur in epitaphio:

Hic iacet Ericus rex, magni Regis amicus etc.[2]

Aug. 9.

*) *A add.:* 1248. Rex duxit exercitum in Ymbre. Nuptie Christofori celebrantur. — cf. Essenb.

**) *A add.:* Ericus, homo pulcherrimus et mitissimus miles, fuit omnibus supra modum amabilis et multa strenue fecit. Inter eum et Abel, fratrem suum, ducem magna discordia fuit, [que[a]] diu duravit. Nam Abel sororem comitum[b] Holzsatie uxorem habuit, quos rex modis omnibus volebat sub ditione Danorum ponere. Dux vero Abel pro eorum defensione se fratri opposuit; unde et multoties contra ipsum dimicavit, exercitu Theotunico adiutus. Tandem dux Abel vitam et bona ponere in manibus regis compellebatur, et sic facti sunt amici, ut videbatur. Super hoc iuraverunt viginti nobiles et domini ex parte ducis, ita ut, si dux aliquando se opponeret regi, ipsi viginti ducem deserere deberent et homagium a rege in odium ducis recipere. Postea archiepiscopus Gerardus, Symon Padeburnensis[c] et comites Holzsatie castrum regis in Regnzburgh cum mille quadringentis dextrariis obsederunt. Contra quos rex Ericus paratus ad pugnam cum maximo exercitu Danæwirkö venit. Sed declinans ad civitatem Sleswik cum fratre suo duce Abel causa solatii, facta prius inter eos pace, in nocte sancti Laurentii a fratre suo Abel captus est; quem quidam miles ducis Lawo Guthmundssun iuxta Myösund occidit et corpus eius in Slyam submersit.

a) *ita uncis incl. ed.* b) comitis Holzsat. *c.* c) Pandeb. *ed.* d) *corruptum. H.-E.* e) *lege* Impugnat. *H.-E.*

1) Lugduni. 2) Hoc potissimum loco addere iuvat aliud epitaphium vel potius carmen lugubre de morte regis Erici, cum epitaphiis Waldemari, Canuti aliorumque regum editum SS. R. Danicarum V, p. 421:

Rex Erice iaces, indigni funeris omni[d]
Excipis; horrescit vulnus, quod frater, amicus,
Dux, socius, collega tuus, successor et heres
Proximus inflixit sub sacrae tempore noctis,
Sub laribus propriis, sub firmae foedere pacis.
Excusare nolit commissa piacula noxae
Et sceleris purgare ducem, sed gurgitis instar
Delicti facinus exuperat unda cruoris,
Intumet ad coelos et murmure iudicis aures
Impugnet[e] *terraque levat cum voce querelas.*
Esto, quod ob culpae meritum cepisse volebas
Germanum, dux dire, tuum: cur non timuisti

cf. Vitesc. 1251. Comes Nicolaus et Fretbericus quondam imperator . . . . . . obierunt.
ib. 1252. Abel rex in Frisia occisus est*; cui successit Christoforus. . . . . . .
cf. Ryen. 1253. Bellum fuit Skyælfiskör inter Christoforum et Henricum Hæmælthorp.
. . . .
ib. 1259. Bellum fuit apud Næstwæth inter rusticos et Iarmer[1] Sclavum[a]. Rex Christoforus Ripis peremtus est. 5
cf. A. Sor. 1260. Interiit Iarmer** Sclavus, qui Syalandensibus mala irrogaverat.
cf. Ryen. 1261. Captus est rex cum matre[2] sua supra Lobelh.*** . . . . . .
ib. 1262. Soluta est regina[2]. . . . . . .
1263. Scanienses restiterunt[b] duci de Brunswic. 10
ib. 1264. Castrum Arvaeskogh[3] destruitur. Venit rex de captivitate.
cf. Vitesc. 1266. Guido cardinalis fuit in Dacia. . . . . . .
ib. 1267. Obiit domina Ingæburgh in Hethæbii.
cf. Ryen. 1268. Castrum Kaldingæ reedificatum est a rege Erico.†
. . . . 15
ib. et Vitesc. 1272. Rex vastavit ducatum in Iutia. Dux Ericus, filius Abel, obiit.
ib. 1273. Rex duxit Agnetem, filiam marchionis[4]. Rodulphus fit imperator.
cf. Ryen. 1274. Concilium generale celebratur apud Lugdunum.
. . . .
1282. Regina Margareta et domina Cecilia, uxor Absalonis, obierunt. 20

EX CONTINUATIONE.

1283. Pax reformatur. Waldemarus Erici fit dux et Iacobus comes. Fames in Dacia.
1284. Domicella Iutta obiit. Castrum Lauholm[c, 5] frangitur.
1285. Dux Waldemarus captus est a rege et dapifer suus et in Syoborgh compeditus.
. . . . 25
1291. Soldanus vicit Acharon, interficiens masculos cum mulieribus.
. . . .
1300. Rex Tartarorum devicit soldanum. . . . . . .
1301. . . . Indulgentie Rome.
1304. Obiit comitissa Agnes, que prius fuit regina Danorum. 30

Iun. 28. *) *A add.:* iuxta Mildænburgh vigilia Petri et Pauli.
**) Iærmarus *superscr. A.*
Iul. 28. ***) *A add.:* profesto Olavi. *Cf. Ann. Essenb. et Ryen.*
†) *A add.:* 1269. Albertus marchio Brandeburgensis duxit Mectildem, filiam Christofori regis.
cf. Essenb. 1270. Bellum fuit in Estonia. 35

a) Sclavos *c.*; *omissum in edd.* b) restituerunt *c.* c) Lauhol *c.*

EX ANNALIBUS SIGTUNENSIBUS.

Quatuor folia initio saec. XIV. scripta, alii codici saec. XV, qui a. 1867. *in Ängsö, curia equestri Westmanniae, inventus est, inserta, annales continent, initio et fine, ut videtur, destitutos, negligentius ex antiquiore exemplari descriptos, sed copia notarum conspicuos. Quos etiamtum saec. XIII. scriptos esse in monasterio Sigtunensi censet qui eos diligenter edidit et notis illustravit V. Cl. Cl. Annerstedt, professor et bibliothecarius Upsalensis (SS. R. Suecicarum III, p.* 1—7*). Res Danicae modo cum Annalibus Waldemarianis, modo cum Chronica Sialandiae, aliquoties cum Annalibus Lundensibus conveniunt, quam ob rem* 40 45

Perdere iam captum vel cur modo clade peremtum
Iactabas pelago? Cur tandem nulla sepulto
Catholici ritus, fusa prece, thura cremabas?
Pessima delicti superest instantia sevi.
. . . bus orbasti carissima pignora regni,
Matrem cum pueris, regalia brachia nudans,
At nullis auro digitos et pectora gemmis,
Solum servasti novos scelerisque ministros.

1) Accuratius de hac pugna retulerunt Chron. epp. Lund., SS. R. Dan. VI, p. 626, et Chron. Dan. saec. XV, ib. V, p. 52. Quae ex Annalibus maioribus Lundensibus sumpta esse Schaefer p. 87. statuit. 2) Margareta. 3) In Fionia. 4) Iohannis I. Brandenburgensis. 5) Laholm in Hallandia. 50

exemplar his quidem simile, sed ab omnibus diversum auctor habuisse videtur[1]. *Nonnulla etiam ad Annales Dano-Suecanos prope accedunt; sed his accuratius de ordine Praedicatorum relatum est, et saec. XIII. ex propria rerum cognitione quaedam tradita, quae magni facienda sunt.* *G. W.*

. . . .

1209. Philippus rex occiditur; et dux Polo[nie] homagium fecit Waldemaro regi Danorum. — cf. A. Wald. 1208. 1210.

1210. Incepit ordo Minorum et ordo de Walle-scolarum. . . . . . .

1213. Ingiborg, soror regum Danorum [Kanuti[a]] et Waldemari[b], in graciam regis Francie[c] est suscepta. — ib.

1214. Secunde nupcie facte sunt Valdemari regis, et constituit filium suum regem Dacie; et imperator Otto pro rege Waldemaro ultra Albiam[d] fugam fecit. — ib. 1214. 1215.

1216. Confirmatus est ordo Predicatorum a papa Honorio, et data est eis prima ecclesia sancti Romani in Tholosa.

1217. Missi sunt fratres in Yspaniam.

1218. Data fratribus Parisius domus sancti Iacobi, et fratres missi sunt in Bononiam.

1219. . . . et W[aldemarus] rex Dacie profectus est in Estoniam cum exercitu. — cf. Chr. Sial.

1220. . . . Ierusalem capitur[e] a christianis. — ib.

1221. Missi sunt fratres in Angliam. Eodem anno Anglis[f] obiit Berengaria regina Danorum, mater Erici, Abel et Cristofori; et eodem anno obiit beatus Dominicus. — cf. A. Ryen.

. . . .

1223. Capitur rex W[aldemarus] et filius eius dolo. — cf. Chr. Sial.

1225. Solvitur rex W[aldemarus]. — ib.

1226. Obiit beatus Fransiscus. — cf. A. D. Suec.

1227. Dani capti sunt apud Brunnulum[g]; et rex Waldemarus fugatus amisit unum oculum. — cf. Chr. Sial. c. add. A.

. . . .

1229. . . . Ierusalem recuperatur a christianis. . . . . . .

1232. Coronatus est rex Ericus Dacie, et factus est frater eius dux Iucie[h]. — cf. A. Lund.

1233. Obiit beatus Dominicus et translatus est. . . . . . .

1234. . . . Obiit N[icolaus][i] episcopus Slæsvicensis. — cf. A. D. Suec. cf. A. Lund.

. . . .

1237. . . . Magister Iordanus in mari Gerosolimitano submergitur. . . . . . .

1238. Translatus est beatus Vilelminus. Obiit Rano frater, primus provincialis Dacie. Electus magister ordinis Reymundus, qui compilavit decretales novas sub papa Gregorio ad summam casuum; et translatus est beatus Fransiscus. — cf. A. D. Suec.

1239. Venit conventus Skaris et in Slæsvik. Ericus rex Dacie duxit filiam ducis Saxonie. — cf. A. Vitesc.

1241. Factus est frater Iohannes Theotonicus magister ordinis. Obiit W[aldemarus] rex Dacie[k]. — cf. A. D. Suec.

1242. Passi sunt apud Awiniam pro fide catholica fratres Predicatores et Minores in nocte assensionis[l, 2].

. . . .

1248. Obiit Thomas episcopus Finlandensis. . . . Conventus venit Ravaliam[3].

1250. . . . Eodem anno occisus est rex Dacie in vigilia beati Laurencii. — cf. A. Nestv. Aug. 9.

. . . .

1252. Beatus Petrus martyrizatus est apud Mediolanum de ordine fratrum Predicatorum. . . . Obiit frater Iohannes episcopus[4] et magister ordinis[5]. Abel rex Dacie interfectus est, Christoforus rex factus. — cf. A. Lund.

1253. Beatus Petrus canonizatus est. . . . . . .

1261. . . . Obit prior provincialis frater Absalon; institutus frater Agus[tinus].

1262. Regina Rykita nupta est in Slaviam. Obiit . . . Hugo cardinalis[6]. — cf. A. D. Suec.

1264. Electus est in magistrum frater Iohannes Lumbardus.

. . . .

1270. . . . Obiit rex Francie Loduicus.

1274. Celebratum consilium generale Lugduno sub papa Gregorio decimo. . . . . . .

1278. Captus est Gerardus comes Hulsacie per dominum Iohannem Philippi[7] . . . . . .

a) *deest c.* b) Waldemarus *c.* c) Franci *c.* d) Albiciam *c.* e) rapitur *c.* f) *ita corrupte c.;* 6. Kal. Apr. *legendum censet Ann.* g) *ita pro* Bornhovet *c.* h) lucie *c.* i) W. *c.* k) Dacii *c.* l) *sic c.*

1) De Annalibus Lundensibus maioribus cogitavit Annerstedt. Sed pauca tantum ad Lundenses quos habemus accedunt. 2) V. SS. Rer. Gall. XXI, p. 765. 3) Conventus alios per regna septentrionalia missos omisimus. 4) Bosniensis. 5) Praedicatorum; cf. a. 1241. 6) Prior provincialis ord. Praedicatorum Franciae. ANN. 7) Hoc contigit in urbe Skara. Cf. Chron. rhythmicum (Suecanum). ANN.

1283. ... Et guerra fuit inter Noricos et Libicenses et ceteras maritimas civitates[1]...

1285. Consilium regum in Gullbærgshedh[a, 2] habitum, ubi treuge facte sunt inter Norricos et Libicenses et ceteros Theothonicos usque ad festum Mikaelis. Eodem anno dominus Alverus multas naves cepit et multas villas Dacie spoliavit. . . . Bellum fuit inter regem Francie et Arrogonum, et multi ibi corruerunt.

Sept. 29.

1286. . . . Capitulum Sictunie est habitum, et electus frater Olavus in provincialem; frater Iohannes prior Sictuniensis electus est in episcopum Aboensem. . . . Anno eodem dolose interfectus est Ericus rex Dacie, filius Christophori. Nam accidit ipsum regem venacionis causa apud oppidum quoddam[3] hospitari, cumque in horreo quodam, aperto hostio, accubuisset, et extincta candela, septem viri latenter super eum intraverunt et ipsum ibi interfecerunt[4]. . . . . . .

Anno Domini 1288. Frater Geronimus minister fratrum Minorum generalis electus est in papam et consecratus est in mense Februario et dictus est Nicholaus quartus. . . . . . .

EX ANNALIBUS NESTVEDENSIBUS MAIORIBUS ET ANNALIUM VITESCOLENSIUM PARTE ALTERA.

Maior Annalium Nestvedensium maiorum pars quidem cum Lundensibus et Ryensibus aliisque convenit, neque tamen hos neque illos exscriptos esse contendere licet[5]. *Sed prior pars ad Nestvedenses minores tam prope accedit, ut hos eius quasi fundamentum fuisse censendum sit*[6], *quod ex uberiore et longius producto annalium Danicorum exemplari auctum sit. Post medium saeculum XIII. hi annales non pauca propria habent, quae certam rerum cognitionem produnt, neque post a.* 1274. *quicquam aliunde petitum crediderim*[7]. *Etiam errores quos commissos videmus*[8] *potius auctores diversos sibi succedentes quam compilatorem indicare videntur.*

Codex bibliothecae Hafniensis signatus E 39, *qui hos annales continebat, incendio a.* 1728. *consumptus est. Apographa exstant in codice Hamburgensis archivi nr. I, et Hafniae manu Arnae Magnaei confectum, non ex ipso codice, sed ex tomo I. Collectaneorum Bartholinianorum iam perdito, quod imprimi fecit Langebek, SS. I, p.* 368. *Ex alio apographo primam editionem negligentius paravit Westphalen, Monumenta inedita I, p.* 1404. *Varias libri Hamburgensis lectiones exscripsit Lappenberg ('Archiv für Staats- u. Kirchengesch.' II, p.* 191*)*[9], *eundem et ipse evolvi, quem* 2, *Hafniensem* 1 *signavi.*

Annales Vitescolenses, quorum partem priorem cum Waldemarianis supra edidimus, ab a. 1220. *ad a. usque* 1274. *cum Nestvedensibus affinitate quadam coniuncti sunt, quare hoc potissimum loco ex eorum continuatione quae ad rem nostram faciunt addenda duxi. De codicibus et editionibus supra p.* 177. *monui.*

G. W.

EX ANNALIBUS NESTVEDENSIBUS MAIORIBUS.

821.[b] Haraldus factus est rex Danorum.

826. Haraldus rex Danorum baptizatus est cum uxore et multis Danis.

827. Sanctus Ansgarius ewangelizavit genti[c] Danorum.

a) Gunb. *c.* b) 811. 2. c) per Daniam 2.

1) Cf. Ann. Lubicenses a. 1284, SS. XVI, p. 415; Detmar ed. Koppmann p. 364. 2) Prope Göteborg (Gothenburg). ANN. Cf. 'Hanserecesse' I, p. 21. 3) Viborg. 4) Cf. similem narrationem Petri Olai, SS. R. Dan. I, p. 188. 5) Cf. Usinger p. 79; Schaefer p. 23 sqq. 6) V. praesertim notam a. 1227, quae alibi non legitur. 7) Ea, quae Schaefer etiam in hac parte cum Lundensibus confert, neque ex his neque ex communi fonte hausta esse concesserim. 8) A. 1283. 1284. dux Slesvicensis perperam dicitur Ericus, 1285. recte Waldemarus. 9) Apographum Hamburgense more in hac collectione consueto nonnulla, praesertim nomina abbatum Nestvedensium omisit; id quod minime suadere potest, ut cum Lappenbergio statuamus antiquius annalium exemplar, quod post demum Nestvedi auctum sit, hoc volumine servatum esse.

846. Haraldus rex Danorum obiit. . . . . . .
925. Frothe rex Danorum obiit. Secundus Frothe successit.
927. Frothe rex misit ad Agapitum papam, ut episcopos mitteret in Daniam. (cf. Saxo. p. 467)
931. Frothe obiit. Gorm successit.
949. Gorm rex Danorum obiit. Haraldus successit.
962. Adaldagus Bremensis archiepiscopus ordinavit tres episcopos in Daniam, Horedum, Liafdagum, Rebinbrandum. (Ad II, 23)

. . . .

1103. Ericus Bonus rex Danorum obiit in peregrinatione Iherosolimitana. (cf. Ryen.)
1104. Nicolaus, frater eius, successit ei.
1115. Sanctus Kanutus factus est dux Iutie.
1117. Margareta regina Danorum obiit.
1127. Karolus dux Flandrie interfectus[a] est a suis, filius sancti Kanuti regis et martyris. (cf. Lund.)
1130. Sanctus Kanutus dux Iucie, filius Erici regis, occisus est. (Nestv. min.)
1131. Bellum fuit in Ialungi[b] inter Ericum et Magnum.
1132. Bellum[c] fuit in Syro et aliud in Runibiargh.
1133. Roskild devastata est.
1134. Magnus occisus est in Scania in prelio, et Nicolaus rex occisus est in Iucia.
1139. Ericus Emuni rex Danorum occisus est.
1140. Ericus[d] Lamb rex Danorum factus est. (cf. A. D. Suec.)

. . . .

1147. Ericus Lamb rex Danorum obiit. (Nestv. min.)
1148. Kanutus et Sueno electi sunt. (cf. Vitesc.)
1149. Bellum fuit in Thorstinstorp[e]. (Nestv. min.)
1150. Bellum fuit Wibiargis[f].
1155. Dani elegerunt Kanutum et Waldemarum. Sueno fugit. (cf. Lund.)
1157. Sueno rediit. Et Kanutus dolo occisus est Roskildis. (Nestv. min.)
1158. Sueno occisus est in Iucia, et Waldemarus totum regnum obtinuit. (cf. Lund.)

. . . .

1163. Waldemarus rex ad imperatorem ivit. (Nestv. min.)
1165. Waldemarus rex Sclaviam devicit. (cf. Ryen.)

. . . .

1170. Translatio sancti Kanuti ducis et martiris. (Nestv. min.)

. . . .

1182. Gloriosus rex Waldemarus obiit.

. . . .

1192. Episcopus Waldemarus captus est in die sancti Stephani. (Dec. 26.)
1196. Kanutus rex profectus est ad Hestlandiam cum exercitu. Eodem anno Gertrudis[g] regina obiit. (cf. Lund. Ryen.)
1197. Cardinalis[h] Fidencius obiit in Scania. (Nestv. min.)

. . . .

1201. Holsatia subiugata est, et comes Adulfus[i] captus est. (cf. Wald. Nestv. min.)
1202. Kanutus rex Danorum obiit.
1203. Waldemarus, frater eius, dux Iutie, rex factus est.
1206. Episcopus Waldemarus solutus a vinculis discessit a Dania.

. . . .

1213. Margareta regina Danorum[k] de Boemia obiit. (cf. A. Sor.)

. . . .

1219. Prima expeditio facta est in Hestlandiam. (cf. Lund.)

	EX ANNALIBUS VITESCOLENSIBUS.
1220. Richice regina Suecie[l] et Beringera regina Danorum[m] obierunt.	1220. Obiit Berengaria[p] regina.
1222. Cardinalis Gregorius fuit in Dania.	. . . .
1223. Rex Waldemarus cum filio captus est a comite[n] Henrico.	1223. Waldemarus rex et Waldemarus, filius eius, capti sunt. (Nestv. min.)
. . . .	. . . .
1226. Rex Waldemarus solutus a captivitate rediit in Daniam.	1226. Soluti sunt duo reges.
	. . . .
1227. Bellum fuit apud Hegdoram[o].	
1228. Dani capti sunt in Holsatia a Saxonibus.	
1230. Cardinalis Otto fuit in Dania. (cf. Sial.)	

a) f. — mart. i. est a s. 2. *W.* b) Iallungi 1. *W.* c) Bellum — Run. 1133. *des.* 1. *W.* d) *haec des.* 1. *W.* e) Torst. 2. *W.* f) Vib. 2. g) Gerthrudis 2. *W.* h) *haec des.* 2. *W.* i) captus est comes Adolfus 1. *W.* (Adolphus). k) de B. D. 2. l) Suethie 2. m) Daniae 1. *W.* n) Hinrico c. 1. *W.* o) Heydoram 1. *W.* p) Bering. 2. *Lud.*

cf. Sial. 1231. Heleonora[a] regina Danorum et Waldemarus tertius rex obierunt.

1232. Hericus, filius Waldemari II, unctus est in regem.

1233. Waldemarus secundus rex profectus est in Sclaviam cum exercitu.

cf. Lund. 1237. Dux Abel duxit uxorem filiam comitis Adulfi[b].

ib. 1238. Hoc anno translatus est sanctus Willelmus abbas de Paraclito.

cf. ib. Sigt. 1239. Rex Ericus duxit uxorem.

ib. 1241. Obiit venerabilis rex Waldemarus, frater Kanuti regis. Cui successit in regnum filius suus Ericus. . . . . . .

cf. Sial. 1243. Ericus rex duxit exercitum contra Abel apud Kaldengi.

. . . .

cf. Lund 1247. Ripa capta est a duce Abel et iterum reddita regi Erico. . . . . . .

1249. Köpmannehafn[c] a Teuthonicis devastata est. . . . . . .

1250. Sleswic capta est a rege Erico et cf. Sial. iterum reddita duci Abel. Rex Ericus in nocte beati Laurentii occisus est ipsa die in mane cf. Ryen. . . . . . . Captus est Waldemarus, filius Abel, ab archiepiscopo Coloniensi. Coronatus est rex Abel.

cf. Sial. . . . .

cf. Lund. 1252. 3. Kal. Iulii occisus est rex Abel in Iutland[d]. Electus rex Christoforus. Henricus de Hemmelthorp occupavit Mön[1]. . . . . . .

1253. Suineborg et Skielfisköer destruuntur.

. . . .

cf. Ryen. 1258. . . . Ericus rex translatus est de Hetheby[e].

1259. . . . Iarmarus occupavit Sialan- Apr. 17. diam quinta die pasche. . . . Strages bondo- Iun. 14. num fuit iuxta Nestweth in festivitate sancti Basilii in mane. Marchio et Dani reconciliati sunt. Concilium fuit in Rostok. . . . . . .

1261. . . . Eodem anno 5.[f] Kal. Augusti fuit bellum in loco qui dicitur Loheth.

1262. Factus est dux Albertus de Brunswich princeps Danorum.

cf. Ryen. Sial. 1264. Solutus est Hericus rex, filius Christofori, a captivitate.

. . . .

1231. Obiit Waldemarus III. et regina eius Alienor[g]. Ericus rex consecratur.

cf. Lund. 1234. Obiit Nicholaus cancellarius regis[2]. Eligitur prepositus Tuko.

cf. Ryen. 1236. Obiit Waldemarus episcopus monachus in Luch.

1237. Dux Abel duxit filiam comitis Adulphi[h] in uxorem.

1239. Ericus rex duxit in uxorem filiam ducis Saxonie.

1241. Obiit Waldemarus II. rex Danorum.

. . . .

1250. Obiit[i] Ericus rex Danorum. . . . . . .

1251. Obiit[i] Fridericus imperator et comes Nicolaus.

1252. Rex Abel interficitur in Frisia.

1253. Christoforus rex destruxit Suinaburg.

. . . .

1259. . . . Christoforus veneno interiit[k].

1260. Iarmarus turpiter occiditur[l] a muliere[3].

1261. Bellum fuit Loheth inter regem et ducem Ericum.

1262. Margareta[m] regina soluta est cum filio suo Erico.

. . . .

1264. Rex venit de captivitate.

. . . .

ib. 1266. Gwido[n] cardinalis fuit in Dacia[o].

a) Helena 2. *W.* b) Adolfi 1; Adolphi *W.* c) Kopm. 2. *W.* d) Iutlandia 2. e) Hethebhy 2. f) 5. K. A. *des.* 1. g) *deest, spatio vacuo rel. Lud.* h) Adolphi 2. *Lud.* i) Mortuus 2. *Lud.* k) interfectus *Lud.* l) occisus 2. *Lud.* m) Margaretha 2. *Lud.* n) Guido *Lud.* o) Dania *Lud.*

1) Cf. Ann. Lund. add., supra p. 209, n. **. 2) Episcopus Slesvicensis. 3) Ann. fragm., SS. R. Dan. V, p. 571 (Hamb. VIII): *Iarmerus occiditur ab una muliere.*

1267. Obiit[c] domina Ingeburgh de Calendeburgh[d]. cf. Ryen.

. . . .

1272. Mortuus est Ericus dux Iutie et uxor[1] eius. Iohannes dapifer Wittingh[a] duxit exercitum magnum ad Sleswig[b].

1272. Ericus rex expugnavit ducatum Iutie. cf. Sial.

1273. Ericus rex duxit reginam Agnetam.

1273. Ericus rex duxit Agnetem[e], filiam marchionis[f]. ib.

. . . .

1279. . . . Ipso quoque anno in vigilia beati Iacobi apostoli, presente rege cum pluribus regni nobilibus et multitudine vulgi innumera, pugiles, qui venerant de Ymbria, inierunt duellum apud Nestwæth[g] in loco, ubi Yarmarus[h] quondam bondones debellavit, quorum pars altera obtinuit in campo[i], quamvis utriusque partis pugiles vulnerabantur graviter diutissime dimicando. Iul. 24.

. . . .

1282. . . . Eodem anno obiit Margareta Danorum regina. . . . . . .

1283. . . . Concilium fuit Orthingæburg cum rege et 5 episcopis, et Iutenses cum domino rege sunt conciliati, et Ericus[2] factus est dux Iucie. . . . . . .

1284. Parlamentum[3] Orthungæburgh[k] celebratum est presente domino rege ceterisque episcopis et optimatibus regni die ascensionis Domini. Ibidemque Iutenses cum domino rege reconciliabantur ex integro, et Ericus[2] ducatus gubernaculum [possessorie[l]] suscepit, ubi dominus Uffo[m] secundario dapifer est effectus[n]. . . . . . . Maii 18.

1285. Dux Waldemarus captus est cum dapifero suo a rege Erico.

1286. Celebratum est concilium in Nyburgh[o]. Dux Waldemarus liberatus est. Ericus rex occisus est in Iutia. Cui successit Ericus filius [eius[l]] in regnum.

. . . .

1290. . . . Alverus pyrata captus est et rota fractus apud Helsingæburgh[p]. . . . . . .

1293. . . . Gerardus comes[q] Holsatie duxit Agneten[r] reginam.

1300. . . . Iohannes archiepiscopus transfretando de Flandria venit Lybeck, et abbas[4] Iohannes cum eo.

EX CONTINUATIONE ANNALIUM VITESCOLENSIUM.

. . . .

1282. . . . Margareta regina obiit.

1283. Waldemarus factus dux Iutie.

1285. Ericus rex cepit ducem Waldemarum.

1286. Ericus rex occiditur in nocte sancte Cecilie. Waldemarus dux solutus est. Nov. 22.

. . . .

a) Witing 2. b) Scleswich 2. c) Mortua 2. *Lud.* d) Callend. 2. *Lud.* e) Agnetam 2. *Lud.* f) *excerpta ex Continuatione v. infra.* g) Nestweth 1. h) Iaerm. 2. i) causa 2. *W.* k) Orthungæburg 2. *W.* l) *deest* 1. m) Otto *W.* n) factus *W.* o) Nyburg 2; Nyborgh *W.* p) Helsingeburgh 2. q) dux 2. *W.* r) Agnetem 2.

ANNALES ESSENBECENSES.

Monasterium Essenbek in Iutia, in dioecesi Arusiensi situm, patriam esse Annalium, quos Langebek titulo 'Chronologiae rerum memorabilium ab anno 1020. *usque ad an.* 1323.' *inscripsit, ipse iam intellexit. Certe quae a.* 1151. *de eius fundatore, a.* 1180. *de mutato ordine referuntur hoc extra dubitationem ponunt. Praeterea episcopi Arusienses accuratius quam alibi recensentur; de fatis vicinae urbis Randers bis mentio fit (a.* 1244. 1262)[5]. *Prior pars ad alios annales per Daniam divulgatos tam prope accedit, ut ex hoc fonte nostros*

1) Margareta. 2) Waldemarus, filius Erici. 3) Idem iterum narratur, quod iam recte ad a. 1283. relatum est. H.-E. 4) Nestvedensis. 5) Cf. a. 1285. de urbe Horsens vastata.

quoque manasse facile sit intellectu. Recte vero iam alii monuerunt[1], *duo annalium exemplaria coniuncta esse, alterum quod Annales Ryenses dicere licet*[2], *sed quod multo ante hos annales desiit*[3], *alterum quod maxime cum Lundensibus convenit*[4]. *Quare haec ita distinxi, ut quae cum Ryensibus plane conveniunt litteris minutissimis, alia mediis exprimi facerem, quamvis veram notarum originem ita esse indicatam mihi haud persuasum sit. Auctor in his exemplaribus describendis et conserendis non raro errores commisit*[5], *sed opusculum eius etiam aliis se commendavit, quod saec. XIV. in historia ecclesiae Lundensis exscriptum est*[6], *quo saec. XVI. Petrus Olai usus est (Langebek I, p. 68), et varia apographa tunc facta sunt.*

Nondum tamen hi annales ad codicum fidem plene et accurate editi sunt[7]. *Quare ut integros, non tantum excerpta reciperem, permotus sum. Codices exstant quatuor (vel quinque), unus medio aevo, tres (vel quatuor) recentiore tempore scripti, quorum duo (vel tres) non ex illo, sed ex altero exemplari sumpti sunt. Sunt vero hi:*

1) Codex bibliothecae universitatis ***Upsalensis*** *membr. saec. XIV/XV. in 4, olim Stephanii, qui a. 1642. nomen suum (Stephanus Iohannis Stephanius) primae paginae inscripsit, postea inter libros a comite De la Gardie donatus nr. 50. signatus, Annales f. 20′—32′. continet, sed anni vacui relicti usque ad a. 1376. — f. 34′. scripti sunt. In quo codice praeter alia etiam f. 8′. catalogus regum Danorum supra editus exstat*[8]. *Ex apographo eius hos annales edidit Langebek II, p. 520, codice 2 adhibito. Librarius nimis negligenter antiquius exemplar descripsit, quippe qui etiam nomina notissima mire depravaverit (*Andrianus *pro* Adrianus, Franoscus *pro* Franciscus, Andreas *pro* Randrus, *et quae sunt huiusmodi)*[9], *annorum ordinem turbaverit (quae ad a. 1135. pertinebant, procul dubio, ut saepe fit, super linea scripta anno praecedenti adscripserit, a. 1229. 1240. eandem rem retulerit), nonnumquam verba omiserit. Quibus emendatis, codicem summa cum liberalitate huc transmissum accurate exprimendum duxi, ut haec annalium forma plane perspici possit.*

1a) Codex archivi ***Hamburgensis*** *saepius laudatus nr. XIII. hos annales continet ita inscriptos: 'ex ms. in membrana codice qui in mea asservatur bibliotheca', in margine additis verbis: 'scil. Steph. Io. Stephanii, nunc autem in bibl. Upsalensi donatione De la Gardiana nr. 4', id est ex 1 vel potius ex Stephanii apographo (cf. Langebek SS. II, p. 520) sumptos. Quam plurima omissa sunt, pleraque a rebus Danicis aliena, alia levioris momenti vel etiam quae a Stephanio non satis intellecta sunt; nomina nonnulla mutata sunt, aliquoties sermo emendatus*[10]. *Ex his quaedam annotavi, ut ostenderem, quomodo apographa huius codicis confecta sint.*

2a et 2b) Exemplaria recentioris temporis, saec. XVIII, nisi fallor, 'ex apographo M. Petri Lucoppidani', in bibliotheca regia ***Hafniensi***, *Coll. nova*

1) Usinger p. 85; Schaefer p. 49. 2) Cum his bis a. 1147. et 1150. bellum ad Slaugethorp commissum referunt; sed a. 1150. ex alio fonte recte etiam proelium Thorstorpense memorant. [Non ipsos Annales Ryenses, sed exemplar a Ryensi adhibitum ab auctore Essenbecensi exscriptum esse mihi persuasum est, quod ex eo maxime patet, quod Essenbec. nonnullis locis magis quam Ryenses cum Ann. Colbazensibus conveniunt. H.–E.] 3) Non ultra a. 1266. Essenbec. cum Ryensibus conveniunt; cf. Usinger l. l., qui minus recte iam a. 1243. indicat. 4) [Sed multa propius ad alios annales, praesertim ad Vitescolenses et Chron. Sialand. accedunt. H.–E.]. Ultima nota quae cum aliis convenit annalibus a. 1274. legitur; sed iam antea plurima hi peculiaria habent. 5) V. praesertim a. 1181. 1237. 6) Schaefer p. 51. 7) Nuper V. Cl. Erslev, 'Dansk Magazin' ser. 4, t. VI, p. 147. varias lectiones nonnullas codicum 1. 2. 3 enotavit. 8) Supra p. 169 sq. 9) A. 1176. nomen urbis *Statin* vel *Stittin* deformatum est; a. 1170. *Roma* pro *Ro* vel *Rö* (Rugia) scripta est; a. 1321. *Christopherus* pro *Erico* legitur. 10) A. 1223. pro *furati sunt* habet: *furtim capti et ducti sunt.*

nr. 570[e] *fol. inter schedas Langebekii asservata, ubi ea contuli quae ad res nostras facere videbantur, nondum consilio de integris annalibus edendis capto*[1]. *Iisdem Langebek usus est*[2]. *Iam antea vero Westphalen (Monum. III, col.* 540—543*)* 2*a publici iuris fecit*[3] *'e bibliotheca Rostgardiana', mendis foedissimis*[4] *depravatum. Pariter ac in* 1*a multa desiderantur, quae in* 1 *exstant et quae consilio omissa esse crediderim; sed alia inveniuntur, quae* 1 *non habet, ita ut aliud exemplar in* 2 *exscriptum esse statuamus oporteat*[5]. *Etiam aliquot lectiones praestant; menda nonnulla librario tribuenda sunt*[6]. *Ut ita iudicemus, suadet*

3) Codex alter bibliothecae universitatis ***Upsalensis****, ex donatione Stjernaldi, cuius supra mentio facta est. Qui continet fol.* 54 *sqq. hos annales ex volumine Nicolai Bilde exscriptos*[7]. *Lectiones non paucae eiusdem eum esse originis ac* 2 *ostendunt; neque tamen alter ex altero descriptus esse potest*[8]. *Etiam* 3 *multa omisit, quod quin collectori voluminis tribuendum sit, si Annales Lundenses ab ipso breviatos comparamus, dubitare non possumus. Qui etiam ab erroribus gravioribus non cavit*[9], *nomina praesertim non pauca depravavit vel more saec. XVI. usitato expressit. Attamen ad genuinum operis textum cognoscendum non parum facit; quare integram huius libri hucusque fere incogniti lectionem enotavi.* *G. W.*

Anno[a] ab incarnatione Christi 1020. ordo Cluniacensis[b] exordium sumpsit.
Anno Domini 1027.[c] Sanctus Olavus martyrizatus est in Stichelstadt[d]. — cf Sial.
Anno[a] Domini 1088.[e] Ordo Cartuariensium[f] exordium[g] sumpsit. — Ryen.
Anno Domini 1088. Sanctus Kanutus[h] rex in Otensø[i] martyrizatur.
1099. Ordo[a] Cisterciensium exordium sumpsit.
1100. Pascalis[a] secundus[i*] sedet annis 18, m. 5[k], d. 7.
1101. Ericus Bonus[l] rex Dacie obiit in itinere Iherusalem[m]. — cf. Lund.
1103. Ascerus factus est primus archiepiscopus[n] in Dacia. — Ryen.
1104. Missum[o] est Ascero archiepiscopo pallium primo. — cf. Lund.
1111. Pascalis[a] papa captus est ab Henrico comite Saxonie[10]. — Ryen.
1112. Henricus[a] imperavit annis quindecim.
1114. Sanctus[a] Barnardus[p] monasterium intravit[q]. — ib., cf. Lund.
1115.[r] Sanctus Kanutus factus est dux in Iutia. Conventus missus[s] est in Clarevalle[t]. — Ryen
1118. Gelasius[a. u] papa anno[v] uno.
1119. Kalixtus[a. w] papa duobus annis, m.[x] 10, d. 8.
1120. Ordo[a] Premonstratensium incepit.
1125. Honorius[a] papa[y] IIus annis 5. Henricus[z] imperator obiit.
1130. Innocentius[a] papa[y] IIus annis 13. Sanctus Kanutus dux in Harælstæt[b] martyrizatur. Ericus[c] Emun[d] electus est in Scania. — cf. Lund. Ryen.

a) *haec om.* 1*a*. 3. b) Clunac. 2. c) 1088. *et lin. seq.* 1027. *habet* 1, *sed litteris* a *et* b *additis numeros esse commutandos indicat;* 1088. 3. d) Styristedt 1*a*. e) 1084. 2. f) *ita* 1. 2*a*. *W.*; Cartusiensium 2*b*. g) cepit 2. h) Chan. 3, *post etiam* Can. i) Ottensiø 3. i*) papa *add.* 2. *W.* k) *deest* 2. l) *deest* 3. m) Hierusolymitano 2; Ierusolymitano 1*a*. n) episcopus Daniae 2; a. Daciae 3. o) *haec om.* 3. p) Bernhardus 2. q) et c. m. e. in Cl. *anni seq. h. l. add.* 2. r) MCXIII. *corr.* MCXV. 1. s) *cf. n.* q; messus *corr.* missus 1. — est *deest* 1*a*. t) Clorev. 1; Clarav. 2. u) Galasius 1. v) 1 ann. 2. w) Cal. 2. x) m. 10, d. 8 *des.* 2. y) IIus p. 2. z) Eodem anno H. 2. a) *haec om.* 1*a*. 3. b) Harrellsteht 2*a*; Harrelsteht 2*b*; Harrelsted *corr.* Harred et (?) 3. c) *hae om.* 2. 3 (*W.* 1129. Ericus electus in Saxonia in regem). d) Enun 1.

1) Pauca ab Erslev annotata recepi. 2) Cf. Steenstrup, 'Danske Samlinger' ser. 2, t. IV, p. 376. 3) Codicem 2*a* expressum esse ostendunt lectiones, a. 1187. *raganis* pro *paganis;* a. 1314: *Norvecia* pro *Noriucia.* 4) Quae recenset Langebek l. l. Nonnulla vero iam in codice exstant, e. gr. a. 1132. *Finae* pro *Sirae;* a. 1290: *Hierusalem* pro *Hhelm;* a. 1176. *Lubin* pro *Stattin.* 5) Neque V. Cl. Erslev assentire possum, qui l. l. codicem 1 ex volumine Nicolai Bilde, ex quo 2 et 3 sumpti sunt, exscriptum dicit. Certe nimis ab his differt. 6) A. 1253. bellum apud Slesvig factum esse falso refert, quod apud Scanor commissum est, ut 3 habet. 7) 'Dette haffuer ieg ud skreffuit ac noteret af en rulle som børde her Claus Bilde thiil'. Nicolaus Bilde obiit a. 1558. 8) 3 plura retinuit quam 2 neque eius errores repetivit; nonnumquam vero longius ab 1 recedit quam hic; cf. a. 1224. 1266. 9) V. a. 1207, ubi vocabulo *fugit* pro *fugat* in errorem inductus est. 10) Nota miram auctoris opinionem.

1131. Bellum fuit Ialinge[a] inter Nicolaum[1] et Ericum Emun[b]. Eclipsis[c] solis fuit in autumno[2].
1132. Bellum fuit in Sira[d] insula inter Ericum et Magnum, et in utroque fugit Ericus[3].
cf Lund 1134. Roskild[e] devastata[f] a Slavis[g].
1135. Bellum fuit in[h] Fotwik in[i] Scania, et Magnus occisus est et 6 episcopi, [unus[k] de Siallandia et 4 de Iutia], septimus de Suetia. Et Nicolaus rex fugit[1].
Ryen. 1136. Ericus Emun[l] occidit Haraldum Kesie[m], fratrem suum.
ib., cf. Lund. 1137. Tenebre facte sunt in quadragesima per totam terram.
ib., cf. Colb. 1138. Ascerus primus archiepiscopus obiit, et Eskillus[n] illi successit.
Ryen. 1139. Ericus Emun[o] rex occisus est* a Plog Nigro[p]. Et Ericus Lamb factus est rex, filius sororis eius[p].
1140. Olavus, filius Haraldi Kæsiæ, surrexit contra regem[p] Ericum Lamb.
1142. Bellum fuit Stillinge[4] inter Ericum Lamb et Olavum[q], filium Haraldi.
1143. Occisus est Riche episcopus Roskildensis[r]. Occisus[s] est Olavus, Haraldi filius.
1144. Celestinus[t] papa IIus mensibus quinque.**
1145. Lucius[t] papa secundus annis duobus
1146. Eugenius[t] papa annis novem. Conventus[u] missus est in Liusa.
1147. Ericus Lamb monachus obiit Otonsø[v]. Bellum[w] fuit Slangetorp[x].
ib., cf Lund. 1148. Sanctus[t] Malachias migravit a seculo. Sueno[w] electus rex in Schania[y], Kanutus[z] in Iutia[5], filius Magni.
Ryen. 1149. Eskillus[n] archiepiscopus captus est a rege Suenone.
ib., cf. Lund. 1150. Bellum fuit Slangethorp; fugit[a] Kanutus. Bellum[b] fuit Thorstorp[c].
Ryen. 1151. Bellum fuit Vibergis[d]. Stig Huithæ[e], fundator claustri Eskinbeck[f], interfectus est.
1152. Sanctus[g] Bernardus migravit a seculo. Conventus[h] mittitur in Esrom.***
1155. Anastasius[g] annis tribus. Pax[i] interim[k] facta inter reges.
1156. Kanutus Magnæsun[l] occisus est Roskildis[m, 6]. Valdemarus factus est rex Datie[n].
cf. Lund. 1157. Sweno[o] rex occiditur Grathamoße[p].
Ryen. 1158. Adrianus[g, q] annis 4. Absolon[r] factus[s] episcopus Roskild[t].
1160. Conventus[u] mittitur in Sabba.
1162. Conventus[h] missus[v] in Soram et[g] in Tuta-valle.
cf Lund 1163. Valdemarus primus adiit[w] imperatorem.
ib. 1164.[x] Alexander annis 24.
Ryen., cf. Colb 1165.[y] Conventus[u] mittitur in Caram-insulam.†
Ryen 1167. Burisius captus[z].
cf. Vitesc. Ryen. 1170. Kanutus, filius Valdemari, coronatur. Ro[a] a Danis devicta est.
1171. Sanctus[b] Thomas Cantuariensis martyrizatur. Beatus[c] Kanutus Ringstad[d] translatus[e].
ib., cf. Colb 1172. Conventus[f] mittitur de Esrom in Dagun[7].
cf Lund. Ryen. 1173. Terremotus fuit in Dacia. Conventus[f] missus est in Loegum.
Ryen 1174. Conventus[f] missus est in Colbar[g], que dicitur Mera-vallis.
1176. Castrum Statin[h] [in[i] Slavia] a Danis est[k] obsessum.

*) in Iutia *add.* 2. 3.
**) 3 *post a.* 1203. *inserit:* Fratres sancti Bernardi fecerunt in Schania conventum Heritzvad anno 1144.
***) *post a.* 1204. *in* 3 *iterum legitur:* 1153. C. missus est in E., et eodem anno obiit s. Bernardus.
†) 2. 3 *add.:* Valdemarus cepit (caepit 3) Findland (Vinland 3).

a) Ialuinge 1; *deest* 2. b) Emuni 3; *deest* 2. c) *haec des.* 2. 3. d) Siria 1; Finæ 2. *W.* e) Roschildia 1*a*. 2; Roschild 3. f) d. est 1*a*. 2. 3. g) Sclavis 1*a*. 2. 3. — et unus — Iutia. N. r. f. *anni seq. h. l. add.* 1. h) *deest* 2. — Fottewich 2; Fotvig 3. i) in Sc. *des.* 2. k) *haec a.* 1134. *perperam adiecit* 1 (*ubi* et u.); *des.* 1*a* (*ubi:* unus de Suetia). 3; ep., unus de Suecia, unus de Selandia, quatuor de Iutia, et N. 2. l) Emund 3. m) Kęsiæ 3. n) Eschillus 2. 3. o) Enun 1. p) *deest* 2? *W.* q) Olaum *et a.* 1143. Olaus 2. 3. r) Roschild. 1*a*. 2. 3 *constanter*. s) Et eodem anno o. 3; Eodem anno o. 2. t) *haec om.* 1*a*. 3. u) *haec des.* 1*a*. 2. 3. v) Ottensø 1*a*; Otthinsöe 2*a*; Othinsöe 2*b*; Ottensiø 3. w) *haec des.* 2. *W.* x) Slangerup 3. y) Scania 1*a*; r. Schaniae 3. z) Kan. in Iutia *a.* 1150. *add.* 1; et Chan., f. M., in Iutia 3; *haec des.* 1*a*. a) in quo f. 2. b) et b. 3; *haec des.* 2? *W.* c) Torst. 3. d) Viburgh 3. e) Huide 3. f) Eschenbech 3. g) *haec om.* 1*a*. 3. h) *haec des.* 2. *W.* — missus est 3. i) *haec des.* 3. k) iterum 2. l) Magnæß 1; Magnæson 3. m) Roschildiae 2; Roschild 3. — Eodem anno Wald. 2. n) Daniae 2. o) Sueno 1*a*. 2. 3. p) Kragemoose 2; Grothaemose 3. q) Andrianus 1. r) Eodem anno A. 2. s) f. est 1*a*. 2. 3. t) Roschildensis 2. 3. u) *haec om.* 1*a*. 2. 3. v) m. est 3. w) obiit *corr.* adiit 3; adiit ad 2. x) MCLIV. *corr.* MCLXIV. 1; *haec des.* 2. y) MCLV. *corr.* MCLXV. 1. z) c. est 2. 3. a) *ita* 3; Roma 1. 1*a*; *haec des.* 2. b) *haec om.* 1*a*. 3. c) Sanctus 2. d) Ringsted 2; Ringstadium 1*a*. e) tumulatur 2. f) *haec om.* 1*a*. 2. 3. g) Cobbar 1. h) Arntin *vel* Stratin 1; Statim 3; Iulin 2; *fort.* Stittin *cum Ry. legendum*; *haec des.* 1*a*. i) in Sl. *des.* 3. k) *deest* 2.

1) Cf. Ann. Vitescol., supra p. 177, et Chron. Sial., supra p. 212. 2) Cf. Ann. Colbaz. a. 1134, supra p. 175. H.-E. 3) Cf. Ann. Vitescol. et Lund. H.-E. 4) *Diffling* Ryenses; *Dysling* vel *Dystlig* Vitescol.; *Distling* Exc. ap. Langebek III, p. 628. 5) Haec soli Ann. Vitescol. et recent., infra p. 235, habent. H.-E. 6) Cf. Ann. Waldemar., Vitescol., Chron. Sial. H.-E. 7) Ita pro *Dargun* (in Pomerania).

1177. Sancta Margareta[a] martyrizata est Hølstathæ[b, 1]. — cf. Sial.

1178. Archiepiscopus Eskillus a Dacia discessit, et Absolon factus est archiepiscopus. Et[c] feria quarta in vigilia sancte crucis sol obscuratus est. — Ryen.

1180. Mutatio[c] claustri Eskinbeck[d].

1181. Bellum fuit Disie in Scania inter regem et rusticos. Bellum[c, e] fuit Anundælöff[f, 2]. — cf. ib.

1182. Archiepiscopus Eskillus[g] et[h] Valdemarus primus[i] rex obierunt[k]. Kanutus rex obviavit imperatori Lybeck[l, 3]. — ib.

1183. Conventus[m] mittitur in Lenin[n, 4].

1184. Expeditio mittitur in Walgust[o] in Slavia[p, 5].

1186. Conventus[q] missus est in Olivam. Suno[r] Ebbonis obiit.

1187. Lucius[q] tribus annis. Iherusalem[s] capitur a paganis[t]. Ecclipsis[u, c] solis fuit. Breviarium[c] Dan[icum[v]] compositum est.

1188. Suno[r], filius Ebbonis, obiit[6].

1189. Translatio[q] sancti Ketilli confessoris.

1190. Conventus[q] missus est Ranefæld[w]. Ordo[m] Predicatorum incepit.

1191. Expeditio[c] mittitur in Finland[x]. — cf. Lund.

1192. Urbanus[q] II. annis 3. Conventus mittitur in Gulholm[7]. — cf. ib. — Ryen.

1193.[y] Valdemarus[z] episcopus captus[a] a Valdemaro duce. Primum incendium Esrom[b]. — cf. Sial. — Ryen.

1194. Conventus[c] mittitur in Asilum*. — Ryen.

1195. Gregorius[c] papa uno anno.

1196. Clemens[c] papa annis duobus. Kanutus rex ivit[d] in Estoniam cum exercitu. Ventus vehemens fuit. — Ryen. — cf. Sial.

1197. Ordo[e] sancte Trinitatis exordium sumpsit. — Ryen.

1198. Innocentius[c] III. annis 19. Terremotus fuit [in[f]] Dacia. Petrus[g] episcopus captus est Roskild[h].

1200. Ordo fratrum Minorum incepit. Adolfus[i] comes captus est. — cf. ib., Lund.

1201. Archiepiscopus [scilicet[k] Absolon] in Sora obiit. Andreas illi successit. — cf. Sial.

1202. Depositio sancti Villihelmi[l] abbatis in Paraclito[m]. Obiit[n] Esbernus Snare**. — cf. Ryen.

1203. Kanutus rex moritur[o]. Valdemarus[p] II[us] factus est rex, frater[q] Kanuti. — cf. Lund.

1204. Valdemarus rex duxit exercitum in Norvegiam cum[r] Herlingo, filio Magni, et regem fecit illum ibi. — cf. Ryen.

1206. Valdemarus[s] archiepiscopus solutus est. Andreas archiepiscopus duxit exercitum in Rivaliam[t]. — ib.

1207. Valdemarus fugat[u] imperatorem.

1208. Philippus[v] imperator occisus est. Otto[v] imperator factus est. Multi Dani in Lænæ[w] occisi sunt. — cf. ib.

1209. Episcopus Valdemarus depositus est de sede Bremensi[x]. — cf. Lund.

1210. Swercherus[y], filius Karoli[z], corruit. — cf. ib.

1211. Castrum quod[a] dicitur Dimin[b] reedificatum est a Danis. — cf. Vitesc.

1212. Dagmar regina obiit. — cf. Lund.

1213. Obiit Petrus senior[c] episcopus Roskildensis. — Ryen.

1215. Generale[d] consilium fuit Rome[e] a papa Innocentio. — cf. Lund.

*) 3 *post a.* 1225. *inserit:* Missus est conventus in Aas Hallandiae. — ib.

**) frater Absolonis *add.* 3. — ib.

a) Margariti 3. — martyrizatus 1; martyrizatur H. 2. b) Holstate 3. c) *haec om.* 2 ? *W.* d) Eskinbech 3, *qui pergit:* et eodem anno b. e) et aliud b. 3. f) Mundælöff 1; Amundelöf 3. g) Esc. 2*a*. h) *deest* 2. i) rex pr. 1. k) *deest* 2, *ubi:* et K. r. obviarunt. l) Lybech 3; Lubecae 2. m) *haec om.* 2. 3. n) Semm *Lang.;* Lemm 1*a*. o) m. Wolgast 2; Walgast 3. p) in Sl. *des.* 3; Scl. 2. q) *haec om.* 1*a*. 2. 3. r) Sueno *corr.* Suno 3; *haec om.* 2 ? *W.* s) *haec om.* 1*a*. 3. — capta est 2. t) raganis 2*a*. *W.* u) ecclispis *deleto primo* s 1. v) *deest* 3. w) in R. 1*a*. x) Findland 1*a*; *corr.* Vindland 3. y) 1190. 2. z) Wald. 2*b constanter,* 3 *saepius.* a) c. est 2. 3; capitur 1*a*. b) in E. 2. c) *haec om.* 1*a*. 2. 3. d) ingreditur E. 3. e) *haec om.* 1*a*. 3. f) *deest* 1. g) est *add.* 1. h) Roschildiae 2. 3. i) Adolphus 2. 3. k) *superscr.* 1; Abs. arch. 1*a*. 2. 3. l) Villihelini 1; Wilh. 2; Vilhelmi 3. m) Paracleto 2; Paraclaeto 3, *ubi haec post* Snare *leguntur.* n) Eodem anno ob. 2. o) obiit 2. 3. p) Valdam. *h. l.* 3, *alibi* Waldem. q) f. K. *des.* 3; fr. Can. f. est r. 2. r) contra Erlingum filium M. 3, *qui pergebat:* et Magnus f. i. r. i., *sed haec corr. ut edit.;* f. ill. ibi r. 2. s) Vold. episcopus 3. t) Rev. 1*a*. 2. 3. u) fugit 1. 2*b*, *corr.* fugat 2*a*; fugit ad i. 3, *ubi add.:* (per nuncios, non in propria persona), *sed in marg. al. m.:* fugat. v) *haec om.* 3. w) o. s. in Lene 3. x) Brẽm 1. y) Suerch. 2. 3. z) Caroli 2. 3. a) q. d. *des.* 1*a*. b) Damin 2; Demin 1*a*. 3. c) Siuar *post corr.* senior 3. d) *haec om.* 1*a*. 2. 3. e) Roma *corr., ut videtur,* Rome 1.

1) Villam Olse-magle prope Kiøge intelligit Langebek. 2) Est idem quod antea Disiae factum dicitur; cf. Schaefer p. 50. 3) Error videtur auctoris, qui de Kanuto retulit quae alii recte de Waldemaro tradunt. 4) Cf. Ann. Colbaz., SS. XIX, p. 715. H.-E. 5) Ita Chron. Sial. 6) Cf. supra a. 1186. Ann. Lund. haec in fine a. 1187. habent. 7) i. e. quod postea in Rus-regium (Rye-Kloster) translatum est.

Ryen. 1216. Petrus[a], filius Iacobi, factus est episcopus Roskild.

cf. Lund. 1217. Honorius[b] papa annis 9.

1218. Valdemarus III. consecratur. Otto[c] imperator et Nicolaus comes obierunt.

1219. Valdemarus secundus[d] rex mittit in Estoniam expeditionem[e]. Dominici[f] conf. obitus.

Ryen. 1220. Iherusalem[f] et Terra Sancta recuperatur a christianis.

1222. Gregorius cardinalis fuit in Dacia. Andreas archiepiscopus cessit[g].

cf. Sial. 1223. Valdemarus rex cum filio suo[h] Valdemaro furati[i] sunt ab[k] Henrico comite.

cf. Lund. 1224. Petrus archiepiscopus consecratur. Erra[l] vastata est[1].

Ryen. 1225. Petrus episcopus Roskildensis, filius Iacobi, obiit.

cf. Sial. 1226. Valdemarus cum filio solutus est. Nicolaus[a] factus est episcopus Roskild. Franciscus[b.m] conf. obiit.

cf. ib. 1227. Annis[b] 9. Gregorius. Capti sunt Dani apud Burnehøvæt[n].

Ryen 1228. Andreas[a] et Petrus[o] archiepiscopi obierunt.

1229. Iherusalem[f] capitur a paganis[2].

ib 1230. Otto cardinalis fuit in Dacia. Uffo archiepiscopus consecratur. Eclipsis[p] solis fuit et pestilentia hominum et pecorum.

1231. Obiit IIIus Valdemarus.

cf. Sial. 1232. Ericus consecratur.

Ryen 1233. Valdemarus rex[q] duxit exercitum in Vertohøg[r.3]. Fratres Minores Daciam intraverunt.

1234. Lund igne periit.

1237. Obiit[s] Valdemarus[t] episcopus humilis monachus. Gregorius[b] obiit[4]; sedes Romana vacabat[u] annis 5. Tempestas[v] fuit in die sancti Clementis. Bellum[w] fuit Scanør[x] inter Danos et Normannos. Translatio[b] sancti[y] Vilhelmi abbatis.

1240. Sculo[z] dux cum filio suo occisus est. Iherusalem[z*] et Terra Sancta a paganis capitur*.

cf. Sial. 1241. Valdemarus[z] II. obiit. Eclipsis[z] solis fuit 2. Non. Oct.

1242. Innocentius[a] papa quartus annis 12.

cf. Lund. 1243. Ericus[b] rex duxit exercitum in Calding[c] contra Abel[d], fratrem suum.

1244. Igne periit Randrus[e].

Ryen. 1245. Nicolaus[a] episcopus[5] recessit. Generale[a] consilium fuit Lugduni.

cf. Lund. 1246. Obiit[f] Iacobus, filius Suni. Episcopus[f.6] Petrus Topasøn[g] obiit.

1247. Generalis guerra fuit in Dacia. Otensø[h] a Theotonicis[i] incensa[k] est.

Ryen 1248. Ericus rex duxit exercitum in Imbræ[l]. Havæn[m] incensa est.

1249. Obiit[n] N[icolaus][o] episcopus Roskildensis**. Iacobus[p] a papa[q] consecratur. Obiit Ericus rex Suetie.

1250. Ericus rex Slesvig[r] martyrizatur. Abel, frater eius, coronatur.

ib. 1251. Frithericus[r*] quondam[7] imperator obiit. Lodovicus rex Francie captus est.

cf. Sial. 1252. Abel rex occisus est in Frisia; et frater eius Christopherus coronatur. [1253.[s]]*** Duxit[t] Ryen. exercitum in Swinaburg[u] et Scælfishøør. Alexander[a] papa, Iacobus archiepiscopus, Petrus episcopus[v].

cf. ib. 1256. Vilhelmus[w] rex Saxonie occisus est.

ib. 1257. Haquinus[r*] rex Norvegie fuit in Dacia[8].

*) 2. 3 (*a.* 1241) *add.:* Ericus rex duxit Iutam[x]. *Cf. Chron. Sial. a.* 1239.

ib. **) in Clarevalle *add.* 3.

***) Bellum fuit in Schanor inter Danos et Teutonicos, et Christophorus *add.* 3; Bellum fuit Slesvig inter Danos et Teutones. Chr. duxit ex. *reliquis omissis* 2; *qui a.* 1252. *add.:* Uffo[y] archiepiscopus obiit.

a) *haec om.* 2 ? *W.* b) *haec om.* 1*a*. 2. 3. c) O. i. et *des.* 3, *ubi* obiit. d) *deest* 2*b*. 3; rex *deest* 1*a*. e) cum expeditione 2; mittit exercitum in Est. 3. f) *haec om.* 1*a*. 3. g) voluntario *post add.* 3. h) s. V. *des.* 3. i) furtim capti et ducti 1*a*. k) a comite de Suerin 3. l) *haec om.* 1*a*. m) Franoscus 1. n) Burnehønæt 1; Bornæhovet 1*a*; Burnehofvet 2; Burnehofvit 3. o) Y. . . . *(vacat)* 1. p) E. s. *et* et *des.* 2 ? *W.* q) *deest* 2. r) Wertohogh 2; Virtohøg 3. s) *haec ad a.* 1236. 1*a*. 2. t) Vadem. 1. — ep. *deest* 2. u) vaccabat 1. v) et temp. — Clem. *post* Norm. 3; *haec om.* 2 ? *W.* w) *haec ad a.* 1238. 2 ? *W.* x) Schanor 3. y) sancte 1. z) *haec om.* 3. z*) *haec om.* 1*a*. 3; *ad a.* 1239. 2. a) *haec om.* 1*a*. 2. 3. b) Waldemarus *W.*, *ubi haec ad a.* 1241. c) Kolding 2; Chalding 3. d) Abell 1. e) Andreas 1; R. i. p. 2; *haec des.* 1*a*. f) *haec om.* 2 ? *W.* g) Topaß 1; Topeſson *post corr.* Iacopsē 3. h) Othensöe 2; Othensö 1*a*; Odensiø 3. i) Teutonis 2; Teutonicis 1*a*. 3. k) e. i. 1*a*. 2. l) Imbre 3; Cimbros 2. *W.* m) Hawen 2; et Hafnia 3. n) *eadem a.* 1246. *scripta*, *sed mox del.* 1; *haec* — consecratur *om.* 2 ? *W.* o) Olaus, *post in marg. add.* Nicolaus 3. p) et I. 3. q) populo *corr.* papa 3. r) Sleswich 2. r*) *haec om.* 3. s) *deest* 1. t) d. in ex. 1. u) Suinborg et Skielschør 1*a*. v) *sc.* facti sunt. w) *haec om.* 1*a*. 3. x) Iutta 3. y) Otto *W.*

1) Ita Chron. Sial. add., supra p. 214, n.†††. 2) *christianis* legendum videtur; cf. Ann. Sigtun., supra p. 217; rec. infra p. 235. 3) Locus mihi ignotus est. LANG. 4) A. 1241. Gregorium obiisse, et non tunc, sed post Coelestini mortem sedem per duos fere annos vacasse constat. 5) Roskildensis. 6) Fortasse Arhusiensis. LANG. 7) Sic Chron. Sial. 8) Cf. excerpta Velleii, 'N. Archiv' XII, p. 38.

1258.[a] Rustici occisi sunt iuxta pontem qui dicitur Læthræ[b]. Translacio Erici regis Slesvig[c] in Ringstad.

1259. Rex Christophorus obiit. Iærmerus[d] Siælandiam devastavit. Captus est Iacobus archiepiscopus. Ryen.

1260. Ericus coronatur[e]. Archiepiscopus[f] Iacobus solutus est a captivitate.

1261. Bellum fuit Lohethæ[g] in profesto[1] sancti Olavi[h]. ib.

1262. Randrus conbusta est*.

1263. Eclipsis[i] solis fuit pridie[k] Non. Aug.[2] Magister[l] Tucho consecratur in episcopum Arusiensem a papa. cf. ib.

1264. Ericus rex liberatur. cf. Lund.

1266. Guido cardinalis venit[m] in Daciam**. Ryen.

1267. Nicolaus[m*] episcopus Vibergensis et cancellarius obiit.

1268. Tempestas fuit in die sancti Benedicti. Clemens[n] papa obiit. Mart. 21.

1270.[o] Bellum[p] in Estonia; Mathias[q] dapifer corruit.

1272. Terremotus fuit circa[r] Iohannis ante portam Latinam. Episcopus[s] Tucho obiit. Ericus dux [Sunderiutie[t]] obiit. Maii 6.

1273. Ericus rex duxit filiam marchionis[3].

1274. Regina Agnes peperit regi[u] Erico filium[4].

1275. Expedicio facta est [in[v]] Suetiam. Rex Valdemarus expellitur.

1276. Innocentius[n] obiit; Adrianus illi successit. Regina Agnes peperit filium[w] secundum Cristophorum.

1277. Nicolaus[l] papa consecratur. Facta est dissentio inter Danos et Theotonicos[x] in[y] Scanøør[z].

1279. Thrugotus[a] archiepiscopus visitavit[b].

1280. Ericus rex eligitur, patre suo[c] vivente. Obiit[d] Thrugotus[e] archiepiscopus.

1281. Pestilentia pecorum.

1282. Dracones apparuerunt. Iohannes factus est archiepiscopus[f].

1283. Dux Valdemarus divisus est a rege Erico. Fames[g] valida in Dacia.

1284. Skaffven[h] vastata[i] est a Normannis.

1285. Dux[h] Valdemarus captus est a rege Erico. Horsnes[k] spoliata est a[l] Normannis.

1286.[m] Rex Ericus interfectus est a suis.

1287.[n] Stigotus Andersøn[o] a[p] Dacia fugit.

1288. Tuco[q] episcopus Arusiensis obiit; Ioannes illi successit.

1289. Obiit[h] archiepiscopus Ioannes Droos; et Ioannes Grand electus est[r]. Normanni[h] ad[s] Daciam venerunt.

1290. Hielm[t] edificatur[5]. Langland vastata est a Normannis[u].

1291. Archiepiscopus[v] tenuit concilium Roskildis[w].

1292. Archiepiscopus[h] Ioannes tenuit concilium Lund[x].

1293.[y] Stigotus Andersøn[o] obiit in Hielm.

1294.[z] Archiepiscopus Ioannes[a] captus est a rege.

1295. Treuge[b] date sunt exulibus.

*) Petrus Finsson[c] suspensus est *add.* 2 *h. l.*, 3 *a.* 1263. *initio.* cf A. R.

**) 3 *add.:* Circa haec tempora Olaus episcopus Burglanensis[d] interficitur in sua ecclesia per quendam militem Ioannem Glob.

a) 1257. 3. b) Lithre *corr.* Lethre 3, *et ita* 2. c) Sleswig 2; a S. 3; de S. 1*a*. d) Iarmerus 1*a*. 2. 3. — Sel. 2; Siel. 3. e) coronator 1. f) I. arch. 3; Iac. *deest* 2. g) Lohete 2. 3; in Lohæthæ 1*a*. h) Olai 1*a*. 2. i) *haec om.* 2 ? *W.*; et e. 3. k) pr. N. A. *des.* 3. l) *haec om.* 1*a*. 2. 3. m) fuit in Dacia 3. m*) *haec om.* 3. n) *haec om.* 1*a*. 3. o) *a.* 1270—1279. *bis scripti, sed priori seriei nihil adscriptum est* 1. p) B. fuit 3. q) in quo dap. 2. r) c. I. a. p. L. *des.* 2 ? *W.* s) et 1; Ep. T. ob. *des.* 3. t) ob. S. 1; S. *deest* 2. u) E. r. 1*a*. v) *deest* 1. w) f. Chr. sec. filium 3. x) Theotoicos 1; Teutones 2; Teutonicos 3. y) *deest* 2. 3. z) Scanöer 2; Skanør 3. a) Trugutus 3; *haec om.* 2 ? *W.* b) v. N. 3. c) *deest* 2. 3. d) *haec om.* 1*a*. 2. e) Thrigotus 1; Trugotus 3. f) archi 1; episcopus 1*a*. g) et f. 3; *haec om.* 2 ? *W.* h) *haec om.* 2 ? *W.* i) devast. 3. k) *haec ad a.* 1283. 2; Harsnes 1*a*. l) a N. *des.* 2 ? *W.* m) 1287. 2 ? *W.* n) 1288. 2 ? *W.* o) Anderß 1. p) f. a D. 2. 3. q) *haec om.* 1*a*. 2. 3. r) *deest* 3. s) v. ad D. 3. t) Hierusalem 2. *W.*; *haec om.* 1*a*. u) Normis 3, *ubi in fine ponitur:* et H. aedif. v) Ioannes *add.* 3; *haec om.* 2 ? *W.* w) Roschildiae 3. x) in L. 3. y) 1292. 2 ? *W.* z) 1293. 2 ? *W.* a) *deest* 2. 3. b) *haec a.* 1293 (1294). *add.* 2; *post add.* 3; Treude 1. c) Finsen 3. d) Gurglaviens. 3.

1) Sic Chron. Sial. add., supra p. 216, n. ***. 2) Ann. Ryenses recte: *Non. Aug.* (Aug. 5) sed ad a. 1262. 3) Cf. Chron. Sial. et Ann. Vitescol., supra p. 221. 4) Ericum. 5) Castrum in insula Hielm; de quo cf. Hvitfeld p. 302.

1299. Interdictum super Daciam.
1300. Indulgentia[a] magna in[b] Roma. Pestilentia pecorum.
1301. Ericus[c] venit in Windland[d] cum exercitu.
1302. Rex[e] Ericus tenuit concilium apud Suineburg[f].
1304. Valdemarus[g], frater regis Erici[h], obiit.
1305. Mortalitas hominum*.
1306. Sevissima hyems. Iohannes[i] episcopus obiit. Sex modii sil[iginis] pro 6 solidis in festo[k] Olavi.
1307. Ericus[l] venit in Suetiam hostiliter.
1308. Dux Suetie Ericus venit hostiliter[m] in Hallandiam. Pestilentia pecorum.
1310. Esgerus[n] Arusiensis eligitur in archiepiscopum.
1311. Generale[o] concilium fuit a papa Clemente.
1312. Ericus rex venit in Slaviam[p] hostiliter.
1313. Rex[q] venit hostiliter ad[r] Iutiam contra rusticos.
1314. Multi de Noriutia[s] capiuntur. Calvøø[t] edificatur.
1315. Rex et dux facti sunt amici. Pluvia cotidiana.
1316. Expedicio mittitur ad Stralesund[u]. Marca argenti de singulis aratris.
1317. Decima redditur regi de bonis nobilium.
1318. Dimidia marca argenti redditur regi[v] de quolibet aratro.
1319. Rex Ericus obiit. Fames in Dacia.
1320. Christopherus[w] eligitur in regem. Kalffø[x] destruitur.
1321. Ericus[y], filius Christopheri, eligitur in regem. Nuntius pape[h] venit in Daciam.
1322. Sevissima hyems in Martio. Signa mirabilia apparuerunt in celo.
1323. Hyems erat tam[z] seva, ut homines maria equitaverunt.**

*) 3 *addit:* 'then store[a] døde, then suorte døde'.
**) *Manu recenti ad a.* 1350. *scriptum est:*

Tunc mala pestis,
Tunc mors in mundo,
Regnavit in orbe rotundo.

a) *haec om.* 1*a*. b) Romae 2. — et p. 3. c) E. rex 2. 3. d) Findland 2. 3 (*in marg.* 'forte Windland'). e) E. r. 2. 3. f) Suinborg 2. 3. g) Vold. 3. h) *deest* 3. i) *haec om.* 2 ? *W.*; Ioannes 3. k) festis 3. l) *a.* 1297. *scr.* 1, *sed del.:* Er. rex v. in Sueciam h.; Er. rex 2. *W.* m) in H. h. 3. n) *haec om.* 3. o) *haec om.* 1*a*. 2. 3. p) Scl. 1*a*. 2. 3. q) Ericus rex 3. r) in 2. 3; in I. h. 3. s) Norvecia 2*a*. *W.*; Norvegia 2*b*. t) Kalviø 3. u) Strolsund marcha 3. v) *deest* 2 ? *W.* w) Christophorus 2. 3 *semper.* x) Kaluø 3. y) Christopherus 1. z) ita sevior quod 2; esset ita sevior aliis quod h. m. equitaverint 3. a) stone 3 ?

EX ADDITAMENTIS ET CONTINUATIONIBUS ANNALIUM EX RYENSIBUS EXCERPTORUM.

Annales Ryenses SS. XVI, p. 386 *sqq. editi longius propagati sunt et modo in brevius redacti, modo additamentis et continuationibus aucti. Ex quibus excerpta hoc loco edenda sunt.*

I. Annales usque ad a. 1313. *deducti, dicti Annales Danici* 1101—1313, *in SS. Rer. Danicarum IV, p.* 22. *editi sunt ex apographo codicis a.* 1728. *combusti. Quae Ryensibus in his addita sunt partim ad Roskildiam spectant, partim rerum Slesvicensium cognitionem produnt, quare de auctore certi quidquam dici nequit*[1]. *Additamenta nonnulla cum annalibus nr. II. signatis communia habent, quibuscum etiam in multis aliis conveniunt; neque tamen ex his eos exscriptos esse putarim, cum alia notatu digna praetermissa sint; potius exemplar quoddam Ryensium iam usque ad saec. XIV. in. continuatum utriusque*

1) Schaefer p. 51. auctorem clericum Roskildensem habet, antea Slesvici moratum. Sed is censum a. 1295. impositum haud commemorasset.

fontem fuisse censeo. In fine quaedam addita sunt ex Annalibus Lundensibus excerpta.

II. Hi annales, a Langebekio (II, p. 169) Chronicon Danorum vocati, iam a. 936. incipiunt et usque ad a. 1317. deducti sunt, qui nonnumquam cum I. conveniunt, sed iis uberiores sunt, praesertim saec. XIV. incipiente. Quo loco conscripti sint, nusquam indicatur. Qui exstabant in codice Hafniensi E 42, dicto 'Veriloquio', incendio saepe memorato cum aliis quam plurimis historiae Danicae monumentis consumpto. Apographum eius a Stephanio confectum Upsalae (De la Gardie nr. 26) asservatur, ex quo 1) Langebek eos edidit. 2) Alterum apographum in codice archivi Hamburgensis (IV) exstat, cuius lectiones praecipuas enotavit Lappenberg ('Archiv für Staats- u. Kirchengesch.' II, p. 200). 3) Tertium Velleii est in bibliotheca universitatis Hafniensis Addit. 104. 4, paucis notitiis auctum; 2 et 3 ipse evolvi.

III. Etiam versio Danica Annalium ex Ryensibus excerptorum non pauca additamenta et continuationem in codice usque ad a. 1314. servatam continet. Quae in nonnullis cum II, in aliis cum Chronica Sialandica vel Annalibus Lundensibus, uno loco cum Annalibus Waldemarianis seu Vitescolensibus conveniunt, unde exemplar a codice Latino Ryensium multo diversum adhibitum esse patet. Sed hoc etiam in monasterio Ryensi confectum esse ea quae de hoc (a. 1209. 1284) traduntur ostendunt[1].

Codex exstat in bibliotheca universitatis Hafniensis ex donat. var. nr. 3, in 8°, saec. XIV, quem ipse evolvi. Ex eodem hic libellus editus est 'Nye Dansk Magazin' V, p. 161 sqq. Magnam eius partem iterum in Latinam linguam translatam, nonnulla vero Danice in Annales suos recepit Laurentius Straalius, cuius opus edidit Langebek III, p. 303[2], de auctore monens: 'quis fuerit et cuias, me nescire fateor'. Neque mihi felicius cessit. Cum et ipse versionem Latinam addere deberem, nonnumquam ad illum recurri. *G. W.*

I.

. . . .

1216. Petrus Iacobi Sunæsun episcopus Roskildensis propter guerram inter Ericum et Abel vidit angelum super ecclesiam Roskildensem dicentem cum gladio evaginato iram Dei super regno Danorum. Propter quod in Flandriam fugit et ibi obiit. 1225.

. . . .

1250. Dux[3] Abel fratrem suum Ericum regem ad aleam[a] ludentem[3] captum proditiose in Sleswik in nocte sancti[b] Laurentii per Laghonem Gudmundson[c] militem occidi fecit in Myosund et submergi. Sepultus primo apud Predicatores extra menia tunc manentes, postea apud Sanctam Mariam in Holm, tertio in ecclesia beati Petri. Inventus per piscatorem. Aug. 9—10.

1252. . . . Et Cristoforus factus est rex; de[4] quo Holsati indignati, quia nepos[5] eorum non fuit rex, vastant Daciam. Et tunc in Sleswik acciderunt scripta de reliquiis illius ecclesie miracula, ubi predones arrepti a demonio se ipsos occiderunt[6].

. . . .

1268. Consecrata est . . .[d] ecclesia beati Kanuti Ringstad per episcopum Wintoniensem[7] dominica ante ascensionem Domini; et dedit visitantibus vel clam penitentibus[e] in dominicis et sextis feriis et in anniversario dedicationis eius et per octavas sexaginta dies. Maii 13.

a) aleas *II.* b) beati *II.* c) Gudmunsson *II.* 1; Gudmundsen *II.* 2. d) *lacuna.* e) *correxi;* mittentibus *ed.; etiam* clam *corruptum esse puto. H.-E.*

1) Cf. Usinger p. 78; Schaefer p. 11. 2) Qui etiam codicem versionis Danicae vidit eumque a Stralio exscriptum esse intellexit; attamen illum neglexit. 3) *Dux — submergi* etiam in II. — Similia etiam in codice bibliothecae universitatis Hafniensis Addit. 120. 4, qui excerpta Velleii continet, leguntur: *Abel fratrem cepit Slesvici proditorie ad aleas ludentem in nocte beati Laurentii, per Laghonem Gudmunds[on] — — submergi. Inventus per piscatorem. Sepultus primum in Holm ad Sanctam Mariam, secundo in ecclesia beati Petri.* 4) II: *de quo Holsati indignati vastaverunt Daciam.* 5) Waldemarus, filius Abel regis. 6) Vide infra p. 243 sq. 7) Iohannem I.

1263. Agnes[1], filia regis Erici, tradidit se religioni in domo sancte Agnetis Roskild in carnisprivio, presente duce de Brunswik et contradicente; qui eodem anno captus est in bello circa festum Michaelis. (Febr. 15.; Sept. 29.)

. . . .

1295. Dux[1] Waldemarus reedificavit castrum Gotthorp[a], data villa Brothersby[b, 2] in Suansæ Bundoni episcopo[3] pro fundo et pertinentiis.

. . . .

1302. Io[hannes][4] Grand translatus est ad sedem Rigensem. Ysarnus capellanus domini pape factus est archiepiscopus Lundensis.

. . . . *.

II.

. . . .

Ryen. Anno Domini 1223. Rex Waldemarus — — plus valebant. Waldemarus iuravit se non vindicaturum, sed a iuramento absolutus est per Innocentium III.[5] papam ante bellum in Bornehovet.

. . . .

Exc. II. Ryen. Nov. 1. Anno Domini 1250. Dux Abel — — et submergi. Eodem anno Waldemarus — — Coloniensis. Dux Abel in regem electus et coronatus est in die omnium sanctorum, purgans se manu 24 militum de morte fratris.

. . . .

Ryen. Anno Domini 1285. Rex Ericus, filius Christophori, captivavit Waldemarum ducem, volentem ire in Sueciam contra eum procuraturum exercitum.

. . . .

Eodem[c] anno 1289. dapifer Petrus[d] Hoosöl Nyburghi in concilio regni circa pentecosten volens captivare ducem Waldemarum[e], a duce captus est[f] et in castro Synderburgh[g] ferro vinctus.

Anno Domini 1290. . . . Alverus famosus pyrata Noricus captus in Scania, rotae[h] fractus apud Helsingæburg[i], astipulante regis dapifero. . . . . . .

Anno Domini 1291. . . . Radulphus[k] rex Alemannie obiit.

Anno Domini 1293. . . . Gerardus comes Holsatie duxit Agnetam reginam. . . . . . .

Anno Domini 1295. Rex** bellaturus cum duce Waldemaro, talliavit civitates et monasteria graviter. Tunc in quarta expeditione regis Norwegie in Daciam treuge facte sunt inter regem Dacie et Norwegie et ducem Waldemarum et expulsos. Ericus, frater ducis Waldemari, factus est miles a rege Norwegie et duxit Sophiam, materteram regis Norwegie. . . . . . .

Anno Domini 1297. . . . Dux Waldemarus cum rege Norwegie venit contra regem Ericum. Sed apud Hegnæsgavel treugatum[l] est. Rex fugavit exercitum Waldemari in Grönesund[m], et dux resignavit insulas ultra Mæthelfart[n] sitas.

. . . .

Anno Domini 1301. . . . Rex cepit Rostoch cum adiacente terra.

Anno Domini 1302. . . . Iohannes[o] Grand translatus est ad sedem Rigensem[p]. Ysarnus[q] capellanus domini pape factus est archiepiscopus Lundensis. . . . . . .

Anno Domini 1303. . . . Et Christoforus, frater regis, factus dux Estonie. Rex venit Rostock[r] cum principibus Sclavie et Marchie ac Christierno episcopo Ripensi.

*) *Hoc loco inserta sunt haec:*

A. Lund. 933. Riimbertus convertit ad Christum filium Gormi Haraldum. Tunc in Dania constituuntur ecclesie et ordinantur sacerdotes per Riimbertum, qui in insulis Danie predicavit, captivos christianos confortans.

936. Haraldus Blatan cepit regnum; qui confederatus regi Suecie Emund, filio Ring, christianitatem dilatavit. — *Post addita:*

1262. . . . Et dux de Brunswic venit in Daciam; per quem et magistrum Gerardum et Iohannem Parvum bona ecclesiarum Lundensis et Roskildensis confiscantur, clerici captivantur, et plurima mala fiebant. . . . . . .

1263. Scanienses ceperunt castrum Helsingæburgh, et dux de Brunswick fugit de Dacia cum magna confusione, et captus est a marchione Misinensi.

**) *Haec des. 3, ubi legitur:* Dux W. reedificat Gothorp *etc. ut I.*

a) Gothorp 3. b) Brothsby 3. c) E. a. 1289. *des.* 3. d) P. Hosøsl Nyborg 3. e) W. 3 *semper.* f) est et *des.* 3. g) Synderborg 3. h) rotis impositus 3. i) Helsinghaeburgh 2; Helsingborg 3. k) *haec des.* 3. l) pugnatum 3. m) Gronesund 3. n) Maethelfaar 3. o) *deest* 3. p) Ripensem 2. q) Is. 2. 3. r) Rostoch 3.

1) Haec etiam in apographo Annalium nr. II. signatorum Hafniensi (3). 2) Brodersby. 3) Sleswicensi. 4) Haec etiam in II. 5) Immo per Honorium III.

Anno Domini 1304. . . . Domicellus Waldemarus, frater regis, obiit in Rostock[a] et translatus est[b] in Soram. . . . Agnes quondam regina Dacie obiit[c].

. . . .

Anno Domini 1310. Iohannes[d] Grand factus[e] est archiepiscopus Bremensis. Ysarnus[f] Lundensis factus[e] est Salernitanus. Et[d] Esgerus Arusiensis[g] translatus est ad sedem Lundensem. . . . Ericus, filius Waldemari ducis Iutie, despondit filiam domini N.[h] de Sclavia[i], sororiam regis Erici. Parlamentum fuit in[d] Helsinghaeburgh[k] . . . ubi Ericus dux Suecie desponsat[l] filiam alteram domini[m] N. de Sclavia. . . . . . .*

Anno Domini 1311. . . . Rex[n] tenuit solennem curiam apud Rostock[a] cum marchione[1] et principibus Sclavie[i]. Secuta[o] est obsidio civitatum Rostock et Wismarie. . . . . . .**

Anno Domini 1312. Civitatenses de Sclavia[i] incendunt Helsingör, Amag, Scanör cum castro et quasdam insulas. . . . Waldemarus dux Slesvicensis obiit. . . . Civitatenses de Rostock propter famem et bella tradiderunt se regi.

. . . .

Anno Domini 1315. Ericus et Waldemarus duces Suecie[p] venerunt in Feoniam[q] in adiutorium regis contra Ericum ducem Iutie.

Anno Domini 1316. Rex[d] misit classem contra civitatem Sundensem[2, ***].

. . . .

III.

1170. Sanctæ Knut hærtig word canoniceret oc scrinlaud i Ringstæde. Kuning Knut hans søn[3] allæ Danskæ mæns fæynde trint om forthwingdæ han met makt. Kuning Woldemar thæn annæn. Han wan Estland oc wende them om til tro. Mæt mangæ harde orlof oc strid thwindæ han Thydeskæ oc Pomere oc Wendiskæ oc giørde thæm skatskildig til Danmarch.

1184. Kuning bøth ledhing til Wolgast i land to Wændæn[4].

1202. . . . Biscop Anders oč hans brøthære førdæ hær in i Finland[5]. . . . . . .

1206. . . . Andreas erchebiscop oc hans brøthræ[6] førdy stoor hær in til Ræwæl.

1207. Kuning Woldemar wtdref keyserin af Danmarch[7].

1209. . . . Thet samæ aar word thet gutz af Gulholm til Rus-regis, Rydhæ clastær, om delt 'aa sanctæ Magnes dagh, oc then ombytelsæ word staatfastæ met opnæ breff kungiord aa Husby thing. The skeftæ oc met biskop Claus, ther word biscop næst æfther biscop Woldemar[8], oc op bare thind af thre kirkær, som waræ Holdenasbrothorp[9], Broakær oc Grumet- *Sept. 6.*

1170. *Sanctus Kanutus dux canonizatus et translatus est in Ringsted. Rex Kanutus, eius filius, omnes Danorum inimicos circumcirca subiecit cum potentia. Rex Waldemarus secundus. Acquisivit Estoniam et eam ad fidem convertit. Cum multis gravibus bellis et pugnis subiecit Teutonicos et Pomeranos et Slavos et fecit eos tributarios Daniae.*

1184. *Rex expeditionem indixit ad Wolgast in Slavia.*

1202. . . . *Episcopus Andreas et eius fratres duxerunt exercitum in Finland. . . . . . .*

1206. . . . *Andreas archiepiscopus et eius fratres duxerunt magnum exercitum ad Revaliam.*

1207. *Rex Waldemarus expulit imperatorem ex Dania.*

1209. . . . *Eodem anno bona de Gulholm ad Rus-regis translata sunt die sancti Magni, et haec transmutatio confirmata est patentibus litteris lectis in placito Husby. Concambium fecerunt etiam cum episcopo Nicolao, qui episcopus factus est mox post episcopum Waldemarum, et acceperunt censum trium ecclesiarum, scilicet H. B. et G., pro censu quatuor eccle-*

*) *Ann. —1347 (Lang. VI, p. 253; Hamb. IX; cf. Usinger p. 94) addunt:*
A. D. 1310. Subiugantur regi Erico Rostoch et Ribbnaes[r].

**) 3 *add.:* Rex optinuit tum apud Werogh Rostochienses et alios Slavos perdomuit multa pecunie.

***) *Ann. —1347. add.:* Fuit parlamentum in Rostoch per regem Ericum, et fuerunt ibi milites 648.
3 *add.:* 1323. Dapifer Laurits a'Thomborg in Nyborg transivit in gloria (?) cum multis equitibus per mare Balticum, et erat via inter Sialandiam et Slaviam passagia (?) per 6 septimanas circa purificationem. *Febr. 2.*

a) Rostoch 3. b) *deest* 1. c) moritur 3. d) *deest* 3. e) fit 3. f) Is. 3. g) Alsusiensis L. ad s. transfertur 3. h) regis 3. i) Sl. 3. k) Helsinburgh 1; Helsingborg 3. l) desponsavit 3. m) regis Slaviae 3. n) Sollemnis conventus regis 3. o) Obsessa Rostoch et Wismaria 3. p) Suethie 3. q) Fion. 3. r) Kibnaes 2.

1) Waldemaro Brandenburgensi. H.-E. 2) Stralsund. — Accuratius haec et sequentium annorum historia traduntur in Annalibus a. 1308—1357 (1363), SS. R. Dan. VI, p. 520, et in fragmentis inde, ut videtur, sumptis, de quibus v. infra p. 235. 3) Waldemari I. filius. 4) Ita Chron. Sial.; cf. Ann. Essenb. 5) Haec recte in dubium vocavit Schaefer p. 12. Orta enim sunt ex expeditione in Estlandiam a. 1206. suscepta, de qua v. Chron. Sial., supra p. 214, et ib. n. 2. 6) Cf. ib. 7) Hoc perperam Ann. Ryensibus additum est. 8) Anno 1208. 9) Holdenestrup, Broacker et Grumbyhof.

hoft, for tind af firæ kirkir, som waræ sanctæ Michels kirkæ aa byærgæt, Kalleby[1], Nybølæ oc Tholge; oc then ombytælsæ stadfestæ the met gothe prevleggæ, som ware pavæns bullæ, met erkebiscops bref, sith eyæt opnæ bref oc met capitels bref af Sleswig. Thænnæ tind op bar een leybrother Syward oc flythin til monkæ nyttæ, æfthær there vilyæ, i Rythæ claster, Rus-regis, for monkæ komæ thiit at bo. Rytha claster kom af Insula-aurea[2] til thid som the nu bo, oc aa sanctæ Thomes apostel afteen læstæ monkæ ther først ræyæl. (Dec. 20.)

1215. . . . Æn kuning Woldemar drogh aa mod hannum met stoor hær, oc firtiwæ[3] thusind Frisæ met segh. . . . . . .

Anno Domini 1216. word Predikæ clastær orden stadfæst aff Honorio pavæ[4]. . . . . . . Thrætæ word i Engæland i mallum kuning Johan oc hans eynæ mæn. (A. Wald. 1219.)

1224. . . . oc Danska løstæ thæm for fyrtiwæ thusind oc tu hundræt oc ti[5] Lybisk mark i Lybekær wekt.

1221. Sanctus Dominicus døthæ[4]. . . . . . .

1238. . . . Item Hadwich[6] hertiginnæ døthæ.

1244. Kuning Eric fordhe hær aa mood sin brother Abel[7] weth Kolding.

1245. . . . Item biscop Iohannes af Sleswig døthæ, oc Eskil word biscop.

1248. Thydeske[8] brænde Kopænhafnæ. . . . . . .

1265.[a] Møgeltynder[9] slot word neyærbrot.

(cf. Sial.) 1267.[b] N. biscop af Sleswig døthæ, oc Bunde wor karin[10]. Item fru Ingeburg af Kallenburg døthæ i Hathæby.

(cf. ib.) 1271. . . . Item kuning Erik bygynnethæ at øthæleggæ Sønderjutland.

1275. Consilium generale wor i Lund, klærkæmood, under Gregorius pavæ thiit thæn tiende. . . .

1282. Bescop Bunde af Sleswig blef døth, oc provest Jacop word koræn i samæ stæt. Item droning Margreta døthæ.

(Febr. 2.) 1284. Monkene af Rythe clostær skildes at met stoor sorg oc drøwelse wet[c] kyndermesse thiit.

(Febr. 2.) 1285. Kuningin faugethe hertig Woldemar weth Helsingør oc sænde hannum i fiædær in til Sioburg. Alff Ællingsøn, thæn milder Alff af Noryæ, wor een mektig siorøwer, han rønde Kalænburg oc mangæ øør i Danmarch. . . . Item kuning Philippus af Frankerighe word slawin i thæn strid, han førde aa mood kuning Peter af Aragonia. (cf. Lund.)

---

siarum, scilicet ecclesiae sancti Michaelis in monte, Kalleby, Nybølae et Tholge; et hoc concambium confirmarunt cum bonis privilegiis, scilicet papae bullis, archiepiscopi litteris, ipsius litteris patentibus et capituli Sleswicensis litteris. Hunc censum recepit frater laicus Siwardus, et venit in monachorum utilitatem secundum eorum voluntatem in monasterio Ruris-regis, antequam monachi ibi habitationem acceperunt. Monasterium Rus-regis venit ab Insula-aurea ad locum ubi nunc habitant, et in sancti Thomae apostoli vigilia legerunt monachi ibi primo regulam.

1215. . . . *Sed rex Waldemarus profectus est contra eum [Ottonem imperatorem] cum magno exercitu, et quadraginta milia Frisonum secum.*

1216. *Ordo Praedicatorum confirmatus est ab Honorio papa. . . . Dissensio facta est in Anglia inter regem Iohannem et proprios eius homines.*

1224. . . . *et Dani solverunt eos [Waldemarum regem et filium eius Waldemarum] pro* 40210 *marcis Lubicensibus in pondere Lubicensi.*

1221. *Sanctus Dominicus obiit.*

1238. . . . *Item Hadwich ducissa obiit.*

1244. *Rex Ericus duxit exercitum contra fratrem suum Abel ad Kolding.*

1245. . . . *Item Iohannes episcopus Sleswicensis obiit, et Eskillus factus est episcopus.*

1248. *Teutonici incenderunt Hafniam. . . . . . .*

1265. *Møgeltunder castrum destructum est.*

1267. *N[icolaus] episcopus Sleswicensis obiit; Bundo electus est. Item domina Ingeburgis de Kallenburg obiit Hethaeby.*

1271. . . . *Item rex Ericus incepit vastare Sonderiutiam.*

1275. *Consilium generale fuit Lugduni, clericorum conventus, tempore Gregorii papae decimi. . . . . . .*

1282. *Episcopus Sleswicensis Bundo mortuus est, et praepositus Iacobus electus est in eius locum. Item regina Margareta obiit.*

1284. *Monachi Ruris-regii dispersi sunt cum magno moerore et tristitia purificationis sanctae Mariae tempore.*

1285. *Rex [Ericus Glipping] cepit ducem Waldemarum apud Helsingør et misit eum in catenis ad Sioburg. Alverus, Aellingi filius, clemens (?) Alverus de Norwegia, fuit potens pirata, qui depraedatus est Kallundborg et multas insulas Daniae. . . . Item rex Philippus Franciae victus est in bello quod gessit contra Petrum regem Aragoniae.*

a) MCCLV. *c.* b) MCCLXIII. *c.* c) *haec rubro scripta sunt.*

1) Kalleby, Nübel, Tolk. Cf. Jensen-Michelsen, 'Schleswig-Holsteinische Kirchengeschichte' II, p. 85. Cf. Fund. monast. Gulholm., infra p. 240. 2) i. e. Guldholm. 3) Ann. Ryenses: *sexaginta milia.* 4) Cf. Ann. Dano-Suec., supra p. 184; Sigtun., p. 217. H.-E. 5) *pro* 60 *milibus marc. in pondere Lubicensi* Ann. Ryenses. 6) Quae fuerit, incertum est; anne uxor Canuti ducis, filii Waldemari II? LANG. 7) In Ann. Ryen. desunt *contra fr. s. Abel,* sed eadem verba habent Ann. Essenbec., Lund., Sialand. H.-E. 8) *a Lubycensibus* Ann. Ryenses; cf. Ann. Nestved. mai., supra p. 220. H.-E. 9) Mögeltondern (Kr. Tondern). 10) Ad a. 1265. habent haec Ann. Ryen.

1286. . . . Item nunnæ closter word brænd i Sleswig. Item hertig word løøs a fængsel. cf. Lund.

1287. Item kuningh Eric word slawin til ridder i Nyburg af margreve Otto, sin motherbrother. Thæn samæ dag slo kuning Eric hertigh Waldemar til riddere. . . . . . . Item hertig Woldemar giorde brullop met hertigæs datær af Sassen. Item biscop af Sleswig, kunings kenceler, blef døth. Ærkedyægæn Berthold word korin biscop 16. Kal. May. . . . . . .

1288. Foor een in i Danmarch oc halt seg for at wære keyser Frethric. . . . . . .

EX CONTINUATIONE.

1290. . . . Item Alff Ælling[søn], thæn maktu siorøwere, word fangin i Skanæ oc stæild weth Helsingburg. . . . . . . cf. II.

1291. . . . Item kuning Soldan wan Acharon stat oc neyær slo oc fordærdæ ther bathæ mæn oc qwinnæ, allæ pa guth trodæ. cf. Sial.

1292. . . . Item grefinnæ Elizabeth[1] døthæ.

. . . .

1295. . . . Item hertig Woldemar igeen opboydæ Gothorp. . . . . . . cf. I.

1296. Slæswig moxen altsamæn forgik af brand nyaars nat. Item hertig Eric[2] giorde brullop met kuning Magnes dather[3]. Item oc møtes kuningin oc hertigin met beggæ theræ hær pa Somerstætheet[4].

. . . .

1301. Kuning bøth lething in i land to Wenden at orlowæ aa mood the hofdingæ, ther i land waræ bothæ, oc at wæryæ oc byskærme sin stat Rostoc.

. . . .

1304. . . . Item droning Agnes døthæ. cf. II.

. . . .

1309. . . . Item biscop Eskil af Arws word erkebiscop i Lund. Item Iohannes Grand word ærkebiscop i Bremen. cf. II. 1310.

. . . .

1311. . . . Item kuningin hawdæ sin gaard i Rostoc oc wor thær oc halt ther stor stat. Item oc slo marcgrewin ther til riddere. cf. II.

1312. Siostæde met theræ mannæ kraft brændæ mangæ veynæ wed stransydhæ i Danmarch. Item kuningin bylaudhæ Wærdemymnæ taarnæ oc fek thet oc giorde ther slot af. cf. II.

. . . .

1286. *Monialium claustrum incensum est Sleswici. Item [Waldemarus] dux a captivitate solutus est.*

1287. *Item rex Ericus miles factus est Nyburgi a marchione [Brandeburgensi] Ottone, avunculo suo. Eodem die fecit Ericus ducem Waldemarum militem. . . . Item dux Waldemarus nuptias fecit cum filia [Iohannis I.] ducis Saxoniae. Item [Iacobus] episcopus Sleswicensis, regis cancellarius, mortuus est. Archidiaconus Bertholdus electus est episcopus 16. Kal. Maii.*

1288. *Ingressus est quidam Daniam et simulavit se esse imperatorem Frethericum. . . . . . .*

1290. . . . *Item Alverus Aellingi [filius], famosus pirata, captus est in Scania et rotatus apud Helsingburg.*

1291. . . . *Rex Soldanus cepit urbem Acharon et occidit et interfecit ibi utriusque generis homines et feminas, omnes Deo credentes.*

1292. . . . *Item comitissa Elizabeth obiit.*

1295. . . . *Item dux Waldemarus reaedificavit Gottorp. . . . . . .*

1296. . . . *Sleswig fere totum consumptum est igne nocte ante Kal. Ian. Item dux Ericus fecit nuptias cum regis Magni filia. Item occurrunt rex et dux cum utriusque exercitu in Somerstætheet.*

1301. *Rex indixit expeditionem in terram Slavicam ad bellandum contra principes qui in terra fuerunt duos et ad defendendam et tuendam civitatem suam Rostoc.*

1304. . . . *Item regina Agnes obiit.*

1309. . . . *Item Eskillus episcopus Arusiensis factus est archiepiscopus Lundensis. Item Iohannes Grand factus est archiepiscopus Bremensis.*

1311. . . . *Item rex habuit curiam suam in Rostoc et ibi fuit et tenuit ibi magnum consilium. Item fecit marchionem [Brandeburgensem Waldemarum] militem.*

1312. *Urbes maritimae cum earum virtute incenderunt multa praedia in litore in Dania. Item rex obsedit turrim Warnemünde et cepit eam et fecit inde castrum.*

1) Ignoratur, quae fuerit. 2) Immo rex Ericus. 3) Ingeburgi. 4) Sommerstedt prope Hadersleben. Hvitfeld p. 309. hoc loco et anno de pace inter reges Daniae, Sueciae, Norvegiae tractatum esse narrat.

EX ANNALIBUS RECENTIORE TEMPORE EXCERPTIS.

Multorum Annalium Danicorum, ut vidimus, non ipsi veteres codices ad nostram usque aetatem pervenerunt, sed his funesto illo incendio a. 1728. *consumptis, apographa saeculo XVI. vel XVII. facta eorum loco adhiberi debent. Petrus Olai, Hamsfortius, Velleius, Bartholinus ob curam his conficiendis impensam laudari debent. Prae ceteris vero Stephanius de colligendis et conservandis historiae monumentis meritus est, aliis typis impressis, aliis descriptis, quarum collectio Upsalae asservata, in codice Hamburgensi descripta est*[1]. *In hanc vero etiam opera recentioris aetatis — saec. XVI. dico — recepta sunt*[2], *et quae ex aliorum schedis prodierunt non satis veri antiquitatis foetus probari possunt.*

Ex Hamsfortii schedis Langebek edidit 'Breve chronicon Danicum a. 1095—1194' *(III, p.* 627*), et 'Chronicon Danicum ab a.* 980—1286' *(II, p.* 433*), Annales breves cum aliis plerumque convenientes, sed antiquitatis colore destitutos.*

Illi maximam partem ex Ryensibus excerpti nonnulla ex Saxone addita praebent[3], *praeterea de Waldemaro episcopo Slesvicensi referunt, quae alibi non leguntur*[4], *et singulari errore Kanuto regi uxorem filiam regis Ungariae tribuunt*[5].

I. Horum compluribus locis auctor recentioris temporis deprehenditur[6]. *Attamen ad vetustissimos annales provocat, quos excerptos vel descriptos esse libenter concesserim, cum modo ad Annales Vitescolenses*[7], *modo ad Ryenses, Lundenses, Sialandicos eos accedere, praeterea quaedam praebere videam, quae auctorem fratrem ordinis Praedicatorum saec. XIII. exeunte scribentem indicant. Harum notarum nonnullae ad Annales Dano-Suecanos [et Sigtunenses H.-E.] accedunt; et nota a.* 1286. *fortasse auctorem Suecanum indicat. Quare priorem partem saltem minutissimis litteris, haec quasi genuina edere placuit.*

II. Annales Danici ab a. 1131. *usque ad a.* 1325. *(SS. R. Dan. IV, p.* 281*) ex collectione illa Stephanii sumpti, eo praesertim offendunt, quod potius fragmenta quam continuam annorum seriem praebent (*1131—1138. 1171—1199. 1245—1258. 1313—1325*), et quamvis plerumque cum vetustioribus annalibus conveniant, nonnulla habent diversa et ex fontibus, ut videtur, alienis sumpta. Stephanius verbis 'ex eodem codice' ('Archiv für Staats- u. Kirchengesch.' II, p.* 202*) ad librum supra (p.* 229*) laudatum, 'Veriloquium vetus' vocatum, quem 'antiquissimum' dicit, provocat. Quem, cum etiam alia chronica vel annales* 841—1006, 1246—1265, 1249—1290, 1275—1347, *eaque partim ex Annalibus Lundensibus excerpta, continuisse dicatur, potius saec. XVI. quam medio aevo*

1) Nescio an prorsus inter se conveniant; sed certe quae cod. Hamburgensis praebet ex Stephanii penu sumpta sunt. 2) Quod Hamb. sub nr. III. habet opus a. 1579. scriptum est; nr. XVIII. usque ad a. 1520; nr. XXI. ad a. 1555. pergunt. 3) 1184. *Imperator per legatos humagium a Canuto petiit.* 1186. 1187. 4) *Qui confirmationem papae super decimis episcopalibus obtinuit, quas antecessor Fridericus in ecclesiam Slesvicensem procuravit apponi.* 5) A. 1183. 'Unde haec de filia regis Ungariae'? recte monuit Langebek. 6) Ita recte Usinger p. 25. Schaefer quidem p. 52 sqq. hos annales medio aevo ex antiquiore, quod statuit, Annalium Lundensium exemplari excerptos esse censet. Sed multa manum recentioris auctoris, qui sibi notas breves fecit, arguunt, a. 1086. 1249. 1255 *(Lex clavarum).* 1269 *(Alium substituentes);* alia paucis verbis indicata (1225. 1260); a. 1131. 1135. error manifestus; a. 1147. et 1148, a. 1201. et 1203. eadem res bis narratur. Procul dubio recentioris auctoris sunt verba, quamvis Schaefer hoc neget: *hoc etiam dixit Saxo; et hoc etiam dicit scriptor Vitae sancti Kanuti; quidam hystoriographi aliter sentiunt de istis quinque postreme scriptis, quod etiam in vetustissimis annalibus invenitur.* 7) Cum his recte a. 1144. *sororem Hartvici* habet, ubi Ryenses et alii falso *Henrici* scribunt.

scriptum esse coniicio[1]. *Postremam partem a.* 1313—1325. *ex Annalibus* —1357 (1363). *deductis sumptam esse statuamus oportet*[2]. *Quare hac, quae fines huic collectioni constitutos excedit, omissa, priorem partem eodem modo quo I. exhibendam duxi.*

III. Excerpta Velleii in codice Hafniensi servata vetustiori annalium exemplari niti videntur, sed haec tam lacunosa et lectu difficilia sunt, ut fragmenta tantum tenuia erui potuerint, quae alio potius loco ('N. Archiv' XII, p. 32 sqq.) exhibenda duxi. Pauca tantum, quae res Slesvicenses illustrant, hoc loco repetivi. *G. W.*

I.

. . . .

Bellum fuit Ialinge inter Nicolaum et Ericum anno 1131. — Vitesc.

1131. Bellum fuit Fotewigh in Schania, et aliud Syre[3], et utrobique fugit Ericus.

1133. Fractum castrum Haraldi Roschild.

1134. Roschildia a Slavis vastata est. — Lund.

1135. Nicolaus fugit de Scania, et quinque episcopi occubuerunt, quatuor de Iutia, et unus de Sialandia, et surrexit unus de Suecia, unus de Scania, unus de Iutia.

1136. Haraldus rex occisus est.

1137. Tenebrae fuerunt in quadragesima per universam terram.

. . . .

1139. Ericus rex Emunæ interfectus est, et successit Ericus Lamb. — Vitesc.

. . . .

1144. Ericus duxit uxorem sororem Hartvici episcopi Bremensis. . . . . . . — ib.

1145. Tenebrae factae sunt.

1147. Obiit Ericus Lamb; quo mortuo, Iutenses Kanutum, filium Magni, regem eligentes, Sialandenses cum minoribus insulis Suenonem eligunt, et factum est schisma inter eos 12 annis. — Lund. Ryen.

1148. Sueno electus est in regem in Scania, et Kanutus in Iutia. — Vitesc.

. . . .

1150. Bellum fuit Slangetorp, et fugit Kanutus.

1151. Bellum fuit Wiberg.

1152. Exulavit Kanutus in Suetia et Ruscia.

1153. Mortuus est sanctus Bernardus. . . . . . .

1154. Kanutus, assumpta militia de Saxonia, fugavit Suenonem. — ib. Lund.

1155. Dani elegerunt duos reges Waldemarum et Kanutum, et fugit Sueno in Saxoniam, ubi fuit duos annos. — Lund. Ryen.

1157. Hic rediit Sueno cum duce Henrico, et facta est pax inter eos; et post paucos dies interfecit Sueno Kanutum et Constantinum Roschildiae, et Waldemarus fugit in Iutiam; quem persequens Sueno corruit in campo Gratehelh, et Waldemarus totum regnum obtinuit 25 annos. . . . . . . — ib.

1170. Rö a Danis acquisita et ad fidem conversa. Translatum est corpus Kanuti Ringstadis. Waldemarus II. natus est. — Vitesc. Lund.

. . . .

1172. Kanutus rex coronatur.

1173. Terrae motus factus est in Dacia. Christoforus dux Iutiae obiit.

. . . .

1181. . . . Waldemarus occurrit imperatori in Traffn, ubi dedit filias suas imperatori, alteram filiam filio imperatoris, aliam comiti Sifrido.

1182. Obiit rex Waldemarus primus, filius Kanuti martyris.

1184. Expeditio Valegust.

1187. Terra Sancta vastata est a paganis. — cf. Sial.

1190. Expeditio facta in Finlandia, et victa est a Danis. — Vitesc

1191. Episcopus Waldemarus fugit de Dacia.

1192. Waldemarus episcopus reversus est et captus a Kanuto rege.

1193. Comes Adolphus captus est. . . . . . . — cf. Sial.

1194. Kanutus ivit in Estoniam. — cf. Essenb.

1195. Incepit ordo Trinitatis. — cf. Sial.

1197. Sophia regina moritur. — cf. Ryen.

1200. Holsatia a Danis subiugatur. — cf. Sial.

1201. Kanutus rex mortuus. . . . . . . — cf. Essenb

1203. Obiit rex Kanutus; frater Waldemarus coronatur. — Wald

. . . .

1205. Waldemarus ducit filiam regis Bohemiae. — Vitesc.

1206. Waldemarus exivit de captivitate.

1207. Waldemarus destruxit Bierrebuch[4].

. . . .

1) Huic tempori etiam titulus 'Veriloquii veteris' convenire videtur. Alius codex 'vetustus' dictus opus usque ad a. 1520. deductum continuit; v. 'Archiv' l. l. p. 211. 2) Schaefer p. 62. Qui idem statuit de Annalibus a. 1275—1347. ex eodem codice editis. — Excerpta eorundem annalium a. 1313—1320. etiam in cod. Hafniensi Addit nr. 120. 4. exstant. 3) Res turbatae. 4) Lege: *Buzeburg*.

Vitesc. 1209. Episcopus Waldemarus eiectus est de sede Bremensi et excommunicatus.

. . . .

ib. 1211. Castrum Deminum reedificatum est a Danis.
cf. Sial. 1212. Obiit Margareta, filia regis Bohemiae.
Wald. 1213. Secundae nuptiae Waldemari cum sorore comitis Flandriae.
1214. Waldemarus iunior in regem eligitur.
1215. Natus est Ericus, filius Waldemari, filii Waldemari primi. . . . . . .
1217. Ordo Praedicatorum est confirmatus[1] . . . . . .
cf. Sial. 1218. Obiit imperator Otto. Waldemarus ivit in Estoniam cum exercitu.
1219. Missi sunt fratres Predicatorum Bononiam a beato Dominico[2].
1220. Obiit Beringera regina Daciae.
1221. Cardinalis fuit in Dacia. Transitus beati Dominici[1].
Ryen. 1222. Captus est Waldemarus cum filio suo a comite Henrico in Lyth.
1223. Magister Iordanus electus est.

. . . .

Vitesc. 1225. Redierunt ambo reges.
Lund. Ryen. 1226. Dani corruerunt apud Bornehoffid in die Mariae Magdalenae.

. . . .

1228. Ierusalem capitur a christianis[3].
1229. Otto cardinalis fuit in Dania. . . . . . .
cf. Sial. 1230. Obiit Waldemarus iunior et uxor Eleonora.
1231. Ericus rex coronatur. . . . . . .
1233. Translatio beati Dominici[1].
Vitesc. 1235. Obiit Waldemarus episcopus in Luca.
1236. Dux Abel ducit filiam Adolphi. Obiit magister Iordanus[2].
1237. Translatio sancti Wilhelmi. . . . . . .
Ryen. 1238. Ierusalem capitur a paganis.

. . . .

Lund. 1240. Obiit secundus Waldemarus rex Daciae, pater Waldemari, Erici, Abelis, Cristophori et Kanuti, 5. Kal. Aprilis. . . . Vacabat sedes Waldemari.
1242. . . . Regnum divisum inter filios Waldemari.
cf. Sial. 1243. Rex Ericus duxit exercitum contra fratrem Abelem.
cf. Lund. 1244. Nuncius domini papae mittitur in Daciam. Expeditio facta est in Revaliam.
1245. . . . Concilium generale.

. . . .

cf. D. Suec. Nestv. 1247. Capta est Ripis ab Abele.

. . . .

1249. Venceslaus[4].
cf. Vitesc. Essenb. 1250. Ericus rex Danorum occiditur. Abel coronatur. . . . . . .
1251. Obiit Fridericus imperator. . . . . . .
1252. Rex Abel occiditur. Christophorus coronatur. . . . . . .
cf. Wald. 1253. Suineburg et Schelschiör capitur. Obiit beatus Petrus martir.

. . . .

cf. Sial. 1259. Bellum fuit Nestvid. Obiit Cristophorus.
1260. . . . Interiit Iarimarus.
ib. Ryen. 1261. Bellum fuit Lohet; capti rex et regina et multi.
1262. Regina rediit. . . . . . .
1264. Rex liberatur. . . . . . .
1265. Guido cardinalis fuit in Dacia. . . . . . .
1274. Concilium Lugdunis. Obiit frater Thomas.

. . . .

1276. Frater P.[5] ordinis Predicatorum electus est in papam, et mortuus est.

. . . .

1284. . . . Et[6] impeditus rex Daciae ab introitu Iutiae.

1285. Dominus papa Martinus obiit, et dominus Onorius creatus. Et magister ordinis electus frater Murio Hyspanus et minister generalis ordinis Minorum fratrum. . . . Obiit frater Acho prior provincialis Dacie. Captus Waldemarus dux a rege Erico Helsingburgiae. Tunder destructa est.

1286. Capitulum fuit Syctuniae, et frater Iohannes, tunc prior domus illius, factus est episcopus Findlandensis, ibidem presente domino rege Magno, et prior Roskildensis Oct. 31. frater Olaus factus est prior provincialis ibidem[7]. In vigilia omnium sanctorum visum est

1) Cf. Ann. Dano-Suec., supra p. 184, et Ann. Sigtun., supra p. 217. 2) Cf. Ann. Sigtun. l. l. 3) Cf. ib. a. 1229; Ann. Essenbec., supra p. 226. 4) De S. Wenzeslao Erico regi per visum apparente. 5) Petrus, papa Innocentius V. 6) Ne haec quidem verba auctori veteri attribuerim. 7) Haec repetita sunt in Hamsfortii Chronol., Langebek I, p. 194. [Cf. Ann. Sigtun., SS. R. Suec. III, p. 7; supra p. 218. H.-E.]

signum mirabile quasi tres soles, et qui erat ultimus ascendit in medium coeli et factus quasi iris. Parum post rex Daciae Ericus occisus est a suis turpissime in lecto suo de nocte iuxta Vibergium in nocte beatae Ceciliae virginis. Nov. 22.

II.

Anno Domini 1131. fuit bellum in Iællinge inter Nicolaum regem et Ericum Emunæ, fratrem sancti Canuti.
Anno Domini 1132. bellum fuit apud Siram insulam; in quo Ericus habuit victoriam[1].
Anno Domini 1133. castrum Haraldi Roschildis destructum est.
Anno Domini 1134. Roschildia vastata est per Sclavos.
Anno Domini 1135. bellum fuit in Scania inter Nicolaum regem et Ericum, ubi Magnus occisus est et sex episcopi, et Nicolaus fugiens in Slesvick ibi occiditur.
Anno Domini 1136. Ericus Emune factus est rex, qui fecit occidi fratrem suum Haraldum.
. . . .
Anno Domini 1171. Kanutus dux translatus. Kanutus, filius Waldemari, coronatur.
Anno Domini 1173. Locus Dei fundatur.
Sequenti anno Colbaz.
Anno Domini 1199. Canutus rex obsedit Hamburgh[2] et captivavit comitem Adulphum*.
. . . .
Anno Domini 1248. Haffn vastatur a Lybecensibus. cf. Ryen.
. . . .

III.

. . . .

1261. Dux Ericus, filius Abel, receptus est a Sunderiutensibus . . .[a], ubi plures sibi fidelitatem iuraverunt. . . . . . . Rex ipse cum matre sua M[argareta][3], N[icolaus] episcopus Slesv[icensis] et multi alii nobiles capti sunt, plurimis occisis.

1262. Rex captivus assignatus est marchioni Brand[eburgensi]. Regina liberata est.

1263. Dux Ericus destruxit castrum T[ræœ][b]. Episcopus N[icolaus] liberatus, iurans duci fidelitatem, quod cito fregit, fugiens . . . . . . Rex, positis marchioni obsidibus pro 6 mill. puri argenti, insuper filiam marchionis[4]. . . . . . .

*) *Excerptis ex Ann. Stadensibus a. 1214—1252. in eodem codice servatis (editis Ludewig IX, p. 208—212; Langebek V, p. 497—499) haec subiecta sunt (ex Arnoldo V, 8. sumpta. H.-E.):*
Comes Adulphus reversus ab expeditione Suecorum[5] accessit regem Canutum, salutans eum et gratias agens, quod se absente nihil contra ditiones eius tentaverat. Hoc tamen in eius absentia fecit frater regis dux Waldemarus cum episcopo Waldemaro, quod manu valida intrarit[c] terram Holsatiae atque coegerit Adolphum de Dasle obsides dare, ne Ditmarsos impeterent, qui sub ipsis tunc stabant, nec aliquid contra regnum Canuti facerent[6].

a) *legi nequit.* b) *legi nequit. [Sed* Træœ *habet Hvitfeld p.* 265, *unde hoc supplevi. H.-E.]* c) *sic Lud.;* intrant *Lang.*

1) Haec habent Additam. Chronicae Sialand., supra p. 212, n. **, quae cum Saxone lib. XIII, ed. Müller p. 648, conveniunt, cum ceteri annales omnes rem aliter tradant. 2) Haec ex Ann. Stadensibus fluxisse videntur. 3) De pugna in Lohete commissa agitur. 4) *E custodia liberatus est rex ea conditione, ut Agnetam, filiam Otthonis marchionis Brandenburgensis, indotatam in uxorem duceret,* Ann. rec., 'Archiv f. Staats- u. Kirchengesch.' II, p. 241. 5) Immo ex Terra Sancta. H.-E. 6) Cf. Usinger, 'Deutsch-Dänische Geschichte' p. 61.

MONUMENTA HISTORIAE ECCLESIASTICAE DANICAE MINORA.

Qui de monasteriis et aliis regni Danici ecclesiis scripti sunt libri, partim ad ducatum Slesvicensem pertinent, partim data occasione de rebus hanc terram vel diversas Germaniae partes tangentibus nonnulla referunt, quae hoc loco coniungenda duximus. G. W.

EX FUNDATIONE MONASTERII GULHOLMENSIS.

De possessionibus monasterii S. Michaelis ordinis S. Benedicti apud Slesvicum siti ecclesiae Aureae Insulae (Gulholm) datis, ubi conventus Cisterciensis institutus est, qui postea in Rus-regis transpositus est, a. 1289. *ex 'antiquis schedulis' relatio confecta est, quae infenso in monachos S. Benedicti animo mutationem illam narrat. Quae non integra ad nos pervenit; fragmenta vero haud parva descripsit Resenius in libro manuscripto qui inscribitur Atlas Danicus, ex quo in bibliotheca comitis de Moltke servato ea edita sunt SS. R. Danicarum V, p.* 381. *Quae, quamvis nimis mendose scripta sint*[1], *repetere debuimus, aliis subsidiis destituti*[2]. G. W.

Eximie fatuitatis et hebetudinis insulse indicium est de presentibus nihil curare vel querere, de futuris nihil prorsus prenoscere nec cavere: iccirco ad instructionem posterorum ea que in schedulis et vilibus cartis sparsim conscripta diffluebant de fundatione Auree-insule et de mutatione loci illius diligenter collegi et in unum scriptum redegi, ut sciant posteri nostri et posteri posterorum necnon et successores eorum, qualiter, expulsis Nigris monachis de ecclesia Montis Sancti Michaelis foris portam ville Slesvicensis, dicta ecclesia cum omnibus possessionibus suis data et adiuncta sit monasterio Auree-insule; qualiter idem monasterium Auree-insule initium sumpserit vel quo fundatore surrexerit, quibusve iudicibus obtinuerit dicta bona ecclesie dicti sancti Michaelis a monachis supra dictis[a], ut filii qui nascentur enarrent filiis suis[a], per quanta discrimina quantasque difficultates maiores nostri acquisierint locum, in quo vivimus, et predia, unde vivimus etc. Igitur anno 1289. collecta sunt hec de diversis schedulis, libris et privilegiis antiquis et hic summatim congesta simpliciter et indocte ad utilitatem futurorum etc.

1289.

1. Cum igitur in ecclesia sancti Michaelis in suburbio Slesvicensi olim Nigri monachi ordinis Cluniacensis habitarent et fame sue nimis prodigi totam viciniam fetore sue infamie maculassent, ipse etiam locus, qui deberet dici et esse domus Dei, domus orationis, factus esset spelunca latronum et prostibulum meretricum — quod dolore dico —, ideoque omnibus exsecrabilis et detestabilis haberetur propter malitiam habitantium in eo — nomen enim Dei per eosdem monachos inter laicos blasphemabatur, et religionis quondam venerabile nomen in derisionem et parabolam vertebatur[b] —: itaque nec eisdem monachis

a) *lacuna indicata est in ed., sed nihil deesse videtur. H.-E.* b) *correxi H.-E.;* utebatur *ed.*

1) Sed pleraque menda facillime corrigi potuerunt. H.-E. 2) Verba ex more saec. XIII. scripsimus.

oblationes dare solitas neque ab eis sacramenta ecclesiastica populus arripere dignabatur. Volebant namque episcopi[a] Slesvicenses, qui illis temporibus successive prefuerunt, statum dicti monasterii reformare in melius et mutare, sed non potuerunt propter scandalum monachorum, quia nondum erant consummata peccata eorum neque publicata, sicut postmodum sunt facta. Adeo enim notaria erant, sicut in actis de eodem negotio conscriptis continebatur, quod probatione non indigerent, nec aliqua tergiversatione eorum scelera tegi possent. Cum ergo clamor malitie eorum ad celum conscenderet, et tempus faciendi annum retributionis Dominus advenisse cognosceret, misit in cor felicis memorie domini Valdemari episcopi Slesvicensis, qui tum cathedram gubernabat[1], ut aggrederetur dictum negotium mutationis loci memorati et eiceret[b] sacrilegos et infames. Quod ut oportunius fieri posset et liberius, accidit in illis diebus prodigium quoddam per eosdem monachos, quod eorum ruinam et destructionem nuntiabat celeriter imminere. (cf. Is. 34, 8.)

2. Quadam enim nocte abbas illius loci exiit cum quibusdam monachis suis et intravit[c] tabernam, ibique minus honeste quam oportuit comessationibus et ebrietatibus operam cum mulieribus dabant. Quod cum quidam de complicibus eius, qui solebat ad simile opus cum eo exire, cognovisset, indignatus graviter contra abbatem, quod eum illa vice non vocasset secum, arripit campanam, que solebat pulsari pro mortuis, et eam fortiter pulsavit. Cuius sonitu reliqui fratres dormientes excitati sunt et citius convenerunt ad locum, ubi tabula[2] pulsabatur, querentes, quid accidisset. Quibus[d] ille respondit: 'Abbas noster in taberna iacet mortuus'[e]. . . . . . . Et respondente: 'Sic est; mortuus est in anima'. Igitur monachi isti, audita turpitudinis recentis veritate, tanquam infrugi filii Noe, pudenda patris sui non cooperuerunt, sed palam omnibus monstraverunt. Et accipientes secum turibulum et alia ad exorcismos mortuorum necessaria, et hoc modo processionaliter venerunt ad abbatem suum in taberna, et omnis populus loci cum eis. Ex quorum ingressu abbati confusio et verecundia maxima facta est; taliterque eum reduxerunt ad claustrum. (Gen. 9, 21–23.)

3. Cuius facti detestabilis rumor cum percrebuisset et omnium aures replesset, novitate sua primam infamiam auxit et declaravit istud miraculum novum de abbatis infamia monstruosa. Ex hoc igitur die et deinceps desperaverunt se locum illum tenere posse. Episcopus vero, accepta oportunitate, venit ad monasterium et cognovit verum esse, referentibus monachis, quod prius fama divulgante didicerat de abbate. Utrumque capitulum convocat, abbatem et conventum, cepit tractare de reformatione monasterii. Abbas vero non ferens verecundiam suam, ultroneus resignat abbatiam, et ipse et ceteri monachi resignaverunt locum in manum episcopi memorati, quidam expresse, quidam vero tacendo, non ausi contradicere. Et quia tacuerunt, iudicati sunt postmodo tacendo consensisse. Cognoverunt enim se ita infames factos esse, ut minime ibi possent vivere absque rubore et periculo animarum suarum et opprobrio vehementi. Omnes igitur elegerunt alium locum, sed differenti modo, preter quatuor, quos ibidem demisit episcopus remanere ad celebrandum dominicam octo monialibus, que ibidem erant. Ex aliis autem quidam promisere se suscepturos habitum arctioris religionis, quidam petiverunt se provideri in aliis claustris eiusdem religionis; quod et factum est. Illis quoque quatuor monachis, qui remansere, et octo sororibus concessit episcopus tria molendina proxima civitati et omnes areas in civitate et quedam alia bona, ut ex eis victum haberent, dum viverent; nec plures reciperent, sed in semet ipsis deficerent. Alii vero, qui se promiserunt habitum mutaturos, venerunt ad Auream-insulam, ibique cum non fuerunt sub arcta regula conversati neque assueta vitia reliquerunt, reversi sunt ad priorem[f] locum tanquam canes ad vomitum et ceperunt male vivere sicut prius. (cf. 2. Petr. 2, 22)

4. Episcopus autem edificari fecerat monasterium in suo fundo proprio, qui Guldholm Danice vocatur, et imposuit illi nomen Aurea-insula, ibique conventum de Esserom allatum collocaverat. Contulit quoque eidem monasterio de suo patrimonio predia multa et plurimum promisit. Nam ut ostenderet, quantum locum diligeret memoratum, fertur promissoria sponsione allocutus esse eundem locum quadam vice, alludens vocabulo[g] loci

a) *correxi H.-E.*; ipsi *ed.* b) *correxi H.-E.*; eiicere *ed.* c) *correxi H.-E.*; intrant *ed.* d) *correxi H.-E.*; Omnibus *ed.* e) *hoc loco quaedam excidisse patet H.-E.* f) *correxi H.-E.*; priorum *ed.* g) vocabuli *ed.*

1) A. 1182—1207. 2) 'Lignea, cuius percussione excitabantur monachi'. Ducange-Henschel s. v. *tabula* 4.

et dicens: 'Aurea insula tu vocaris, et ego te, si vixero, deaurabo'. Sed heu, proh dolor! fefellit eum spes eius, et non est datum perficere opus propositum suum tam pium. Nam 1192/3. non longo post captivatus est et de regno expulsus[1]. Propterea, Guldholm et filii tui, luge et deplora celerem et nimis immaturatum casum patris tui piissimi, quo vivente omnium deliciarum tibi copia affluebat, quo subtracto tu paupercula remanes et inter alias sorores 5 tuas tenuis et despicabilis[a] delitescis. Si enim ipse vixisset, aliis te adequasset, immo pre aliis extulisset. Nunc autem sufficiat tibi paupertas tua, et ora Deum incessanter, ut non dispereant nec minuantur vires eius coram Domino in hoc, quod voluntatem suam bonam non potuit opere perficere, ut volebat!

1192. Iun. 12. 5. Anno Domini 1192[2], pridie Idus Iunii conventus venit in Auream-insulam. Eodem 10 1191. Maii 23. anno, decimo Kalendas[b] Iunii, in die ascensionis Domini venerabilis pater et pie recordationis Valdemarus episcopus Slesvicensis consecravit cimiterium[c] et claustri ambitum in Guldholm et contulit eidem monasterio decimas quatuor ecclesiarum prius ad mensam suam spectantes, videlicet ecclesie sancti Michaelis in Monte, Halleby, Nybölle et Tolge, donatione perpetua et eandem donationem roboravit privilegiis satis firmis[3]. 15

6. Igitur monachi illi, qui, sicut prenotatum est, a bono proposito resilierunt et redierunt ad ecclesiam sancti Michaelis, videntes se et sua decrescere et Auream-insulam in numero personarum, amplificatione facultatum et favore principum de die in diem magis magisque succrescere, non ferentes doloris sui acerbitatem intra se latere, in tantam accensi sunt vesaniam, ut nostris inferrent violentiam corpoream. Armati enim monachi 20 necnon famuli eorum nostros quam sepius invaserunt eosque spoliaverunt et verberibus affecerunt; calumniabantur inter se iniuste et violenter eiectos esse de monasterio suo, dicentes se non consensisse episcopo in mutatione loci nec locum aliquatenus resignasse. Cum litis et contentionis relatio ad sedem apostolicam tandem examinanda deducitur, dati sunt iudices in causa memorata viri sapientes et iustitie amatores, Omerus episcopus 25 Ripensis[4] et Vilhelmus abbas de Paraclito[5], qui apostolica auctoritate freti, causam istam diligenter discuterent et rationabiliter terminarent. Qui maturo utentes consilio, voluntatem dominorum Kanuti regis[6] et Valdemari ducis et Absolonis archiepiscopi sollicite requisiverunt, qualiter deberent in causa procedere memorata. Ut autem voluntas eorum in hac parte plenius agnoscatur, eorum scripta invicem et ad iudices predictos scire cupienti- 30 bus plenius sunt expressa etc.[d]

a) despiciabilis *ed.* b) Cal. *ed.* c) coemet. *ed.* d) *reliqua desunt.*

EX HISTORIA MONASTERII CARAE-INSULAE.

Monasterium Carae-insulae (Øm Kloster) dioeceseos Arusiensis in Iutia initio saec. XIII. nactum est historiographum, qui fundationem et priorum abbatum 35 *gesta usque ad a.* 1216. *breviter quidem, sed satis accurate tradidit. Cuius opus alii exceperunt et abbatum historiam ultra medium saeculum XIII. deduxerunt. Codex autographus a.* 1731 *(tribus annis post incendium saepe memoratum) 'ex donatione comitis Chr. de Rantzau' in bibliothecam universitatis* Hafniensis *pervenit, ubi inter libros ex donatione variorum nr.* 135. 40 *in* 4. *adhuc servatur. Inter SS. R. Danicarum hic libellus primo prodiit t. V, p.* 231—302. *Fragmenta haec cum codice contuli.* *G. W.*

1) Aufugit de Dania a. 1192, captus est 1193, Dec. 26. vel Iul. 8. 2) Non hoc anno, sed a. 1191. dies ascensionis Domini 10. Kal. Iun. fuit. Minus recte igitur hic et in Ann. Ryensibus aliisque conventum a. 1192. in Gulholm missum esse referri videtur. (Sed etiam in tabulis fundationum abbatiarum Cisterciensium exordium monasterii Guldholmensis a. 1192, Iun. 12. adscribitur; Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 298; cf. ibid. p. 195. H.-E.) 45 3) Cf. Ann. Ryensium vers. Dan., supra p. 231. 4) A. 1178—1204. 5) Qui obiit a. 1202. 6) Qui translationem a. 1196. confirmavit; Reg. Dan. nr. 443.

EXORDIUM MONASTERII QUOD DICITUR CARA-INSULA.

Ad noticiam posterorum transmittere cupientes, quo modo hoc cenobium, quod vocatur Cara-insula, exordium sumpsit, simul intimare volumus, quo tempore et a quibus personis constructum sit vel quibus privilegiis confirmatum et ad locum, in quo nunc est, de 5 loco ad locum translatum, necnon et nomina abbatum, qui per 42 annos prefuerunt usque ad presentem annum, in quo hec scripta sunt[1]. . . . . . .

Cap. 1. . . . Eskillus Arusiensis episcopus . . . celeri morte de hac vita in expeditione contra Sclavos decessit[2]. . . . . . .

Cap. 7. . . . Fuerat autem episcopus Eskillus scismate Octoviani maculatus, sicut et (6) 10 quidam alii episcopi et ipse rex, et iccirco abbas distulit inconsulto apostolico locum suscipere de manu eius. Octovianus enim in scismate electus erat contra catholicum papam Alexandrum; cui consenserunt multi reges et principes et ecclesiastici viri necnon et imperator Romanorum Fredericus. . . . . . .

Nomina abbatum qui prefuerunt in hoc monasterio. 35.

15 . . . .

Secundus fuit domnus Amilius, natione Teuthonicus, vir prudens et quietus, orationibus et lectioni intentus, qui domum valde pauperem suscepit, sed in brevi, Deo auxiliante, bonis omnibus fecit abundare, et in Vitescola, unde assumptus fuerat, obedientiam resignans, in ea bono fine Domino reddidit spiritum. Hic prefuit 7 annis[3]. 1173—1180.

20 . . . .

Mortuo[a] itaque abbate Michahele [b]incarnationis dominice anno et die quo supra notatum est [1246, *feria sexta, in vigilia nativitatis sancte Marie*], eodem anno in die sancti Dionisii, videlicet 7. Idus Octobris, factus est abbas Iohannes [secundus[c]], qui prefuit monasterio duobus annis et tercio usque ad octavam apostolorum Petri et Pauli. Hic tem- 25 pore ministerii sui multa adversa sustinuit. Magna quidem orta erat discordia tunc temporis inter regem Ericum et ducem Abel, fratrem suum. Unde contigit, quod iumenta nostra in Ynes a Theotonicis abigerentur. Sed cum dominus abbas Iohannes insequeretur barbaros, ut iumenta reduceret, ab eisdem latronibus capitur, ceditur et in sinistro brachio graviter vulneratur. Multaque alia mala passus est tam ex parte ducis Abel quam ex parte 30 regalis exercitus, dum quisque divitum pro suo libitu bona claustri diriperet violenter, ita ut etiam curiam nostram Horsnes[4] totaliter incendio devastarent. . . . Eodem tempore dux Abel villam monialium Gamlæwisyng[5] nomine preter solam ecclesiam totaliter incendio devastavit. . . . . . .

(1246. Sept. 7. — Oct. 9. — 1249. Iul. 5.)

Pro hiis itaque et aliis huiusmodi causis, quas enumerare longum est, ille bonus abbas 35 Iohannes, longo victus tedio et aggravatus nimium, cum doleret supra modum cotidie, anno Domini 1249. diu petitam et multociens difficulter tandem optinuit cessionem.

Quo cedente, substituitur dominus abbas Olavus in die sancti Martini episcopi eiusdem anni. . . . . . . Ingravescente postmodum infelicitate temporum, peccatis multorum exigentibus, seditio, que dudum orta fuerat inter ducem et regem Datie, maligni hostis 40 invidia conflagrante malorum animos, in tantum incanduit, ut homines pacis sue, in quibus spem corporis, sed non anime sue, rex posuerat, propter cito perituri regni cupidinem ducem ad hoc animaverint, ut fratrem tam venerabilem, regem omni regno affabilem, Deo quoque et hominibus amabilem et numquam de fratre talia suspicantem, interficere crudeliter conaretur. Et quia cunctis innotuit, quo tempore et quali morte interiit, tantum scelus 45 describere supersedi. Verumtamen qui cognoscere diligenter voluerit, cronica nostra et acta temporum discutiat, et illic inveniet quod requiret. Mortuo itaque rege Erico, qui vivit semper dives in Christo, non Abel, sed Babel, favore ducum et suorum complicum in regni solio sublimatur. Qui statim contra ecclesias Dei et sacra monasteria furorem suum exercuit. . . . . . .

(Nov. 11. — 1250.)

50 a) *quarta manus pergit c.* b) anno *add., sed eras. c.* c) *minio superscr. c.*

1) Id est a. 1207. 2) A. 1165. adhuc in vivis erat et 1168. successorem habuit. SUHM, qui eum in expeditione ducis Christophori et Absalonis episcopi (Saxo l. XIV, supra p. 118 sq.) a. 1166. (1167?) obiisse opinatus est. 3) A. 1173—1180. 4) Horsens. 5) Vissing-Kloster in praefectura Skanderborgensi.

De Berone monacho.

1264. Post recessum monachorum ad curiam Romanam eadem ebdomada iniunxit dominus abbas Thuro domino Beroni monacho et Hermanno et Henrico conversis, ut proficiscerentur cum equis et aliis rebus ad emendum annonam in Sclaviam[1]; erat enim eo tempore in toto regno Dacie fames et penuria annone. Qui cum Horsnes pervenissent ad disponendum rerum suarum facultatem navem onerando . . . . . .

1266. Nulla ratione volens deferre petitioni tanti viri[2] episcopus *[Tuko Arusiensis]*, coactus est dominus abbas *[Thuro]* adire dictum legatum *[Guidonem]*, qui tunc temporis Ripis erat. Audita igitur cordis episcopi duriciam[a], legatus citavit episcopum, quatinus compareret Ripis, secundo scitavit[a] eum, ut Sleswik veniret, tercio, ut Lybekæ se presentaret. . . . Verumptamen sepedictum episcopum necnon et regem Dacie et multos alios in regno Dacie constitutos, qui nolebant dominum archiepiscopum Iacobum in sua propria dyocesi nec in regno Dacie permanere, in cynodo[a] Lybicensi publice excommunicavit. . . . Abbas vero, quia non fiebat sibi ad presens iusticie complementum, aliquantulum commotus, fecit in eadem cynodo[a] Lybicensi coram cardinali, omnibus audientibus clericis et laicis, Danis et Teutunicis, Frisonibus et Sclavis, qui omnes erant ibi in unum congregati, ut iniuria nostra toto mundo innotesceret, cedulam recitari hec verba continentem. . . . . . .

Lecto libello, omnes qui hunc audierunt et intellexerunt maledixerunt episcopo tali. Statim sequenti die recessit cardinalis de civitate Lybicensi, cuius vestigia sequebatur abbas usque in Bremam, ubi eum invasit lagor[b] validissima[a]; monachus vero, quem secum in comitatu habuit, egrotus in civitate Stadis usque ad reditum domini abbatis remansit. Abbas vero propter sui corporis invalitudinem vices suas ad promovendum negocium suum domino Iacobo Lundensi archiepiscopo commendavit, qui dominum legatum usque Meitheburg[3] sequebatur tam causa proprii negoci[c] sui quam causa negocii dicti abbatis. . . . . . . Hanc litteram *[abbatum ordinis Cisterciensis in Dania]* cum rex audivisset et in proximo subsequentem litteram[4] cum a referentibus intellexisset, que semel lecta fuit in placito Hiælmæzlof[5], nobis erant aput regem et vasallos suos quasi fomentum malicie.

. . . .

1267. Maii 3. Nov. 1. Abbas vero propter metum regis clam in nocte invencionis sancte crucis fugit — nam palam ire non potuit —; qui quasi exilium agens usque circa festivitatem omnium sanctorum morabatur quandoque in Rure-regio, quandoque in Loco-Dei, interdum etiam Sleswik cum venerabili patre nostro domino Iacobo Lundensi archiepiscopo, qui et ipse exul fuit, ut longe superius dictum est. . . . . . .

a) *ita c.* b) *sic c. pro* languor. c) *ita h. l. c.*

EX HISTORIA FRATRUM PRAEDICATORUM IN DANIA.

Ex apographo codicis Hafniensis combusti impressa est SS. R. Danicarum V, p. 500. *Unde parva sumpsimus fragmenta haec.* *G. W.*

1216. Anno Domini 1216. confirmatus est ordo Predicatorum de Tolosa. In Hispaniam, Franciam, Lombardiam mittuntur fratres; sed quomodo in Daciam venerunt, est dicendum. . . . . . .

1) In libello abbatis in synodo Lubicensi lecto (cf. infra l. 17.) legitur: *Item idem episcopus per satellites suos in curia abbatie Beronem monachum et sacerdotem captivari fecit . . . et eundem spoliari fecit tribus equis preciosis, vestibus, denariis cupreis et sterlingis, panno, rebus aliis quam plurimis ultra valorem centum marcarum, que omnia missa fuerunt per dictum fratrem, ut ducerentur in Sclaviam ad emendum annonam ad pascendum hospites et pauperes in tempore karistie pro necessitatibus suis sublevandis apud eandem abbatiam hospitantes.* 2) Guidonis cardinalis presb. S. Laurentii in Lucina, legati apostolici, ut satisfaceret conventui Carae-insulae. 3) Magdeburg. Ubi Guido cardinalis a. 1266, Nov. 30. litteras dedit post haec descriptas. 4) Qua Ericus dux claustrum de Cara-insula suscepit sub protectione speciali, 1267, Kal. Marcii 8. 5) Hjelmslev territorium (Herred).

Eodem anno [1220] in festo pasche frater Salomon, natus Arhusie in Iutia, intravit ordinem Verone in Lumbardia. Hic primum constituit ire in Ungariam cum fratre Paulo; hic prior erat cuiusdam domus illius regni. Sed cum venissent in Frisacum in Theuthonia, invenerunt fratres illius domus solatio sacerdotis destitutos. Tunc enim inter eos prior et sacerdos erat, quem Satanas expetens cribravit ad seculum extrahendo. Unde prior Paulus, fratribus compatiens, reliquit eis pro priore et sacerdote fratrem Salomonem. Ipse autem in Ungariam est profectus. Anno autem Domini 1221. celebratur secundum concilium generale Bononie a beato Dominico. Huic concilio interfuit dictus Salomon; et de eodem misit eum beatus Dominicus ad Waldemarum regem Dacie et Andream archiepiscopum Lundensem cum literis domini pape et suis. Qui transitum faciens per Coloniam, domum recepit ibidem. De Colonia vero, quia socium vie versus Daciam habere non potuit, venit Parisios et inde cum quodam converso Lombardo sibi in socium dato venit in Flandriam. Illic autem inveniens navem euntem in Daciam, ascendit in eam. . . . . . . Illis temporibus erat in Dacia legatus cardinalis dominus Gregorius de Crescentia, qui fratrem Salomonem, quia literatus erat et facundus, sibi associans[a], ipsum in predicationibus suis interpretem habuit. . . . . . .

1220. Mart. 29. — 1221.

Conventus Revaliensis per fratres duabus vicibus est receptus. Primo ad petitionis instantiam illustris principis domini Woldemari regis Dacie, qui per gladium Estones suo ducatui subiugaverat. Missi sunt fratres ad maius castrum Revaliense anno Domini 1229; ubi iuxta fossata ad aquilonem castri minoris ecclesiam ac alias domos monasterii construxerunt. Hec omnia facta sunt de consilio venerabilis patris domini Wilhelmi Mutinensis episcopi, tum temporis in partibus Dacie et Suecie summi pontificis nuncii et legati. Sed quia Estones in operibus fidei rudes et inculti, ad miserabiles ritus infidelitatis proni et proclivi, crudeles contra personas ecclesiasticas atque sevi[b] — nam primum episcopum cum suis clericis occiderunt[1] —, unde[c] redire fratres ad conventus, de quibus assumpti fuerant, paucis remanentibus, sunt compulsi. Secundo anno Domini 1246. missi sunt fratres de diversis conventibus in Revaliam per capitulum provinciale Ripis celebratum, quorum hec sunt nomina: Frater Brotherus et frater Iohannes Woxmoth de conventu Lundensi; frater Aaron de Randrus et frater Petrus Hartbo de conventu Wibergensi; frater Michael de Horsnes et frater Angelus de conventu Arosiensi; frater Engelbertus et frater Iohannes Theonici[d] de conventu Roschildensi; frater Paulus de conventu Scyhitonensi[2]; et frater Iohannes de conventu Insulensi[3]; frater Astolphus de conventu Skeniensi; et frater Daniel de conventu Wisbycensi. Iste frater Daniel in castro fuit primus prior et prelatus ordinarius inter fratres.

1229. — 1246.

a) assosciance *ed.* b) erant *supplendum videtur.* c) *fortasse delendum.* d) *forte* Theutonici *Suhm.*

MIRACULA IN ECCLESIA B. PETRI SLESVICI FACTA.

Haec edita sunt SS. R. Danicarum V, p. 581. *ex collectaneis Petri Olai. Sumpta esse dicuntur ex charta episcopi et capituli Slesvicensis, quod non est cur in dubium vocemus.* *G. W.*

Anno Domini 1252, regnante Christoforo rege, 8. Kalend. Octobris, hoc est quarto die post captivitatem et depredationem civitatis Slesvicensis, ostendere dignatus est dominus Iesus Christus per merita beati Petri principis apostolorum in ecclesia ipsius Sleswig magnam mirabiliorum suorum evidentiam. Tempore supra memorato venit comes de Holsacia[4] cum suo exercitu et cum eo fautores puerorum Abel regis iam interfecti et devastaverunt ecclesias, monasteria, divites ac pauperes, clericos et laicos et moniales. Tempore illo quidam ex predonibus in ecclesia beati Petri amens effectus est, qui in eadem violentiam

1252. Sept. 24.

1) Error. Nequaquam Wescelinus primus episcopus Revalensis occisus est. H.-E. 2) Siktunensi. 3) Holm. 4) Gerhardus I.

nimiam exercuerat. Deinde ab ecclesia extractus, magnum eiulatum emittens et propriis unguibus se discerpens et guttur suum lanians[a] in communi platea, multis astantibus et duobus canonicis, scilicet domino Petro et domino Nicolao, miserabiliter expiravit. Dixit autem ille maledictus adhuc vivens, quod, cum sudassent imagines in detestationem depredacionis predicte, quod[b] mulieres super eas aquam fudissent, sibi risum inde faciens inoportunum. Item quedam matrona fidelis et bona cum multis aliis 5 vidisse se perhibuit, quod gutte[c] olei stillassent de cruce, que affixa erat in ecclesia super chorum. Item quidam etiam frater nomine Frithö asseruit se vidisse lacrimam in oculis beate virginis collectam et exinde in maxillam eius emanasse. Quidam etiam stans ante crucem in medio ecclesie, visis supradictis mirabilibus Dei, dum sibi subsannacionem ex eis faceret, cecus effectus est, ita quod hostium non poterat invenire. Imago etiam beati Petri et crux alia, que erat in ecclesia versus australe hostium, 10 sudorem plurimum emiserunt, quod multi fratres et etiam seculares perhibuerunt se vidisse. Quidam etiam miles dum graviter torqueretur, quia fidem his mirabilibus Dei et magnalibus noluit adhibere, socii eius perterriti venerunt ad penitentiam et ea que in ecclesia beati Petri rapuerunt vehementissime reportabant. Item affirmavit frater Robertus cum multis aliis, quod quidam predo, cum invaderet ecclesiam beate virginis et capsam, in qua sacrosanctum corpus dominicum erat, rapuisset, insecuta est eum 15 quedam monialis domus illius, repetens et instantissime requirens predictam capsam, cui evaginato gladio minabatur maledictus ille, nisi ab illo recederet. Cui illa respondit: 'Sit tibi cultellus ille nocivus et non mihi!' Et post pauca ille se eodem cultello peremit. Item retulit etiam dominus Slesvicensis[1], quod, cum ipse morabatur[d] captivus in Syeberg, venit ad eum quidam sagittarius confitens, quod tres simul stabant confabulantes, quidnam quilibet eorum in civitate Slesvicensi rapuissent, et tertius eorum 20 omnino negavit se aliquid habuisse, cum tamen plurima eum rapuisse verissime illis constaret. Ille, extracto proprio cultello, dixit cum iuramento: 'Inficiatus sit iste cultellus et gutturi meo infixus, si quid in civitate Slesvicensi per spolium acquisivi'. Et statim ducente spiritu gutturi proprio cultellum proprium infixit. Unde perterritus predictus sagittarius promisit restituere omnia que ipse rapuit et cruce signatus peregrinacionibus in Prusciam adiunctus est, et insuper iuramento adhibito promisit in manu 25 episcopi, quod nunquam sagittam contra christianum aliquem mitteret in futurum. Quid moror? Ut auditum est a personis fide dignis, 19 predones numerantur, qui resipiscere nolentes iam morte turpissima perierunt. Hec autem miracula facta sunt in ecclesia beati Petri Slesvig, aspicientibus viris discretis et fide dignis. In cuius rei testimonium littera, in qua hec continebantur, munita fuit sigillo domini episcopi Slesvicensis et capituli eiusdem civitatis. Hec facta 30 sunt ante festum omnium sanctorum die et anno Domini ut supra.

a) laniens *ed.* b) *delendum.* c) guttas *ed.* d) et *add. ed.*

NARRATIO LITIS INTER CHRISTOPHORUM I. ET IACOBUM ERLANDI ARCHIEPISCOPUM LUNDENSEM.

Etiam huius libelli codex ms. incendio periit; sed apographum Grammii in 35 *bibliotheca regia Hafniensi exstat, Coll. ant. nr.* 2514, *ex quo is editus est SS. R. Danicarum V, p.* 582 *sqq.* *G. W.*

. . . .

1256. Ian. 6. Durante igitur huiusmodi causa accidit, quod domino archiepiscopo[2] visitante Lundensem provinciam circa epiphaniam Domini, cum iis quorum copiam habere potuit de- 40 liberavit et statuit, quod, convocatis episcopis et prelatis conventualium ecclesiarum et Mart. 5. aliis clericis secularibus, celebraret[a] synodum seu concilium provinciale dominica Invocavit proxime ventura apud Wæthlæ[3], cogitans veraciter se in hoc domino regi[4] deferre, qui convocationem suam de regni negotiis consuevit singulis annis velut sepius habere domi- Mart. 26. nica qua cantatur *Letare Ierusalem*. . . . Cum hoc ad noticiam domini regis pervenisset, 45 Mart. 5. ad eundem terminum, scilicet dominicam qua cantatur *Invocavit*, convocari fecit omnes maiores regni Dacie, ut ei occurrerent apud Nyburg tractaturi et ordinaturi cum ipso super negotiis regni. Super quo cum dominus archiepiscopus literas domini regis accepis- Febr. 13. set, octo diebus ante cathedram sancti Petri Ripis, que fuit dominica septuagesime, ipse cum quibusdam aliis episcopis supplicavit, primo, secundo et tertio missis ad dominum 50

a) celebrare *ed.*

1) Eskillus episcopus. 2) Iacobo. 3) Veile. 4) Christophoro I.

regem litteris, quod, cum predictum terminum synodi habende in preiudicium prelatorum 1256.
et cleri et maxime querulantium oppressorum mutare non posset, ac certum fuit ac evidenter constabat, quod[a] comites de Holsatia[1] et principes de Sclavia ad ipsum propter horrorem hyemis et asperitatem accedere non possent eo tempore — propter quos dicebat 5 tunc in literis suis archiepiscopo missis dictus dominus rex se precipue idem constituisse colloquium —, ob[b] reverentiam Dei et sancte ecclesie in hac parte necessitati et utilitati ipsius ecclesie ac multorum pauperum prelatorum, qui de remotis partibus tunc fuerunt evocati, dignaretur differre, ut usque in dominicam Letare predictum tractatum haberet suspensum. . . . Licet autem predictis supplicationibus dominus rex expresse non annuit, fidu- 10 ciam tamen observandi terminum predictum ipsius synodi archiepiscopo et prelatis dabat, eo quod dominus rex exspectare intendebat predictos comites et principes. Et hoc expresse recepit per prepositum Amilium, eorum nuncium, qui ob huiusmodi causam ex parte eorum specialiter missus fuit ad regem[2]. Eodem igitur termino archiepiscopus cum prelatis et clericis predictam synodum tenebat, et cum super statu ecclesiarum et prelato- 15 rum tractatus haberetur, proponebatur inter cetera, quod anno Domini supradicto [1254] 1254. mense Augusto apud Slesvick, ubi congregatus erat exercitus domini regis, comminationes gravissime in ipsius regis presentia facte fuerunt episcopis in personas. . . . . . .

Rex vero convocationem suam cum militibus absque supradictis comitibus et principibus tenebat. . . . Actum anno Domini 1256, tertio Idus Martii. . . . . . . 1256. Mart. 13.

20 Postmodum autem modico elapso tempore domini de Sclavia Borvinus, Nicolaus, Iarmerus ad dominum regem in Wortinborg accesserunt, quia gelu et glacie impediti ad primam eius vocationem venire non potuerunt. Quod audiens archiepiscopus, volens quantum in ipso fuit animum regis placare, sperans per consanguineos suos predictos dominos hoc posse facilius promoveri. . . . Actum anno Domini 1256, in vigilia annunciationis beate Mart. 24. 25 virginis. . . . . . .

Rediens autem ab expeditione ad civitatem Lundensem, ubi tunc temporis moram fecit domina regina, properabat cum socero suo domino Zambyr duce Pomeranie. . . . . . . mediante domina Margareta regina Dacie et patre eius domino Zambyr duce Pomeranie, presente toto concilio domini regis, lis ipsa in toto exopinato et subito adeo cessit ad vota 30 concordie, quod nullus articulus videbatur reservatus postmodum questioni. Sed huiusmodi concordie stabilitas annum dimidium vix excessit. . . . . . .

Cum autem predicto die[3] venissemus ad eundem locum, comes Ernestus[4] cum aliis, 1257. Apr. 16. qui fuerunt ad hoc deputati ex parte domini regis, easdem questiones, que superius expresse fuerunt, contra archiepiscopum proposuit. . . . . . Acta apud Fiælhemæ anno pre- 35 dicto in Eretorp. . . . . . .

Contra archiepiscopum Lundensem[5].

Quod, iurata regi fidelitate, in Lundensi ecclesia et alias conspiravit cum inimicis regis Iarmaro et comitibus Holsatie et eos contra regem iuvit. Item quod Iarmarus et frater archiepiscopi Andreas cum familia ipsius archiepiscopi in insula Borendeholm de homini- 40 bus regis interfecerunt circiter ducentos et reliquos crudeliter talliaverunt et munitionem regis ibidem destruxerunt[6]. Et confessus est de mandato eius ista facta fuisse. . . . Item regi Christophoro iuratus se opposuit. Item scripsit curie Romane pro heredibus Abel et contra regem. . . . Item vocatus ad defensionem regni apud Slesvich, non venit cum armis, ut debebat, et inde illicentiatus recessit. . . . . . .

45 Contra episcopum Roskildensem[7].

. . . Item quod pecuniam, quam recepit de bonis episcopalibus, et cibaria dedit Iarmaro et comitibus Holsatie et aliis regni inimicis. . . . Item quod cum dicto Iarmaro

a) cum *add. ed.* b) ab *ed.*

1) Iohannes I. et Gerhardus I. 2) Postea archi- 50 episcopus regi ipsum accusanti: *quod per concilium provinciale impedit convocationem regis,* de hac re respondit: *Tum quia a comite Holsatie et a preposito Amilio recepit archiepiscopus pro constanti, quod regis convocatio differri deberet propter Sclavos et* 55 *alios, cum quibus tractatum habere deberet, qui ad diem predictum venire non poterant.* 3) Die altero post sabbatum septimanae paschalis (Apr. 16). 4) De Glichen. 5) Sunt articuli, quibus rex episcopos apud papam, ut videtur, accusavit; qui sequuntur bullam Urbani IV. a. 1264. 6) Eadem leguntur in Urbani papae litteris praecedentibus. 7) Petrum Bang.

Roskildensem diocesim in multitudine armatorum hostiliter intravit et de plebe sibi commissa stragem fecit et factam ratam habuit ad numerum fere 10 milium hominum. . . . . .

Contra episcopum Otthoniensem[1].

Quod scelerate interfectionis regis Erici conscius et consiliarius fuerit. Item quod in sua predicatione apud Slesvich de morte ipsius se excusavit et, quod caperetur, confessus 5 est. . . . Item quod in Chilo[2] castro comitis Holsatie congregavit singulis annis pecunias, ut habeat promptam pecuniam ad impugnationem regni. Item quod dicti comites dictam pecuniam ibidem congregatam iam multis annis receperint. Item quod cum inimicis regis et regni in Alsia in castro proprio tenet contra regem clandestina consilia. . . . . . .

NOTAE DE EPISCOPATU CURONENSI. 10

Ultimo loco exhibemus notas has, subiectas chartae de controversia inter episcopum Curonensem et magistrum Livoniensem, Suhmii tempore in archivo cancell. Slesv. Hols. asservatas, inde SS. R. Danicarum V, p. 572 *sqq. editas. Omnia fere falsa sunt, conficta, ut videtur, ut antiquitas ecclesiae Curonensis probaretur.* *G. W.* 15

Anno Domini 1162. pervenit Abel[3] rex Daciae cum multitudine armatorum et copiositate navium et applicuit Palangen et obsedit castrum et expugnavit illud in die beati Viti (Iun. 15.) martiris, et in sequenti festo beati Iohannis baptistae dimicavit cum Curonibus et triumphum (Iun. 24.) obtinuit gloriosum, et occisi sunt ex eis circa 3 milia, reliqui fugierunt.

Anno Domini 1169.[4] idem rex misit dominum Ernordum canonicum et scolasticum 20 Lundensis ecclesiae Romam ad dominum apostolicum pro confirmatione Curoniensis ecclesiae. Et eundem ordinavit episcopum ecclesiae antedictae.

Anno Domini 1183.[5] fratres Militiae vocati sunt per dominum Hermannum episcopum Curlandiae.

Anno Domini 1243. pervenerunt fratres Hospitales in Curoniam, ecclesia tunc vacante 25 pastore; sed statim supervenit Hinricus epyscopus Semegalliae, qui fuit translatus ad ecclesiam Curoniensem de Semegallyae ecclesia.

1) Regnerum. 2) Kiel. 3) Suhm de Waldemaro II. et a. 1212. cogitavit. Sed vix ex inepta hac narratione veri quid elicias. 4) Suhm corrigere vult 1219. 5) Forte 1233. SUHM.

EX THEODRICI HISTORIA DE ANTIQUITATE REGUM NORWAGIENSIUM.

Eodem fere tempore, quo Sueno Aggonis librum suum de gestis regum Danorum edidit, inter annos 1177—1180, *ut videtur*[1], *in Norwegia Theodricus monachus* 5 *coenobii Nidarholm, dioeceseos Nidrosiensis, librum de historia regum Norwegiensium conscripsit, quem Augustino archiepiscopo dedicavit. Eorum res praesertim ex Islandorum carminibus se hausisse ipse profitetur*[2]*; sed etiam alios libros historicos et poeticos legerat*[3] *eisque ad longiores digressiones inserendas*[4] *et ad narrationem versibus ornandam copiose usus est. Rerum* 10 *scriptores laudat Eusebium, Hieronymum, Isidorum, Bedam, Sigibertum, Hugonem a Sancto Victore*[5]*, Guillelmum Gemmeticensem*[6] *necnon historiam nescio quam Romanam*[7]*; praeterea Einhardi Vitam Karoli, fortasse etiam Willelmum Malmesburiensem legit. Veritati quidem se studuisse contendit*[8]*, non ut Saxo altioris antiquitatis historiam confingere vel componere voluit, quantum potuit* 15 *certa tempora indicanda censuit*[9]. *Attamen res praesertim alienas nimis turbavit, auctorum verba mutavit et temerarie ampliavit, nonnumquam meras fabulas, fortasse ex incerta memoria ortas, protulit.*

De codicibus iam supra p. 162. *breviter disserui. Exstabant duo, alter Lubicensis, alter Hafniensis, uterque perditus. Sed ex illo B. C. Kirchmann* 20 *a.* 1684. *editionem paravit, eiusque apographum in bibliotheca universitatis* ***Hafniensis****, Arn. Magn.* 98. *fol. servatur. Codicis Hafniensis exemplar fecit Stephanius, nunc in bibliotheca* ***Upsalensi****, De la Gard. nr.* 32. *servatum. Horum lectiones diligentissime enotavit Storm*[10]*, cum novam editionem in Monumentis historicis Norwegiae* (1880) *pararet. Quem secutus, Stephanii* 25 *exemplar* 1 *signavi,* 2 *vero lectiones codicis Lubicensis, quas ex consensu*

1) Storm p. VIII. 2) Prol.: *prout sagaciter perquirere potuimus ab eis, penes quos horum memoria praecipue vigere creditur, quos nos Islendinga vocamus, qui haec in suis antiquis carminibus percelebrata recolunt.* 3) Neque tamen poetas quos citat, Virgilium, Horatium, Lucanum, Ovidium ab ipso lectos esse, sed centones ex illis confectos, Storm p. IX. docuit. 4) *Digressiones etiam more antiquorum chronographorum non inutiles, ut arbitramur, ad delectandum animum lectoris locis competentibus adiunximus.* 5) Sigibertus et Hugo *(vir undique doctissimus)* etiam in prologo laudantur. Huius librum de tribus maximis circumstantiis gestorum intelligere videtur, quo etiam de ducibus Normannorum agitur; v. SS. XXIV, p. 88. 6) C. 13. 7) C. 5. 8) Prol.: *Veritatis vero sinceritas in hac nostra narratione ad illos omnimodo referenda est, quorum relatione haec annotavimus, quia nos non visa, sed audita conscripsimus;* Epil.: *si quis dignatus fuerit haec legere, cui forte displicuerit seriem rerum gestarum sic me ordinasse, quaero, ne me mendacii arguat, quia aliena relatione didici quod scripsi.* Cf. c. 14: *Quid horum verius sit, nos affirmare non audemus.* 9) Praeter c. 19. fin. 20. v. c. 1: *Sed quia valde difficile est in huiusce ad liquidum veritatem comprehendere, maxime ubi nulla opitulatur scriptorum auctoritas, istum numerum nullo modo volumus preiudicare certiori, si reperiri valet.* 10) Usus est etiam libro ms. I. Kirchmanni, qui codicem Lubicensem invenit et excerpta cum indice coniunxit, nunc in bibl. regia Hafniensi, Coll. Kall. nr. 600. servato.

editionis principis et apographi Hafniensis cognoscere licuit. Secundam editionem paravit Suhm, SS. R. Dan. V, p. 311 *sqq. In notis pauca addidi ex altera Historia Norwegiae, ante aliquot annos in codice Scotico (nunc comitis Dalhousie) saec. XV. inventa, a primo editore Munch* (1850) *saec. XIII. vindicata, sed, ut Storm censet, iam saec. XII. scripta.* *G. W.*

. . . .

c. 960. 5. Hocon[1] vero praedictus adiutus a rege Danorum Haraldo supra memorato, pacto inter eos constituto huiusmodi, viginti videlicet accipitres persolvendos singulis annis, et si forte aliqua bellorum necessitas ingruerit regi Danorum, istum statim cum suo exercitu auxiliaturum, rediit in Norwagiam cum manu valida, fugatoque[a] Gothroth, filio Gunnildae, solus obtinuit regnum Norwagiae annis triginta, tamen sine regio nomine. Haraldus rex Daniae tunc temporis timebat valde Otthonem[b] christianissimum imperatorem, qui ei suave iugum Christi imponere disponebat; quod et fecit. Iste est Ottho, vir probissimus et in praeclarissimis viris praestantissimus, qui ecclesiam omnemque clerum plus honorabat et pene plus ditabat, quam expediret, subdendo ei pheodatos[c] duces et comites. Nam ex opulentia nata postea est insolentia, ut usque hodie est cernere. Unde et illi, ut in Romana historia[2] reperitur, ab angelo est dictum: 'Venenum addidisti[d] ecclesiae'. Quod quam veraciter sit dictum, quotidiana, proh dolor! probant exempla iugesque discordiae inter duces et pontifices; quia aliud est improbitatem malorum seculari potestate et gladio arcere, aliud cura ac virga pastorali animas regere. Iste Ottho cognomine Rufus filius fuit Otthonis, qui dictus est Pius, de optimo parente pene melior proles. . . . . . .

6. . . . Decimo posthinc anno *[Hocon]* solvit pactum, quod cum Haraldo rege[e] pepi-974. gerat, nactus occasionem discessionis, eo quod Ottho christianissimus imperator vehementer instabat regi Danorum, ut eum Christo cum tota patria subderet; quod et tunc, auxiliante eodem Salvatore, efficaciter complevit.

. . . .

13. Rex ergo Olavus[3] . . . cursum tendit ad superiora, scilicet Uplond, ibique tunc puerulum Olavum trium annorum, qui postea devotus Christi martyr factus est, invenit cum matre Asta, patre iam defuncto Haraldo . . ., felicem spem et decus Norwagiensium futurum. Tunc et eum una cum matre ibidem secundum quosdam baptizari fecit; alii contendunt eum in Anglia baptizatum; sed et ego legi in historia Normannnorum[4], quod a Roberto in Normandia Rothomagensi metropolitano baptizatus fuerit. Constat enim, quod Wilhelmus dux Normanniae[5] adsciverit eum sibi in auxilium contra Robertum regem Franciae cognomento Capet, qui fuit filius Hugonis Capet nobilissimi ducis, qui duci[f] Wilhelmo una cum comite Flandrensi bellum inferre parabant; nitebatur enim eum expellere a Normannia, eo quod antecessores eius vi extorserant provinciam a rege Francorum[6]. . . . . . .

1001. 14. Quinto ergo anno regni Olavi filii Tryggva[g], qui et ultimus fuit, intulerunt ei bellum Sueino rex Daciae, Olavus rex Suethiae, Ericus filius Hacon Mali. . . . Hoc bellum fuit iuxta insulam quae dicitur Svoln[h] et iacet prope Slaviam, quam nos materna lingua Vinalandiam[i] vocamus[7]. . . . . . .

a) fugataque *St.* b) Ottonem 2 *semper.* c) pheudatos 1. d) abdidisti 1. 2. e) regi *St.* f) duce 1. g) Tryggia 1; Tryggya 2. h) *ita codd.; corr.* Svold *St.* i) Wumlandiam 1; Vumlandiam 2; *corr. St.*

1) De ipso in Historia Norwegiae, libro saec. XII. (vel XIII.), legitur p. 113 (219): *Factus adolescens piraticam excercens, Baltica[a] littora perlustrando, cunctis gentilibus id locorum formidabilis existendo, inscius deviatur a Deo ille magnificus predo. Augmentabant enim eius classem Norwagenses ac Dani, Gautones et Sclavi, qui cum illo civitate Iomne, que est firmissima inter Sclavie urbes, hyemales frequentabant sedes. Hic tetendit in Frisiam, posthinc[b] venit Flandream, inde pergit in Angliam, quas depredans perperam, mira gessit in Scocia, nulli parcens, in Hybernia.* Quae ex carmine Islandico Hallfredi Olafsdrapa sumpta esse notavit Storm. 2) Nescio quae. 3) Tryggvæson. 4) Guillelmi Gemmetic. V, 12. 5) De primo Normanniae duce in Historia Norwegiae p. 91. haec fabulosa leguntur: *Radulfus vero comes Normandie effectus hostili manu Fresones invasit, victoriam optinuit. Sed parvo intervallo a privigno suo in Hollindia dolo interemptus est.* 6) Haec nimis conturbata esse vix est quod moneam. 7) Svaldrar vel Svold etiam Islandici eam vocant; aliter Adam II, 38. Idem bel-

a) hactica *c.* b) post hunc *c.*

16. . . . Duxit deinde rex *[Olavus Sanctus]* uxorem Astrithi, filiam Olavi regis Swechorum. . . . . . . Suscepit ex ea filiam nomine Ulfildi, quam postea coniunxit Ottoni[1] duci Saxonum. . . . . . .

17.[2] . . . Isti *[Huni]* sunt, qui trucidaverunt beatum Nicasium Remensium archipresulem una cum beata virgine Eutropia, sorore eiusdem[3], et civitatem Remis igni incenderunt. Ab ipsis postea, cum obsiderent Agrippinam, quae modo Colonia dicitur, martyrizata est beata Ursula, filia regis Brittonum, cum omni comitatu suo utriusque sexus[4] pene incredibili multitudine. Quo scelere patrato, versi sunt ilico divinitus in fugam, et liberata est civitas meritis beatissimarum virginum. . . . . . .

18. . . . Ante[5] hos quoque fere septuaginta annos repertus est Romae Pallas, filius Evandri, quem Turnus excidit, cuius mortem beatus dicit Augustinus[6] simulachrum Apollinis flevisse mira demonis versutia, quasi doluisset occasum viri probissimi. Inventum est etiam vas argenteum locatum super pectus eius, in quo confectio myrrhae erat et balsami pretiosissimi[a], indeque egrediebantur duo calami aurei, quorum summitates naribus[b] infigebantur, ut videlicet virtute unguenti corpus non minus interius quam exterius duraret incorruptum. Inventi sunt autem et duo versus insculpti:

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, morte[c] sua iacet hic.

Qui postea erectus, patente ingenti vulnere sub pectore, pene murum civitatis adaequavit statura sua, ibique stetit, donec, balsamo pluviis abluto, in semet ipsum collapsus est; et sic iterum terrae ossa mandantur.

. . . .

20. De diversitate supputationis annorum ab initio mundi. Sciendum vero est in libris nil adeo corruptum ut supputationem numerorum, tum maxime vitio scriptorum, tum etiam minori industria calculantium. . . . Et ut pauca de antiquorum libris, et quid ipsi senserint de supputatione annorum ab exordio mundi usque ad adventum Christi, referam, ponam diversorum diversum computum. Eusebius[7] Cesariensis episcopus, primus omnium quorum ad nos scripta pervenerunt, ab initio seculi usque ad ortum Salvatoris colligit ex Hebraica veritate annorum tria milia nongentos septuaginta unum. Idem tamen Eusebius, nolens auctoritatem septuaginta interpretum, si tamen illorum est, omnino postponere, secundum illam colligit quinque milia centum nonaginta novem. Isidorus Hispalensis episcopus ponit quinque milia centum quinquaginta quatuor. Beda sequens Hebraicam veritatem decem et novem annos minus ponit Eusebio, id est tria milia nongentos quinquaginta duos. Hunc sequitur Remigius Autisiodorensis episcopus[8], vir in literali scientia adplene instructus, nec in uno anno ab eo dissentiens. Hugo quoque Parisiensis canonicus, omnium iudicio absque ulla refragatione diligentissimus tractator, beatum Hieronymum e vestigio secutus, ut in chronica sua satis elucet, Hebraicam in omnibus prefert veritatem. Sunt igitur secundum Hieronymum et veritatem, quam ipse diligentissime de Hebraicis fontibus elicuit, anni ab Adam ad Christum tria milia nongenti quinquaginta duo[d]. Haec de diversitate calculantium dicta sufficiant. . . . . . .

23. De pacto quod factum est inter Carolum Magnum et fratrem suum. Non longe a pacto[9], quod pepigit Carolus, qui postea ob insignes victorias et morum probitates dictus est Magnus, cum Carolomanno seniore fratre suo. Qui tamen

a) pretiosissima 2. b) narribus 1. c) more suo 2, *ut Will.; sed* morte sua *etiam Flores temp., SS. XXIV, p.* 237; *Albertus Krantz, Metrop. IV,* 15, *alii.* d) septuaginta unum *add. in marg.* 1. 2.

lum longius descripsit Hist. Norw. p. 117 sqq., ubi legitur: *Rex itaque* (Olavus) . . . *ad Sclavos ire disposuit et ab eis petere suffraganeum exercitum, quos in piratica fidissimos habuerat socios. Sed dum iuxta Sælandiam iter ageret, ut ovis a lupis ita iste ab inimicis insidiatus prevenitur.* 1) Ordulfo potius. 2) Hoc capite de Charybdi secundum Plinium et Pauli Historiam Langobardorum (I, 6), postea de Hunis ex Iordane (legitur: *ut scribit Iornandes in historia sua*) retulit auctor. 3) Cf. Sigibert. a. 453, ubi etiam de Ursula, sed aliter refertur. 4) Haec verba legendae formam post a. 1155. ortam indicare, duce Schade, 'Die Sage von d. h. Ursula' p. 42 sqq., notavit Storm. 5) Similem narrationem habet Willelmus Malm., Gesta regum Anglorum II, 206, SS. X, p. 472; sed prius tempus indicat, neque Theodricus ubique cum illo convenit. 6) De civitate Dei III, 2. 7) Haec ex Hugone de S. Victore sumpta, neque quos laudat auctores Theodricus ab eo lectos esse censet Storm p. x. 8) Non episcopus, sed scolasticus, neque de quo eius libro cogitet, constat. 9) Fuit id scilicet, quod praecedente capite factum narratur inter Magnum regem Norwegiae et Harthacnut regem Daniae.

Carolomannus post biennium[1] hominem exuit[a], relictis duobus filiis suis, quos assumens uxor eius quae fuerat, profugit feminea levitate ad Liuprandum[b,2] regem Italiae; quod vehementer displicuit Carolo. Iste rex Longobardorum multum afflixit Romanam ecclesiam, adeo ut dominum papam inclusum Papiae obsideret. In hac ergo necessitate positus dominus papa misit literas deprecatorias ad Carolum regem Franciae; audierat enim eum ingenuae indolis iuvenem. Postulat eum subvenire laboranti ecclesiae: nihil sibi germanius fore quam laborantem sustentare matrem; obedire eum oportere utpote christianum regem summo pontifici; se in maximo periculo constitutum die noctuque eius prestolari adventum; accelerari oportere negotium, [quod[c]] alimenta sint in brevi defutura. His literis acceptis, Carolus, quamvis[d] iam premeditaretur expeditionem in Saxoniam, quae adhuc illo in tempore idolatriae dedita erat, mira celeritate contraxit exercitum, atroci lege proposita cunctis principibus, si quis post eius abcessum[e] remoraretur. Incredibili ergo et inopinata acceleratione transscensis Alpibus — ut illud Lucani[*] aptissime ei possit convenire:

*I, 183.

Iam rapido cursu Caesar superaverat Alpes —

improvisus adfuit, nec fama quidem preeunte, dispositaque acie obsidione cinxit exercitum regis Longobardorum[f], ita ut miro et rarissimo exemplo nullus pateret effugii locus illi, qui prius alios incluserat. Quod ut innotuit Urbi, maximo gaudio perfusa est civitas, apertisque portis viriliter invadunt adversarios. Carolo foris urgente, oppidanis ab[g] intus instantibus, totus exercitus Longobardorum et subiugatur et sub iugum mittitur. Rex ipse catenatus ante pedes domini papae adducitur; non datur imperio, sed, ut frequenter promeruerat, plebis opprobrio. Carolus rex requirit a domino papa, quid iubeat de illo fieri. Dominus papa simpliciter respondit: 'Ego non corporalem, sed spiritualem fero gladium; mihi sufficit, si ius suum et patronatus ecclesiae reddatur, si beato Petro sua restituantur. Tuum est[h]', inquit, 'carissime fili, decernere, utrum regium nomen in Italia permanere debeat, ex quo Constantinus, filius Helenae, ad honorem domini nostri Iesu Christi illud abdicavit et beato Petro ac Romano pontifici in ius perpetuum contradidit'. Carolus itaque rex exauctoravit regem Longobardiae et Viennam in exilium misit, restituens ei uxorem et liberos pecuniamque sufficientem, clementer et benigne eum tractans. Ex illo ergo tempore liberata est ecclesia Romana a tyrannide Longobardorum instantia et beneficio christianissimi regis Caroli post annos plus minus trecentos, ex quo primum invaserant Italiam. . . . . . .

1043. 24. . . . Dum haec agerentur[3], Wandali, quos nos materna lingua vocamus Windir[4], — gens pagana et Deo inimica, silvestris et inculta, vivens raptu —, qui semper quidem rapinis solebant infestare Daciam, tunc tamen precipue occasionem nacti de inquietudine[i] regni, incredibili multitudine advecti sunt in Daciam, operientes faciem terrae more locustarum. (cf. Iudith 2, 11.) Quod cernens Magnus rex animo consternatus est; nam neque tempus habuit exercitum congregandi neque tutum putabat cum paucis contra tantam multitudinem dimicare, et intollerabile videbatur vastari regionem in presentia sui. In hac ergo mentis angustia posito rege, fertur nocte subsequenti apparuisse beatum Olavum, patrem eius, et monuisse eum in Deo spem ponere: facile ei esse dare victoriam non minus in paucis quam in pluribus; oportere eum in crastino ad bellum procedere, Dei miseratione victoriam non defuturam. Hac ergo visione confortatus rex Magnus, in crastinum viriliter processit ad prelium, subsequens vexillum, quod patris eius fuerat, tenens manu bipennem eiusdem, quae et ibi confracta est et modo servatur in Nidrosiensi ecclesia. Maior itaque ruit in hostem, plurimos prostravit, ceteros turpiter, Deo auxiliante, in fugam convertit. Hoc prelium gestum est in loco qui dicitur Luirscogsheithr[5]. . . . . . .

28. . . . Iste Haraldus[6] in adolescentia sua multa strenue gesserat, subvertendo plurimas civitates paganorum magnasque pecunias auferendo in Ruscia, in Aethiopia, quam nos materna lingua Blaaland[k] vocamus; inde Hierosolymam profectus est, ubique famosus

a) exiit 1. 2. b) Luipr. 1. 2. c) ita 2. d) *correxi H.-E.*, quominus 1. 2. e) abscessum 2. f) Longobardiae 2. g) et 1. h) inq. est 2. i) inquietudini 1. k) Blaland 2.

1) Cf. Einh. V. Karoli c. 5; sed sequentia aliunde hausit, meras fabulas narrans. 2) Immo *Desiderium;* mox *Papiae* pro *Romae.* 3) Suenone Estrithson et Magno de regno Daniae certantibus. 4) i. e. Slavos. 5) Cf. Saxo l. X, supra p. 66. 6) Frater beati Olavi regis Norwegiae, successor Magni. Sequentia cum skaldorum carminibus convenire monuit Storm.

et victoriosus. Postea peragrata Sicilia, magnaque pecunia ab id locorum extorta, venit Constantinopolim[a], ibique apud imperatorem accusatus[b], inflicta eidem imperatori satis probrosa ignominia, inopinabili fuga elapsus[c] est.

. . . .

30. . . . Et quia paulo superius fecimus mentionem eundem Haraldum[1] de equo corruisse et in illo casu mortem eius prefiguratam fuisse, libet paucis absolvere, quae prodigia precesserint casum victoriosissimi et inter precipuos viros prestantissimi viri Caroli Magni. Primum[2] prodigium fuit pons Magontiae ultra Rhenum firmiter constructus, ita ut perpetuo durare putaretur, per octo annos fabricatus*; cumque iam esset consummatus, contracta nube super pontem, eo ipso die fulmen emicuit totumque combussit, ita ut nec hastula quidem super aquam remaneret. Secundum fuit porticus ingens Aquisgrani inter basilicam et palatium, quae, cum ipse imperator die dominica superiorem ecclesiam vellet intrare, ante pedes eius tota usque ad terram collapsa est. Tertium fuit nomen ipsius principis aureis literis in summitate maceriae conscriptum adeo magnis, ut in pavimento quis stans facillime legere posset; quod ultimo aetatis suae anno ita deletum fuit, ut nullo modo legi possit. Quartum fuit signum prefigurans mortem ipsius, quod, cum equitaret sereno die ferens lanceam manu, fulgur cecidit ante pedes equi, una cum rege ipsum deiciens; lancea quoque de manu eius longe proiecta est, cinguli rupti; imperator tamen sine laesione permansit. Hoc contigit in ultima expeditione sua, quam habuit contra Hemmingum[3] regem Daciae, qui superbe locutus fuerat contra maiestatem eius imperialem, transiens per mediam Saxoniam[4], quam in annis triginta iugiter rebellantem multo sudore et infatigabili instantia vix suavi iugo Christi inclinavit. Ter namque episcopos ac presbyteros ad se missos crudeliter necaverunt. Tandem ergo clementissimus imperator, pertaesus malitiae eorum, misit et fecit interimi omnes, quotquot gladio eius altiores essent, utriusque sexus progenitores. Tum[d] vero solis pueris remanentibus, fecit eis ordinari episcopos et presbyteros, qui eos docerent viam salutis aeternae, et sic 'quo semel imbuta recens fuit, servabit[e] odorem testa diu'[5]. Hemmingus tamen, audito adventu imperatoris, supplex obviam processit et veniam promeruit. Licet itaque Carolus certissime cognosceret haec signa suam[f] quodammodo proloqui mortem, tamen constantia virili et magnitudine animi cuncta dissimulaverat[6]; invictae enim virtutis in ipso insigne emicuit, qua animi prestantia non minus prospera quam adversa calcavit. Et ne aliquod virtutis vestigium sublimitatem eius preteriret, in parandis amicitiis et retinendis pene cunctos mortales anteibat; nam et amicos facile admittebat et diligentissime colebat. . . . . . .

*) 2 *add. in marg.:* Sigibertus: *per decem.*

a) Constantinopolin 2. b) est a. 2. c) illapsus 1. d) Tu 1. 2. e) servavit 2. f) sua 1.

1) De quo c. 28. egit. Qui obiit a. 1066. in Anglia. 2) Haec ex Einhardi Vita Karoli c. 32. sumpsit, sed ordinem et verba mutavit. 3) *Godofridum* Einh. 4) Fabulas has unde auctor sumpserit, nescio. 5) Secundum Horat. Epp. I, 2, 69. 6) Einhard l. l.

EX ANNALIBUS ISLANDICIS.

Annales Islandici, ex quibus iam excerpta exhibeamus oportet, a ceteris rerum gestarum historiis in hac insula septentrionali partim memoria traditis, partim scriptis multo differunt, eis similes, quos in aliis Europae partibus exortos videmus. Et sane eorum exemplo, cum iam maiora opera conscripta essent et Snorro Sturlonis filius praeclarum illud de regibus Norvagicis opus condidisset, etiam rerum tam domi quam in universo orbe gestarum breviarium annis digestum compositum[1] *est, quod alii postea auxerunt et continuaverunt. Neque primum eius exemplar ad nos pervenisse videtur*[2]*; antiquissimus, qui exstat codex, una manu usque ad a.* 1279. *exaratus, post ab aliis continuatus est.*

1259. *Sic retulit dominus Folco archidiaconus Upsalensis, qui post ibi fuit archiepiscopus, Sturloni Thordi filio, Praedicatores ipsi dixisse, quod hoc anno vidissent Bruggis in Flandria hominem, qui venerat de terris longe positis, et dixit se serviisse Karolo Magno imperatori quondam, et dixit filiam suam habitavisse Bruggis, cum exiret ex Francia. Indicavit ibi pecuniam latentem in muro, et ea inventa est. Hoc dixit dominus Folco sibi certissime relatum, eum paulo post obiisse Coloniae. Proditi Dei milites in Samlandia.*

1260. *Caesus Tartarorum exercitus in terra Hierosolymitana. Obiit dominus Iarmarus.*

1261. . . . *Tunc sedes papalis vacavit aliquandiu. Post erat Urbanus IIII. papa* 3 *annos. . . . Captus Iohannes comes ab Adalberto duce Brunsvicensi. Incensa Holsatia. Pugna in Loheide inter Ericum Danorum regem et [Ericum] ducem ab austro amnis. Hunc adiuvarunt Holsati. Ibi Danorum rex captus est et Margareta regina, mater eius.*

1263. *Adalbertus Brunsvicensis captus est in Thuringia et inclusus.*

a) *ita C;* fangadr *A apud Lang. (iam legi nequit).* b) *del. in A.* c) soldans konungs af *C.* d) *haec ad a.* 1253. *C.* e) *a.* 1254. *incipit C.* f) fa daga *add. C.* g) VII ar *C.* h) hertugi af Br. *C.*

1) Cf. Chron. reg. cont. a. 1242. 2) De pugnis Viterbiensibus agi videtur. 3) Qui praecedente anno legatus in Norwegiam venerat, ut Ann. Isl. referunt. 4) A. 1274 (?) — 1277. 5) Quis fuerit nescio. Vix de comite Holsatiae cogitari potest. 6) Cf. Ann. Hamb., SS. XVI, p. 385. Sed post pugnam Loheticam hoc factum est. 7) Intelligitur Skotborgeraa. 8) Cf. Ann. Lund. 1263.

(1264). . . . O. Urbanus papa. Þa var pavalaust halfan fimta manað. Þa var sen cometa i Paris. A þessum timum var strið milli Heinreks Engla konungs ok jarla hans. Ok i þvi striði varð Heinrekr konungr sigraðr af Simoni [Mufort] jarli ok øðrum lanndz høfðingjum. Þa var sira Edvarðr sonr Heinreks konungs fanginn ok Rikarðr konungr af Alemannia, 5 føðurbroðir hans. Hann hafði verit kosinn til keisara af nokcorum Þyðerskum høfðingjum. Kom Eirikr Dana konungr, sonr Cristofori konungs, utan af Brandeborg af hertekning, gefinn ut af margreifanum. . . . . . .

(1265). Vigðr Clemens [IIII[us]] papa 3 ar. . . . O. magister Iohannes compotista de Sacrabosco i Paris. . . . . . .

10 (1266). Vigðr Karl broðir Lovis Frakca konungs til konungs yfir Sikiley af pava þrettannda dag jola. Hann sigraði Manfredum prinz i Februario manaði. Með prinzinum fellu Ian. 6. 3700 manna[1], en af Karli konungi 50 manna. Siðan vann Karl konungr Pul a 20 døgum. . . .

(1267). . . . Sunnudaginn eptir pascha viku 8. Kal. Maii var lagðr i scrin heilagr domr Apr. 24. Marie Magdalene[2], ok þa bættiz jarlinum af Peters[3]; hann var numinn allr ødrum megin, ok 15 matti eigi mæla meirr en halfum munni; hann var broðir Lovis Frakca konungs ok Karls konungs; þetta var i Burgundi i stað þeim er heitir Virdilai, id est in Virdiliaco[4]. A hvitasunnudag i Paris var dubbaðr til riddara Philippus sonr Lovis Frakca konungs ok 800 Iun. 5. annarra riddara með honum[5]. . . . Lovis Frakca konungr ok Karl konungr af Puli, broðir hans, ok margir aðrir høfðingjar voru crossaðir til Jorsala. Hofz Conraðr sonr Conraðs 20 konungs af Alemannia, sonar Friðreks keisara, imot Karli konungi. . . . . . .

(1268). . . . O. Clemens papa. Siðan var pavalaust nær 5 ar. . . . Sigraðr Conraðr af Karli konungi ut við Arans[6], ok Heinrekr hertogi af Þyrdersku lanndi [Lothoringia]. Conraðr flyði i Benevent[7] ok var þar halshøgginn, en Heinrekr broðir Alfonsi konungs af Castel var meiddr. . . . . . .

25 1270. . . . Lovis Frakca konungr for af lanndi, ok sira Edvarðr af Englanndi, ok margir aðrir høfðingjar. Lovis konungr vann Cartaginem. I þeim ufriði fell Jon Akrs sonr hans; ok þa letz mart folk af liði cristinna manna af þvi er eitri var kastat i brunna firir þa; þa letz ok Lovis Frakca konungr i Affrika. Karl konungr skatt gilldi soldan af Tuniz; þa tynndiz Theobaldus konungr af Nafari. Jacob konungr af Aragun for til Jorsala. . . . . . .

30 1271. . . . Coronaðr Philippus Frakca konungr in* assumptione sancte Marie. Þa Aug. 15 striddu þeir Bela konungr af Ungaria ok konungr af Boheim um riki þat er Austria heitir;

*) Mario messo hina fyrri. *B.*

1264. . . . *Tunc sedes papalis vacavit quatuor mensibus et dimidio. Tunc Parisiis visus est cometa. His temporibus bellum fuit inter Heinricum Anglorum regem et comites eius. Et in hoc bello Heinricus rex victus est a Simone Monfort* 35 *comite et aliis terrae principibus. Tunc dominus Edvardus, filius Heinrici regis, captus est et Ricardus rex Alemanniae, patruus eius. Hic electus erat imperator a nonnullis Theutonicis principibus. Venit Ericus Danorum rex, filius Cristofori regis, de Brandeburg ex captivitate, dimissus a marchione [Iohanne].*

1265. *Consecratus Clemens IIII. papa 3 annos.*

1266. *Consecratus Karolus, frater Ludovici Francorum regis, rex Siciliae a papa tertio decimo die post natalem* 40 *Domini [die epiphaniae]. Hic vicit Manfredum principem in Februario mense. Cum principe ceciderunt 3700 viri, sed ex parte Karoli regis 50 viri. Postea subiecit Karolus rex Apuliam 20 diebus.*

1267. *Dominica post paschalem ebdomadam 8. Kal. Maii positae sunt in scrinio reliquiae Mariae Magdalenae, et sanitas restituta est comiti Pictavensi. Hic totus ex parte dimidia elanguit et non potuit loqui nisi dimidio ore. Frater erat Ludovici Francorum regis et Karoli regis. Hoc factum est in Burgundia in loco qui vocatus est Virdilai. Pentecostes die* 45 *Parisiis effectus est miles Philippus, filius Ludovici Francorum regis, et 800 alii milites cum eo. . . . Ludovicus Francorum rex et Karolus rex Apuliae, frater eius, et multi alii principes cruce signati sunt ad [expeditionem] Hierosolymitanam. Surrexit Conradus, filius Conradi regis Alemanniae, filii Friderici imperatoris, contra Karolum regem.*

1268. . . . *Post sedes papalis vacavit 5 fere annos. . . . Victus est Conradus a Karolo rege ad Arans, et Heinricus dux de Theutonia [Lothoringia]. Conradus fugit Beneventum et ibi decollatus est, sed Heinricus, frater Alfonsi regis* 50 *Castiliae, est sauciatus.*

1270. *Ludovicus Francorum rex profectus est e terra [sua] et dominus Edvardus ex Anglia et multi alii principes. Ludovicus rex cepit Cartaginem. In hoc bello cecidit Iohannes Acconensis, filius eius, et tunc periit magna multitudo christianorum virorum, propterea quod venenum iniectum erat fontibus antea. Tunc interiit etiam Ludovicus Francorum rex in Africa. Karolus rex tributarium fecit soldanum Tuniciae. Tunc mortuus est Theobaldus rex Navarrae. Iacobus rex Ara-* 55 *goniae profectus est Hierosolymam.*

1271. *Coronatus Philippus Francorum rex in a. s. M. Tunc contenderunt Bela rex Ungariae et [Ottocarus] rex*

1) Tria milia etiam ab aliis cecidisse dicuntur; cf. Schirrmacher, 'Die letzten Hohenstaufen' p. 532. 2) Cf. hac de re Acta SS. Iulii V, p. 210. 3) Comes 60 Pictavensis Alfonsus, frater regis, intelligi videtur, qui praesens fuit. 4) Virziliaco, Vezelay. 5) Cf. Guill. Nang. h. a. 6) Nescio quod nomen ita deformarit; neque de Heinrico duce quicquam traditur; sed fortasse Fridericum de Austria intelligit. 7) Ibi nec captus nec decollatus est.

þat liggr milli lannda þeira. Drapu synir Simonar [Mufort Viterbi] Heinrek son Rikarðar konungs af Alemannia i kirkju. . . . . . .

(1272). Vigðr Gregorius [X^{us}] papa. Stefnt eptir 2 ar generale concilium. . . . . . .

(1273). . . . Eirikr Dana konungr sigraði Þyðerska menn.

(1274). Concilium generale celebratum est apud Leonciam*. Þar var Jon erchibiskup af Niðarosi ok Andres biskup af Oslo ok Askatin biskup af Biørgyn, ok komu a sama ari aptr með þeim boðskap Gregorii pape ok statuto concilii generalis, at clercar skylldu til Jorsalaferðar leggja tiunnd af øllum renntum sinum 6 ar, ok gefnar remissiones generales þeim er crossaðiz til Jorsalaferðar. Þa ok sneruz Grekir aptr til cristni almenniligrar með guðs miskunn ok raðum Gregorii pape. . . . . . .

*) Þing i Leonisborg. Concilium — Leonciam. *C*; Gregorius papa hafði þing i Leonsborg ok bætti tru Grikkja. *B*. *[G. p. concilium habuit Lugduni et fidem Graecorum emendavit.]*

Ian. 10. (1276). O. Gregorius [X^{us}] papa 4. Idus Ianuarii, ok kallar alþyða hann helgan. Ok in Ian. 21. festo Agnetis var kosinn Innocentius [V^{us}] ok vigðr litlu siðarr, fyrstr af Predicara husi, ok Iun. 23. lifði eigi allt ut til Jons vøku; þa var tekinn til pava Octobonus chardinalis Romverskr ok agætr ok kallaðr Adrianus [IIII^{us}]; hann søng enga messu, þvi at hann varð eigi vigðr til Aug. 15—22. prestz, en hann anndaðiz firir vigslu daga millum Mariumesna. Eptir þat var tekinn til Sept. 13. papa meistari Petrus Hyspanus chardinalis a drottins dag firir crossmessu ok kallaðr Iohannes [XXI^{us}]. . . . . . .

Maii 16. (1277). O. Iohannes papa innan pekizdaga. Nicholaus [III^{us}] papa var vigðr nær Ca- Nov. 25. trinar messu. Hann het aðr Iohannes Gagitanus [vel Gaitanus] Romverskr chardinalis[a]. . . .

1280. O. Nicholaus [III^{us}] papa. . . . . . .

(1281). Vigðr Martinus papa. . . . . . .

1285. (1284). O. Martinus papa, Karl konungr af Puli. . . . . . .

(1285). Vigðr Honorius [IIII^{us}] papa[b]. Fall Philippi Frakca konungs. O. Þorfinnr biskup af Hamri i Flandr. . . . . . .

(1286). . . . Drap Eiriks Dana konungs [Cristoforus sonar] . . . Komu senndiboðar Tartara konungs til Eiriks Noregs konungs.

(1287). O. Honorius [IIII^{us}] papa. . . . . . .

(1288). Vigðr Nicholaus [IIII^{us}] papa. . . . . . .

(1292). O. Nicholaus [IIII^{us}] papa[b]. Þa var pavalaust 3 ar. . . . . . .

1294. (1295). Vigðr Adrianus[1] heremita til papa sancti Spiritus dag ok kallaðr Celestinus [V^{us}] ok var papa eigi allt ut til Jons vøku[2] ok gekc aptr i einsetu; þa var kosinn ok vigðr Benedictus einn af chardinalum ok kallaðr Bonifacius [VII^{us}]. . . . . . .

Bohemiae de regno quod Austria dicitur. Hoc situm est inter terras eorum. Occiderunt filii Simonis Montis-fortis Viterbii Heinricum, filium Ricardi regis Alemanniae, in ecclesia.

1272. *Consecratus Gregorius X. papa. Convocatum post 2 annos generale concilium.*

1273. *Ericus Danorum rex vicit Theutonicos viros.*

1274. . . . *Ibi erant Iohannes archiepiscopus Nidrosiensis et Andreas episcopus Osloensis et Askatinus episcopus Bergensis, et redierunt eodem anno cum hoc mandato Gregorii papae et statuto concilii generalis, ut clerici ad Hierosolymitanam expeditionem solverent censum ab omnibus reditibus suis 6 annis, et darentur remissiones generales iis qui crucesignarentur ad Hierosolymitanam expeditionem. Tunc etiam Graeci reversi sunt ad christianam communionem Dei misericordia et consilio Gregorii papae.*

1276. . . . *et appellant omnes homines eum sanctum. Et in f. A. electus est I. V. et consecratus paulo post, primus ex Praedicatorum domo [ordine]; et vixit non prorsus ad Iohannis vigiliam. Tunc creatus est papa Octobonus cardinalis Romanus et celeber et vocatus Adrianus IIII. Hic cantavit nullam missam, quia non consecratus erat presbyter, sed mortuus est ante consecrationis diem inter Mariae missas. Post haec creatus est papa magister Petrus Hyspanus cardinalis dominica die ante Crucis missam et vocatus Iohannes XXI.*

1277. *Obiit Iohannes papa intra pentecostes dies. Nicholaus III. papa est consecratus circa Catharinae missam. Hic appellatus est antea I. G. Romanus cardinalis.*

1284. *Obierunt M. p., Karolus rex Apuliae.*

1285. *Consecratus Honorius IIII. papa. Caedes Philippi Francorum regis. Obiit Thorfinnus episcopus Hamarensis in Flandria.*

1286. *Caedes Erici Danorum regis, Cristophori filii. Venerunt legati Tartarorum regis ad Ericum Norvegiae regem.*

1292. . . . *Tunc sedes papalis vacavit 3 annos.*

1295. *Consecratus Adrianus heremita papa sancti spiritus die et vocatus Celestinus V, et fuit papa non prorsus usque ad Iohannis vigiliam et rediit ad heremum. Tunc electus et consecratus Benedictus unus cardinalium et vocatus Bonifacius VII. [VIII].*

a) chardalis *A.* b) hann var pavi III ar *add. C.*

1) Petrus potius. 2) Immo Iul. 5 — Dec. 13. a. 1294.

(1296). . . . Sætt Eiriks Noregs konungs ok Eiriks Dana konungs ok hertoga Valdemars. Fanginn sira Karl broðir konungs af Franz[a]. . . . . . .*

*) *D add.:* 1298. Hofz strid med Bonifacio papa ok cardinalibus. *[Exorta est lis inter Bonifacium papam et cardinales.]*

(1299). Hakon [Magnus sonr] hertogi fekc Eufemiam dottur[b] herra* Visleif af Rey. . . . Tartara** konungr ok konungr af Armenia vunnu Jorsalalannd ok sigraðu soldan af Babilon.***

*) d. greifa af Vindlandi. *C. [comitis de Slavia.]*

**) Barðiz Tattara kongr i Armenia, aðra orrostu þar sem heitir Kampus Damasci, þriðjo i Ægipta landi, ok hafði jamnan sigr ok drap soldan i hinne siðuztu ok friðaði Jorsalaland. *B. [Pugnavit Tartarorum rex in Armenia, alterum praelium ibi ubi dicitur K. D., tertium in Aegypto et habuit semper victoriam et occidit soldanum in ultimo et pacificavit Hierosolymitanam terram.]*

***) *D add.:* 1300. A þeim tima kom upp elldr i Sikiley ok brendi upp 2 biskupsdæmi. . . . Þa kom or Þydversku kona su er vera kvez dottir Eiriks kongs ok Margretar dottur Alexandri Skotakongs ok kvez selld hafa verit af Ingibjorgu Erlings dottur. *[Eodem tempore erupit ignis in Sicilia et incendit duos episcopatus. . . . Tunc venit ex Theutonia mulier, quae dixit se filiam Erici regis et Margaretae, filiae Alexandri Scotorum regis, et dixit se venditam esse ab Ingeburgi Erlingi filia.]*

(1301). . . . Brennd i Bjørgyn kona su er sagðiz dottir Eiriks konungs.* . . . . . .

*) Brend kona or Þyðersku a Norðnesi ok halshøguinn boanndi hennar. *B., et similia in D. [Combusta femina Theutonica in Nordnesi et decollatus maritus eius.] — C add.:* Magnus sonar, ok heita Margret. *[Magni filii, et vocari Margaretam.]*
D add.: 1301. Einn rikr hofþingi striddi a sjalfa Romam; siþan gerdi hann sætt vid Bonifacium pafa, sva at hann feck systrdottur pafans; enn herra pafi vann þat til fridar heilagri kristni, at hann sjalfr veitti brudkaup þeira ok lofadi at eta kjot a palmsunnu dag; en fyrirbaud at nockurr madr skylldi slikt gera eptir hans dæmum. *[Quidam potens princeps certavit in ipsam Romam; deinde fecit pacem cum Bonifacio papa, ita ut ipse duceret (uxorem) filiam sororis papae; domnus papa autem egit hoc ad pacem sanctae christianitatis, ut ipse pararet nuptias eorum et permitteret comedere carnem die dominica palmarum; prohibuit vero, ne quis sequeretur exemplum ipsius.*

(1302). . . . Funnduz konungar við Solbergaos við Elfi, Hakon Noregs konungr ok Birgir Svia konungr ok hertogi Eirikr broðir hans, greifi Jacob, herra Visleif ok mart annat stormenni a Michealsmessu dag, ok steðjaðiz þar eitt mikit friðarband milli rikianna*. . . . Hertogi Eirikr Magnus sonr, jungherra Eirikr Valdemars sonr ok greifi Jacob ok herra Visleif sottu jol til Hakonar konungs til Osloar; þa veittuz jol 4 daga. O. herra Visleif[c]. . . . . . .

Sept. 29. — Dec. 25—28.

*) *D add.:* Cometa var sen i Bjorgyn moti langafostu, enn i Roma fyrir pascha. *[Cometa visus est Bergis ante ieiunium quadragesimale, sed Romae ante pascha.]*

(1303).* In circumcisione Domini drapu Franceisar af Flæmingjum 14000 manna, en Flæmingjar vunnu þo sigr at þvi sinni. O. Bonifacius [VIIus] papa. Vigðr Benedictus [XIus] papa. . . . . . .

Ian. 1.

*) 1302. Frakka kongr i banni ok striddi a Flæmingja land. *[Francorum rex excommunicatus et dimicavit in Flandria.] B, ubi nihil earum rerum legitur quas A his annis habet.*

(1304). O.[d] Benedictus [XIus] papa. . . . Var* tekin pafinn[1] ok settr i jarn af monnum

*) 1304. Tekinn Bonifacius papa ok inn kastaðr af monnum kardinalanna ok settr *etc. C.*

1296. *Pacificatio Erici Norvegiae regis et Erici Danorum regis et ducis Waldemari. Captus dominus Karolus frater regis Franciae.*

1299. *Hakon, Magni filius, dux accepit [in matrimonium] Eufemiam filiam domini Wizlavi de Rugia. . . . Tartarorum rex et rex Armeniae ceperunt terram Hierosolymitanam et vicerunt soldanum Babiloniae.*

1301. *Combusta Bergis femina, quae se dixit filiam Erici regis.*

1302. *Convenerunt reges ad Solberga ostium prope [Got]elfam, Hakon Norvegiae rex et Birger Sueonum rex et dux Ericus, frater eius, comes Iacobus, dominus Wizlavus et multi alii magnates in Michaelis festo, et constitutum est magnum pacis vinculum inter regna. . . . Dux Ericus, Magni filius, domicellus Ericus, Waldemari filius, et comes Iacobus et dominus Wizlavus fuerunt in natali Domini apud Hakonem regem Osloae. Tunc duravit (festum) natalis 4 dies. Obiit dominus Wizlavus.*

1303. *In c. D. occiderunt Franci de Flamingis 14000 viros, sed Flamingi tamen adepti sunt tunc victoriam. . . . Consecratus B. XI. p.*

1304. . . . *Captus papa et missus in ferrum ab hominibus cardinalium et liberatus a suis hominibus; et*

a) af enskum monnum *[ab Anglicis hominibus] add. D, qui haec ad a. 1297. habet.* b) *bis scr. A.* c) af Ry *[de Rugia] add. C.* d) *sequentia altera manu addita sunt A.*

1) Bonifacius VIII. a. 1303.

kardinalanna[a] ok ut tekin af sinum monnum, ok lez* þa sidan. Teknar af Berfettu ok Predikara breðrum allar generales remissiones. Fraka konungr ok allt riki hans i papabanni**. . . . . . .

*) ok andaðiz litlu siðarr *[et mortuus est paulo post]*. Vigðr Benedictus papa XI[us]. Teknar — — remissiones. *C.*

**) *C add.:* Tekinn jarl af Flandr af Fracka konungi ok inn kastaðr. *[Captus (Guido) comes Flandriae a Franciae rege et inclusus.]*

D add.: 1305. Vigðr Clemens papa. *[Consecratus Cl. p.]* . . . . . . Clemens erchibiskup kosinn til pava. *[Cl. archiepiscopus electus papa.]*

(1306). . . . Frost sva mikit i Þyðversku landi ok i Franz, sem þa er i stæra lagi eru i Noregi, ok menn gengu af Rauðstock til Danm[erkr] yfir Eyrarsunnð[b]. . . . Sendiboðar Tatara konungs skirðir i Roma*. . . . . . .

*) *D add.:* 1306. Ætladi Clemens pafi ut yfir hafit at skira Tattara kong. *[Proposuit sibi Clemens papa [iter] trans mare, ut baptizaret Tartarorum regem.]*

C add.: 1309. Brann Jons kirkja i Latran. *[Conflagravit Iohannis ecclesia in Laterano.]*

(1311). . . . Kennimanna fundr i Franz.*

*) *D add.:* i Vihennia.

(1314). . . . Var* svikin keisari a paskadag, er hann drakk af kalek, er hann hafði bergkt korpus Cristi, ok var kastat i eitri, ok fek þegar bana. Andaðiz[c] Clemens pape. . . . Komu[d] sendi[menn] utan af Armenia til Hakonar konungs með dyrum gjofum.

*) 1314. Heinrekr keisari svikinn með eitri a paska dag, þa er hann þottiz taka vars herra likama. *C.* *[Heinricus imperator proditus veneno in paschatis die, cum crederet sumere nostri Domini corpus.]*

(1315).* . . . Kosinn Iohannes til papa. . . . . . .

*) *C add.:* 1315. O. Clementis pape.
1316. Vigðr Iohannes papa XXII[us]. *C.* *[Consecratus I. p. XXII.]*

(1317). . . . Sættuz Þyrskir menn við Dana kong.

---

obiit paulo post. Ablatae a Nudipedibus et Praedicatoribus fratribus omnes g. r. Francorum rex et totum regnum eius in papae banno.

1306. *Frigus tam magnum in Theutonicis terris et in Francia, quanta maiora solito sunt in Norvegia, et homines iverunt de Rostock ad Daniam super Eyrarsund [sinum Codanum]. . . . Legati Tartarorum regis baptizati Romae.*

1311. *Sacerdotum conventus in Francia.*

1314. *Proditus est imperator die paschatis, cum biberet e calice, postquam manducaverat corpus Christi, et iniectum erat venenum, et accepit [inde] statim mortem. Mortuus est Clemens papa. . . . Venerunt legati ex Armenia ad Hakonem regem cum pretiosis muneribus.*

1315. . . . *Electus Iohannes papa.*

1317. . . . *Pacificati Theotisci homines cum Danorum rege.*

a) kardinal̃ *A.* b) at(a) isi *[super glaciem] add. C. D.* c) *altera manus pergit.* d) *haec a. 1315. ponit D.*

PLANCTUS DE CAPTIVITATE REGUM DANORUM.

In calce excerptorum Danicorum carmen rhythmicum exhibere visum est, quo clericus Danicus Waldemarum II. filiumque eius Waldemarum reges captos luget atque in comitem Suerinensem, qui eos ceperat, acriter invehit. Quod carmen, antequam reges e captivitate soluti essent[1], *post a.* 1223, *Maii* 7. *et ante a.* 1225, *Dec.* 21. *compositum est.*

Codex ms., in quo Planctus exstabat, incendio bibliothecae Hafniensis periisse videtur, hucusque enim frustra quaesitus est. Repetendum igitur est carmen ab eo qui primus edidit, Hvitfeld, 'Danmarckis Rigis Krønicke' I, p. 188—190, *quem omnes qui illud postea exhibuerunt secuti esse videntur, scilicet Pontanus, Rerum Danicarum historia p.* 310; *Pfeffinger, Vitriarius illustratus II, p.* 502[2]; *Edélestand du Méril, 'Poésies populaires latines du moyen age' (Paris* 1847) *p.* 277—282. *Denique R. Usinger, 'Deutsch-dänische Geschichte* 1189—1227' *(Berlin* 1863) *p.* 43—436. *carmen hocce auxilio Philippi Jaffé nonnullis locis emendatum edidit et pauca tantum menda nobis tollenda reliquit.* ***O. H.-E.***

Plange primatus Dacie[a],
quondam clarus in acie,
sed nunc tua militia
vili torpet pigritia.
5 Rex tuus furtim tollitur,
sevus hostis extollitur;
o maris acris specula,
cave mortis pericula!
Mare piratis scaturit,
10 fures spelunca parturit,
horret nemus latronibus,
campus patet predonibus,
Patet[b], inquam, claustralium,
pax exulat ruralium,
15 premit egenum impius,
rebus spoliatur pius.
Omnis dolet relligio
novo stupens prodigio,
deplorat infortunium
20 et infaustum augurium.

Munus rusticorum ruit[c];
totus orbis cohorruit
detestans pseudocomitis
scelus nefandi criminis.
25 Novus Iudas invaluit,
contra pios prevaluit,
invisus Christi nomini[d]
seduxit christos Domini.
Venit pacis sub specie
30 fultus turba[e] nequitie,
falsum fingens negotium
regis turbavit otium.
Donativa subsequitur[f],
sed gratia negligitur;
35 dolum ingratus gratie
blanda celat sub facie.
Invadit solitarium,
nil[g] timentem contrarium,
aggreditur in lectulo,
40 quem non audet in prelio.

a) se, *quod edd. habent, secundum morem saec. XIII. usitatum in* e *ubique mutavimus, quod iam Usinger recte fecit.* b) *correxi;* Pater *edd. [sed in exemplari Hvitfeldii, quo usus sum, nescio num* Pater *an* Patet *typo impressum sit];* Campus *male proponit Du Méril.* c) corruit *Pfeff.* d) nomine *Hvitf. Pont.*; nomine||Domine *male Du M.* e) arte *male coniecit Usinger; neutiquam quidquam mutandum est.* f) consequitur *nullo iure coniecit Us.* g) *sic Us.*, nihil timens *Hvitf. Du M.*; nihil timentem *Pont.*

1) V. 101 sqq. 2) Qui se hoc repetivisse dicit 'ex rhythmis veteribus Andreae Velleii, historiographi quondam regis Daniae'. Quod nescio an ideo scripserit, quia Pontanus ante carmen Velleii glossas 'ad rhythmos veteres' commemorat.

Sic[a] infelix vir Belial,
alter Cain, alter Nabal,
qui cruentas in proprios
manus iniecit dominos.
45 Hunc Herodis impietas,
quem nulla flectit[b] pietas,
addicit noxe sceleris
malis reum[c] pre ceteris.
Hunc Neronis immanitas
50 et enormis crudelitas
condemnant[d] impiissimum,
videlicet plus impium.
Dum impios recenseo,
nullum peiorem censeo
55 hoc Henrico nequissimo
vel Iuda, suo socio.
Sed Iudas eo melior,
quo nobis necessarior;
dum Christum morti tradidit,
60 nobis ignorans profuit.
Sed hic malorum pessimus
et latro[e] nocentissimus
nullis iuvando consulit,
sed damna[f] multis intulit.
65 Commovit statum seculi,
turbavit pacem populi,
fit causa pugne principum
certusque[g] sudor militum.
Regnum super regnum ruit,
70 et hoc malum vulgus luit;
quod plectitur hic populus,
asseverat philosophus.*
Ve mundo nunc a scandalis!
ve pauperum piaculis!
75 quicquid iam plangit Dania,
leta gaudet Saxonia.
Eheu! eheu[h] perfidia!
eheu[h] vetus invidia!
quod diu clam delituit,
80 nunc in palam apparuit.
Eheu! reges tam nobiles,
toti mundo spectabiles,
raptos regni fastigio,
actos flemus exilio.
85 Eheu[h]! preclaros proceres,
insigni fama celebres,
clausos dolemus carcere,
insontes omni scelere.

Ut[i] quid obdormis, Domine?
90 non requires[k] ab homine,
ab homine pravissimo,
Iude reatu proximo?
Ille temet per osculum
dedit in manus hostium,
95 hic deceptos[l] obsequiis
vinctos tradit[m] inimicis.
Qui das quandoque propere
digna malis pro scelere,
da propter sua scelera
100 christosque tuos libera!
Libera nunc de carcere
reges tuos, Rex glorie!
hos erue e vinculis,
nos bellorum periculis!
105 A seculo non est factum
contra fidem, contra pactum
duos reges sic deduci
et in manus hostium[n] duci.
O regis nostri milites,
110 robusti quondam pugiles,
in hoc summo negotio
quare vacatis otio?
O bellatores inclyti
et gigantum fraterculi,
115 cur desides hesitatis
subvenire captivatis?
Vestra vilescit gloria,
infirmatur victoria,
honor vester despicitur,
120 militie[o] detrahitur.
Vos subsannat gens perfida,
irridet plebs vilissima,
Saxonia[p] et Slavia
vestra gaudent ignavia.
125 Si[q] non condoletis seni,
condolete vel iuveni,
qui meretur patris dono
presidere regni throno,
Possidere solatium
130 ad paternum palatium,
flos Danorum egregius,
heros ex avis regius,
Heros beati seminis
et ramus alti germinis,
135 ingenuus ex patribus
retro cunctis[r] etatibus.

*) *Hvitf., Pont., Pfeff. hoc loco inserunt (Hor. Ep. I, 2, 14):* Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

a) Sit *male Us.* b) flectis *Hvitf.* c) *sic Us.;* rerum *edd. rel.* d) condemnat *Us.* e) latronum *Pfeff.* f) damnae *Hvitf.* g) certus *Pont.* h) heu *Pont.* i) At *Pfeff.* k) *correxi (cf. Ps. 43, 22. 23:* Nonne Deus requiret ista? . . . Exsurge, quare obdormis, Domine? *Posses etiam legere* requiresne *aut* requiris nec); et requiescis ab h. *Hvitf. et rel.;* et quiescis *male Du M., Us.* l) deceptor *Hvitf. Pont.* m) *sic Du M., Us.;* tradidit *Hvitf. et rel.* n) hostis *Us.; sed et delere mallem cum Du M.* o) militia *falsissime Du M.* p) *sic Du M., Us.;* Saxones *Hvitf. et rel.* q) *hoc ordine sequentes versus recte disposuit Usinger; priores edd. eos hoc ordine praebent:* 127. 128. 131. 132. 135. 136. 125. 126. 129. 130. 133. 134. r) *correxi;* retro eundis *ed.;* retroactis *Us.*

EX
HISTORIIS ISLANDICIS.

EDIDIT

F. JÓNSSON.

EX HISTORIA REGUM DANORUM
DICTA KNYTLINGASAGA.

G. Waitz b. m. animo proposuerat, ut scriptorum Danicorum excerptis ea subicerentur, quae in historiis Islandicis lingua vulgari compositis ad patriae nostrae res gestas spectantia leguntur, quae edenda Viro Cl. F. Jonsson mandavit. Et sane grate nostrates historiae studiosi accipient hoc loco haec collecta esse, cum haud pauca in illis libris inveniantur quae historiam nostram tangunt, quae a plerisque nostratum hucusque neglecta sunt ignorantibus hos libros in extrema insula Europae conscriptos continere quae ad eorum rem faciant. Iis quae V. Cl. F. Jonsson singulis libris praefatus est ego nonnulla addidi, quae lectoribus utilia fore duxi, et adnotationes quasdam adieci, quibus id maxime secutus sum, ut afferrem quae ad res relatas diiudicandas earumque fontes indicandos, ubi hoc fieri potuit, facerent. Annorum numeros etiam adscripsi. Versionem Latinam datam ita instituere conati sumus, ut regulis grammaticorum ac sermonis veterum neglectis verba Islandica ad verbum exprimeremus, id intendentes, ut huius versionis auxilio ipsi lectores sermonem Islandicum intellegere possent.

Haec excerpta historiarum Islandicarum lectoribus proponentes dolemus, quod hi libri hucusque non ea arte critica, qua oportet, disquisiti, inter se comparati, diiudicati sint, ut de multis non satis indagatum sit, quo tempore, quo auctore conscripti, ex quibus fontibus hausti sint, duorum auctorum eadem narrantium uter alterum secutus sit. Nec meum fuit omnes has quaestiones difficillimas dissolvere. Ea tantum adnotavi, quae lectoribus omnino necessaria esse mihi videbantur, et quae facile animadvertere potui.

Primo loco Historiae regum Danorum, quae recenti nomine minus apte Knytlingasaga (Historia regum a Knutone Magno descendentium) vocatur, excerpta damus. Non modo enim Knutonum, sed omnium regum Danorum ab Haraldo Blatand usque ad a. 1187. *historia hoc libro narratur. Qui tamen multo post hunc annum compositus est. Nam cap.* 127. *auctor de liberis Waldemari I. regis eorumque filiis agens mentionem facit Waldemari II. regis Danorum (*1202—1241*) ut iam mortui, Ludovici IX. regis Franciae et Damiatae urbis ab eo expugnatae (a.* 1249*), Waldemari I. regis Sueciae*[1] (1250, †1302) *et Haconis Iuvenis regis Norwegiae (*1240—1257*)*[2], *unde patet eum post medium saeculum XIII. scripsisse*[3].

1) Quem cum fratre et sorore ex Erico rege Sueciae natos perperam dicit, cum Birger dux pater eorum fuerit. 2) Ne haec quisquam postea inserta esse coniceret, moneo eum cap. 119. Ottonis IV. imperatoris (1209—1218) mentionem fecisse, cap. 108. dicere a. 1145. Hierosolymam a Sarracenis captam esse (cum de Edessa capta referendum esset), quod multo tempore post Hierosolymam a. 1187. captam scriptum esse patet. 3) Cum cap. 118. dicat Islandicum quendam dictum Atli, Suenonis filium, testari se a. 1157. vidisse, quomodo Thetlevus Etheleri filius rota fractus sit, hoc ex eius fonte sumptum esse patet, qui nescio an ab illo Atli compositus fuerit.

Quod tamen aliquanto ante exitum huius saeculi factum esse statuendum est, cum nusquam in hoc libro posteriorum rerum mentio facta sit, et stemmata regum usque ad eos tantum, quos dixi, deducta sint. De auctore certi quidquam statui nequit, nisi eum laicum fuisse.

Haec historia ita exorditur, ut coniciendum sit multa praecessisse, quae perierint, et horum quidem fragmentum G. Vigfusson se reperisse contendit[1]. *In ea parte, quae ad nos pervenit, multa inveniuntur quae hoc loco edenda sunt, de iis quae reges nostri et principes Germaniae inferioris cum regibus Danicis egerint, de ducibus Slesvicensibus, plurima de bellis regum Danorum contra Slavos Germaniae orientalis motis et haec maximi pretii. In priore parte usque ad initium saeculi XII. multa plane fabulosa sunt, sed iam inter haec quaedam memoratu digna inveniuntur*[2]. *In hac parte auctor veterum poetarum carminibus usus non paucos versus ex eis exscripsit, videlicet Ottari Nigri (saec. XI), Halvardi (saec. XI), Thordi Kolbein (saec. XI), Sigvati (saec. XI), Thorarini (saec. XI), Thorleici Pulchri (saec. XI), Arnori (saec. XI), Stein Herdisi filii (saec. XI), Marci* (✝ 1107), *sed etiam ex aliis fontibus hausit. Cap.* 4. *enim laudat historiam piratarum Iomensium (Jomsvikingasaga*[3]*), aliis locis*[4] *historias seu vitas regum Norwegiensium, quibus non dubito, quin Snorronis celeberrimum librum indicaverit, cum omnia, quae in illo libro relata esse dixerit, apud Snorronem legantur*[5]*; pleraque vero in hac parte sermone popularium memoriae posterorum tradita esse videntur. Multa auctor de Knutone Lavard duce partim fabulosa, partim vera tradit, quae unde sumpserit, ignoratur. Neque enim Vitam eius brevem, quam habemus, legit, nec Roberti Elgensis libro, qui periit, usus videtur esse. Cap.* 95—108. *(a.* 1131—1145*) praeter hominum narrationem Annalium Danicorum*[6] *exemplar quoddam secutus est, quod cum iis Annalibus, qui ad nos pervenerunt, in plerisque quidem conveniebat nec tamen in omnibus cum uno exemplarium exstantium concordabat. Inde a cap.* 108. *usque ad finem libri (circ. a.* 1150—1187*) omnia fere miro modo cum Saxonis narratione conveniunt. Eadem enim eodem ordine*[7] *ab utroque auctore narrantur, ab hoc brevius, ab illo multo fusius uberiusque, etiam verba utriusque nonnunquam eadem fere sunt. Modo tamen hic, modo ille verius ac melius res narrat. Hic multo melius et accuratius quam Saxo, quo tempore res gestae sint, retulit, multa locorum nomina aliasque res permultas commemoravit, quae apud Saxonem non inveniuntur. Hoc etiam maximi momenti est, quod uterque*

1) ‘Sturlunga saga’ I (Oxford 1878), p. LXXXIX. Intellexit enim fragmentum quoddam, quod editum est ‘Fornmanna sögur’ XI, p. 405—421, eadem manu scriptum esse ac codicem Arna-Magnaeanum huius historiae, unde conclusit hoc fragmentum partem eius esse. Hoc tamen non certo constat, cum codex ille olim praeter Knytlingasagam alias etiam historias continere potuerit. Et mihi quidem quae in hoc fragmento leguntur multo differre videntur ab indole huius historiae. Utut se res habet, cum omnia quae in fragmento illo leguntur etiam in Historia Olavi Sancti inveniantur, quae ad rem nostram faciunt inter huius excerpta infra dabimus.

2) G. Vigfusson l. l. p. XC sq. contendit hanc historiam saec. XIII. a compluribus Islandicis compilatam, ut aiunt, tribus partibus constitisse, parte priore mythica, quae Skioldungorum historia (Skioldunga saga) appellanda sit, historia Knutonis Sancti et fratrum eius, historia Waldemari I. et Knutonis filii eius, hanc tertiam partem ab Olavo Thordi filio (vide p. 273, l. 6) compositam esse. Sed ne levissimo argumento quidem hae coniecturae innituntur.

3) Quae edita est ‘Fornmanna sögur’ XI, p. 1—162. Cf. infra excerpta ex ea edita. Versio Latina exstat inter Scripta historica Islandorum XI, p. 1—150. Huius capitula 1—13. ex Knytlingasagae priore parte, quae perierit, sumpta esse contendit Vigfusson l. l. p. XCII.

4) Primo cap. 21.

5) Cap. 22. citat Vitam Magni Boni (cf. ‘Heimskringla, Magn. Gøð.’ cap. 31) et historiam Haraldi regis. Cap. 124. historias regum Norwegiensium (cf. ‘Heimskr., Magn. Erl.’ cap. 23. 27—30).

6) Cap. 95. hos laudat, dicens in doctis libris Danicis se scripta invenisse quae ex Annalibus sumpsit. Adnotationibus infra adiectis hoc demonstravi.

7) Neque tamen auctor Islandicus eodem modo res a. 1171—1176. perturbavit, quo Saxonem libro XIV. hoc fecisse notum est.

a. 1187. *in eadem re, obitu videlicet Bugizlavi ducis Pomeraniae, narrandi finem fecerit. Et sane difficillimum est explicatu, quae ratio inter Saxonem et auctorem Islandicum intercedat. Constat enim hunc Saxonis librum non legisse*[1]. *Vide igitur, num statuere velis iam Saxonis tempore librum quendam Danice vel Islandice de rebus a.* 1150—1187. *gestis compositum fuisse, quem uterque secutus sit, an Olavum Hvitaskald, quem apud Waldemarum II. regem moratum multa ab eo auditu percepisse auctor Islandicus cap.* 127. *(infra) dicit, Saxonis libro et narrationibus Waldemari librum composuisse, quo hic usus sit. Quomodocumque hanc quaestionem difficillimam solvis, haec pars libri maximi momenti et fide digna est, quamvis auctor nonnullos gravissimos errores commiserit, nonnulla scribarum errore corrupta sint.*

Haec historia edita est 'Fornmanna sögur' XI, p. 179—402 *(Kaupmannahøfn* 1828*)*[2]; *versio Latina inter Scripta historica Islandorum (Hafniae* 1842*) XI, p.* 168—364. *exstat*[3]. *Versionem Danicam edidit C. C. Rafn (Hafniae* 1829*).*

O. Holder-Egger.

Haec historia in antiquo codice membranaceo integra non asservata habetur. Praeter codices chartaceos, quorum plerique nullius fere pretii sunt, aliquot fragmenta membranacea adhuc exstant in collectione Arna-Magnaeana in bibliotheca Universitatis H a f n i e n s i s *asservata*[4].

In collectione Arnae-Magnaei nr. 20, *I. II. fol. continentur fragmenta*

I. 1. *Duo folia, quae, quia in cap.* 25. *incipiunt et in cap.* 29. *desinunt, huc non pertinent. Libri egregii circa a.* 1300. *scripti reliquiae sunt.*

2. *Quinque folia ex eodem libro, quorum primum in cap.* 58. *incipit, ultimum cum cap.* 75. *desinit. Hoc fragmento quoad licuit usi sumus.*

3. *Unum folium eiusdem libri, quod in cap.* 77. *incipit et in cap.* 79. *desinit; summa pars folii (circa duo versus) abscissa est. Hoc, quia mancum est et multis locis lectu difficilius, non secuti sumus, sed capita* 77. 78. *contulimus.*

II. 1. *Unum folium e libro c.* 1350. *scripto, quod a cap.* 47. *incipit et in cap.* 48. *desinit. Ad nostra excerpta hoc fragmentum non pertinet.*

2. *Unum folium ex eodem libro, quod in cap.* 58. *incipit et in cap.* 64. *in. desinit. Ad excerpta nostra nihil praebet praeter quatuor ultimos versus, initium cap.* 64. *continentes, qui cum fragm. I.* 2. *congruunt.*

3. *Praeterea exstat dimidia pars folii eiusdem libri, frusta cap.* 79 *(ultimam stropham), cap.* 80 *(initium), cap.* 81. *et* 82. *continens. Hoc usi sumus.*

B) In eiusdem collectionis nr. 180. *fol. haec historia inter alias invenitur. Sed hic codex incipit demum a cap.* 28. *et desinit in cap.* 88. *fin.; prorsus abest posterior pars. Ex priore parte (cap.* 1—27*) ibidem etiam exstant capita* 23—27. *cum extrema parte cap.* 22. *Sed in hoc libro haec capita, ut omnia praecedentia, non suum locum tenent, initium historiae efficientia. Sed non dubitandum est, quin hoc errore quodam librarii factum sit. Hoc libro usi sumus, aliis fragmentis deficientibus. Liber posteriore parte saec. XV. exaratus est,*

1) Quod iam hac sola re probatur, quod auctor cap. 95. dicit se nescire, quem exitum proelia inter Nicolaum regem et Ericum commissa habuerint, cum Saxo haec ubere enarraverit. 2) Novam editionem parare se dixit Vigfusson l. l. p. XCI. Sed cum hic vir doctissimus nuper diem obierit, num haec proditura sit, nescio. 3) Sed haec plerumque nimis a textu Islandico recedit, venustum sermonem magis quam accuratam verborum interpretationem consequens. 4) Verba Islandica more consueto accentibus ornare V. Cl. F. Jónsson sibi proposuerat, quod ne fieret, nonnisi nobis ab eo petentibus concessit. H.-E.

itaque vetustior omnibus codicibus chartaceis, quam ob rem eum maxime secuti sumus.

Codices chartacei permulti in omnibus fere bibliothecis asservantur, omnes a. 1600—1800. *scripti unam classem efficientes. Inter hos praecipui momenti est*

A) Codex collectionis Arn.-Magn. nr. 18. *fol. Hic liber totus manu Arnae* 5 *Magnaei exaratus est; codex quem exscripsit, membraneus fuit, ut ex notis marginalibus nonnullis locis adiectis et ratione vocabulorum scribendorum iudicare licet. Sed hic codex, qui egregius erat, circa a.* 1300. *scriptus, si ex orthographia Arnae Magnaei iudicare vis, iam periit. In hoc libro nunc desunt haud pauca, capita* 4—81. *cum ultima parte cap.* 3. *et priore parte cap.* 82; *sed* 10 *damnum hoc resarciri potest, cum apographa huius libri* 27 *priorum capitum in codicibus nr.* 16. *et* 17. *fol. eiusdem collectionis inveniantur. Hunc codicem exscripsimus a cap.* 88. *fin. usque ad finem historiae.* *F. J.*

HER HEFR UPP KNYTLINGASÖGU.

1.[a] Haraldr Gormsson var tekinn til konungs i Danmörk eptir föður sinn. Hann var 15 rikr konungr ok hermaðr mikill. Hann eignaðiz Hollsetaland i Saxlandi ok hafði hann mikit jarls riki i Vindlandi. Hann let þar gera Jomsborg ok setti þar herlið mikit. Hann setti þeim mala ok rett, en þeir unnu landit undir hann. A sumrum lagu þeir i hernaði, en satu heima[b] a vetrum. Þeir voru kallaðir Jomsvikingar.[1] . . . . . .

A dögum Haraldz konungs Gormssonar var keisari i Saxlandi Otto hinn rauði. Hann 20 974. hafði ofrið við Danakonung ok bauð Dönum kristni, en Danakonungr hafði þar uti her i moti ok vildi með øngu moti við kristni taka. Haraldr konungr Gormsson atti mikla orrostu við Otto keisara suðr við Danavirki. Þar var þa Hakon jarl af Noregi með Danakonungi. Þar fekk keisarinn osigr, en þo vann hann landit nøkkuru siðar ok kom þeim þa a flotta Haraldi konungi ok Hakoni jarli til Limafjarðar ok allt ut i Marsey[2]. Siðan tok 25 Haraldr konungr við kristni, ok keisarinn veitti guðsifjar Sveini syni hans ok gaf honum nafn sitt, ok var hann með þvi skirðr, at hann het Otto-Sveinn[3]. Var þa alkristin Danmörk, ok skilðiz keisarinn eigi fyrr við.

. . . .

5.[c] Fra Sveini konungi. 30

986 ? Sveinn tok konungdom i Danmörk eptir Harald konung föður sinn. Hann var kallaðr Sveinn Tjuguskegg. Hann var rikr konungr. A hans dögum for Sigvaldi jarl ok aðrir

---

Hic incipit Historia Knutonum.

Haraldus Gormonis filius creatus est rex in Dania post patrem suum. Fuit potens rex et bellator magnus. Possedit Holsatiam in Saxonia et habuit magnum principatum in Slavia. Ibi exstruendum curavit Iomsborg ibique exercitum magnum 35 *collocavit. Iis [militibus] dedit stipendium et iura, sed hi terram ei subiecerunt. Aestatibus expeditiones bellicas faciebant, sed domi manserunt hieme. Hi vocati sunt Iomsvikingi [piratae Iomenses].*

974. *Diebus Haraldi regis, Gormonis filii, fuit imperator in Saxonia Otto Rufus. Habuit bellum cum Danorum rege et imperavit Danis christianitatem [accipiendam]; sed Danorum rex exercitum congregavit adversus [eum], et nullo modo voluit fidem christianam accipere. Haraldus rex, Gormonis filius, habuit magnum proelium cum Ottone imperatore ad meri-* 40 *diem ad vallum Danorum. Tum fuit ibi Hacon princeps de Norvegia apud Danorum regem. Tum gessit imperator adversum proelium, sed tamen terram subegit paulo post et fugavit Haraldum regem et Haconem principem usque ad sinum Limicum et ultra in insulam Marseyam. Deinde accepit Haraldus rex fidem christianam, et imperator patrini officium Suenoni, filio eius, praestitit et dedit ei nomen suum, et ita baptizatus est, ut Otto-Svein vocaretur. Tum tota Dania christiana facta est, nec prius imperator a re abstitit.* 45

5. *De Suenone rege.*

986? *Sueno accepit regnum in Dania post Haraldum regem, patrem suum. Vocatus est Sueno Tjuguskegg [barba furcata]. Potens fuit rex. Eius diebus profectus est Sigwaldus princeps ceterique piratae Iomenses in Norvegiam et pugnaverunt*

a) *capita* 1—21. *et cap.* 22. *pars prior des. B, ex cod. A solo editum est c.* 1. b) *verba* a sumrum — heima, *e cod. A M.* 17 *fol. sumpta, in A defuisse videntur, sed in marg. adscripta et nonnulla ex parte deleta sunt.* c) *c.* 5—27. 50 *ex duobus apographis codicis A edita sunt. Tituli capitum non exstant in hoc codice, ex ed. additi sunt.*

1) Cf. Fagrskinna c. 50. De origine arcis Jomensis etiam in historia Jomsvikingorum cap. 23. fabulosa alia quadam ratione, sed certo minus recte relatum est ('Fornmanna sögur' XI, p. 23 sq.). 2) Morsö. 3) Cf. Adam Brem. II, 3; Heimskringla, Ol. Tryggv. c. 29 (infra).

Jomsvikingar til Noregs ok barðiz við Hakon jarl a Mœri a Hjörungavagi[1]. Þar fell Bui digri, en Sigvaldi jarl flyði[2]. . . . Sveinn konungr atti Gunnhildi, dottur Burizlafs konungs a Vindlandi, ok voru þeira synir Knutr ok Haraldr.[3] . . . . . .

6. Sveinn konungr var hermaðr mikill ok enn rikasti konungr. Hann herjaði viða, bæði um Austrveg[4] ok[a] um Saxland. . . . . . .

8. . . . Eirikr jarl var frægr mjök at hreysti ok at hernaði, er hann hafði borit sigr af þeim tveim orrostum, er frægstar hafa verit a Norðrlöndum. Önnur var su, er þeir Sveinn konungr Tjuguskegg ok Olafr Sœnski Svia konungr ok Eirikr jarl börðuz við Olaf Tryggvason við Svöldr[5], en önnur su, er þeir Hakon jarl ok Eirikr jarl börðuz við Jomsvikinga a Hjörungavagi. . . . . . . 1000?

16. . . . Knutr[6] konungr ok Emma drotning attu 3 börn. Haraldr var ellztr, annarr Hörðaknutr; dottir þeira var Gunnhildr, er siðan var gipt Heinreki enum milda[7], er hinn þriði var sinna langfeðga með þvi nafni. . . . . . .

17. . . . Knutr konungr byrjaði ferð sina af landi a brott ok for hann suðr til Rums, ok hafði hann i þeiri ferð sva mikinn fekostnað, at engi maðr kunni markatal um ok varla pundatal. Hann hafði of lausafjar af sinu riki, en tok keisarans fe at frjalsu, hvar sem hann vildi. Meðan Knutr konungr var a Rumavegi, þa þurfti engi maðr ser matar at biðja, sa er hans fundi matti na. Sva gaf hann öllum noga skotpenninga. Knutr konungr gekk af Flæmingjalandi til Romaborgar. Sva segir Sighvatr skald[8]: 1026/7.

Sva mon far ferel
fetom suþr metenn
hringdrifr hafa,
höfoþfremstr jöforr.

Knutr konungr setti spitala þann[9], er alla menn skyldi fœða um nott, þa er þeir kœmi af Danskri tungu. Viða gaf hann ok til storfe, þar sem voru klaustr eða aðrir storir staðir[10].

. . . .

21. . . . Tveim vetrum eptir andlat gamla Knuts[11] andaðiz Gunnhildr drotning i Saxlandi, dottir Knuts konungs, er Heinrekr keisari hafði att[12]. . . . . . . 1038.

---

cum Hacone principe in Moeria in sinu Hjörungensi. Ibi cecidit Buio Crassus, sed Sigwaldus princeps aufugit[2]. . . . *Sueno rex habuit [uxorem] Gunhildam, filiam Burizlavi regis in Slavia; fueruntque eorum filii Knuto et Haraldus.*

6. *Sueno rex fuit bellator magnus et potentissimus rex. Expeditiones bellicas fecit peregre et per Orientem et per Saxoniam.*

8. . . . *Ericus princeps fuit inclytus valde fortitudine et rebus bellicis, qui reportaverat victoriam in duobus proeliis, quae celeberrima fuerunt in terris septentrionalibus. Alterum fuit, quo Sueno rex Tjuguskegg et Olavus Suecus, Sueonum rex, et Ericus princeps pugnaverunt cum Olavo Trygonis filio ad Svoldam, alterum, quo Hacon princeps et Ericus princeps pugnaverunt cum piratis Iomensibus in sinu Hjörungensi.* 1000?

16. . . . *Knuto rex et Emma regina habuerunt tres liberos. Haraldus fuit maximus natu, alter Hardaknuto; eorum filia fuit Gunhilda, quae postea [uxor] data est Henrico Largo, qui tertius fuit suorum maiorum huius nominis.*

17. . . . *Knuto rex suscepit iter suum e regno et profectus est meridiem versus Romamque, et in hoc itinere tantos sumptus fecit, ut nemo scire posset marcarum, immo vero librarum numerum. Habuit [secum] ingentem pecuniam e regno suo, sed accepit imperatoris pecuniam pro libitu, ubicunque voluit. Quamdiu Knuto rex erat in itinere Romano, nemini opus fuit cibum petere, qui eum convenire potuit. Tam [liberaliter] dedit omnibus viaticum. Knuto rex pedibus ivit e Flandria Romam. Sic ait Sighvatus poeta: 'Ita pauci pedibus iter meridionale emensi sunt. Rex omnium praestantissimus'. Knuto rex instituit hospitium tale, quo omnes homines pascerentur nocte, qui eo venissent e Danicae linguae regionibus. Multis etiam locis dedit grandes pecunias, ubi erant coenobia aliave magna instituta.* 1026/7.

21. . . . *Biennio post mortem maioris Knutonis mortua est Gunhilda regina in Saxonia, filia Knutonis regis, quam Heinricus imperator [uxorem] habuerat.* 1038.

a) suðr *[meridiem versus] add. A M. 17 fol.*

1) Ut P. A. Munch, 'Det norske Folks Historie' I, 2, p. 103 sqq., censuit, hoc proelium insigne ante mortem Haraldi Blatand regis, patris Suenonis, habitum est a. 986. Cf. Ann. Island. a. 994, supra p. 257. 2) Haec ex Jomsvikingasaga sumpta videntur, in qua c. 42—44. haec latius et fusius narrantur. H.-E. 3) Cf. Heimskringla, Ol. Tryggv. c. 98. 4) 'Austrvegr' significat terras ad mare orientale (Æystrasalt, Dan. Östersöen) i. e. Balticum adiacentes. 5) Est Saxonis *portus Swaldensis*; cf. supra p. 139, n. 1. 6) Magnus (1014—1035). 7) III. imperatori. 8) Sighvatus iste fuit natione Islandus, Olavi Sancti optimus poeta et fidelissimus satelles. Natus est c. a. 995, mortuus c. 1050 (vide Snorra-Eddam ed. Arna-Magn. III, p. 335 sqq.). 9) Romae scilicet. 10) Cf. Gesta Cnutonis c. 20. 21, SS. XIX, p. 520 sq. H.-E. 11) Obiit a. 1035; Gunhildis demum a. 1038, Iul. 18. defuncta est. Sed Ann. Island., supra p. 257, a. 1037. obitum eius adscribunt. Nescio an ideo Snorro et hic auctor eam biennio (post duas hiemes) post patrem obiisse dicant. H.-E. 12) Cf. Heimskr., Magn. goð. c. 18 (infra).

1044. 22. . . . Þat sumar[1] barðiz Magnus konungr[2] a Vindlandi við Jomsborg ok fekk sigr, brendi hann borgina ok viða annars staðar landit. Aðra orrostu atti Magnus konungr Sept. 28. um haustit, næsta dag fyrir Mikjals messu a Jotlandi, skamt norðr fra Heiðabœ a Hlyrskogsheiði við Skotborgara. Þa barðiz hann við Vindr. Þar sigraði Magnus konungr með heilagleik ok jartegnagjörð Olafs konungs, föður sins, ok drap þar ogrynni hers heiðinna manna. 5 Þat er sögn sumra manna, at Sveinn Ulfsson[3] hafi verit i þeiri orrostu með Magnusi konungi ok sætt þeira heldiz þa enn[4]. Sva segir Þorleikr fagri[5] i flokki þeim, er hann orti um Svein Ulfsson:

Fursender vann fjandom
fjörspell i gny hjörva 10
[braþ fekk hrafn] fyr Heiþa
haukstorþar bœ norþan,
rakosk Vindr, en vakar
vals gino þar umb halsa
[dauþr la herr a heiþe 15
hundmargr] faer undan[4].

. . . .

23.[a] . . . Sigurðr[b] Sveinsson[6] fell i Vindlande[c]. . . . . . .

29. . . . En meðan Haraldr Hein hafði verit konungr[7] yfir Danmörk, þa höfðu litt verit hegndir osiðir, bæði með innanlandz mönnum ok vikingum, er þa herjuðu i 20 1080. Danmörk, bæði Kurir ok aðrir Austrvegs menn; en er Knutr var konungr orðinn[8], þa varði hann landit harðfengiliga ok rak alla heiðingja i burt af Danaveldi ok jafnvel af sjonum, sva at engi þorði uti at liggja firir Danmörk firir sakir rikis Knuts konungs ok herskapar. . . . . . .

30. . . . Konungr atti Eðlu dottur Baldvina[9] hertuga or Flæmingjalandi; Karl het 25 son þeira.

. . . .

32. Fra landsskipan i Danmörk.

Danmörk er mikit riki ok liggr mjök sundrlaust. Hinn mesti hlutr Danmerkr heitir

---

1044. 22. . . . *Ea aestate pugnavit Magnus rex in Slavia ad Iomsborg et reportavit victoriam, combussit castrum et multa* 30 Sept. 28. *alia loca terrae. Alteram pugnam habuit Magnus rex autumno pridie Michaelis festum in Iutia, breve spatium septentrionem versus ab Heidaby in campo Hlyrskogensi ad flumen Skotborgense. Tum pugnavit cum Slavis. Ibi vicit Magnus rex per sanctitatem et miracula Olavi regis, patris sui, et occidit ibi immensum exercitum paganorum virorum. Narratio est quorundam virorum, Suenonem, Ulfonis filium, fuisse in hoc proelio cum Magno rege et pacem eorum etiamtum durasse. Ita narrat Thorleicus Pulcher in carmine non intercalato, quod composuit de Suenone, Ulfonis filio: 'Accipitris terrae (= manus)* 35 *ignis (= auri) praebitor (Sueno rex) damno vitae hostes adfecit in gladiorum sonitu (= pugna) a regione Heidaby septentrionem versus sita. Corvus esca potitus est. Slavorum paucissimi evaserunt, sed corvi collorum vulneribus inhiabant. Ingens exercitus exanimis in campo iacuit'.*

23. . . . *Sigurdus, Suenonis filius, cecidit in Slavia.*

29. . . . *Sed dum Haraldus Hein (= Cos) fuit rex Daniae, maleficia parum punita sunt et incolarum et piratarum,* 40 1080. *qui tunc infestarunt Daniam, et Curonum et aliorum orientalium virorum; sed cum Knuto rex factus esset, defendit terram strenue et expulit omnes paganos e Danico imperio et etiam e mari, ut nemo auderet excubare ad litora Daniae prae potentia Knutonis regis et militia.*

30. . . . *Rex [Knuto Sanctus] habuit [uxorem] Adelam, filiam Balduini ducis de Flandria. Karolus vocatus est filius eorum.* 45

32. *De descriptione Daniae.*

Dania est magnum regnum et situm est in plures partes divisum. Maxima pars Daniae nuncupatur Iutia. Haec

1) Non male retulit auctor de castro Meklenburg a. 1164, Febr. 16. expugnato et destructo; cf. Helmold. II, 2; Ann. Palid. et Magdeburg., SS. XVI, p. 93. 192. H.-E. 2) Non satis accurate haec narrata sunt. Nullum castrum tunc dux obsedit, qui non adfuit, cum strages, quae mox narratur, facta est. H.-E. 3) Immo Adolfus II. comes Holsatiae et Reinoldus comes Thetmarsiae. H.-E. 4) Olim pons fluminis Peni, qui in chartis *transitus Dansn* dicitur; Petersen p. 229 sq., qui *Danzarbru* legendum esse censet. H.-E. 5) Olim ad Peene fl. inter Anclam et Stolpe situm; cf. Petersen p. 228 sq. H.-E.

1164. het sveinninn Knutr, son Valdimars konungs, en mærin fru Geirðruðr[1]. Um morgininn eptir røri Valdimarr konungr til Stolps[2], en Heinrekr for til Dimin ok braut niðr alla borgina ok brendi[3]. Þa for Valdimarr konungr aptr til bruarinnar; þar kom til hans Kassamarr, er þa var herra a Vindlandi, ok setti honum gisla ok gjörðiz hans maðr; en Valdimarr konungr fekk honum tva hluti[4] af Valagust at gæta, en þriðjung fekk hann Rængum[5]; siðan for konungr til Strælu ok atti þar tal við lið sitt; þa gaf hann Knuti syni sinum konungs nafn[6] með raði Absalons byskups ok annarra höfðingja, hann var þa vetrgamall; hann for þa heim til Danmerkr. En enn næsta leiðangr[7], er Valdimarr konungr røri, þa for hann fyrst til Rænga, ok þa var brent a Valöng[a]; varð þa enn Absalon byskup skjotastr ok Eylendingar, sva at þeir biðu konungsins 7 nætr við Heðinsey, ok foru þaðan heim.

121. Fra Valdimar konungi.

1165. En er vetrinn leið af[8], bauð Valdimarr enn ut leiðangri ok for til Rænga, ok lögðu upp a Strælu við blotlund einn, er heitir Böku[9], ok brendu þar allt ok bældu, en toku folk ok fe, ok foru til skipa með. Ok þa lögðu þeir upp a annan veg a Valung ok brendu þar, ok foru þaðan til Vikr[10], ok brendu landit allt til torgs þeira. Þaðan røru þeir til Heðinseyjar ok lagu þar 2 nætr ok hvilduz. Þa bað konungr Absalon byskup fyrri fara, en konungr ok Jotar lögðuz þa upp við Strælu; en er røkkva tok, røri byskup upp með sinu liði fram um konunginn til Parez[11], ok reið siðan upp til borgar þeirar, er heitir Garðz[12], en þar komu Vinðr i moti þeim ok reðu þegar til orrostu við byskup ok börðuz[13] við vatn eitt; þar varð mikil orrosta ok mannfall mikit, ok hafði byskup sigr, en þar fell af Vinðum 11 hundruð manna, en einn maðr af byskupi, en 2 menn foruz a kafi af byskups mönnum, er reyndu sund með ser fyrir kaps sakir. Siðan reið byskup ut til skipa sinna, en þeir hleyptu hestunum ut a skipin; þa kom Valdimarr konungr þar ok spurði, hvat þeir hefði syslat, en byskup sagði honum. Konungr þakkaði fögrum orðum sigr þenna, ok fara siðan allir samt til Strælu. Eylendingar höfðu nu fengit hlutskipti mikit, en Jotar lögðu þar öfund a ok sögðu, at Eylendingar fengu allz, en Jotar mistu; en þeir þorðu þo eigi at

---

1164. *Waldemari regis, puella vero domna Gerthrudis. Postridie mane Waldemarus rex remigavit ad Stolpam, sed Heinricus profectus est Dimin et destruxit oppidum totum et incendit. Tum Waldemarus rursus ad pontem profectus est. Ibi eum convenit Kasimarus, qui tum dominus erat in Slavia, et dedit ei obsides et eius homo factus est, sed Waldemarus rex dedit ei duas partes Walagusti regendas, unam vero partem dedit Rugianis. Deinde rex profectus est Straelam et ibi concionem pro exercitu suo habuit. Tum Knutoni filio suo dedit nomen regis consilio Absalonis episcopi aliorumque principum. [Puer] tum fuit anniculus. [Rex] tum rediit in Daniam. Sed in proxima expeditione, quam Waldemarus rex fecit, primum profectus est ad Rugianos; tum incendio vastata est Walungia. Etiamtunc Absalon episcopus et Insulares Dani celerrimi erant, ut septem noctes regem opperirentur ad Hethini insulam; et inde redierunt domum.*

121. *De Waldemaro rege.*

1165. *Hieme peracta, Waldemarus iterum expeditionem edixit et profectus est ad Rugianos et appulit ad Straelam ad lucum sacratum, qui Böku vocatur; omniaque incendio ibi devastarunt, ceperunt autem homines et res et in naves importarunt. Et tum appulerunt altera parte ad Walungiam et ibi incendio vastarunt; inde profecti sunt ad Vicum et incendio vastaverunt totam terram usque ad forum eorum. Inde remigarunt ad Hethini insulam et ibi biduo [in ancoris] steterunt et requieverunt. Tum rex ab Absalone episcopo petivit, ut praecederet, [ipse] vero rex et Iuti rursus ad Straelam naves appulerunt. Cum autem advesperasceret, remigavit episcopus cum exercitu suo praeter regem ad Parez, et inde ascendit ad oppidum eorum, quod Gardz vocatur. Ibi autem Slavi iis occurrerunt statimque pugnam cum episcopo inierunt et pugnaverunt ad lacum quendam. Pugna ibi facta est magna et hominum strages magna; et episcopus victoria potitus est, sed Slavorum ceciderunt mille et centum, sed unus miles episcopi, duo vero homines aqua submersi sunt ex hominibus episcopi, qui contentionis causa natando inter se certarunt. Deinde abequitavit episcopus ad naves suas; cum vero equos in naves reducerent, Waldemarus rex eo advenit quaesivitque, quid egissent; episcopus vero dixit ei [haec]. Rex gratias egit ei eximiis verbis pro victoria ea; et deinde omnes una profecti sunt Straelam. Insulares Dani iam praeda magna potiti erant, sed Iuti eis inviderunt et dixerunt Insulares*

a) brendt analøng *c.*

1) Cf. supra p. 115, n. 4. Saxo supra p. 115. iam ante bellum motum sponsalia facta esse dicit. H.-E. 2) Stolpe ad fl. Peene. Hoc in vico ducem ad regem venisse scribit Saxo supra p. 115. H.-E. 3) Demmin castrum ab ipsis Slavis fugientibus combustum, a duce vallum eius destructum est, ut Helmold. II, 4. et Saxo l. l. tradunt. H.-E. 4) Unam partem Kazimaro, alteram Prizlavo Nicloti filio dedit, ut Saxo supra p. 116. tradit. H.-E. 5) Tetizlavo videlicet principi Rugianorum. H.-E. 6) Quod Saxo supra p. 118. a. 1166. demum Strelae factum esse dicit. H.-E. 7) De hac expeditione nihil habet Saxo. Nescio an autumno a. 1164. haec gesta sint, si quid veri hoc loco auctor tradit. H.-E. 8) Non satis constat, quo anno haec facta sint, 1165. an 1166. A. 1165. haec adscribunt Ann. Lund., supra p. 205. H.-E. 9) Campum Buccowe prope Stralsund olim situm ad hunc locum refert Petersen p. 220. H.-E. 10) Wieck villa in peninsula Wittow sita. 11) De hoc loco ignoto vide Petersen p. 218. H.-E. 12) Garz oppidum Rugiae. 13) Die ascensionis Domini, ut Ann. Lund. referunt. H.-E.

mæla þetta, sva at konungr heyrði. Eptir þat[1] for konungr með herinn til Asund[2] ok 1165.
herjaði þar; þar drapu þeir höfðingja þann, er Dalemarr het, ok toku þar folk allt ok fe,
ok foru siðan til Heðinseyjar. Þar komu Rængar til motz við konung, ok baðu ser mis-
kunnar, ok settu honum gisla ok gafu honum skatta, slika sem hann kvað a, ok jatuðu
konungi hlyðni; for konungr heim til Danmerkr eptir þetta.

122. Valdimarr konungr gaf Kristophoro syni sinum riki a Jotlandi; hafði hann her-
tugadom i Heiðabœ ok þat riki, sem þar fylgir; hann var rikr maðr. Valdimarr konungr
hafði jafnan starf samt, meðan hann reð rikinu; hann hafði 8 leiðangra til Rænga, aðr
hann vann landit. Einn vetr[3] um föstu for Kristophorus hertugi ok Absalon byskup til 1167?
Svölðrs, ok brendu þar allt upp til Tribuzis[4], sva at þar la autt marga vetr siðan[5]; þa lagu
þeir 20 nætr veðrfastir i anni Svölðr i oveðrani miklu, ok fengu siðan byr ok foru heim.
Eptir þetta[6] stoð kyrt 3 vetr, at Rængar rufu enn þa sætt, sem fyrr var gjør. Þa bauð Val- 1169?
dimarr konungr enn ut leiðangri ok for til Rænga ok kom þar at hvitasunnudegi[7] ok vann Iun. 8?
borgina Arkun, er fyrr var nefnd. Þa kom til Valdimars konungs Tetizlafr, er var konungr
þeira, ok Jarmarr broðir hans ok allir enir beztu menn af Rængum ok gafu þa landit ok
sjalfa sik i vald Valdimars konungs, ok baðu hann gjöra af slikt, er hann vildi. Þa bauð
konungr þeim at taka við kristni, þviat þar var jafnan heiðit, siðan þeir köstuðu aptr
kristni, þa er Eirikr konungr Eymuni let skira þa, þa er hann vann borgina Arkun, sem
fyrr var sagt[8]; þeir sögðuz nu gjöra vildu, sem konungr beiddi ok Absalon byskup. Þa
kvaddi konungr til Sona Ebbason ok menn með honum at ganga i borgina Arkun, ok til
hofs þess, er þar var, ok bað hann höggva niðr goðit, er Svantaviz[a] het, ok draga þat ut
af borginni, en ræna hofit öllu, þvi er femætt er; en þeir, er fyrir varu i borginni, þorðu
eigi at draga hann ut, ok hræđduz þeir mjök reiði hans. Þa gekk til Sveinn byskup[9] ok
Soni Ebbason ok hjoggu niðr goðit. Siðan lögðu þeir reip um hals honum ok neyddu
Rænga sjalfa at draga hann ut. En er hann kom ut, undruðuz allir heiðingjar, er hann
matti þa ekki hjalpa sjalfum ser, ok truðu minnr a hann en fyrr. Þa gengu menn til ok
klufu hann i sundr ok brendu hann undir kötlum sinum. Sa þa Rængar, at þeir voru
sviknir, ok truðu ekki a hann siðan. En Absalon byskup ok allir lærðir menn kristnuðu

---

omnia, se nihil accepisse; neque tamen ausi sunt haec dicere, ut rex ea audiret. Postea rex cum exercitu Asund profectus 1165.
est et ibi [terram] populatus est. Ibi occiderunt principem, nomine Dalemarum, et ceperunt omnes homines et res, et deinde profecti sunt ad Hethini insulam. Ibi Rugiani ad regem venerunt et rogaverunt, ut ipsis parceret, et dederunt ei obsides ac dederunt tributum tantum, quantum ipse constituit, et promiserunt regi obsequium. Post haec rex in Daniam rediit.

122. *Waldemarus rex dedit Christophoro filio suo provinciam in Iutia. Ducatum Heidabyensem obtinuit provinciamque, quae eo pertinet. Vir potens erat. Waldemarus rex peregit semper magna negotia, dum regnavit. Octo expeditiones in Rugianos fecit, antequam terram potitus est. Hieme quadam, ieiunii tempore, Christophorus dux et Absalon episcopus* 1167? *profecti sunt ad Svoldram et omnia incendio vastaverunt usque ad Tribuzis, ut multas hiemes post vasta iacerent. Tum viginti noctes steterunt [in ancoris] tempestate detenti in flumine Svoldrensi in procella magna, et deinde ventum secundum nacti sunt domumque redierunt. Post haec tres anni praeterlapsi sunt, cum Rugiani pacem rumperent, quae antea icta erat.* 1169? *Tum Waldemarus rex iterum edixit expeditionem et in Rugianos profectus est et eo advenit die pentecostes et cepit oppidum Arconam, quod antea commemoratum est. Tum venerunt ad Waldemarum regem Tetizlavus, qui erat rex eorum, et Iarmarus, frater eius, omnesque optimates Rugianorum, et tum dediderunt terram seque ipsos in ditionem Waldemari regis et petiverunt, ut faceret quodcumque vellet. Tum rex eos iussit christianam fidem recipere, nam paganitas ibi semper fuerat, ex quo tempore christianam fidem abiecerunt, postquam Ericus rex Emune eos baptizari coegit, cum expugnasset oppidum Arconam, ut supra narratum est. Iam se facturos esse dixerunt, quae rex imperasset et Absalon episcopus. Tum rex iussit Sunonem Ebbonis filium aliquotque cum eo adire Arconam oppidum templumque, quod ibi fuit, et iussit eum destruere idolum, quod Svantavit vocabatur, et ex oppido extrahere, templum autem spoliare omnibus rebus pretiosis, quae ibi erant. Sed qui in oppido erant, non ausi sunt [idolum] extrahere, et timuerunt vehementer iram eius. Tum accessit Sueno episcopus et Suno Ebbonis filius et idolum conciderunt. Deinde funem iniecerunt collo eius et coegerunt Rugianos ipsos, ut illud extraherent. Sed cum extractum esset, mirati sunt omnes pagani, quod sibi ipsi opem ferre tunc non potuisset, et in id minus crediderunt quam antea. Tum quidam accesserunt et dissecuerunt combusseruntque illud sub suis lebetibus. Iam Rugiani viderunt se deceptos esse, nec crediderunt in illud abhinc. Sed Absalon episcopus ceterique omnes clerici*

a) svanraviz *c.*

1) Non in expeditione praedicta, sed autumno eiusdem anni, ut Saxo p. 117. tradit. H.–E. 2) Jasmund peninsula Rugiae. 3) Dubium est num a. 1166. an 1167. haec facta sint. Cf. supra p. 118, n. 4. H.–E. 4) Regio circa Tribsees oppidum ad Trebel fl. H.–E. 5) Saxo supra p. 118: *Tanta autem vicorum exustio fuit, ut idem adhuc usque cultu vacui . . . presentibus testentur indiciis.* H.–E. 6) Dubium est num a. 1168. an 1169. gesta sint quae sequuntur. H.–E. 7) Pentecoste fuit Iun. 8. a. 1169, Maii 19. a. 1168. Sed cf. p. 124, n. 2. H.–E. 8) Cap. 101. 9) Arusiensis. H.–E.

folkit ok skirðu 13 hundruð einn dag; ok foru sva þaðan, at þeir jatuðu konungi hlyðni ok sva byskupi. En um morgininn eptir foru þeir konungr til þess staðar, er Karennz[1] heitir, ok let hann þar höggva niðr þrju skurðgoð, er sva hetu: Rinvit, Turupið ok Puruvit; en skurðgoð þessi gjörðu sva mikil undr, at þegar, ef nokkurr maðr atti samlag við konu innan borgar, þa loddu þau saman sem hundar[2], ok eigi losnuðu þau, fyrr en þau komu ut af borginni. En þann dag, er þessi skurðgoð voru brend, þa kristnuðu þeir 9 hundruð ok vigðu 11 kirkjugarða. Þar toku þeir mikit fe af goðunum, bæði gull ok silfr, silki ok pell ok guðvef, hjalma ok sverð, brynjur ok allzkonar vapn; et fimta goð het Pizamarr; hann var a Asund, sva heitir einn staðr, hann var ok brendr. Þa het ok Tjarnaglofi, hann var sigrgoð þeira, ok for hann i herfarar með þeim; hann hafði kanpa af silfri, hann helzt lengst við, en þo fengu þeir hann a þriðja vetri þar eptir; en þeir kristnuðu allz a landinu 5 þusundir i þeiri ferð; eptir þat for Valdimarr konungr heim ok Absalon byskup ok allr herrinn.

123. Drepnir Kurir.

Meðan Valdimarr konungr lifði, þa voru reistar 11 kirkjur a Ræng, ok vigði Absalon byskup. Þar er nu byskupstoll i þeim stað, er Usna[3] heitir, ok eru nu i þvi byskups riki 30 kirkna ok 100; en siðan er Ræng var kristnað, þa kom Valdimarr konungr ekki i leiðangr; en fyrir fe þat, er Valdimarr konungr tok af Ræng, varð usætt milli Danakonungs ok Heinreks hertuga, þviat hann kallaði Ræng sitt land vera, ok hann kallaðiz feit eiga; bauð hann þa Austr-Vinðum at herja a Danmörk. En er Valdimarr konungr spurði þat, þa bauð hann Kristophoro syni sinum ok Absaloni byskupi, at þeir skyldi verja landit, en þeir vildu eigi a landinu við taka, ok buðu þeir ut leiðangri, einu skipi or hverju heraði i Danmörk. En er þeir voru uti a herskipunum, þa spurðu þeir, at Kurir höfðu her uti ok herjuðu a Bleiking; þeir vissu þo eigi vist, hvart þetta var með sannleik, ok þotti þeim her þurfa rað við at gjöra, ok gjörðu þeir þat rað, at Kristophorus ok Absalon byskup ok Asbjörn foru þangat, ok sigldu til Eylandz; þar toku þeir fe mikit ok sva menn; en er þeir komu til skipa sinna, þa spurðu þeir, at Kurir voru fyrir innan[a]. Þa letu þeir laust þat folk, er þeir höfðu þar tekit, ok heldu þegar þangat, sem þeir voru, ok fundu þa við eina höfn, er heitir Jarnloka. En er Kurir vissu, at herr for at þeim, drogu þeir upp skip

---

populum christianizaverunt et baptizaverunt mille et trecentos uno die. Inde ita abierunt, ut [incolae] regi et episcopo obsequium promitterent. Postero die mane profectus est rex cum suis ad oppidum, quod Karentia vocatur, et ibi concidi iussit tria idola, quae Rinvit, Turupit et Puruvit nominabantur; sed haec idola tanta miracula fecerant, ut illico, si quis concubitum ageret cum muliere intra oppidum, cohaererent ut canes, nec prius disiungerentur, quam extra oppidum delati essent. Sed eo die, quo haec idola combusta sunt, christianizarunt nongentos homines et consecrarunt undecim coemeteria. Ibi multam pecuniam ab idolis ceperunt, et aurum et argentum, sericum et bombycem et purpuram, galeas et enses, loricas et omnia armorum genera. Quintum idolum Pizamar nominatum est. Id Asundi fuit, quod nomen est oppidi. [Idolum] hoc etiam combustum est. [Alius deus] etiam vocabatur Tiarnaglofi, is erat eorum victoriae deus, qui cum iis in expeditionibus ibat; mystacem habebat argenteum. Diutissime is quidem servatus est; tertio tamen anno post eo etiam potiti sunt. Omnino christianizaverunt quinque milia in ista expeditione in terra. Postea Waldemarus rex domum rediit et Absalon episcopus totusque exercitus.

123. *Occisi Curones.*

Dum vixit Waldemarus, aedificatae sunt undecim ecclesiae in Rugia, et Absalon episcopus consecravit [eas]. Nunc est sedes episcopalis in eo loco, qui Usna vocatur, et sunt nunc in hac dioecesi centum et triginta ecclesiae; sed postquam Rugia christianizata est, Waldemarus rex nullam expeditionem fecit, sed ob pecuniam, quam Waldemarus rex e Rugia tulerat, dissidium ortum est inter Danorum regem et Heinricum ducem, nam Rugiam suam esse terram hic dixit suamque dixit pecuniam. Tum imperavit Slavis Orientalibus, ut Daniam infestarent. Sed cum Waldemarus rex hoc comperisset, iussit Christophorum filium suum et Absalonem episcopum terram defendere; hi vero in terra [hostes] excipere noluerunt, et expeditionem edixerunt, singulas naves e singulis Daniae pagis. Sed cum in navibus bellicis essent, cognoverunt Curones expeditionem facere et Blekingiam vastare; non tamen certo sciebant, num verum esset annon; et iis hic visum est consilio opus esse; id igitur consilii ceperunt, ut Christophorus et Absalon episcopus et Esbernus eo proficiscerentur; et Olandiam navigaverunt; ibi ceperunt multas res itemque homines, sed cum venirent ad naves suas, cognoverunt Curones esse intra [insulam]. Tum dimiserunt homines, quos ibi ceperant, et statim eo contenderunt, ubi illi erant, et invenerunt eos ad portum quendam, nomine Iarnlocam. Sed cum Curones cognovissent exercitum contra se venire, naves suas subduxerunt

a) *sic ed.;* við Møn *c. falso. Nam ex Saxonis narratione supra p.* 130 *apparet in Olandia insula, non in Mona hanc pugnam factam esse.*

1) Garz, quod supra cap. 121. Gardz dicitur. Karentiam vocat hoc oppidum Saxo supra p. 126 sqq. H.-E. 2) Iisdem fere verbis usus narrat haec Saxo supra p. 129, cum cuius narratione uberiore de oppidis Arcona et Karentia captis haec in omnibus fere convenit. H.-E. 3) Usedom.

sin ok bjogguz við vörn a landi, ok ætluðu, at Sviar væri. Einn maðr af Kurum gamall 1170.
sagði, at þat voru Danir; 'ok er ekki rað at biða', sagði hann. Þa røri sa enn gamli maðr
braut sinu skipi, en aðrir Kurir lagu eptir a 9 skipum. Þa komu þeir Kristophorus með
sinum her, ok reðu þegar til bardaga við þa; ok fellu þar Kurir allir, sva at ekki mannz-
5 barn komz undan; en 2 menn fellu af Dönum[1]. Siðan toku Danir þar skip þeira ok fe
ok foru heim með, ok höfðu nu fengit mikinn sigr.

124. Tekinn or jörðu enn heilagi Knutr.

Þetta sumar, at miðju sumri[2], var upp tekinn or jörðu enn heilagi Knutr Lavarðr a 1170.
Hringstöðum, faðir Valdimars konungs, ok urðu þa enn fagrar jartegnir at hans heilag-
10 leik; en Knutr konungr, son Valdimars konungs, var þa vigðr til konungs með raði feðr
sins ok samþykki allrar alþyðu i Danmörku; þa var hann fara vetra gamall[3]. . . . . . .

Þetta haust bauð Valdimarr konungr ut leiðangri, ok for til Jomsborgar[4] ok til Stein-
borgar[5], þat er austarliga a Vindlandi; konungr for i eitt sund litit[6], ok ætlaði þar ut at
komaz, þa sögðu Danir, at þeir þottuz komnir i einn sekk, ok sögðu at þetta var enn forsja
15 Absalons byskups ok raðagjörð, ok kölluðu hann hafa komið ser i einn sekk ok i þann
stað, er engi þeira mundi braut komaz: 'þviat nu er herr a landi hja oss, en skipa herr
fyrir utan; hefir þetta þo eigi fyrri fram komit, en likendi væri a, er þu hyggr at øngu
öðru en akafa einum ok agæti, ok þikki þer æ sem alla vega muni hlyða; en þo at þu ser
bardaga maðr mikill ok kenpa, þa er þo eigi vist, hvart þu matt sjalfum þer allt ætla, en
20 ekki öðrum, þott þer hafi sva gengit um hrið'. Þa svarar Absalon allhœgliga: 'Með þvi at
ek hefi komit yðr i vandan stað, þa skal ek ok frelsa yðr fra vandanum; en slik ummæli
vil ek eigi optarr heyra; þviat ver skyldim hafa karlmannz hjarta, en eigi konu, ok eigum
ver fyrir þvi at vera okviðnir, ok mælaz eigi illa um, þott eigi þykki jafnan blitt eitt fyrir
liggja. Nu mun ek fyrst fara ok mitt lið, ok minu raði skolu þer enn fylgja; en ef þer
25 sjaið, at ver komumz ut um sundit, þa skolu þer bregða við skjott ok hleypa upp hestum
a landit ok riða með fylktu liði at landhernum, ok sjam hvat at hafi'; ok sva var gjört,
sem byskup gaf rað til. Vinðr höfðu mikinn her mannz fyrir bæði a landi ok a skipum; en
fyrr en skipaherr Vinða varð við buinn, þa røri byskup ut at þeim, ok œpti þegar herop,
en allr skipaherrinn flyði, sa er fyrir la, ok þorðu eigi at berjaz við hann; en þeir, er a

---

30 *seque in terra defendere paraverunt, et opinati sunt Sueones illos esse. Unus Curonum senex dixit Danos adesse, 'neque* 1170.
*tutum est exspectare', inquit. Tum senex ille remigio usus abiit cum navi sua, sed celeri Curones remanserunt cum novem
navibus. Tum Christophorus cum suis advenerunt pugnamque illico cum iis inierunt; et ceciderunt ibi omnes Curones, ut
ne unum quidem hominis caput effugeret. Duo vero e Danis ceciderunt. Deinde Dani naves eorum ceperunt ac res et
redierunt cum illis, et magnam victoriam nacti erant.*

35 124. *Elevatus e terra sanctus Knuto.*

Eadem aestate media elevatus est e terra sanctus Knuto Lavard Ringstadis, pater Waldemari regis. Et tunc facta 1170.
*sunt egregia miracula eius sanctitate. Sed Knuto rex, filius Waldemari regis, rex tum consecratus est auctoritate patris
sui et consensu totius populi Daniae, tum erat paucos annos natus. . . . . .*

*Eiusdem anni auctumno Waldemarus rex edixit expeditionem et profectus est Iomsborgum et Steinborgum, quae
40 [oppida] in Slavia orientali [sita] sunt. Rex intravit fretum quoddam angustum et opinatus est per id transire se posse.
Tum Dani dixerunt sibi videri in saccum venisse, et dixerunt hoc iterum esse providentiam Absalonis episcopi ac con-
silium, et conquesti sunt eum se duxisse in istum saccum et in hunc locum, ex quo nullus exiturus esset. — 'Iam enim
est exercitus in terra prope nos, sed extra exercitus navalis. Ista vero non prius nobis evenerunt, quam verisimile est,
cum nihil cogites aliud nisi violentiam tantum gloriamque et semper credas quicquid bonum eventum habiturum esse; attamen,
45 quamvis sis pugnator magnus et fortis, tamen incertum est, an tibi ipsi omnia possis permittere, nihil aliis, quamquam tibi
hoc modo prospere cessit aliquamdiu'. Tum respondit Absalon satis placide: 'Cum ego vos in pessimum locum duxerim,
liberabo vos etiam e periculo. Tales vero sermones nunquam postea audire volo, nam viri cor nos habere oportet, non
feminae, neque ideo pavidi esse debemus nec timide loqui, quamquam non semper res placidae accidere videntur. Iam ego
primus et meae copiae erumpemus, meumque consilium vos etiamnunc sequamini; si autem videbitis nos e freto evasisse,
50 celeritate summa vos utamini et equos in terram exponite acieque instructa equitate contra copias terrestres, videamus ita,
quo eventu res fiat'. Et ita factum est, ut episcopus praecepit. Slavi habuerunt magnum exercitum et terrestrem et nava-
lem, sed priusquam classis Slavorum parata esset, episcopus erupit ad eam, et statim clamor bellicus exortus est, tota vero
classis aufugit, quae obiecta erat, neque ausi sunt cum eo dimicare. Ii vero, qui equis vecti sunt, equitarunt ad oppidum,*

1) Ut Saxo supra p. 130. narrat, haud pauci Dano-
55 rum incaute Curones aggressi interfecti sunt, inter
quos quinque nobiles Saxo nominat. H.-E. 2) Die
Iun. 25. a. 1170; cf. Transl. S. Kanuti l. 8, supra
p. 19. H.-E. 3) Natus erat a. 1163. secundum
Ann. Danicos. H.-E. 4) In insula Wollin.
5) Kammin oppidum; *Steinborg* (arx rupis) eiusdem
significationis est atque illud. 6) Dievenow; cf.
Saxo supra p. 132 sqq. (ed. Müller p. 857 sqq.),
quocum haec relatio omnino convenit. H.-E.

1170. hestunum voru, riðu til borgarinnar[1], ok fundu Vinðr þar fyrir, ok reðu til bardaga við þa; kom þa ok til fulltings við þa Absalon byskup, er hann fekk ønga viðtöku af skipabernum; snøri þa skjott mannfalli upp a Vinðr, sva at a litilli stundu drapu þeir 60 hundraða manna, en annat flyði; þeir toku þar mart folk ok fluttu til skipa sinna. En um morgininn eptir kom einn maðr riðandi til þeira af landi ofan ok letz vildu leita um sættir fyrir hönd landzmanna, en hann for raunar með falsi ok svikræðum, ok let Absalon byskup taka hann[2], ok hafði af honum sannar sögur. Siðan var hann i varðhaldi byskups 4 nætr, en þa leysti son hans hann ut 100 mörkum silfrs; eptir þat foru Danir heim, ok er Absalon Oct. 25. byskup sigldi norðr til Eyrarsundz, la hann i Hyljuminni[3] með 6 skipum; þat var 7 nottum fyrir allra heilagra messu; þeir byskup lagu 3 skipum við minnit, en önnur þrju voru uppi fjöruð. En i ottu, meðan byskup las ottusöng, þa komu þar at þeim 9 Vinðaskip ok öll ærit stor, ok reðu þegar til bardaga við þa. Ok er þeir höfðu litla hrið barðz, lögðuz Nov. 1. Vinðr a flotta, toku Danir af þeim eitt skip, en 8 komuz undan. Siðan for byskup heim ok 1171. kom heim 7 nottum siðar. En at sumri eptir var enn leiðangri ut boðit, ok skyldi liðit hittaz at Grœnasundi; þar kom Askell erkibyskup með Skanungum, ok þar kom Absalon byskup með Sjolendingum ok Kristophorus með sitt lið; þeir foru siðan til Bramnes[4] ok brendu þar allt; þar kom i moti þeim greifi einn, er Hyrningr[5] het, til bardaga við þa ok hafði lið mikit, ok var mikill bardagamaðr; en þo kom hann bratt a flotta, ok var mart drepit af honum, en sumt handtekit. Siðan foru Danir til skipa ok fundu Valdimar konung við Geitisey[6], ok sögðu honum fra ferðum sinum; þa öfunduðu Jotar þetta, ok sögðu, at Sjolendingar fengu fe allt, en þeir þottuz missa. Þa for konungr til Strælu með lið sitt, ok reið þar upp til Tribuzis ok a Tripiðen[7], ok brendu viða landit, ok unnu borgina, en drapu folkit, toku þar fe ok foru heim siðan.

125. Fra Valdimar konungi.

I þenna tima bjo Heinrekr hertugi af Brunsvik ferð sina af landi ut til Jorsala; en aðr hann fœri, þa sendi hann orð Absaloni byskupi, at hann skyldi fara i moti fru Geirðruði dottur hans, er Knutr son Valdimars konungs skyldi fa. En Absalon byskup var þa sjukr Dec. 25. ok matti eigi fara, ok þotti hertuga þat illa. En um vetrinn moti jolum sendi Heinrekr hertugi hana til Heiðabœjar, ok sendi bref Absaloni byskupi ok sagði sva, at øngum manni

---

1170. *ibique Slavos invenerunt et pugnam cum iis inierunt. Tum etiam Absalon episcopus iis auxilio venit, cum classis ei non restitisset. Celeriter strages in Slavos versa est, ut brevi tempore caderent sex milia hominum, reliqui autem fugerent. Multos ibi ceperunt et ad naves duxerunt. Sed postero die mane vir quidam equo vectus ad eos e terra venit seque dixit de pace agere popularium suorum nomine velle, sed re vera fallaciam dolosque celavit, et Absalon episcopus eum comprehendi iussit veraque dicere coegit. Posthac erat in custodia episcopi quatuor dies, sed tum filius eius eum redemit centum marcis argenti. Postea Dani domum redierunt; et cum Absalon episcopus navigaret septentrionem versus in fretum Eyra-* Oct. 25. *num, stetit in portu Hyliuminensi cum sex navibus. Hoc erat septem diebus ante festum omnium sanctorum. Episcopi tres naves ad ostium stabant, et aliae tres erant in arido [ob maris recessum]. Sed circa horam octavam, cum episcopus cantaret vigiliam octavae horae, supervenerunt eis novem naves Slavicae, et omnes ingentis magnitudinis, et illico pugnam cum eis inierunt. Et cum aliquamdiu pugnassent, Slavi fugam capessiverunt; unam eorum navem Dani ceperunt, octo vero* Nov. 1. *elapsae sunt. Deinde episcopus domum rediit et domum septem diebus post advenit.* 1171. *Aestate vero proxima expeditio edicta est, et imperatum est, ut exercitus in Viridi freto colligeretur. Eo Eskillus archiepiscopus advenit cum Scanis, advenit etiam eo Absalon episcopus cum Sialandensibus et Christophorus cum copiis suis; inde profecti sunt in Bramnes et ibi omnia incendio vastaverunt. Ibi occurrit eis comes quidam, qui Hurningus nominatus erat, ad pugnandum cum eis et habebat multas copias. Et erat magnus pugnator; sed brevi fugam cepit, et multi mihi eius interfecti sunt, nonnulli autem capti. Deinde Dani redierunt ad naves et invenerunt Waldemarum regem ad insulam Geitensem eique narraverunt de expeditione sua. Ei quoque rei Iuti inviderunt, querentes Sialandenses omni pecunia potiri, se vero amittere. Tum rex Straelam profectus est cum copiis suis, et progressus est usque ad Tribuzin et Tripiden, et terram longe lateque incendio vastaverunt et expugnarunt oppidum, homines vero interfecerunt. Pecuniam ibi ceperunt et deinde domum redierunt.*

125. *De Waldemaro rege.*

Eodem tempore paravit Heinricus dux Brunsvicensis iter suum e patria Hierosolymam; sed priusquam profectus est, nuntium misit Absaloni episcopo, ut domnae Gerdrudi filiae ipsius obviam iret, quam Knuto, filius Waldemari regis, uxorem ducturus erat. Sed Absalon episcopus tunc aegrotus erat et proficisci non potuit, et dux hoc aegre tulit. Hieme vero, Dec. 25. *circa nativitatem Domini Heinricus dux eam Heidaby misit et litteras misit ad Absalonem episcopum, [in quibus] dixit se*

1) Iulinum videlicet (Jomsborg). 2) Saxo supra p. 136. narrat eum equo corruente a vernulis Absalonis captum esse. H.-E. 3) Cf. supra p. 120, n. 2. H.-E. 4) Wagria in Holsatia; cf. supra p. 140, n. 5. 5) Quem Saxo supra p. 141 (ed. Müller p. 880) Hurnam, Helmold. I, 86. Hornonem vocat. H.-E. 6) Quam insulam putant fuisse prope Gjedserodde Falstriae. 7) Cf. Petersen l. l. p. 224–227. H.-E.

i Danmörk treystiz hann betr en honum. Siðan sendi Valdimarr konungr menn i moti henni, ok tok við henni sœmiliga; en Heinrekr hertugi for ut til Jorsala ok heim or þeiri [1172.] ferð. En er sa vetr leið af, bauð Valdimarr konungr enn liði ut ok for til Vindlandz ok inn a Plazminni[1] at Gorgasiam ok brendi þar allt. Eptir þat for Valdimarr konungr til Bursta-borgar[2], ok sat þar um lengi[3]; en þar lauk sva, at borgarmenn gafuz i konungs vald, ok gafu honum fe til satta ok settu honum gisla; for konungr heim eptir þetta i riki sitt; stoð þa kyrt nokkura hrið. Þenna vetr eptir fekk Knutr konungr fru Geirðruðar dottur [1173.] Heinreks hertuga; ok i þenna tima andaðiz Kristophorus son Valdimars konungs[4]. . . . . . .

Valdimarr konungr spurði þat, at Vinðr gjörðu borgir 2 i Flatzminni, meðan þeir [1177.] voru sattir ok friðr stoð með þeim, þetta angraði mjök konunginn ok alla Dani, þviat þeir þottuz þa skilja, at Vinðr vildu þa enn rjufa sættina. Foru þa sendimenn millum þeira Valdimars konungs ok [Heinreks] hertuga af Brunsvik, at þeir skyldi baðir hafa her uti ok fara til Vindlandz ok finnaz þar; for hertugi með sinn her til Dimin[5]. Valdimarr konungr bauð enn liði ut af Danmörk ok for um Valagust til Fuznon[6] ok herjaði, en folkit flyði allt undan; en hann brendi 3 borgir: Fuznon ok Vinborg[7] ok Fuir. Þa foru enn sendimenn millum Valdimars konungs ok Heinreks hertuga, at þeir skyldi finnaz a Grozvin; þar kom Valdimarr konungr ok helt stefnustað, þann er þeir höfðu mælt með ser, en hertugi kom eigi. Siðan lagðiz Valdimarr konungr um borgina, er heitir Kotskogaborg[8]; hann la um borgina um nottina, en brendi hana um nottina eptir, ok for siðan til skipa sinna, ok skilðiz þar við ofrið. Siðan for Valdimarr konungr til Flatzminnis ok for þar ut; en borgir þær tvær, er Vinðr höfðu gjört, þa hafði floð tekit þær um vetrinn ok brotit allar[9]; for konungr heim eptir þetta.

126. . . . En er sa vetr var liðinn, þa bauð Valdimarr konungr leiðangri ut af allri [1178.] Danmörk, ok kom liðit saman i Grœnasundi[10]. Þa vildi Valdimarr konungr eigi fara lengra sjalfr, en bauð liðinu, at menn skyldi vera hlyðnir Knuti konungi syni hans ok Absaloni erkibyskupi, ok setti þa höfðingja yfir herinn; en hann vildi eigi or landi fara. Siðan foru þeir til Valagust ok brendu þar allt upp. Þaðan foru þeir til Usnu ok brendu þar allt upp ok sva borgina sjalfa ok allt þat er bygt var; þa komu þeir Burizleifr ok Kassamarr,

---

nullus in Dania tantam habere fidem quam eius. Deinde Waldemarus rex misit homines obviam ei et honorifice eam excepit. Heinricus dux vero Hierosolymam profectus est et de hoc itinere domum rediit. Sed illa hieme peracta Waldemarus rex [1172.] *iterum exercitum evocavit et profectus est in Slaviam et usque in ostium Plazense ad Gorgasiam, et ibi omnia incendio vastavit. Postea Waldemarus rex profectus est Burstaborgum, et hoc [oppidum] diu obsedit; ita vero tandem evenit, ut oppidani se dederent in regis ditionem eique pecuniam pacis causa obsidesque darent. Post haec rex in regnum suum rediit. Tum in pace aliquod tempus vivebatur. Hieme proxima Knuto rex duxit [uxorem] domnam Gerdrudem, filiam* [1173.] *Heinrici ducis; et eodem tempore mortuus est Christophorus, filius Waldemari regis.*

Waldemarus rex comperit Slavos exstruxisse castra duo ad ostium Flazense, dum inter eos pactum erat, et pax [1177.] *duravit inter eos. Hoc regem valde sollicitavit omnesque Danos, nam ea re intellegere sibi visi sunt Slavos iterum pacem rumpere velle. Tum legati inter Waldemarum regem et Heinricum ducem Brunsvicensem iverunt, ut uterque exercitum educeret et in Slaviam proficisceretur, ibique inter se convenirent. Dux profectus est cum exercitu suo Diminum. Waldemarus rex evocavit iterum exercitum e Dania et profectus est per Walagustum usque ad Fuznon et populatus est, populus vero omnis fugit; tria ille oppida combussit: Fuznon, Vinborgum, Fuir. Iam iterum legati inter Waldemarum regem et Heinricum ducem iverunt, ut in Grozvin convenirent. Eo Waldemarus rex venit et observavit locum conveniendi inter eos constitutum, dux vero non advenit. Deinde Waldemarus rex oppidum dictum Kotskogaborg oppugnavit; nocte illud obsedit, nocte vero proxima idem incendit, et inde ad naves suas reversus est bellumque ibi reliquit. Deinde Waldemarus rex profectus est ad ostium Flazense et per illud transiit; castra vero duo, quae Slavi exstruxerant, hieme aestus maris absorpserat et omnino destruxerat. Post haec rex domum rediit.*

126. . . . *Ea hieme peracta Waldemarus rex evocavit exercitum ex tota Dania; et exercitus in sinu Viridi con-* [1178.] *venit. Tum Waldemarus rex ultra proficisci ipse noluit, sed copiis praecepit, ut obsequium Knutoni regi, filio eius, praestarent Absalonique archiepiscopo, eosque duces exercitui praefecit, ipse vero terram relinquere noluit. Deinde illi profecti sunt ad Walagustum ibique omnia incendio vastarunt. Inde profecti sunt Usnam et ibi omnia incendio vastaverunt itemque oppidum ipsum et omnia aedificia. Tum Burizlavus et Kasimarus, qui fuit dux Slaviae Orientalis, ad Knutonem regem et*

1) Infra Flazminni nomen scribitur. Est ostium fluvii Swine. 2) Stettin. 3) Stettin a. 1176. obsessum esse referunt Ann. Colbaz., Ryenses. H.-E. 4) Quod Ann. Waldemar., Vitescol., Lund., Ryenses etc. a. 1173. adscribunt. H.-E. 5) Cf. Arnold. Lubic. II, 4; Ann. Pegav., Palid., SS. XVI, p. 261. 94; Saxo supra p. 147. H.-E. 6) Petersen l. l. p. 233. iure hoc nomen corruptum esse opinatur pro *Uzna*. Cf. supra p. 314, n. 3. H.-E. 7) Petersen l. l. monet hoc nomine Vinetam, quod oppidum in insula Usedom olim situm fuisse dicunt, indicari potuisse. H.-E. Fuir quoque, quod nomen infra *Fuer* et *Fuiz* scribitur, in insula Usedom situm fuisse coniciendum est. 8) Gützkow oppidum ad flumen Peene. 9) Saxo supra p. 152. unum castellum in ostio Swinae exstructum esse dicit, hoc maris aestu destructo, circa a. 1182. demum duo alia aedificata esse. H.-E. 10) De hac expeditione cf. Saxo l. XV, supra p. 149 sqq., qui ad hanc narrationem prope accedit. H.-E.

1178. er hertugi var austr a Vindlandi[1], a fund þeira Knutz konungs ok Absalons erkibyskups ok baðu þa miskunnar, ok settu þeim gisla af öllum sinum löndum, ok gafu konungi 15 hundruð marka, en byskupi 5 hundruð marka[2] til þess, at su sætt skyldi standa, er fyrr var gjör við Vinðr af hendi Valdimars konungs, ok Vinðr höfðu siðan sjalfir rofit. Jatuðu þeir þa friði öllum löndum þeim, er konungr vildi eigi at þeir herjaði, ok komu aptr a niunda degi fra þvi, er þeir höfðu a brot farit, [ok fundu þeir konung a Mön; hann undraði, hvi þeir höfðu sva skjott farit]; en þeir sögðu honum þau tiðendi, er gjörðz höfðu i þeira ferð, ok færðu honum fe heim ok gisla; en konungr þakkaði þeim sina ferð.

127. Andlat Valdimars.

1182. Eptir þetta liðu 5 vetr[3], sva at leiðangri var eigi ut boðit; en i þeim friði, er þa var, gjörðu Vinðr borgir ok kastala[4] ok gjörðu mörg virki i landi sinu, þau er til landvarnar þyrfti; en er Valdimarr konungr spurði þetta, þa vissi hann, at Vinðr vildu eigi betr halda þessa sætt en enar fyrri, bauð hann þa ut leiðangri snemma um varit; en er liðit kom saman i Grœnasundi, þa tok Valdimarr konungr sott, hann atti þa tal við lið sitt, ok bauð þeim at halda fram ferðinni sem aðr, ok setti enn Knut konungsson höfðingja yfir herinn ok Absalon erkibyskup, en þeir vildu eigi við hann skiljaz, fyrr en þeir vissi, hversu sott hans skipaðiz; gaf Knutr konungr þa heimleyfi öllu liðinu með raði Absalons erkibyskups. Maii 6. Valdimarr konungr andaðiz af sott þessi 2. Nonas Maii, hann var færðr til Hringstaða ok þar jarðaðr; ok var mjök harmdauði alþyðu um alla Danmörk. Þa hafði hann verit einvaldz konungr at allri Danmörk 6 vetr ok 20[5], en hann hafði att 8 ok 20 orrostur a heiðnum löndum, ok brautz æ við heiðinn lyð, meðan hann lifði, ok vildi efla guðs kristni. Börn Valdimars konungs ok Supphiu drotningar voru þau Knutr konungr ok Valdimarr gamli, er siðan var konungr i Danmörk, er einnhverr hefir verit agætaztr konungr hingat a Norðrlönd; með honum var Olafr Þorðarson[6], ok nam at honum marga frœði ok hafði hann margar agætligar frasagnir fra honum. Engilborg var ok dottir Valdimars konungs Knutzsonar, er atti Philippus Frakka konungr, faðir Loðves Frakkakonungs, er vann Damiað[7]. (1249.) . . . Þriðju dottur[8] Valdimars konungs atti Vilhjalmr digri, son Heinreks hertuga af Brunsvik, broðir Otto keisara. Kristophorus hertugi var ok son Valdimars konungs ok Tofu, sem fyrr var sagt[9], hann var laungetinn; hann andaðiz 10 vetrum fyrr en Valdimarr konungr, faðir hans[10]. (1173.)

1178. *Absalonem archiepiscopum venerunt et petierunt [ab eis], ut sibi parcerent, et dederunt eis obsides ex omnibus terris suis et dederunt regi mille et quingentas marcas, episcopo autem quingentas marcas dederunt ad hoc, ut pax servaretur, quae prius cum Slavis facta erat nomine Waldemari regis, et quam Slavi ipsi ruperant. Tum promiserunt pacem omnibus terris, quas rex eos populari noluit. Et redierunt nono die postquam profecti erant; et invenerunt regem in Mona, qui miratus est, quod tam cito redissent, sed illi ei dixerunt, quae in hac expeditione gessissent, eique pecuniam et obsides reddiderunt; rex iis pro expeditione eorum gratias egit.*

127. *Obitus Waldemari.*

1182. *Post haec quinquennium ita praeterit, ut expeditio non ediceretur, sed in pace, quae tum erat, Slavi exstruxerunt castra et castella et fecerunt multa munimenta in terra sua, quibus ad terram defendendam opus fuit. Sed cum Waldemarus rex hoc cognovisset, intellexit Slavos pacem istam non melius servaturos esse quam priorem. Tum exercitum ineunte vere evocavit. Cum vero exercitus in sinu Viridi convenisset, Waldemarus rex in morbum incidit. Contionem cum militibus suis habuit et iussit eos peragere expeditionem, ut constitutum erat, et iterum Knutonem regis filium et Absalonem archiepiscopum exercitui praefecit. Hi vero eum relinquere noluerunt, priusquam scirent, quem exitum morbus eius esset habiturus. Tum Knuto rex dedit licentiam domum redeundi toto exercitui cum consilio Absalonis archiepiscopi. Waldemarus* Maii 6. *rex hoc morbo mortuus est 2. Nonas Maii et ductus est Ringstad ibique sepultus est. Et magnus erat luctus populi per totam Daniam. Tunc fuerat monarcha totius Daniae viginti sex annos, duodetriginta autem pugnas in terris paganis habuerat, et perpetuo cum paganis pugnavit, dum vixit, et volebat Dei christianitatem confirmare. Liberi Waldemari regis et Sophiae reginae fuerunt Knuto rex et Waldemarus Grandaevus, qui postea rex Daniae erat, qui vel excellentissimus rex hic in terris septentrionalibus umquam fuit. Apud eum moratus est Olavus Thordi filius, qui ab eo multam scientiam didicit et multas praeclaras narrationes ab eo accepit. Engilburga etiam fuit filia Waldemari regis, Knutonis filii, quam Philippus* 1249. *Francorum rex [uxorem] habuit, pater Ludovici Francorum regis, qui Damiatam cepit. . . . Tertiam filiam Waldemari regis [uxorem] habuit Wilhelmus Crassus, filius Heinrici ducis Brunsvicensis, frater Ottonis imperatoris. Christophorus dux quoque* 1173. *fuit filius Waldemari regis et Tovae, ut antea dictum est, illegitimus erat; mortuus est decem hiemibus ante Waldemarum regem, patrem suum.*

1) Dux Pomeraniae occidentalis. Bogislavus, quem hic auctor ubique Burizlavum vocat, fuit frater eius, dux Pomeraniae. H.-E. 2) Alios pecuniae solutae numeros indicat Saxo supra p. 140. H.-E. 3) Quatuor hiemes tantum. H.-E. 4) Cf. supra p. 317, n. 9. 5) 25 tantum. 6) Celeberrimus poeta et grammaticus inter Islandos seculi decimi tertii, qui a. 1259. mortuus est. 7) Error. Philippus II. pater fuit Ludovici VIII, patris Ludovici IX, qui Damiatam a. 1249. expugnavit. H.-E. 8) Helenam. H.-E. 9) Cap. 109. 10) Cf. p. 317, l. 8.

128. Knutr tok konungdom.

Eptir andlat Valdimars konungs Knutzsonar tok Knutr son hans riki yfir öllu Danaveldi, ok þjonuðu honum allir Danir. En[1] er Friðrekr keisari spurði andlat Valdimars konungs, þa sendi hann þegar menn til Knutz konungs, bað hann vera sinn mann ok halda af honum Danariki. Þa rœddi Knutr konungr þetta við Absalon erkibyskup, hverju hann skyldi um svara, ok við aðra raðgjafa sina; en þeir reðu honum, at hann skyldi svara vægiliga, ok segja sva, at keisari mætti vel gefa honum sva mikit vald, at hann yrði hans maðr, en fyrir Danmörk þyrfti hann ekki hans maðr at verða. Foru þa sendimenn keisara heim með þessum svörum Knutz konungs. En meðan þessir menn voru i ferðinni, þa sendi Burizlafr af Vindlandi sinn mann, er Priða het, til keisara, ok sagði honum kveðju sina, ok sagði, at hann mundi þat skjott gjöra, at Knutr konungr af Danmörk yrði maðr keisara, eigi siðar en fyrr jafnlengð; keisari þakkaði honum orð sin, ok kysti sendimann ok gaf honum hest goðan ok brynju, skjöld ok hjalm ok öll vönduð hervapn; hann gaf honum skinn goð ok klæddi hann vel; let hann siðan heim fara, ok bað hann segja hertuga Burizlafi, sinum enum kærazta manni, at hann heldi þat vel, sem hann hafði keisara heitit. Eptir þetta bauð Burizlafr ut her miklum ok vildi fara til Rænga ok vinna þat riki undir sik. En er Rængar spyrja þetta, þa sendi Jarizmarr menn til Absalons erkibyskups at segja honum, at Austrvinðr voru uti með her miklum, ok biðu Vestrvinða, ok ætluðu at herja a þa; bað hann erkibyskup hjalpa þeim, ef hann vildi halda landinu. Erkibyskup bað þa verða við hraustliga, ok sagðiz koma mundu at veita þeim. Eptir þetta bauð erkibyskup ut leiðangri ok sigldi til Vindlandz i mot Burizlafi. Burizleifr hafði 5 hundruð skipa, ok beið þa enn Vestrvinda. En er erkibyskup kom til motz við Burizlaf, tokz þar harðr bardagi, ok lauk sva, at Burizlafr flyði með fimtigi skipa[2]. En þeir erkibyskup toku öll önnur, en sumt liðit komz a land, en sumt druknaði, en mestr hluti var drepinn. Þessi bardagi var um varit um þikkisdaga. Siðan skiptu Danir fe þvi öllu, er þeir höfðu fengit, ok foru heim.

(Margin: 1182. — 1184 — Maii 20.)

129. Fra leiðangri Knutz.

Þetta et sama sumar bauð Knutr konungr ut leiðangri af Danmörk ok for fyrst til Rænga, ok bauð þeim at fara með þeim til Valagust[3]. Þaðan hafði Knutr konungr lið mikit, ok for siðan til Valagust ok herjaði þar ok let þar brenna allt; þeir lagu lengi um borgina. Absalon erkibyskup for a land upp með sitt lið; hann brendi 2 borgir, þær er

---

128. *Knuto regnum accepit.*

Post obitum Waldemari regis, Knutonis filii, Knuto filius eius accepit regnum totius Daniae, eique omnes Dani obsequium praestiterunt. Cum autem Fridericus imperator cognovisset obitum Waldemari regis, illico legatos ad Knutonem regem misit, ab eo poposcit, ut ipsius fieret homo et Daniam ab ipso [beneficium] acciperet. Knuto rex consuluit cum Absalone archiepiscopo aliisque consiliariis suis, quid hac de re responderet. Hi vero ei id consilium dederunt, ut placide responderet et diceret, imperatorem sibi tantum principatum dare posse, ut pro eo eius homo fieret,. sed necesse non esse, ut Daniae causa eius homo fieret. Tum legati imperatoris redierunt cum his responsis Knutonis regis. Sed dum hi in itinere erant, Burizlavus misit e Slavia hominem suum, nomine Pridam, ad imperatorem et dixit ei salutem suam dixitque se celeriter facturum esse, ut Knuto rex Daniae homo fieret imperatoris, non serius quam annus se vertisset. Imperator ei gratias egit pro nuntio eius legatumque osculatus est et dedit ei equum bonum ac loricam, clipeum ac galeam ceteraque arma optime elaborata; pelles bonas ei dedit et optime eum vestivit; deinde eum dimisit iussitque eum dicere Burizlavo duci, homini suo dilectissimo, ut ea bene praestaret, quae imperatori promisisset. Post haec Burizlavus magnum exercitum evocavit et in Rugianos profecturus erat, ut hoc regnum sibi subigeret. Sed cum Rugiani hoc comperissent, Iarizmarus homines misit ad Absalonem archiepiscopum, qui ei dicerent Slavos Orientales magnum exercitum navalem eduxisse Slavosque Occidentales opperiri et intendere ipsum aggredi. Ab archiepiscopo petivit, ut sibi auxilium ferret, si terram retinere vellet. Archiepiscopus eos hortatus est, ut fortiter se gererent, et dixit se auxilio eis esse adventurum. Deinde archiepiscopus expeditionem indixit et navigavit in Slaviam adversus Burizlavum. Burizlavus habebat quingentas naves, et etiamtunc Slavos Occidentales opperiebatur. Sed cum archiepiscopus Burizlavo occurrisset, proelium acerrimum commissum est, cuius is fuit finis, ut Burizlavus cum quinquaginta navibus fugeret; omnes vero reliquas archiepiscopus suique ceperunt, nonnulli autem hostium in terram evaserunt, nonnulli autem submersi sunt, plerique vero occisi. Haec pugna fuit vere circa festum pentecostes. Deinde Dani distribuerunt omnes res, quas ceperant, et domum redierunt.

(Margin: 1182. — 1184. — Maii 20.)

129. *De expeditione Knutonis.*

Eadem aestate Knuto rex exercitum e Dania evocavit et primum profectus est ad Rugianos, et iussit eos secum ad Walagustum proficisci. Inde Knuto rex multas copias accepit; et deinde in Walagustum profectus est, ibique vastavit et omnia incendi iussit. Diu obsederunt oppidum. Absalon archiepiscopus in terram egressus est cum suo exercitu, combussit

1) Ad sequentem narrationem cf. Saxo l. XVI, supra p. 153—157, qui cum ea in plerisque convenit. H.-E.
2) Triginta quinque naves tantum evasisse scribit Saxo supra p. 157. H.-E.
3) Multi Ann. Danici (supra) expeditionem Walagustensem a. 1184. factam indicant. Eadem narrat Saxo supra p. 157 sq. H.-E.

1184. settar voru við veginn þeira i Flatzminni[1]; en er þær voru brendar, þa for hann aptr til konungs. Þa kom Burizleifr a landit; hann sendi menn til erkibyskups ok lagði við hann stefnu; þa var erkibyskup a skipinu, en Burizlafr ætlaði at svikja erkibyskup a þessi stefnu, ok þotti þa unnit allt, ef hann yrði af raðinn; hann bað erkibyskup fara a land upp ok talaz þar við, ok kallaðiz mjök mundu hans forsja hlita um sætt þeira Knutz konungs. En erki- 5 byskup vildi eigi a land ganga, þviat hann grunaði þat, sem var, at Burizleifr mundi um svik bua, ok varð ekki tal þeira. En Burizleifr hafði sva holpit borg sinni, at hann let Iun. 29. flytja til vist, meðan stefna stoð við Dani. Petrsmessu dag sotti Knutr konungr at borg- Iul. 5. inni ok barðiz, ok fekk eigi þar unnit hana; ok la þar siðan 6 daga kyrr, en for siðan i braut, þviat þa var mjök lokit vistum; en Vinðr lögðu eptir ok drapu 60 manna af Dönum. 10 Siðan for Knutr konungr heim með allt lið sitt.

Sept. 22. Þetta haust bauð Knutr konungr ut leiðangri 7 nottum fyrir Mikjalsmessu[2], ok for til Rænga, ok hafði þaðan lið mikit, ok for þaðan til Tribuðiz[3] ok sva upp a Tripipen[4], ok herjaði þar ok brendi landit allt; hann reið til kaupstaðar þeira ok brendi hann. Þa mættiz þar allt lið Knutz konungs, ok lagu þar 3 nætr, en skip þeira lagu við Strælu; en um morg- 15 ininn eptir foru þeir til Tikareyjar[5] ok vildu brenna upp a Voztrosu[6]; en veðr var i moti, ok mattu þeir þvi eigi brenna. Burizlafr spurði þetta, ok for til með tveim skipum ok vildi gjöra sætt við Knut konung, en þar bjoggu raunar svik undir. Þa hafði Knutr konungr eigi 1185. vist til at fæða lið sitt, ok for siðan heim til Danmerkr. En at vari bauð Knutr konungr ut leiðangri af Danmörku; þar var þa enn i liði Absalon erkibyskup ok Asbjörn byskup[7] ok 20 margir aðrir rikir menn; þeir höfðu mikinn her ok foru til Valagust[8] ok brendu tveim megin arinnar, ok foru sva fram til Steinborgar ok brendu landit allt; en Burizlafr komz nauðuliga undan, hann kastaði ser af hests baki yfir einn garð[9] ok komz sva i borgina; þa kom at riðandi Knutr konungr ok Absalon erkibyskup, en Burizlafr baknaði þa til þeira ok bað ser friðar, ok beiddiz at tala við þa, en þeir baðu hann senda menn til þeira með 25 ørendum sinum slikum, sem hann vildi flytja lata. Ok er sendimenn hans komu til Asbjarnar byskups, baðu þeir hann flytja mal Burizlafs við konung ok erkibyskup, at þeir

---

1184. *duo castra, quae exstructa erant ad viam claudendam in ostio Flazensi; et cum haec combusta essent, rediit ad regem. Tum Burizlavus in terram venit; is viros ad archiepiscopum misit et constituit diem conveniendi cum eo. Tum archiepiscopus erat in navi, sed Burizlavus cogitavit archiepiscopum dolis capere in hoc colloquio, et videbatur sibi omnia perfecisse, si* 30 *hic oppressus esset. Rogavit archiepiscopum, ut in terram egrederetur et cum ipso ibi colloqueretur, dixit se magnopere usurum esse eius consiliis de pace inter se et Knutonem regem [facienda]. Sed archiepiscopus noluit in terram egredi, nam suspicatus est, id quod erat, Burizlavum dolos moliri; et hoc colloquium non habitum est. Sed Burizlavus ita oppidum suum* Iun. 29. *servavit, ut cibaria eo portanda curaret, dum de colloquio cum Danis agebatur. Die festo Petri Knuto rex obsedit oppidum et* Iul. 5. *oppugnavit, neque capere potuit; posteaque sex dies ibi moratus est nihil agens, deinde vero abiit, nam cibaria fere defecerant.* 35 *Slavi vero eos persecuti sunt et occiderunt sexaginta homines e Danis. Deinde Knuto rex domum rediit cum toto exercitu.*

Sept. 22. *Eiusdem anni auctumno Knuto rex expeditionem edixit septem diebus ante festum Michaelis et profectus est ad Rugianos, et inde accepit exercitum magnum; et inde profectus est in Tribudin itemque in Tripiden, et vastavit ibi et incendit totam terram. Equitavit ad emporium eorum et hoc combussit. Eo loco omnes copiae Knutonis regis convenerunt; ibi triduo morati sunt, sed naves eorum steterunt ad Straelam. Sed postero die mane profecti sunt in insulam* 40 *Tikar et voluerunt incendio vastare Wostrosam; ventus vero adversus erat, et idcirco incendia facere nequiverunt. Cum Burizlavus hoc cognovisset, cum duabus navibus advenit et voluit pacem facere cum Knutone rege, sed suberant rei doli.* 1185. *Iam Knuto rex non habebat cibaria ad alendum exercitum, et deinde domum rediit in Daniam. Vere autem proximo Knuto rex exercitum evocavit e Dania. Etiam tunc in exercitu fuerunt Absalon archiepiscopus et Esbernus episcopus multique alii magnates. Multas habuerunt copias et profecti sunt ad Walagustum et ab utroque latere fluminis incendio* 45 *vastaverunt et ita usque ad Steinborgum progressi sunt et incenderunt totam terram; sed Burizlavus aegre aufugit. Se ab equo deiecit vallum transscendens itaque in oppidum elapsus est. Tum equis vecti Knuto rex et Absalon archiepiscopus advenerunt, sed Burizlavus signum iis dedit et rogavit, ut pax sibi daretur, ac petivit colloquium cum iis, ii vero iusserunt eum viros ad se mittere cum eis mandatis illius, quae proponere vellet. Et cum legati eius ad Esbernum episcopum venissent, ab eo petiverunt, ut causam Burizlavi apud regem et archiepiscopum ageret, ut ei licentiam darent* 50

1) Hanc rem Saxo (p. 158) alio tempore post Walagustum (Iun. 29) obsessum, antequam inde exercitus discesserit, factam esse narrat; cf. supra p. 317, n. 1. H.-E. 2) Saxo supra p. 159. falso, ut videtur, dicit hanc expeditionem post auctumnum domi peractam a Danis factam esse. H.-E. 3) Eadem provincia, quae supra c. 122. 124. Tribuzis vocatur, Tribusana Saxoni. H.-E. 4) Corruptum pro Tripiden, ut supra c. 124. legitur. 5) Peninsula Rugiae meridionalis, in qua Zicker villa sita est; cf. Petersen p. 227. H.-E. 6) Regio ab ostio Peene occidentem versus sita (Westrosna), cum regio a Peene orientem versus sita (Usedom insula) Ostrosna vocaretur; cf. Petersen p. 228. H.-E. 7) Non episcopus, sed frater Absalonis archiepiscopi. Huius 55 nominis episcopus tunc non fuit in Dania. H.-E. 8) Walagusti Saxo in huius expeditionis relatione non mentionem facit, Grozvinam eos adiisse tradit. H.-E. 9) Saxo supra p. 160: *ut Bugiszlavus caballo delapsus . . . intra vallum confugeret.* H.-E. 60

gæfi honum leyfi til at ganga ut af borginni at tala við þa; þeir sögðuz vildu tala við hann með tru, ok sögðuz eigi vera sva otruir sem hann. Burizlafr segir, at hann vill gjarna halda tru við þa, ok bað taka stefnu meðal konungs ok hans, ok kveðz mundu koma a þriggja natta fresti a fund Knutz konungs. Knutr konungr sagði, at hann vill þa stefnu setja honum, en þo vill hann brenna landit a meðan, eptir þvi sem hann hefir aðr ætlat, ok bœ þann, er stoð fyrir borginni. Burizlafr bað konung brenna þat, er hann vildi, en hann sagðiz þo vilja koma a konungs fund, en bað konung gefa frið bœjum þeira[1] ok musterum þeim, er þar voru. Þa komu konur af bœjum ok fellu til fota konunginum ok baðu, at hann leti eigi brenna bœina, ok þat veitti konungr þeim. Eptir þetta for konungr a land upp at brenna, ok var a landi uppi um nottina[2] ok brendi þar viða; en um morgininn eptir for konungr til skipa; þa kom Burizlafr a fund Knutz konungs ok erkibyskups, ok bað þa miskunnar, ok setti þa konungi gisla enna beztu manna sonu, er a voru landinu, ok gaf konungi 300 marka, en byskupi 800 marka; tok þa Knutr konungr vald ok gæzlu yfir öllu Vindlandi, ok for siðan heim til Danmerkr.

130. Andlat Burizlafs.

En um varit fyrir paska[3] þa kom Burizlafr a fund Knutz konungs i Roiskeldu, ok var með honum um paskana i allmiklum kærleikum ok bar sverð fyrir konunginum; en er Burizlafr for heim, gaf Knutr konungr honum goðar gjafir, skildu þeir með vinattu; en annat var eptir um föstu tok Burizlafr sott; þa sendi hann orð raðgjöfum sinum ok atti tal við þa, ok sagði, ef hann risi upp or þeiri sott, at hann vildi finna Knut konung. En ef þess yrði eigi auðit, þa bað hann konunginn skipa landinu, eptir þvi sem hann vildi; hann bað ok konunginn fyrir guðs sakir veita börnum sinum vinattu, ok skipta öllu þeira i millum, eptir þvi sem hann vill, þviat hann sa, at Jarizmarr broðir hans hafði þess at notit, at hann var jafnan trur Knuti konungi. Af þessi sömu sott andaðiz Burizlafr hertugi um föstu[4]. Eptir þetta foru menn Burizlafs a fund Knutz konungs ok sögðu honum andlat Burizlafs ok þær orðsendingar, er hann hafði sent til Knutz konungs, ok baðu konung hjalpa sonum hans, ok skipta sva öllu þeira i milli, sem hann vildi. Siðan toku þeir stefnu i milli sin við Vorðungaborg. Kom þar þa Nikulas ok Heinrekr synir Burizlafs, ok skipti Knutr konungr þa landinu meðal þeira, ok setti til gæzlu menn með þeim; hafði nu Knutr konungr sett sina gæzlu ok forsja yfir allt Vindland með raði Absalons erkibyskups, ok er nu landit allt undir þeira valdi; en i þeim bardögum öllum, er þeir attu við Vinðr, siðan

---

exeundi ex oppido ad colloquium cum iis. Hi dixerunt se colloquium cum eo habere velle fideliter, et dixerunt se non tam infidos esse ut eum. Burizlavus dixit se libenter fidem erga eos servaturum esse et rogavit, ut tempus colloquio inter se et regem constitueretur, et affirmavit se tertia nocte abhinc ad Knutonem regem venturum esse. Knuto rex dixit se hoc tempus colloquii ei constituere velle, attamen terram se interea incensurum, ut antea constituisset, et vicum illum, qui ante oppidum esset. Burizlavus rogavit regem, ut incenderet quae vellet, dixitque se nihilo minus ad regem venturum esse, sed a rege petivit, ut parceret vicis et ecclesiis, quae ibi essent. Tum mulieres venerunt ex vicis seque ad pedes regis prostraverunt et supplicarunt, ne vicos incendi iuberet, et hoc rex eis concessit. Post haec rex in terram incendii causa egressus est, et fuit noctu in terra ibique longe lateque incendium fecit, sed postero mane rex ad naves rediit. Tum Burizlavus venit ad Knutonem regem et archiepiscopum et ab iis petivit, ut sibi parcerent, et dedit regi obsides filios optimorum hominum, qui in terra erant; et dedit regi trecentas marcas, archiepiscopo vero octingentas marcas. Tum Knuto rex accepit imperium et tutelam totius Slaviae, et deinde domum rediit in Daniam.

130. *Obitus Burizlavi.*

Sed vere, [paulo] ante pascha Burizlavus venit ad Knutonem regem Roskildiam et apud eum festo paschali magna cum gratia moratus est et portavit gladium prae rege. Sed cum Burizlavus domum rediret, Knuto rex dedit ei bona dona; discesserunt cum amicitia. Proximo vere post tempore ieiunii Burizlavus nactus est morbum; tum consiliarios suos convocavit et sermonem cum iis habuit, et dixit, si ex eo morbo reconvaluisset, se Knutonem regem aditurum esse. Sed si hoc fortuna non dedisset, regem se orare, ut de terra statueret quod ipse vellet; etiam a rege petivit, ut Dei nomine amicitiam liberis suis praestaret omniaque inter eos divideret, ut ipse vellet; intellexit enim Iarizmarum, fratrem suum, semper suam rem bene gessisse, quia perpetuo fidus Knutoni regi fuisset. Ex hoc ipso morbo mortuus est Burizlavus dux tempore ieiunii. Postea homines Burizlavi profecti sunt ad Knutonem regem eique retulerunt obitum Burizlavi et mandata, quae Knutoni regi misisset, et rogaverunt regem, ut filios eius adiuvaret omniaque inter eos divideret ut ipse vellet. Deinde conventum inter se ad Vordingaburgum constituerunt. Eo tum venerunt Nicolaus et Heinricus, filii Burizlavi, et Knuto rex terram divisit inter eos, et constituit viros tutelae causa apud eos. Iam Knuto rex tutores suos et praesidium toti Slaviae constituerat cum consilio Absalonis archiepiscopi; et iam est tota terra sub eorum imperio. Sed in omnibus praeliis, quae

1) Haec non satis perspicue dicta interpretanda sunt his verbis Saxonis supra p. 160: *sacris tantum domiciliis eorumque gratia vicinis tectis abstinendum oravit.* H.-E. 2) Saxo potius (supra p. 160): *Reliquum lucis . . . vicorum vastatione consumptum.* H.-E. 3) Quod a. 1186. fuit Apr. 13. H.-E. 4) A. 1187, Mart. 17; cf. Ann. Colbaz., SS. XIX, p. 715. H.-E.

Valdimarr konungr Knutzson letz, þa var Absalon erkibyskup formaðr ok raðgjafi Knutz konungs, ok eigi hefði þeir þvilikan sigr unnit, ef eigi hefði hann við verit, þviat hann hefir mestr hermaðr verit naliga ok bardagamaðr hingat a Norðrlönd. Nu lykr her at segja fra Danakonungum.

---

cum Slavis habuerant, postquam Waldemarus rex, Knutonis filius, obiit, Absalon archiepiscopus dux et consiliarius Knutonis regis fuit, neque tantam victoriam adepti essent, si ille non affuisset, nam is fere summus bellator et pugnator hic in terris septentrionalibus fuit. Iam explicit narratio de Danorum regibus.

EX HISTORIA PIRATARUM IOMENSIUM. [JOMSVIKINGASAGA.]

Historia quae dicitur Jomsvikingasaga duabus partibus constat, quae haud apte hoc nomine comprehenduntur, nam posteriore et ampliore parte tantum de piratis Iomensibus, praesertim de Palnatoccone et Sigvaldo, fabulae copiosae et iucundae, sed nihil fere verae historiae continentes narrantur, priore parte, quae nescio an casu quodam fortuito cum posteriore coniuncta sit[1]*, fabulae de regulis et principibus illustribus Danorum saec. IX. et X. continentur.*

Huius historiae complures exstant recensiones, quae ex vetustiore quadam eiusdem forma iam perdita exortae ampliataeque videntur, quarum quae prior sit, inter viros doctos rerum Islandicarum gnaros non constat. Et in una earum[2] *prior pars non exstat, in alterius recensionis, de qua hoc loco inprimis dicendum est, parte priore continetur longa, sed fabulosissima narratio belli ab Ottone II. imperatore Danis illati. Hanc solam et integram exhibuimus, reliquis huius historiae fabulis quae Germaniae res tangunt neglectis. Multa enim iam de hac belli illius relatione et similibus aliorum librorum Islandicorum narrationibus a nostratibus inquisita ac disputata sunt.*

Haec recensio historiae Iomensium[3]*, quae saec. XIII. demum composita est, exstat in codice* ***Hafniensi*** *Arna-Magnaeano nr.* 291. 4°*, saec. XIII med. exarato. Ex quo edita est inter 'Fornmannasögur' XI, p.* 1—162 *(Kaupmannahöfn* 1828*) et a C. de Petersens (Lund* 1882*). Versio Latina exstat inter Scripta historica Islandorum XI, p.* 1—150 *(Hafniae* 1842*), versio Danica edita est a C. C. Rafn (Kjøbenhavn* 1829*).*

Tertia recensio brevior[4] *continetur in codice* ***Holmiano*** *Isl. nr.* 7, 4°, *in qua de bello Danico Ottonis II. brevissima tantum relatio*[5] *exstat*.*

F. J. ***O. H.-E.***

*) *Quam hoc loco exhibemus:*
Litlu siðarr kom Otti keisari af Saxlandi til Danmerkr með miklu liði, ok þa kom Olafr Tryggvason til liðs við hann. Þeir brutu Harald konung til kristni ok Hakon jarl; var þa kristnuð öll Danmörk. *[Paulo post venit Otto imperator de Saxonia in Daniam cum magno exercitu, et tum venit Olavus Tryggonis filius auxilii causa ad eum. Ii coegerunt Haraldum regem ad christianam fidem et Haconem principem; tum facta est christiana tota Dania.]*

1) Ut censet C. de Petersens in editione mox laudanda (1879) p. IX. Sed G. Storm in 'Arkiv for nordisk Filologi' I, p. 235 sqq. hanc partem tamquam exordium sequenti narrationi iam primitus praefixam esse opinatur. Vigfusson hanc partem ex Knytlingasagae priore parte, quae perierit, sumptam esse contendit; cf. supra p. 272, n. 3. 2) Quam edidit Carl de Petersens (Lund 1879) ex codice Arna-Magnaeano nr. 510. 4°. 3) Proxime ad hanc recensionem accedit versio Latina Jomsvikingasagae facta per Arngrimum Jonsson († 1648) (ed. A. Gjessing. Kristianssand 1877). 4) Haec edita est a G. Cederschiöld (Lund 1875), non integra iam inter 'Fornmannasögur' IV, ubi inscribitur Synishorn. 5) Eadem legitur in editione Jomsvikingasagae, quae curante L. Hammarsköld prodiit Stockholm 1815. 4°.

6. I þann tima ræðr fyrir Saxlandi ok Peitolöndum[1] Otta keisari, er kallaðr var Otta enn rauði, ok jarlar hans 2; annarr het Urguþrjotr, en annarr Brimiskjarr[2]. Þess[3] er við getit at einhverjum jolum, at keisarinn Otta strengði þess heit, at hann skyldi fara til Danmerkr 3 sumur i samt, ef þess þyrfti við, ok kristna alla Danmörk, ef hann mætti því fram koma. Ok eptir þessa heitstrenging samnar keisarinn liði til þessarrar ferðar. Ok þa er Haraldr Gormsson spyrr þetta ok verðr varr þess, at keisarinn hefir allmikinn liðsafla, þa sendir hann til Noregs þegar 60 manna a einni snekkju til fundar við Hakon jarl ok bauð þeim sva at segja jarli, at hann mundi aldregi meir þurfa, en þa, at hann byði ut leiðangri of allan Noreg ok fœri at veita honum lið. Sendimenn konungs foru ok fram komu, segja jarli orðsending konungs ok fara siðan aptr. Hakon jarl ykz við skjott við þetta mal ok þykkir nauðsyn a vera, at eigi verði þau endimi i, at menn se kugaðir til kristni i Danmörku eða a öðrum Norðrlöndum ok megi eigi halda hattum ok atrunaði sinna foreldra. Hann samnar nu liði nakkvat af braðungu ok mundi meira hafa, ef allr væri leiðangrinn ok væri lengra tom til gefit. Jarl ferr þegar or landi, er hann er buinn, ok hafði 100 skipa. En um sumarit siðar þa komu menn or Noregi 3 með mikit lið til mots við Hakon jarl. Nu ferr Hakon jarl ferðar sinnar ok tekz greitt, ok er hann kømr við Danmörk, þa spyrr Haraldr konungr ok verðr harðla feginn ok ferr þegar . . .[b] með fullri ölværð ok görði veizlu . . .[b] ok taka þeir þat rað, at þeir fara i moti Ottu keisara með sva miklu liði, sem þeir fa mest saman dregit um alla Danmörk, ok eru þeir mestir höfðingjar fyrir því liði Haraldr konungr ok Hakon jarl, ok fara þeir nu þar til er þeir finna keisarann. Þeir finnaz a sæ, ok slær þar þegar i bardaga með þeim ok verðr þar en snarpasta atlaga. Þeir berjaz allan dag i gegnum, ok fellr mikit lið af hvarum tveggjum ok þo fleira af keisaranum. Ok er natta tok, þa settu þeir 3 natta grið a millum sin ok lögðu at landi ok bjugguz við hvarir tveggju; ok er 3 nætr liðu, þa gingu saman fylkingar þeira Ottu keisara ok Haralds konungs ok Hakonar jarls ok berjaz nu a landi, ok gengr keisaranum nu þungt bardaginn, ok fell miklu fleira hans lið of daginn. Ok þar kømr, at hann leggr a flotta undan með lið sitt. Otta keisari var a hesti um daginn, ok er nu sagt, at þeir sœkja ofan at skipunum ok keisarinn riðr fram at sjonum ok hefir i hendi spjot eitt mikit gullrekit ok albloðugt ok

(8.)[a]

---

6. *Eo tempore regit Saxoniam et Pictaviae fines Otto imperator, qui vocatus erat Otto Rufus, et principes eius duo; alter nominatus erat Urguthriotus, alter vero Brimiscarus. Narratur aliquo festo natali Christi imperator Otto nuncupasse id votum, ut iret in Daniam tres aestates continuo, si necesse esset, et christianizaret totam Daniam, si posset id efficere. Et post hoc votum collegit imperator copias ad hanc expeditionem. Et cum Haraldus Gormonis filius audivisset hoc et certior factus esset eius rei, quod imperator haberet permagnum exercitum, misit in Norvegiam statim sexaginta viros in una navi ad conventum cum Hacone principe et iussit eos ita dicere principi, sibi nunquam magis necesse fore quam tum, ut convocaret copias ex tota Norvegia et iret, ut sibi auxilium ferret. Legati regis profecti sunt et iter confecerunt, dicunt principi verba regis et deinde redeunt. Haco princeps agit celeriter hanc rem, et videtur necesse [hoc] esse, ne fieret res mala, ut homines coacti essent ad christianitatem in Dania vel in aliis septentrionalibus terris et non possent retinere mores et fidem suorum maiorum. Coegit nunc copias nonnullas cito et plures coegisset, si omnes essent [quarum facultas erat], et maius spatium [temporis] datum esset. Princeps statim proficiscitur de terra, cum paratus esset, et habuit centum naves. Sed aestate venerunt post viri e Norvegia tres cum magno exercitu ad Haconem principem. Nunc ingreditur Haco princeps iter suum, et evenit bene; et cum venisset in Daniam, audit id Haraldus rex, et fit perlaetus et statim proficiscitur. . . . cum plena hilaritate et fecit convivium . . .; et id capiunt consilium, ut proficiscantur contra Ottonem imperatorem cum tanto exercitu, quam possunt maximum colligere per totam Daniam; et praesunt summi duces huic exercitui Haraldus rex et Haco princeps, et eunt usquedum inveniunt imperatorem. Inter se congrediuntur mari, et oritur statim pugna inter eos, et fit ibi vehementissimus impetus. Pugnant totum diem, et occiditur magna multitudo utrimque et tamen plures ex [copiis] imperatoris. Et cum nox ingrueret, constituerunt trium noctium inducias inter se et appulerunt ad terram et se parabant utrimque; et cum tres noctes praeteriissent, congressae sunt acies eorum, Ottonis imperatoris et Haraldi regis et Haconis principis, et pugnant nunc in terra, et succedit nunc imperatori graviter pugna, et ceciderunt multo plures ex eius exercitu eo die. Et eo venit, ut fugam caperet cum exercitu suo. Otto imperator erat in equo eo die, et iam dictum est eos petere naves et imperatorem equitare ad mare et habere manu ensem quendam magnum, ob-*

a) *in marg. appositi sunt numeri capitum editionis in 'Fornmannas.' t. XI.* b) *nonnulla abscissa sunt in c.*

1) Qui fines hi sint, non liquet, nisi sit Pictavia Franciae. [Quod mihi quidem haud dubium videtur. Et error hic gravissimus ex eo procul dubio exortus est, quod Otto IV. comes Pictaviae fuit, antequam rex electus esset. H.-E.] 2) Cf. infra p. 324, nr. 4. 3) De sequente narratione vide 'Jahrbücher des deutschen Reiches unter dem sächsischen Hause' I, 2, p. 104 sqq. II, 1, p. 125—129; Joh. Schultz, 'Die Kriegszüge der Ottonen gegen Dänemark' (Diss. Ludwigslust 1877) p. 9 sqq. In linguam Germanicam eam vertit et de ea disseruit I. Asmussen, 'Archiv f. Staats- u. Kirchengeschichte der Herzogthümer Schleswig, Holstein, Lauenburg' I, p. 199 sqq. Eiusdem narrationis particulae coniunctae cum Snorronis relatione leguntur in Historia Olavi Tryggvason c. 66—72, 'Fornmannasögur' I, p. 120 sqq. (vide infra). H.-E.

siðan stingr hann spjotinu i sæinn[1] ok nefnir siðan guð almatkan i vitni ok mælti siðan: 'Annat sinni, þa er ek køm til Danmerkr, þa skal vera annat hvart, at ek skal kristnat fa Danmörk eða ella lata her lifit'. Eptir þetta ganga þeir Otta keisari a skip sin ok ferr keisari heim til Saxlands. En Hakon jarl er eptir með Haraldi konungi ok reð honum mörg vitrlig rað, ok nu letu þeir gera þat mannvirki, er viðfrægt er ok kallat er Danavirki, 5 en þat var gert milli Ægisdura ok Slesmunna um þvert landit milli sjova. Siðan ferr Hakon jarl til Noregs. . . . Ok eru nu kyrr tiðendi bæði i Noregi ok Danmörku 3 vetr. Ok a þessum 3 vetrum let Otta keisari samna liði ok fær ogrynni liðs; ok er þessir vetr liðu, þa ferr hann til Danmerkr með þenna enn mikla her[2] ok jarlar 2 með honum Urgu- (9.) þrjotr ok Brimiskjarr. En þa er Haraldr konungr spyrr þetta, þa sendir hann menn a fund 10 Hakonar jarls jafnmarga sem it fyrra sinn ok sendir honum þau orð, at hann þykkiz aldregi meir hafa þurft hans liðveizlu ok fjölmennis en þa. Hakon jarl skipaðiz bratt við orðsending Haralds konungs, ok þykkir vera nauðsynja mal, ok ferr þegar er hann var buinn, ok hefir hann nu hvergi minna lið en et fyrra sinni, ok kømr við Danmörk ok ferr þegar við enn 12 mann a fund Haralds konungs. . . .[3]. Ok fara nu siðan i moti keisaranum með 15 allan her þann, er þeir fingu til. Haraldr konungr ferr með skipaliði til Ægisdura. En Hakon jarl ferr með sinn her til Slesdura öðru megin landsins. Otta keisari spyrr þetta, at Hakon jarl er kominn i Danmörk at berjaz i moti honum. Hann tekr þa þat rað, at hann sendir jarla sina i moti honum, Urguþrjot ok Brimiskjar, til Noregs[4]. Þeir höfðu 12 kugga hlaðna af mönnum ok vapnum þeira ørenda at kristna Noreg, meðan Hakon jarl væri i brautu. 20

(10.) 7. Nu er fyrst at segja fra keisaranum ok þeim enum mikla her, er hann hafði, at þeir ganga a land upp, þa er þeir koma við Danmörk, ok sja Danavirki, ok þykkir eigi vera auðvelligt at sækja, ef varnarmenn eru fyrir, ok hverfa fra ok ofan til skipa sinna ok ganga a skip ut; ok i þvi bili finnaz þeir Haraldr konungr ok Otta keisari ok slær þar þegar i bardaga. Þeir berjaz a skipum, ok fellr mart manna af hvarum tveggja, ok fa hvarigir 25 sigrat aðra með öllu, ok skilja við þat. Siðan leggr keisari skipa her sinn, þar sem heitir Slesdyrr, ok er þar fyrir Hakon jarl með sitt lið. Þar tekz ok þegar atlaga með þeim keisara ok jarli ok verðr et harðasta el, ok fellr þa keisara þyngra bardaginn, ok lætr hann þar mart lið; ok sva lykr, at hann flyr undan með lið sitt; ok þykkir fast fyrir vera, ok kømr

---

auratum et omnino cruore oblitum, et deinde iniecisse ensem in mare et nuncupasse deinde Deum omnipotentem pro teste 30 *et dixisse deinde: 'Alia vice, cum venero in Daniam, alterum utrum erit, ut aut ego christianam reddam Daniam aut amittam hic vitam'. Postea eunt Otto imperator et sui in naves suas, et imperator proficiscitur domum in Saxoniam. Sed Haco princeps moratur apud Haraldum regem et dedit ei multa prudentia consilia; et nunc curarunt exstrui id opus humanarum manuum, quod celeberrimum factum est et nominatur Danorum vallum, sed exstructum est inter Egidoram et sinum Sle per transversam terram inter maria. Deinde abiit Haco princeps in Norvegiam. . . . Et iam sunt tranquillae res et in* 35 *Norvegia et in Dania tres hiemes. Et his tribus hiemibus curavit Otto imperator colligi exercitum et accipit innumeras copias; et cum hae hiemes praeteriissent, proficiscitur in Daniam cum hoc magno exercitu et principes duo cum eo Urguthriotus et Brimiscarus. Sed cum Haraldus rex hoc comperisset, misit viros ad conventum cum Hacone principe totidem ac priore vice et misit ei ea verba, ut videretur nunquam sibi magis eguisse eius auxilio et [militum] multitudine quam hac vice. Haco princeps cito se paravit ob verba Haraldi regis, et videtur ei esse necessitatis causa, et proficiscitur statim,* 40 *cum se parasset, et habet nunc nullo modo minorem exercitum quam antea, et venit in Daniam et proficiscitur statim cum duodecim viris ad conventum cum Haraldo rege. . . . Et proficiscuntur deinde contra imperatorem cum toto exercitu, quem collegerant. Haraldus rex proficiscitur cum navium classi ad Egidoram. Sed Haco princeps proficiscitur cum suo exercitu ad Slesdoram in altera parte terrae. Otto imperator comperit hoc, Haconem principem in Daniam venisse, ut pugnaret contra ipsum. Is capit tum id consilium, ut mittat principes suos adversus eum Urguthriotum et Brimiscarum in Norvegiam.* 45 *Ii habuerunt duodecim naves mercatorias plenas hominum et armorum eo consilio, ut christianizarent Norvegiam, dum Haco princeps abesset.*

7. *Iam primum est narrandum de imperatore et magno illo exercitu, quem habuit, eos in terram escendere, cum appulissent ad Daniam, et vident Danorum vallum, et videtur non esse facile id oppugnatu, si defensores adsunt, et redeunt in naves suas. Et in eo intervallo occurrunt inter se Haraldus rex et Otto imperator, et committitur statim pugna. Pugnant in navibus, et ceciderunt multi utrimque, et neutra pars alteram potest vincere omnino, et discedunt ita. Deinde* 50 *appulit imperator classem suam eo loco, qui vocatur Slesdora, et ibi fuit Haco princeps cum suo exercitu. Ibi oritur etiam statim impetus inter imperatorem et principem, et fit acerrimum praelium, et succedit imperatori gravius pugna, et amittit ibi multas copias; et ita finitum est, ut aufugeret cum exercitu suo; et videtur ei firma esse defensio, et ei in mentem venit*

1) Quae fabula orta est ex nomine freti Oddesund; cf. Saxo l. X (supra p. 62). H.-E. 2) Ottonem II. semel tantum a. 974. Daniae bellum intulisse omnibus notum est. H.-E. 3) Iis quae omissa sunt haec narrantur: Haconem ab Haraldo rege poposcisse, ut tributum eo usque ab ipso huic solutum remitteret; quod nisi faceret, totum ipsius exercitum in Norvegiam rediturum, ipsum solum cum 55 duodecim viris remansurum esse; quo audito Haraldum ei tributum remisisse. 4) Snorro, Ol. Tryggv. c. 59. (infra) aliquanto sanius narrat Haraldum multo post hoc bellum, Hacone iam occiso, hos duces in Norvegiam misisse. H.-E. 60

þat i hug, at hann mun verða at leita ser raðs um, hvernig helzt ma at orka. Sva er sagt, þa er keisari leggr skip sin til lægis, at þeir mœta skipaliði nøkkuru. Þat voru 5 skip ok vorù öll langskip stor. Keisari spurði, hvat sa maðr heti, er forrað hafði skipa þeira ok liðs. Sa svarar ok læz Oli heita at nafni. Þa spurði keisari, hvart hann væri kristinn maðr
5 eða eigi. Oli svaraði ok lez við kristni tekit hafa vestr a Irlandi ok byðr hann sik til liðveizlu við keisara, ef hann þykkiz þurfa meira liðsafla, en aðr hefir hann. Keisari kvez þat gjarna vilja ok kvez kunna honum mikla þökk fyrir, 'ok liz mer gæfusamliga a þik', segir hann. Oli ræz i lið með honum ok hefir 300 manna, ok er þat lið et hvatligsta, ok berr þo sa af öllum, er fyrir liðinu reð. Nu eptir þetta leita þeir raðs keisari ok menn hans, fyrir
10 þvi at þat vandræði var komit at höndum þeim, at þeir voru farnir at vistum, en hitt i öðru lagi, at allr fenoðr sa, er þeim megin Danavirkis var, sem þeir voru staddir, var a braut rekinn vandliga allr, ok fengu þeir þvi ekki nat, ok syndiz hyggnum mönnum, at 2 vandræði væri a, annathvart at hverfa fra við sva buit, eða drepa reiðskjota sina til matar, ok syndiz mönnum hvarrtveggi kostrinn illr þeira. Nu fær keisaranum þetta mikillar
15 ahyggju ok orkar a Ola til atkvæðis ok orraða um þetta mal ok bað hann fa þeim nøkkut rað, er gegndi. Oli svaraði ok kvaðz hafa [mætur] a raðagjörðum sinum, ok vildi þat hafa lata at nøkkuru, er hann legði til, ok yrði allir a eitt sattir, eða ella kvaðz hann eigi mundu eitt orð til leggja. Þar kømr nu mali, at allir gerðu at þvi rom, at hafa þat rað, er Oli legði til. Þa mælti hann: 'Þat er þa rað mitt', segir hann, 'at ver gangim allir i
20 einn stað, þeir er a Krist truum, ok heitim a alzvaldanda guð, skapara allra hluta, 6 daga föstu, at hann gefi oss sigr, ok ver þurfim eigi at drepa hross til matar oss; þa vil ek þat rað annat til gefa', segir hann, 'at ver farim i dag a merkr ok skoga, þa er oss eru nalægstir, ok skal hverr maðr höggva ser byrði af þeim viði, er oss þykkir van at eldnæmstr se, ok skulum ver þann við allan bera at virkinu, ok sjam þa enn siðan hvat i gerist'. Þetta rað
25 syniz þeim vænligt, er Oli hefir tillagt, ok fara nu þannig með, sem hann gaf rað til. Þar var þannig til farit, er virkit var, at diki mikit var grafit þeim megin, sem þeir voru, þat var 10 faðma breitt, en 9 faðma djupt, en nøkkuru mjora, þar er kastalar stoðu yfir uppi; en þeir voru sva settir, at kastali stoð yfir hverju 100 faðma a virkinu uppi. Annan dag eptir, er þeir höfðu viðinn dregit at virkinu, þa höfðuz þeir þat at, at þeir gerðu bruar
30 storar yfir dikit, sva at bru var gjör gagnvert hverjum kastala, ok gerðu stokka undir, sva at allt tok sa umbunaðr at virkinu. Ok þann sama dag toku þeir öll vatnkeröld, þau er þeir höfðu, ok drapu or botninn annan ok letu siðan koma þar i innan lokarspanu þurra ok aðra spanu, þa er þeir telgðu, til þess er fullir voru verplarnir af spanunum; siðan lata þeir koma eld i spanuna ok eptir þat skjota þeir aptr botnunum i verplana ok lata opna

---

35 *se consilium petere debere, quomodo res potissimum sit peragenda. Fertur, cum imperator colligeret naves suas in portu, eas navium classi cuidam obviam ivisse. Fuerunt quinque naves et fuerunt omnes longae naves magnae. Imperator interrogavit, quod esset nomen ei viro, qui imperium haberet earum navium et copiarum. Is respondit et dixit se Olonem nominari. Tum interrogavit imperator, utrum esset christianus vir annon. Olo respondit et dixit se christianam fidem accepisse in Hibernia et offert suum auxilium imperatori, si sibi videretur maiore exercitu egere, quam quem antea haberet.*
40 *Imperator dicit se id libenter velle et dicit se habere ei magnam gratiam pro ea re, 'et tu mihi videris esse fortunatus', inquit. Olo se cum eo coniungit et habet trecentos homines, et sunt istae copiae acerrimae visu, et tamen omnes is superat, qui copiis praefuit. Nunc post haec petunt consilium imperator et eius homines, quia ea difficultas venerat ad manus eorum, ut defecisset iis victus, et praeterea, quod omnia pecora, quae ex ea parte Danorum valli fuerant, ubi ipsi erant, abacta erant omnia, et ea capere non potuerunt, et visum est prudentibus viris inter duas adversas res [decernendum]*
45 *esse, aut [debere] se reverti re ita gesta, aut occidere equos suos comedendos, et videbatur hominibus utraque condicio mala. Iam imperatori hoc magnam sollicitudinem attulit et postulavit ab Olone eius sententiam et consilium de hac re et rogavit eum, ut aliquod consilium utile ipsis adhiberet. Olo respondit et dixit se magni habere consilia sua et velle hoc peragi quodammodo, quod proposuisset, et ut hoc omnes in universum comprobarent, alioquin se nihil suasurum esse dixit. Tunc eo res venit, ut omnes profiterentur se consilium secuturos esse, quod Olo proposuisset. Tunc locutus est: 'Hoc est*
50 *consilium meum', inquit, 'ut omnes eamus in unum locum, qui Christum credimus, et voveamus omnipotenti Deo, creatori omnium rerum, sex diebus nos ieiunaturos esse, ut det nobis victoriam, neve oporteat occidere equos in alimentum nobis; ad hoc alterum consilium dabo', inquit, 'ut eamus hodie in saltus et silvas, qui nobis proximi sunt, et ut unusquisque sibi caedat sarcinam eius ligni, quod nobis videtur ignis capacissimum, et haec omnia debemus apportare ad vallum, et tunc videamus quo res se vertat'. Hoc consilium iis visum est bonae spei, quod Olo dederat, et ita gerunt rem, ut ille con-*
55 *silium dedit. Ita natura loci fuit, ubi vallum erat, ut fossa magna ducta esset ea ex parte, ubi fuerunt; ea fuit decem orgyas lata, sed novem orgyas alta, sed aliquanto minus lata, super qua castella exstructa erant, sed haec ita constituta erant, ut castella [singula] centesima quaque orgya starent in vallo. Postero die, cum ligna apportaverant ad vallum, coeperunt facere pontes magnos super fossam, ita ut singuli pontes construerentur ex adverso cuiusque castelli, et sudes supposuerunt, ita ut haec opera ipsum vallum attingerent. Et eodem die congesserunt omnia dolia aquaria, quae habebant, et*
60 *excusserunt fundum alterum et tum immiserunt ligni ramenta arida et alias assulas, quas absciderunt, donec dolia plena erant assulis; deinde iniecerunt ignem in lignorum ramenta et posthac fundos adaptarunt iterum doliis et fecerunt foramina in summo,*

ofan, til þess at þar lysti i vindi. Nu ok i annan stað þa taka þeir ok sla eldi i viðuna, þa er þeir höfðu dregna at virkinu; en veðri var þannig farit, at a var sunnanvindr hvass ok þurt veðr ok stoð at virkinu; nu taka þeir verplana ok skjota þeim ut a dikit, ok siðan lystr vindinum ofan i holit verplanna ok keyrir ut at virkinu ok sva inn undir virkit; en þetta var um kveldit, er þessum umbunaði var lokit. Nu er sva fra sagt, þa er natta tok, at eldrinn tok at leika vatnkeröldin ok viðinn ok þvi næst laust loganum upp i kastalana ok þvi næst i virkit, ok siðan brann hvat at öðru, þviat virkit var mest af viðum gert. Sva lauk mali, at a þeiri natt brann upp allt Danavirki með kastölum, ok sa engi merki eptir ne örmol, ok unnu þat vatnkeröldin, er eldinn baru at virkinu. En þa er morna tok, þa gerði a mikit regn, sva at menn munðu trautt slikt vatnfall or himni komit hafa, ok slökði þann eld vandliga, sva at menn mattu þa þegar fara yfir usla þann enn mikla; ok ef þat sloknaði eigi við regnit, þa var eigi vænt, at þar mundi mega yfir komaz braðfengis. Ok nu er þeir Haraldr konungr ok Hakon jarl sa a þetta allt jafnsaman, þa slær otta nøkkurum i skap þeim, ok siðan flyja þeir undan til skipa sinna. En þeir keisari gingu yfir bruarnar, þar er þeir höfðu gert yfir dikit, þviat þaðan hafði eldinn fra lagðan, þa er virkit brann, ok ganga þeir nu yfir þann usla, ok var nu allr kaldr orðinn ok slokinn; ok höfðu þeir nu fastat 4 dægr til liðs ser við almatkan guð, ok a enu fimta dægri sækja þeir þangat fra virkinu, sem þeir höfðu fyrir verit Danakonungr ok Hakon jarl; ok þa er þeir komu þar, þa skorti þa eigi kvikfe ok fingu þeir ser nu œrnar vistir, þviat þangat hafði rekit verit feit til skjols undan herinum þeira keisara, ok hafa þeir nu œrna gnott vista ok spara þeir ekki mjök fe Dana ok eru goðar bloðøx[ar]. Nu lofa þeir guð fyrir þenna sigr enn fagra, ok þotti keisaranum vel hafa dugat rað Ola, ok spyrr nu eptir, hvaðan Oli væri at kynferði eða af hverju landi hann væri. Oli segir: 'Ekki mun ek lengr dyljaz fyrir þer', segir hann, 'ek heiti Olafr, (11.) ok em ek kynjaðr or Noregi, en Tryggvi het faðir minn'[1]. Þat er nu fra sagt, at þeir Otta keisari ok Olafr sottu eptir þeim Haraldi konungi ok Hakoni jarli. Ok allir þeir saman attu 3 bardaga a meginlandi, ok varð þar mikit mannfall, ok flyðu þeir undan loks þeir Haraldr konungr ok Hakon jarl. En þeir keisari ok Olafr sottu eptir um landit, ok hvar sem þeir foru, þa var þat boðit þeim mönnum öllum, er þeir fingu höndum tekit, at annathvart skildi hverr, at þar mundi þegar vera drepinn eða ella skyldi taka tru ok skirn, ok kuru margir þat, er betr gegndi, at taka tru ok skirn. En þeir menn, er eigi vildu undir ganga, þa letu bukarlar eigi mjök rjuka a þeim 12 manoðum enum næstum, þviat þeir keisari brendu byggðina ok þorpin ok eyddu sva fyrir þeim öllum, er eigi vildu truna taka, en drepa þa

---

ut ventus inspiraret. Praeterea etiam ignem iniecerunt lignis, quae apportaverant ad vallum. Tunc vero fortuito siccitas erat, ut auster acer flaret et aridum aer et flaret adversus vallum; nunc capiunt dolia et traiciunt ea trans fossam, et dein ventus inspiravit in foramina doliorum et pressit ea ad vallum et subter vallum. Et hoc fuit vespere, cum haec opera confecta erant. Nunc ita narratur, cum nox ingrueret, ignem coepisse comburere dolia aquaria et ligna et proxime exarduisse in castella et proxime ad vallum, et dein aliud ex alio comburitur, nam vallum maximam partem lignis exstructum erat. Ita finitum est, ut ea nocte conflagraret totum vallum Danorum cum castellis, nec conspecta sunt postea ulla [eius] signa nec vestigia, et id effecerunt dolia aquaria, quae ignem attulerunt ad vallum. Sed cum illucesceret, ortus est magnus imber, ut talem vix meminissent pluviam e caelo venisse, et exstinxit ignem penitus, ut homines possent statim penetrare bustum id magnum, et nisi hoc extinctum esset pluvia, non sperabatur id brevi temporis spatio transiri posse. Et nunc cum Haraldus rex et Haco princeps viderent haec omnia, timor aliquantus in mentes eorum incidit, et deinde confugiunt in naves suas. Sed cum imperator et eius copiae transirent per pontes, quos fecerant in fossa, nam inde ignis refugerat, cum vallum conflagraret, et nunc transgrediuntur loca combusta, et iam ignis omnino refrixerat et exstinctus erat; et iam ieiunaverant [christiani] quatuor diebus, ut omnipotens Deus eos adiuvaret, et quinto die progressi sunt a vallo ad illum locum, quo rex Danorum et Haco princeps antea fuerant. Et cum eo venissent, ibi non defuerunt pecora, et nacti sunt optimum victum, nam eo abacta erant pecora, ut defenderentur ab exercitu imperatoris, et iam habent affatim victus neque parcunt pecoribus Danorum, et adsunt bonae oves mactandae. Nunc laudant Deum pro hac victoria praeclara, et videbatur imperatori Olonis consilium bonum fuisse, et nunc interrogavit, unde prognatus Olo esset vel e qua terra esset? Olo dixit: 'Non diutius me tibi occultabo', inquit, 'nominatus sum Olavus et natus sum ex Norvegia, pater autem meus Tryggo nominatus erat'. Iam dicuntur Otto imperator et Olavus insecuti esse Haraldum regem et Haconem principem. Et omnes hi habuerunt tres pugnas in terra continenti, et ibi facta est magna strages, et aufugerunt postremo Haraldus rex et Haco princeps. Sed imperator et Olavus insecuti sunt per terram, et ubicunque profecti sunt, praeceptum est omnibus hominibus, quos potuerunt manibus capere, ut quisque sentiret, ut aut ibi statim occiderentur aut alia condicione acciperent fidem [christianam] et baptisma, et elegerunt multi id, quod melius succedebat, ut acciperent fidem et baptisma. Sed ii homines, qui noluerunt se summittere, coloni rustici non fumum emiserunt duodecim mensibus proximis, nam imperator et sui combusserunt loca habitata et vicos et ita vastarunt [bona] omnium eorum, qui noluerunt fidem accipere, interfecerunt

1) Olavum Tryggvason in exercitu Ottonis II. bellum Danis inferentis fuisse dicit etiam Snorro, Ol. Tryggv. c. 26. (infra p. 335) et idem Halfredus poeta innuere creditus est ibid. c. 29. Sed Olavum se falso nomine Olonis occultasse multo post hoc bellum narrat Snorro alia occasione ibid. c. 32. H.-E.

jafnan sjalfa. Otta keisari ok Olafr Tryggvason vinna nu mikinn sigr ok fagran a þessum
12 manoðum, þviat nu heldr ekki við þeim, en þeir flyja undan avallt Haraldr konungr ok
Hakon jarl, ok þykkjaz nu finna þat ok sja, at minni ok minni er avallt þeira afli, sva sem
meiri hlutr ok meiri er kristnaðr i landinu. Ok nu hafa þeir Haraldr konungr ok Hakon
5 jarl stefnu ok raðagerð með ser, hvat til skyldi taka, ok þykkir nu taka at þrøngva at ser
mjök, hafa flyit i braut fra eignum sinum ok skipum ok fjarhlutum; þeir megu nu sja þat,
at þeir fa eigi nat skipunum, þviat þeir keisarinn hafa þar yfirsokn, ok syniz nu raðligast at
sva vöxnu mali sem var at senda menn a fund Ottu keisara ok Olafs Tryggvasonar. Nu eru
menn sendir a fund keisara ok bera upp ørendi Danakonungs ok Hakonar jarls. Keisari tekr
10 þvi vel ok lætr þeim kost griða, ef þeir vilja tru taka, ok sendir þeim þau orð i moti, at þeir
skyldu þing eiga allir saman, ok fara þeir nu aptr sendimenn Haralds konungs ok Ha-
konar jarls ok segja þeim sva buit. Eptir þat koma þeir nu allir a þing, ok hefir þat fjöl-
menzt þing verit i Danakonungs veldi a þeira dögum. Þa gengr a þingit byskup sa, er
var með keisara, er Poppa er nefndr[1], ok telr þar tru fyrir þeim a þinginu vel ok orðfær-
15 liga ok talar hann langt ørendi ok snjallt. Haraldr konungr hefir orð fyrir þeim Hakoni
ok svarar, þa er hann hafði heyrða töluna: 'Ekki er til þess at ætla', segir hann, 'at ek
muna skipaz við orð ein saman, nema þat fylgi, at ek sja jartegnir nøkkurar, at þessum sið
fylgi meiri mattr, er þer boðið, en þeiri tru, er ver höfum aðr'. En þetta var þo rað Ha-
konar jarls, þott konungr bæri upp, þviat hann vildi hotvetna annars heldr en ganga undir
20 truna. Byskup svarar þessu mali a þessa leið: 'Eigi skal þat at skorta', segir hann, 'at
reyna skal krapt þessar truarinnar. Nu skal taka jarn gloanda, en ek mun aðr syngja
messu ok fœra forn almatkum guði, en siðan mun ek ganga yfir gloanda jarn i trausti
heilagrar þrenningar 9 fet, ok ef guð hlifir mer við bruna, sva at minn likami se alheill ok
obrunninn, þa skulu þer allir jataz undir retta tru'. Ok nu jata þeir þvi Haraldr konungr
25 ok Hakon jarl ok allir þeira menn, ef hann gingi yfir jarn gloanda, sva at hann brynni
eigi, at þa mundi þeir verða við trunni at taka. Nu ferr þetta fram, at byskup syngr messu
ok eptir messuna þa gengr hann til þessar raunar, treystr þa með holdi ok bloði almatt-
igs guðs, ok var i öllum byskopsskruða, þa er hann trað jarnin. En guð hlifði honum
sva, at hvergi var brunaflekkr a hans likama, ok hvergi var a runnit a klæði hans. En er
30 Danakonungr ser þessi stortiðendi, þa tekr hann þegar tru ok skirn ok allir hans menn,
ok þykkir konunginum mikils um vert þessa jartegn, ok nu er skirðr allr Dana herr i þessi
rennu. Hakon jarl er alltrauðr undir truna at ganga, ok þykkir vera harðr a annat borð,
ræðr þo þat af loksins, at hann er skirðr, ok beiðir ser siðan fararleyfis ok vill hvata heim.

---

autem semper eos ipsos. Otto imperator et Olavus Tryggonis filius potiuntur iam magna victoria et praeclara his duodecim
35 *mensibus, nam nunc nihil iis obstitit, sed fugiunt semper Haraldus rex et Haco princeps, et sibi videntur sentire et videre*
magis ac magis minui eorum robur, prout maior pars et maior christianizatur in terra. Et nunc Haraldus rex et Haco
princeps habent colloquium et consilium inter se, quid facerent, et videbantur sibi magnis angustiis premi, cum aufugissent
a possessionibus suis et navibus et bonis; poterant iam videre se naves non nancisci posse, quia imperatoris homines ea
loca [quibus naves erant] occupaverant. Et videtur optimum esse, re ita gesta, mittere legatos ad conventum cum Ottone
40 *imperatore et Olavo Tryggonis filio. Nunc mittuntur homines ad imperatorem et ii proferunt verba Danorum regis et*
Haconis principis. Imperator accipit id bene et dat iis condicionem incolumitatis, si voluerint fidem accipere, et mittit iis
ea verba rursus, ut haberent conventum omnes; et redeunt iam legati Haraldi regis et Haconis principis et narrant iis
statum rerum. Postea veniunt iam omnes ad conventum, et fuit is celeberrimus conventus in Danorum regis dominio eorum
diebus. Tum in conventu prodit episcopus, qui erat apud imperatorem, qui Poppo nominatus est, et hortatur ibi fidem eos
45 *accipere in conventu bene et eloquenter et habet longum sermonem et eloquentem. Haraldus rex suo et Haconis nomine*
verba facit et respondet, cum audivisset sermonem: 'Non est putandum', inquit, 'me mutatum iri verbis solis, nisi sequatur,
ut videam miracula aliqua, [quibus probetur] huic religioni maiorem vim inesse, quam praedicatis, quam ei, quam habemus
antiquitus'. Haec vero fuit sententia Haconis principis, quamvis rex eam proponeret, nam ille malebat quidvis potius quam
fidem [christianam] suscipere. Episcopus his verbis ita respondit: 'Non hoc aberit', inquit, 'nam debemus experiri vim
50 *istius fidei. Iam capiendum est ferrum candens, sed ego antea missam canam et offeram hostiam omnipotenti Deo, sed*
postea transgrediar candens ferrum fiducia sanctae trinitatis novem passus, et si Deus me defenderit adversus ustionem,
ita ut corpus meum sit integrum et inustum, omnes vos debetis accipere veram fidem'. Nunc annuunt hoc Haraldus rex et
Haco princeps et omnes eorum homines, si transgressus esset ferrum candens, ut non ustus esset, ut cogerentur fidem acci-
pere. Iam hoc fit, ut episcopus canat missam, et post missam prodit ad hoc periculum, corroboratus tum carne et sanguine
55 *omnipotentis Dei, et fuit indutus omni episcopali ornatu, cum transgrederetur ferra. Sed Deus eum servavit ita, ut neque*
esset ustionis macula in eius corpore, et nusquam ustae sunt vestes eius. Sed cum Danorum rex vidisset has res magnas,
accipit statim fidem et baptisma et omnes eius homines, et videtur regi magnum esse hoc miraculum; et nunc est baptizatus
totus Danorum exercitus hac vice. Haco princeps magnopere gravatus est fidem accipere, et videbatur ei esse dura con-
dicio altera ex parte, statuit tamen postremo, ut baptizaretur, et petit sibi deinde veniam domum revertendi et vult festinare

60 1) Cf. de sequente narratione quae ad Snorronis Ol. Tryggv. c. 27. adnotavi, ubi eadem traduntur. H.-E.

En þvi mali kømr sva, at Hakon verðr þvi at heita keisara, at hann skyldi kristnat fa Noreg, ef hann mætti, eða flyja fra riki sinu ella. Ok eptir þat ferr Hakon i braut ok þangat, sem skip hans voru, ok ferr siðan, þar til er hann kømr heim i Noreg. Nu tekz siðan vinfengi mikit með þeim Haraldi konungi ok Ottu keisara, ok fara nu baðir til einnar veizlu, þeirar er konungr veitir. Olafr ferr ok þangat með þeim, ok aðr en þeir skiljaz, 5 Otta keisari ok Haraldr konungr, þa heitr Danakonungr þvi, at allir hans menn skyldu tru taka, þeir er hann mætti orðum við koma, ok þat endi hann. En Otta keisari ferr heim til Saxlands til rikis sins ok bauð Olafi með ser at fara, en Olafr lez fuss at fara i Austrveg, ok sva gerði hann; ok skilðuz þeir þar Otta keisari ok Olafr i Danmörku ok voruz goðir vinir jafnan siðan. . . . 10

(12.) . . . Ok er þetta er tiðenda[1], þa spyrja þeir jarlarnir Urguþrjotr ok Brimiskjarr[2], er fyrr var getit i þessu mali, til fara Hakonar jarls ok sva hvat hann hafðiz at, ok þykkir hann fara litt friðsamliga, ok vilja þeir eigi biða hans þaðan ok flyja þeir nu or landi með öll skip sin, ok voru öll hlaðin af mönnum, ok vildu þeir gjarna eigi finna Hakon jarl. . . .[3].

---

domum. Sed ea res eo venit, ut Haco cogeretur polliceri imperatori se curaturum esse, ut Norvegia christiana fieret, si 15 *potuisset, alioquin aufugere e regno suo. Et post hoc Haco abit et eo, ubi naves eius erant, et deinde proficiscitur usquedum domum venit in Norvegiam. Iam oritur deinde amicitia magna inter Haraldum regem et Ottonem imperatorem, et proficiscuntur iam ambo ad convivium, quod rex dedit. Olavus etiam eo proficiscitur cum iis, et priusquam discedunt Otto imperator et Haraldus rex, promittit Danorum rex id, ut omnes eius homines fidem acciperent, quibuscum verba potuisset conserere, et promisso stetit. Sed Otto imperator proficiscitur domum in Saxoniam in regnum suum et rogavit Ola-* 20 *vum, ut cum ipso iret, sed Olavus dixit se in orientales terras proficisci malle, et ita fecit; et discedunt inter se Otto imperator et Olavus in Dania et fuerunt semper abhinc boni amici.*

. . . Et cum haec agerentur, cognoscunt principes Urguthriotus et Brimiscarus, quorum supra mentio facta est in hac narratione, iter Haconis itemque quae sibi proposuisset, et videbatur eis minime pacifice acturus esse, neque eum ibi opperiri volunt et aufugiunt iam e terra cum omnibus navibus suis, quae omnes hominibus onustae erant, et minime cum 25 *Hacone principe congredi volebant.*

1) Haconem scilicet, remissis omnibus sacerdotibus, quos imperator ei dederat, in patriam reversum esse. 2) Quos imperator in Norvegiam miserat, ut incolas ad fidem christianam suscipiendam commoverent, ut supra p. 324. dictum est. 3) Quibus digressis, Haco eos qui in Norvegia meridionali fidem christianam susceperant fidem deserere aut aufugere coegit, ut narratur iis quae sequuntur. 30

EX SNORRONIS HISTORIA REGUM NORWEGIENSIUM DICTA HEIMSKRINGLA.

Snorro Sturlae filius (Snorri Sturluson) natus est a. 1178, *parentibus nobili loco natis. Trimus in domum Ioannis Lopti filii (Joan Loptsson), ut ibi educaretur, venit et usque ad mortem Ioannis* (1197) *ibi mansit, studio vario certe occupatus, cuius rei materiem domicilium ei tribuisse credendum est. Hic enim ille vir doctissimus, Saemundus Sigfusson, litterarum et externarum et patriarum peritissimus* (┼ 1133) *habitarat; cuius bibliotheca adolescens studiorum cupidus uti potuit et procul dubio usus est. His igitur annis fundamentum doctrinae suae iecit. Post mortem nutricii adhuc biennium Oddi — nam id fuit nomen villae — vixit, quo peracto Herdisam, filiam Bersii divitis, uxorem duxit; Bersio mortuo* (1201) *divitiae eius Snorroni cesserunt, unde mox auctoritatem summam et opulentiam nactus est. A.* 1214—18 *munus legidici* (lögsögumannsembætti) *vel legiferi gessit, id quod in republica Islandiae summum fuit. Deinde biennium* 1218—20. *in Norvegia morabatur. Hoc tempore celeberrima loca Norvegiae, ubi pugnae et aliae res memorabiles factae erant, visitasse videtur; in quo regno amice habitus est ab Hacone rege* (1217—63) *et Sculone duce* (┼ 1240). *In patriam redux biennio post, a.* 1222, *iterum legifer creatus est, quod munus usque ad a.* 1231. *gessit. Anni, qui secuti sunt, fuerunt turbulenti et factionum diversi generis pleni. Rex Norvegiae iam dudum animo habuerat Islandiam sibi subigere; et dicunt Snorronem ei spopondisse se rem esse effecturum, quod numquam conatus est. Id ei iram tantam regis contraxit, ut, cum Snorro iterum biennio in Norvegia* (1237—9) *peracto in patriam rege invito revertisset, rex Gissuro Thorvaldi filio mandavit, ut Snorronem aut ad se in Norvegiam vi adduceret aut interficeret. Occasione data Gissurus Snorronem noctu* 22/3. *Septembris a.* 1241. *oppressum vita privavit. Sine dubio fuit Snorro sui temporis vir vel praestantissimus, animo satis moderato, honorum fortasse nimis cupidus; patriam sincere amavit et omnia eius antiqua litterarum monumenta. Antiquitatum Norvegiae et patriae historicarum et mythologicarum studiosissimus eas melius cognoverat quam quisquam alius contemporaneus. Carmina antiqua, vulgo Eddica dicta, collecta ad manus habuit; ex iis et aliis fabulis ore traditis opus suum celeberrimum mythologicum et poeticum, cui soli nomen Eddae iure tribuendum est, contexuit, quod ante a.* 1218 *absolvit. Iisdem fere annis sine dubio materiem historicam eodem modo collegit, ut antiqua carmina skaldica, i. e. carmina poetarum, qui reges et principes historico ritu celebrarant, scripta*

historica excerperet et tractaret, narrationes ex ore vivorum colligeret. Decennio fere 1220—30, *opus suum historicum, quod vulgo* ***Heimskringla*** *(i. e. orbis terrarum, secundum initium unius codicis) vocatur, in ordinem redegit et absolvit. Fontes suos, de quibus iam generatim egi, ipse in prologo operis indicat, ubi ita disserit:*

In libro hocce scribi ego curavi, quae ab antiquis memoriae sunt tradita de principibus viris, qui regnis praefuere in borealibus terris, quique Danica locuti sunt lingua, prout narrantes audivi viros rerum scientissimos, necnon quasdam eorundem [principum] genealogias, quotquot mihi innotuerunt: partim prout [hae res] inveniuntur in Serie genealogica [Langfeðgatal], ubi genus suum recensuerunt reges aut alii summo loco nati principes viri; partim vero sunt haustae ex vetustis carminibus sive cantilenis historicis, quas ad oblectandos animos olim cecinere maiores. Esto autem harum rerum nobis non constare veritatem, nos tamen non latent exempla, unde constat rerum scientissimos, prisci aevi homines, eas pro veris habuisse. Thiodolfus, dictus 'frode' *[polyhistor, multiscius]*, ortus ex Hvin, erat poeta Haraldi Pulchricomi. Ille de Rögnvaldo rege, dicto 'heiðumhærri', etiam carmen composuit, cui nomen Ynglingatal. . . . Isto in carmine recensiti sunt triginta eius maiores, addita mentione mortis singulorum locique, quo sepulti recumbant. . . . Maiores Haconis jarli, dicti 'riki' *[potentis; † 995]* etiam recensuit Eyvindus Skaldaspillir in carmine Haleygjatal vocato, quod de Hacone composuit. . . . Ad Thiodolfi traditionem primum scripta est Ynglingorum historia eaque aucta ex relationibus multa scientium virorum. . . . Caeterum, Haraldo Pulchricomo imperante in Norvegia, habitari coepta est Islandia. In Haraldi comitatu erant poetae, quorum carmina etiamnum sciunt homines necnon regum omnium carmina, qui post eum fuere in Norvegia. Nos vero id potissimum sumpsimus nostrae narrationis exemplar, quod in iis dictum est carminibus, quae coram ipsis principibus aut eorum filiis cecinere poetae; omnia haec vera ducimus, quae in istis reperiuntur carminibus de expeditionibus eorum rebusque in bello gestis. . . . . . . Arius sacerdos, dictus 'froði', Thorgilsi filius . . scripsit primus omnium hac in regione sermone tam prisci quam recentioris aevi monumenta. . . . Ad quam rem *[quae scripsit de Islandicis]* etiam multa alia attulit documenta, tam regum Norvegiae historiam quam Daniae atque Angliae, praeter res maioris momenti hac in terra gestas. . . . Scripsit ille, ut ipse testatur, historiam regum Norvegiae ex ore Oddonis, qui filius erat Kolli, Halli de Sida nepos, sua vera Oddo accepit tradita a Thorgeiro Afradskoll, viro rerum perquam sciente, eiusque aetatis, ut in villa Nidarnes habitaret, quando caesus est Haco princeps, dictus potens[1].

Sequuntur quaedam de nutricio Arii, Hallo Haukadalensi, a quo Arius multa memorabilia acceperit, itemque de Teito Islevi filio et Thurida Snorronis filia, quae Arium etiam instruxerint et cognitione auxerint.

Praeterea Snorro fontibus usus est, quos diserte non nominat, quia fortasse omnia ad Arium et caeteros auctores suos retulit, videlicet scriptis libris historicis partim anonymis. Secundum doctissimi viri G. Stormii librum, qui 'Snorre Sturlassöns Historieskrivning' inscribitur, in quo etiam ostendit ac probavit Heimskringlam esse ***unum*** *opus et* ***unius*** *auctoris, et id quidem Snorronis, sunt auctores et fontes Snorronis:*

*Arius, quem ipse nominat, Thorgilsi filius (*1067—1148*); is scripsit 'Libellum Islandorum' maiorem, qui periit, et minorem adhuc servatum. In illo quaedam de Norvegiae regibus et rebus una cum genealogiis relata erant, quae nunc non habentur, nisi eadem in posterioribus scriptis inveniantur.*

Ericus Oddonis filius, qui medio fere seculo XII. vixit et de tempore ab a. 1130. *usque ad a.* 1139. *scripsit. Opus eius periit, sed eo auctor Morkinskinnae et Snorro usi sunt in vitis Haraldi Gilchristi* (1130—6), *Ingonis et Sigurdi, Haraldi filiorum.*

1) V. prologum ed. Havniensis 1, p. 1—4.

Theodoricus monachus, qui Islandicorum relationes et carmina vetusta pro fontibus adhibuit, ut ipse narrat, scripserat c. a. 1178. *Historiam suam 'de antiquitate regum Norwagiensium'*[1], *qua auctor libelli vulgo dicti* Agrip af Noregskonunga sögum *(Epitome historiae regum Norvegiae), c.* 1190. *scripti,* 5 *usus esse videtur, et hic liber inter fontes Snorronis numerandus est, qui reges Norvegiae a saec. nono usque ad a.* 1177. *tractavit.*

Alterum opus Norvegicum incerto auctore est Historia Norvegiae, quae secundum Storm prius scripta est quam Agrip, cuius auctor illo usus est. Initium libri adhuc exstat usque ad reditum Olavi sancti in Norvegiam a. 1015.

10 *Morkinskinna vocatur liber c. a.* 1217. *scriptus incerto auctore, qui libro Erici usus est aliisque scriptis, ut Agrip; narraverat quidem res ab a.* 1035. *(Magno rege Bono) usque ad a.* 1177. *gestas, sed libellus multis locis mutilus iam in a.* 1157. *deficit.*

Miraculorum Olavi sancti collectiones vetustas Snorro adhibuit iisque, ut 15 *ei visum est, usus est necnon Oddonis Snorronis filii, monachi Thingeyrensis* (✝ 1200), *vita Olavi Tryggonis filii.*

Libri, qui vulgo nominatur Historia brevior sive legendaria de Olavo sancto, Storm probare conatus est auctorem esse Styrmerem Kari filium (✝ 1245), *qui librum de Olavo, plenum miraculorum et superstitionis et sine ordine com-* 20 *pilatum, c.* 1210. *scripserit.*

Liber, qui vocatur Fagrskinna, scriptus c. a. 1220, *historiam Norvegiae ab Haraldo Pulchricomo eiusque patre usque ad* 1177. *tractat.*

Praeterea Snorronem aliis libris, ut nonnullis historiis de Islandicis, usum esse vult Storm, sed nimis dubia haec res mihi videtur. Etiam puto Snor- 25 *ronem libellis prorsus deperditis usum esse, qui fortasse etiam ab auctoribus nonnullorum operum iam nominatorum, ut Morkinskinnae et Fagrskinnae, adhibiti sunt.*

Quod ad relationes Snorronis de rebus in Dania gestis attinet, fontibus usus est Skjöldungasaga, i. e. historia regum Daniae mythicorum, a Skioldo 30 *denominatorum, Jomsvikingasaga, de qua vide supra p.* 322, *Knutssaga, historia Knutonis sancti, ex qua quae ad nos pertinerent non exscripsit.*

Quomodo Snorro fontes suos tractaverit iisque usus sit, manifestum est. Inter se eos diligentissime comparavit, omnia minus verisimilia abiecit, ubique quae rationi et naturae rerum consentanea essent quaerens. Hac in re eum 35 *adiuvit ingenium acre et studium diligentissimum. Chronologiam multifariam correxit, ut qui melius quam caeteri omnem temporis rationem perspiceret, quia ampliore doctrina et intellegentia instructus rerum et annorum systema perscrutatus erat. Locorum in Norvegia memorabilium notitiam amplam ibi moratus sibi peperit, ut clariorem descriptionem pugnarum aliarumque rerum* 40 *dare posset. Postremo monendum est, Snorronem ubique causas rerum et connexum inter se quaerere et actionum humanarum habitum, quales fuerint et cur exstiterint. Haec omnia efficiunt, ut opus Snorronis egregium maximi aestimandum sit. Quae quamvis ita sint, non semper Snorro efficere potuit, ut verum inveniret, ubi omnibus fontibus destitutus erat.*

45 *Editiones operis Snorronis sunt hae:*

'Heimskringla eller Snorre Sturlusons Nordländske Konungasagor' ed. J. Peringskjöld, Stockholmiae 1697, *cum interpretatione Suecana et Latina;*

1) Ex qua excerpta edita vide supra p. 247 sqq.

'Heimskringla edr Noregs Konunga-sögor af Snorra Sturlusyni', *opera G. Schöningi, Sk. Thorlacii etc. t. I—III*, *Hauniae* 1777—83, *cum interpretatione Danica et Latina; 'Konungasögur af Snorra Sturlusyni' t. I—III*, *Holmiae* 1816—29; *'Heimskringla eller Norges Kongesagaer af Snorre Sturlassön, udgivne ved C. R. Unger'*, *Christianiae* 1868; *'Heimskringla eda Sögur Noregskonunga Snorra Sturlusonar' t. I—III*, *Upsalis* 1870—2.

Interpretationes praeter iam indicatas sunt: 'Norske Kongers Krönicke og Bedrift', *interpr. J. Mortensön, Havniae* 1594; *'Snorre Sturlesöns Norske Kongers Chronica, vdsat paa Danske aff H. P. Claussön' (Undalinus)*, *Havniae* 1633. *et* 1757; *'Norges Konge-Krönike af Snorre Sturlesön'*, *interpr. N. F. S. Grundtvig*, *Havniae* 1818—22. *et* 1865. *et* 1878; *'Snorre Sturlesons norske Kongers Sagaer'*, *interpr. I. Aall, Christianiae* 1838—39; *'Norske Konge-Sagaer'*, *interpr. P. A. Munch et O. Rygh, Christianiae* 1859—71; *'Heimskringla elder Norigs Kongesogur fraa den eldste Tii til Aare* 1177. *umsett av. S. Schjött'*, 2. *ed. Christianiae* 1887; *'Norlandz Chrönika och Beskriffning etc. Visingsburgi' (Sueciae)* 1670, *interpr. J. Rugman; 'Konungasagor af Snorre Sturleson'*, *Holmiae* 1816—29, *interpr. G. Richert; 'Konungaboken af Snorre Sturleson'*, *interpr. cum explicationibus H. O. Hildebrand, Örebro* 1869—71, *qui liber nunc iterum sub prelo est; 'Snorri Sturluson's Weltkreis, übersetzt von F. Wachter'. T. I. II. Leipzig* 1835. 36 *(partem tantum operis continet); 'Heimskringla, übersetzt von G. Mohnike'. T. I. Stralsund* 1837 *(priorem tantum partem operis continet); 'The Heimskringla, translated by S. Laing'*, *London* 1844.

Scripta Heimskringlam illustrantia sunt haecce: P. E. Müller, 'Undersøgelse om Kilderne til Snorros Heimskringla og disses Troværdighed' (de fontibus operis eorumque fide), *Havniae* 1823. *(In scriptis philosophicis et historicis Danicae societatis scientiarum, parte II, et separatim); Abr. Cronholm, De Snorronis Sturlonidis historia, Lundae* 1841 *(parvi momenti). Huc attinent praefationes P. A. Munchii ad excerpta Snorriana in 'Antiquités Russes' I. Havniae* 1850, *et ad editionem historiae Olavi sancti, Christianiae* 1853; *C. Maurer, 'Ueber Heimskringla und ihre Entstehung'*, *in 'Abhdl. d. kgl. bayr. Akad. d. Wiss. Phil.-hist. Cl.'*, *XI*, 2. *München* 1867; *G. Storm, 'Snorre Sturlassöns Historieskrivning'*, *Havniae* 1873; *Th. Möbius, 'Ueber die Heimskringla' in 'Zeitschrift f. deutsche Philologie' V.* 1874.

Praeterea nominanda sunt: G. Vigfusson, Prolegomena ad Sturlungasaga, Oxford 1878, *I*, § 14, *cf.* § 4; *G. Storm, 'Har Haandskrifter af Heimskringla angivet Snorre Sturlassön som Kongesagaens Forfatter?' in 'Arkiv for nordisk Filologi' I.*

Vita et scripta Snorronis illustrantur his libellis: Dissertatio historica de Snorrone Sturlae filio eiusque scriptis I—II. Lundae 1806; *F. Magnussen, 'Udsigt over Snorre Sturlesöns Liv og Levnet'*, *in 'Det skandinaviske Litteraturselskabs Skrifter' t. XIX; J. E. Boesen, 'Snorre Sturlesön'*, *in 'Kulturhistoriske Personligheder'*, 2. *serie.*

Vita et scripta etiam tractantur in diversis historiis litterarum septentrionalibus, ut a R. Keyser, 'Nordmændenes Videnskabelighed og Litteratur i Middelalderen', *Christianiae* 1866; *N. M. Petersen, 'Den oldnordiske Literaturs Historie'*, *in: 'Annaler for nordisk Oldkyndighed og Historie'* 1861, *Havniae* 1865; *C. A. Rosenberg, 'Nordboernes Aandsliv' I, Havniae* 1877 *sqq.; huc accedit: F. Jónsson, 'Snorri Sturluson' in Snorra Edda, ed. Arna-Magn. t. III. p.* 652—72 *(ubi de carminibus eius in specie agitur, sed etiam de vita)*

Snorronis opus his libris manuscriptis adservatum est:

A) Collectionis Arna-Magnaeanae nr. 35. 36. 63. *fol., quae sunt apographa chartacea codicis membranacei dicti Kringla, a.* 1728. *incendio consumpti, qui circa a.* 1260. *scriptus maximi habendus fuit, unde eum potissimum in his excerptis edendis secuti sumus.*

B) Eiusdem collectionis nr. 37. 38. *fol. apographa chartacea sunt codicis membranacei vulgo Jöfraskinna nominati, aeque a.* 1728. *combusti, qui non integrum opus continebat. Quae huic deerant in nr.* 38. *ex Kringla suppleta sunt.*

C) Eiusdem collectionis nr. 42. *fol. exemplar chartaceum est codicis membranacei, qui periit, vocati Gullinskinna, qui non integrum librum continet.*

D) Eiusdem collectionis nr. 45. *fol. codex mbr. saec. XIII. scriptus dictus Frisianus, ex opere Snorronis et Morkinskinna congestus est. Historia Olavi sancti omissa continet praeterea Vitam Haconis Grandaevi regis (*1217—1263*).*

E) Eiusdem collectionis nr. 47. *fol. est liber vulgo vocatus Eirspennill, c. a.* 1280. *scriptus, qui priore parte omissa in extrema parte historiae Olavi sancti demum incipit. Insunt praeterea Vitae Suerreri et Haconis Grandaevi regum.*

Praeter hos libros quaedam fragmenta exstant, quae ad haec excerpta edenda non pertinent. *F. J.*

P. A. Munch et C. R. Unger, editores Historiae Olavi Sancti copiosioris ('Saga Olafs konungs ens helga', Christiania 1853*)*[1], *hoc opus a Snorrone compositum esse optimo iure censuerunt. Quod plerumque cum historia Olavi Sancti Heimskringlae ad verbum congruit, paucis additis vel omissis. In priore parte libri huius praefatione ornati quaedam capita ex historia Olavi Tryggonis filii Heimskringlae et nonnulla alia addita sunt, in extrema parte nonnulla capita historiae Magni Boni ex Heimskringla sumpta et quaedam alia, praesertim de miraculis Olavi adiecta. Plerique loci huius libri qui ad nostram spectant historiam cum ad verbum cum Heimskringla conveniant, duos tantum loco appendicis infra exhibebimus.* *O. H.-E.*

Saga Hakonar goða.

. . . .

8. . . . Siðan for Hakon[2] konungr austr fyri Skaneyjarsiðu ok herjaði alt, tok gjöld ok skatta af landinu ok drap alla vikinga, hvar sem hann fann, bæði Dani ok Vinðr[3]. . . . . .

Saga af Olafi konungi Tryggvasyni.

. . . .

22. Olafr[4] la við Borgundarholm, ok fengu þar veðr hvast ok storm sjavar ok megu

---

Historia Haconis Boni.

8. . . . Deinde Haco rex profectus est ad orientem versus ultra latus Scaniae et vastavit omnia; accepit vectigalia et stipendia e terra et interfecit omnes piratas, ubicumque eos invenit, utrosque Danos et Slavos. . . . . .

Historia Olavi regis Tryggonis filii.

22. Olavus [in ancoris] stetit apud Bornholm; et nacti sunt ibi tempestatem saevam procellamque maris neque eo

1) Quae edita est ex codice Holmiano membr. Island. nr. 4 in 4°, saec. XIII. 2) Cognomine Bonus rex Norwegiae, qui regnavit c. a. 936—951. 3) Eadem leguntur in Historia Olavi filii Tryggonis c. 18. ('Fornmannasögur' I, p. 28); (in cod. Flateyensi c. 17); Fagrskinna c. 30. 4) Quae sequuntur de Olavo Tryggonis filio immutata et ampliata aliisque fabulis aucta leguntur in Historia Olavi c. 58. 59 (cf. c. 70. 73. 75; 'Fornmannasögur' I, p. 98 sqq.); in cod. Flat. c. 65—67. 85. 89; in Vita Olavi auct. Oddone

þeir þar eigi við festaz, ok sigla þaðan suðr undir Vinðland ok fa þar höfn goða. Fara þar alt með friði ok dvölðuz þar um hrið. Burizlafr het konungr i Vinðlandi, hans dœtr voru þær Geira[1], Gunnhildr ok Astriðr. Geira konungsdottir hafði þar vald ok riki, sem þeir Olafr komu at landi. Dixin er sa maðr nefndr, er mest forrað hafði með Geiru drotningu. En er þau höfðu spurt, at þar voru við land komnir ukunnir menn, þeir er tiguliga letu yfir ser, ok þeir foru þar með friði, þa for Dixin a fund þeira með orðsending drotningar Geiru, þa at hon vill bjoða þeim mönnum til vetrvistar, er þar voru komnir, þviat þa var mjök liðit a sumarit, en veðratta hörð ok stormar miklir. En er Dixin kom þar, þa varð hann bratt þess varr, at þar reð fyri agætr maðr bæði at ætt ok asynum. Dixin segir þeim, at drotning bauð þeim til sin með vinattu boði. Olafr þektiz þat boð ok for um vetrinn til Geiru drotningar, ok syndiz hvart þeira öðru afar vel, sva at Olafr hefir uppi orð sin ok biðr Geiru drotningar; ok verðr þat at raði gert, at Olafr fær Geiru drotningar þann vetr. Görðiz hann þar þa forraðamaðr þess rikis með henni[2]. Hallfrøþr[3] vandræðaskald getr þess i drapu þeiri, er hann orti um Olaf konung:

Hilmir let at Holmi
hræskoð roðin bloði —
hvat um dylði þess hölðar —
hörð ok austr i Görðom.

. . . .

24. Otta[4] keisari var þa i Saxlandi; hann sendi boð Haraldi konungi, at hann skyldi taka skirn ok tru retta ok þat landzfolk, er hann styrði. En at öðrum kosti segir keisari, at hann mundi fara með her a hendr honum. Þa let Dana konungr bua landvarnir sinar, let þa vel upp halda Dana[a] virki ok bua herskip sin. Þa sendi konungr boð i Noreg Hakoni jarli, at hann skyldi koma til hans snimma um varit með allan her þann, sem hann fengi; bauð Hakon jarl her ut um varit af öllu riki sinu ok varð hann allfjölmeðr ok helt hann

---

in loco subsistere potuerunt; et navigant inde meridiem versus in Slaviam et ibi portum bonum capiunt. Ubique pacem observarunt, et ibi aliquantum tempus manserunt. Burizlavus rex Slaviae nominatus erat. Eius filiae fuerunt Geira, Gunhilda et Astrida. Geira, règis filia, eo in loco potestatem imperiumque habuit, ubi Olavus cum suis adpulerat terram. Dixin nominatus est ille homo, qui summam auctoritatem habebat apud Geiram reginam. Sed cum audivissent ignotos homines in terram venisse, qui se lautissume gererent pacemque agerent, Dixin ad eos profectus est cum mandatis Geirae reginae, ut illis hominibus mansionem ibi per hiemem offerret, qui eo venissent; maxima enim pars aestatis tum peracta erat, tempestas autem acerba et procellae magnae fuerunt. Cum autem Dixin eo venisset, mox certior factus est iis praeesse virum egregium et genere et specie. Dixin iis dixit reginam eos ad se invitare cum oblatione amicitiae. Olavus invitationem accepit et hieme ad Geiram reginam profectus est; et altera alteri optime placuit, ut Olavus inciperet verba sua et Geiram reginam expeteret; et hoc consilio constitutum est, ut Olavus acciperet Geiram reginam [uxorem] ea hieme. Itaque factus est administrator regni una cum ea. Halfredus difficilis-poeta huius rei mentionem facit in carmine quod de Olavo rege composuit:

'Rex ad Bornholm noxas cadaverum [enses] duras sanguine rubefecit — cur viri id celarent? — et in oriente in Gardia [Russia]'.

24. Otto [II.] imperator erat tunc in Saxonia; is misit mandatum Haraldo regi [Danorum, Gormonis filio, cognomine Blaatand], ut ipse susciperet baptisma et fidem rectam et populus, quem regeret. Alioquin autem dixit imperator se cum exercitu profecturum esse contra eum. Tum Danorum rex exstruendas curavit munitiones suas, curavit bene reficiendum Danorum vallum ac parandas naves bellicas suas. Tum misit rex mandatum in Norvegiam Haconi principi, ut ad ipsum veniret quam primum [inito] vere cum toto exercitu, quem colligere posset. Haco princeps evocavit exercitum vere [ineunte] ex toto regno suo et habuit permagnam multitudinem militum et duxit has copias in Daniam et profectus est ad

a) Dana *ex cod. Fris. et AM. 37. add.*

monacho c. 7—9. Libellus, qui vocatur 'Agrip af Noregs konunga sögum' (ed. 1880) breviter narrat (c. 15. 16) copias eum collegisse e Gothis, Danis et Slavis, quod sane falsum est, res bellicas gessisse in Slavia et Flandria, multis aliis in terris, eumque saepe hiemasse in arce Jomensium, quod aeque perperam traditum est. 1) In Fagrskinna nominatur Geila. 2) Haec acciderunt fere a. 983—6. De his rebus omnibus, quae sane dubiae fidei sunt, vide P. A. Munch, 'Det norske Folks Historie' I, 2, p. 233–243. 3) Poeta eximius, Olavi regis fidelis amicus, qui complura carmina de rege composuit. 4) Snorronis relatio de bello Danico Ottonis a. 974. omnium Islandicorum optima est, et quamvis falsa et fabulosa contineat, velut de causa belli, de Burizlavo imperatoris socio, summa tamen narrationis a vero non multum recedit ac libera est fabulis aliorum. Magnopere erraverunt Asmussen, 'Archiv f. Staats- u. Kirchengesch. d. Herzogth. Schleswig-Holstein' etc. I, p. 203. 208. 225, et hunc secuti Koepke, 'Jahrb. d. deutschen Reichs unter dem sächs. Hause' II, 2, p. 106, Grund in 'Forschungen' XI, p. 582. 585, qui hanc relationem ex fabulosissima illa Jomsvikingasagae pendere et ex ea excerptam esse dixerunt. Particulae relationis Snorronis leguntur in Historia Olavi Tryggonis filii c. 66—69. (infra) coniunctae cum alia narratione, quae cum Jomsvikingasaga omnino convenit. H.–E.

liði þvi til Danmerkr ok for til fundar við Danakonung. Tok konungr allsœmiliga við honum. Margir aðrir höfðingjar voru þa með Dana konungi, þeir er honum veittu lið. Hafði hann þa allmikit lið.

25. Olafr Tryggvason hafði verit um vetrinn i Vinðlandi, sem fyrr er ritit; hann for um vetrinn til þeira heraða þar a Vinðlandi, er legit höfðu undir Geiru drotningu ok höfðu þa undan horfit allri hlyðni ok skattgjöfum þannug. Þar herjar Olafr ok drap marga menn, brendi fyri sumum, tok fe mikit ok lagði undir sik þau riki; for siðan aptr til borgar sinnar[a]. . . . . . .

26. Otta keisari dro saman her mikinn; hann hafði lið af Saxlandi ok Fraklandi, Frislandi ok af Vinðlandi[1]; fylgði honum Burizlafr konungr með mikinn her, ok i liði var með honum Olafr Tryggvason[2], magr hans. Keisari hafði riddaraher mikinn ok miklu meira fotgönguher; hann hafði ok af Holltsetalandi mikinn her. Haraldr Dana konungr sendi Hakon jarl með Norðmanna her, þann sem honum fylgði, suðr til Danavirkis at verja þar landit. Sva segir i Velleklo: *Hitt — — varða*[3]. Otta keisari kom með her sinn sunnan til Danavirkis, en Hakon jarl varði með sinu liði borgarveggina. Danavirki er sva hattat, at firðir 2 ganga i landit sinum megin landz hvarr, en milli fjarðarbotna höfðu Danir gert borgarvegg mikinn með grjoti ok torfi ok viðum ok grafit diki breitt ok djupt fyri utan, en kastalar fyri[b] borgarhliðum. Þa varð orrosta mikil, þess getr i Velleklu[4]: 974.

Varat i gögn þott gerði
garð rögnir styr harðan,
gengilikt at ganga
geirasar her þeira,
þa er með Frisa fylki
for gunn viðurr sunnan
kvaddi vigs ok Vinða
vags blakriði Frakka.

Hakon jarl setti fylkingar yfir öll borgarhlið, en hitt var þo meiri hlutr liðs, er hann let fara alt með borgarveggjunum ok verja þar, sem hellz var at sott. Fell þar mart af keisara liði, en þeir fengu eigi unnit at borginni. Snyr þa keisari i brot ok leitaði þar eigi lengr til. Sva segir i Velleklu:

---

convemendum cum Danorum rege. Rex suscepit eum honorificentissime. Multi alii principes erant tum cum Danorum rege, qui ei praebebant auxilium. Habebat iam [rex] permagnum exercitum.

25. *Olavus Tryggonis filius fuerat hieme in Slavia, ut antea scriptum est; hieme profectus est ad eos pagos Slaviae, qui subiecti fuerant Geirae reginae et detrectaverant eo tempore omne obsequium ac tributum. Hos vastavit Olavus et occidit multos homines, combussit nonnullos vicos, cepit pecuniam magnam et subiecit sibi has provincias; deinde rediit in oppidum suum.*

26. *Otto imperator contraxit exercitum magnum, habuit copias e Saxonia et Franconia, Frisia et e Slavia; secutus est eum Burizlavus rex cum magno exercitu, et in exercitu erat cum eo Olavus Tryggonis filius, gener eius. Imperator habebat equitum exercitum magnum et multo maiorem peditum exercitum; habuit etiam ex Holsatia magnum exercitum. Haraldus Danorum rex misit Haconem principem cum exercitu Nordmannorum, qui eum secutus erat, versus meridiem ad vallum Danicum ad terram illam defendendam. Ita dicitur in Vellecla: 'Accessit — — defendere'. Otto imperator venit cum exercitu suo a meridie ad vallum Danicum, sed Haco princeps defendit cum suis copiis munimenti valla. Danicum vallum ita situm est, ut sinus duo penetrent in terram, suo latere terrae uterque; sed inter sinus utriusque intima Dani vallum pergrande exstruxerant saxis et cespitibus et trabibus et foderant fossam latam et altam extra vallum, sed castella ante portas valli. Hic pugna magna facta est, cuius mentio fit in Vellecla: 'Haud facile fuit adversus eorum [Germanorum] exercitus prorumpere, quamquam bellator [Haco princeps] impetum fecit vehementem, cum bellator [Otto imperator] cum acie Frisonum, Slavorum, Francorum a meridie processit, ut bellum cieret'. Haco princeps disposuit acies ad omnes portas valli, sed tamen ea fuit maior pars copiarum, quam aggeres valli circumire iussit et eos defendere, ubicumque impetus vehementissimus factus esset. Ibi multi ceciderunt ex exercitu imperatoris, sed vallum superare nequiverunt. Imperator inde discessit neque impetus plures fecit. Ita dicitur in Vellecla:* 974.

a) *ex cod. Fris. add.* b) yfir *[supra] AM.* 37.

1) Haec sumpta sunt ex stropha Velleclae carminis, quae infra allata est. H.-E. 2) Olavum in exercitu Ottonis fuisse etiam stropha Halfredi c. 29. allata confirmari creditum est. H.-E. 3) Hi versus ex carmine Vellecla infra laudato sumpti nullius momenti sunt, cum nihil in eis dicatur nisi Haco rex navigio in Daniam advenisse. 4) Hoc carmen ab Einare Helgonis filio, Skalaglam (i. e. lancicrepax) dicto, sui temporis nobilissimo poeta, de Hacone compositum est circa a. 986.

974

Þrymr varð logs þar er lögðu
leikmiðjungar þriðja
arngreddir varð odda
andvigr saman randir.
Sundfaxa kom Söxum 5
sækiþrottr a flotta,
þar er sva at gramr með gumnum
garð yrþjoðum varði.

Eptir þessa orrostu for Hakon jarl aptr til skipa sinna ok ætlaði þa at sigla norðr aptr i Noreg, en honum gaf eigi byr; la hann þa ut i Limafirði. 10

27. Otta keisari snyr þa her sinum til Sles[a], dregr hann þar at ser skipa her, flytr þar liðit yfir fjörðinn a Jotland. En er þat spyrr Haraldr Danakonungr, þa ferr hann i moti með sinn her, ok verðr þar orrosta mikil, ok at lyktum fær keisari sigr, en Danakonungr flyði undan til Limafjarðar ok for ut i Marsey. Foru þa menn milli þeira konunga[b], ok var komit griðum a ok stefnulagi. Funduz þeir Otta keisari ok Danakonungr i Marsey. En þa 15 boðaði Poppo byskup heilaga tru fyri Haraldi konungi, ok hann bar gloanda jarn i hendi ser ok syndi Haraldi konungi hönd sina obrunna[1]. Siðan let Haraldr konungr skiraz með allan Danaher. Haraldr konungr hafði aðr orð send Hakoni jarli, þa er konungr sat i Marsey, at jarl skyldi koma til liðveizlu við hann; var jarl þa kominn til eyjarinnar, er konungr hafði skiraz latit; sendir þa konungr orð, at jarl skyldi koma til fundar við hann. 20 En er þeir hittaz, þa nauðgar konungr jarli til at lata skiraz; var þa Hakon jarl skirðr ok þeir menn allir, er þar fylgðu honum. Fekk þa konungr i hendr honum presta ok aðra lærða menn, ok segir, at jarl skal lata skira alt lið i Noregi. Skilðuz þeir þa, ferr Hakon jarl ut til hafs ok biðr þar byrjar.

28. En er veðr þat kømr, er honum þotti sem hann mundi i haf bera, þa skaut hann 25 a land upp öllum lærðum mönnum, en hann sigldi þa ut a haf . . . . . .[2].

29. Otta keisari for aptr i Saxland i riki sitt, skilðuz þeir Danakonungr með vinattu. Sva segja menn[3], at Otta keisari gerði guðsifjar við Svein son Haraldz konungs ok gaf honum nafn sitt, ok var hann sva skirðr, at hann het Otta-Sveinn. Haraldr Danakonungr

---

974. *'Pugna facta est, ubi bellatores clipeos conseruerunt [inter se conflixerunt]. Bellator [Haco] fortiter restitit. Bellator* 30 *navalis [Haco] fugavit Saxones. Ita vallum suis cum militibus defendit'. Post hanc pugnam Haco princeps rediit ad naves suas et cogitavit navigare septentrionem versus rursus in Norwegiam, sed ventus ei non secundus fuit; stetit in sinu Limico [in ancoris].*

27. *Otto imperator duxit exercitum suum ad Sle [flumen], contraxit ibi ad se navium copiam, traiecit has copias trans sinum in Iutiam. Sed cum hoc comperisset Haraldus Danorum rex, profectus est adversus [eum] cum suo exercitu, et facta* 35 *est ibi pugna magna; et ad ultimum imperator adeptus est victoriam, sed Danorum rex fugit usque ad sinum Limicum et traiecit in [insulam] Marsey. Tum viri inter reges iverunt, et conventum est ad inducias et condicionem colloquii. Convenerunt Otto imperator et Danorum rex in Marsey. Sed tum praedicavit Poppo episcopus sacram fidem coram Haraldo rege et portavit candens ferrum manu sua et ostendit Haraldo regi manum suam illaesam. Deinde Haraldus rex baptizatus est una cum toto Danorum exercitu. Haraldus rex antea verba miserat Haconi principi, cum rex moraretur in Marsey,* 40 *ut princeps veniret ad auxiliandum ei; princeps venerat ad insulam, cum rex baptizatus erat; tum rex misit verba, ut princeps veniret ad occurrendum ei. Cum autem convenissent, coegit rex principem, ut baptizaretur. Tum Haco princeps baptizatus est et omnes homines qui eum sequebantur. Rex dedit in manus eius presbyteros et alios doctos viros et dixit, ut princeps baptizandum curaret universum populum in Norwegia. Tunc discesserunt; Haco princeps abivit ad mare et exspectavit ventum secundum.* 45

28. *Sed cum talis tempestas exorta est, quae ipsi videbatur eum in mare latura, exposuit in terram omnes viros doctos, sed ipse navigavit in [altum] mare.*

29. *Otto imperator rediit in Saxoniam in regnum suum. Discesserunt ipse et Danorum rex cum amicitia. Ita dicunt homines, Ottonem imperatorem fecisse affinitatem divinam [spiritualem] cum Suenone filio Haraldi [i. e. Suenonem e baptismo suscepisse] et dedisse ei nomen suum, itaque baptizatus est, ut nominaretur Otto-Suen. Haraldus Danorum rex* 50

a) munna *[ostium] add. AM.* 37. b) keisara ok Danakonungs *[imperatorem et regem Danorum] rectius cod. Fris.*; þeira ok keisara *[eos et imperatorem] AM.* 37.

1) Hoc non in expeditione Ottonis II, sed circa a. 965. factum est. Cf. Koepke et Dümmler, 'Kaiser Otto der Grosse' p. 390 sq. H.-E. 2) Adam Brem. II, 3. hoc dicit, sed falso de Ottone I. Ex Snorronis libro haec sumpta esse videntur in Knytlingasaga c. 1, supra p. 274. H.-E. 3) In Gothia eum ingens sacrificium Othino deo, christiana fide 55 abiecta, obtulisse in sequentibus narratur.

helt vel kristni alt til dauðadags. Burizlafr konungr for þa til Vinðlandz ok með honum Olafr, magr hans. Þessar orrostu getr Hallfrøðr vandræðaskald i Olafsdrapu:

Böðserkjar hjo birki
barklaust i Danmörku
hleypimeiðr fyr Heiða
hlunnviggja by sunnan.

30. Olafr Tryggvason var 3 vetr a Vinðlandi, aðr Geira kona hans tok sott, þa er hana leiddi til bana. Olafi þotti þat sva mikill skaði, at festi eigi yndi a Vinðlandi siðan, reð hann ser þa til herskipa ok for enn i hernað. Herjaði fyrst um Frisland, þar næst um Saxland ok alt i Flæmingaland. Sva segir Hallfrøðr vandræðaskald: . . . . . .

38. . . . Sigvaldi jarl[1] hafði höndum tekit Svein konung ok flutt hann til Vinðlandz til Jomsborgar ok nauðgaði honum til sætta við Burizlaf Vinða konung ok til þess, at Sigvaldi jarl skyldi gera sætt milli þeira — Sigvaldi jarl atti þa Astriði dottur Burizlafs konungs —, ok at öðrum kosti segir jarl, at hann mundi Svein konung fa i hendr Vinðum. En konungr vissi þat, at þeir mundu kvelja hann til bana, jatti hann fyri þvi sættargerð jarls. Jarl dœmði þat, at Sveinn konungr skyldi fa Gunnhildar, dottur Burizlafs konungs, en Burizlafr konungr skyldi fa Þyri Haraldz dottur, systur Sveins konungs, en hvartveggi þeira skyldi halda rikinu ok skyldi vera friðr milli landa. For þa Sveinn konungr heim i Danmörk með Gunnhildi konu sina. Þeira synir voru þeir Haraldr ok Knutr hinn riki[2]. . . . . . .[3].

59. Haraldr Gormsson Danakonungr þa er hann hafði við kristni tekit, þa sendi hann boð um alt riki sitt at allir menn skyldu skiraz lata ok snuaz til rettrar truar; hann fylgði sjalfr þvi boði ok veitti þar styrk ok refsing at þar, er eigi gengi við ella. Hann sendi 2 jarla i Noreg með lið mikit, er sva hetu [Urguþrjotr ok Brimilskjarr[a]][4], þeir skyldu boða kristni i Noregi. Þat gekk við i Vikinni[5], þar er riki Haraldz konungs stoð yfir, ok skirðiz þa mart landzfolk. En eptir dauða Haraldz þa for bratt Sveinn Tjuguskegg, son hans, i hernað bæði i Saxland ok Frisland ok at lyktum til Englandz. . . . . . .

---

coluit bene christianitatem usque ad diem obitus. Burizlavus rex profectus est in Slaviam et cum eo Olavus gener eius Huius pugnae mentionem facit Halfredus difficilis poeta in carmine de Olavo: 'Gubernator navis [Olavus] cortices loricarum feriendo contudit in Dania austrum versus ab Heidaby'.

30. *Olavus Tryggonis filius fuit tres hiemes in Slavia, antequam Geira uxor eius nacta est morbum, qui eam duxit ad mortem. Olavo hoc visum est tantum damnum, ut eum ex eo tempore nullus amor retineret in Slavia; paravit tum naves bellicas et abiit iterum ad vastandum. Vastavit primo in Frisia, deinde in Saxonia et usque in Flandriam. Ita ait Halfredus difficilis poeta.*

38. *Sigvaldus princeps comprehenderat manibus Suenonem regem [Danorum cognomine Tjuguskegg] et deduxerat eum in Slaviam ad Iomsborg et coegerat eum ad paciscendum cum Burizlavo Slavorum rege et ad hoc, ut Sigvaldus constitueret pacem inter ipsos — Sigvaldus princeps tum habebat [uxorem] Astridam filiam Burizlavi regis —, et alioquin dixit princeps se Suenonem regem traditurum esse in manus Slavorum. Rex vero intellexit eos ipsum cruciaturos esse usque ad mortem, propterea accepit pacis condiciones principis. Princeps sanxit, ut Sueno rex uxorem duceret Gunhildam filiam Burizlavi regis, Burizlavus rex autem duceret Thyram Haraldi filiam, sororem Suenonis regis, sed uterque eorum obtineret regnum, et [ut] pax esset inter terras [eorum]. Tum Sueno rex rediit in Daniam cum Gunhilda uxore sua. Eorum filii fuerunt Haraldus et Knuto Potens.*

59. *Haraldus Gormonis filius, Danorum rex, cum christianam religionem amplexus esset, mandata per totum regnum misit, ut omnes baptizarentur et fidem veram acciperent, ipse exsecutus est hoc mandatum et vi et poena usus est, ubi alias minus res procederet. Misit duos principes in Norvegiam cum copiis magnis, qui Urguthriotus et Brimilscarius nominati erant. Hi fidem christianam in Norvegia promulgarent. Hoc bene processit in Wic, quae fuit dicionis Haraldi regis; ibique baptizata est multitudo magna incolarum. Sed post mortem Haraldi regis celeriter profectus est Sueno Tjuguskegg, filius eius, ut piraticam ageret et in Saxoniam et Frisiam et postremo in Angliam.*

a) *nomina desunt in codd.*

1) Fuit dux piratarum Jomensium. Mortuus a. fere 1002. Haec facta sunt a. fere 987. De his consule P. A. Munch, 'Det norske Folks Historie' I, 2, p. 125 sq. 2) Similis narratio, sed copiosior verbis legitur in Jomsvikingasaga c. 35. 36. et in Historia Olavi Tryggv. magna c. 84. 85, 'Fornmannas.' I, p. 154 sqq. Excerpta ex Fagrskinna et Vita Olavi auct. Oddone monacho hac de re vide infra. 3) In sequentibus capitibus multa de expeditionibus piratarum Iomensium leguntur, quae omisimus. 4) Vide quae Jomsvik. c. 6. 7, supra p. 324. 328, et eam secutus auctor Hist. Olavi c. 68. 72. (infra) de his fabulatur. Aliquanto sanius est quod Snorro narrat, qui haec post necem Haconis Olavo Tryggv. iam rege facta esse dicit. Nomina ducum non Danica, sed Slavica esse monet V. Cl. F. Jónsson. H.-E. 5) Regio Norwegiae circa sinum Christianiae.

98. Sveinn Danakonungr Tjuguskegg atti Gunnhildi dottur Burizlafs Vinða konungs, en i þenna tima, sem nu var aðr fra sagt, var þa þat til tiðenda, at Gunnhildr drotning tok sott ok andaðiz[1], en litlu siðarr fekk Sveinn konungr Sigriðar hinnar storraðu, dottur Skögiar-Tosta, moður Olafs ens sœnska Svia konungs. . . . . . .

99. Burizlafr[2] Vinðakonungr kærði mal þat fyri Sigvalda jarli magi sinum, at sættargerð su var rofin, er Sigvaldi jarl hafði gert milli Sveins konungs ok Burizlafs konungs. Burizlafr konungr skyldi fa Þyri Haraldz dottur, systur Sveins konungs, en þat rað hafði eigi fram gengit, þviat Þyri setti þar þvert nei fyri, at hon mundi giptaz vilja heiðnum manni ok gömlum. Nu segir Burizlafr konungr jarli, at hann vili heimta þann maldaga ok bað jarl fara til Danmerkr ok hafa Þyri drotningu til sin. Sigvaldi jarl lagðiz þa ferð eigi undir höfuð ok ferr a fund Sveins Danakonungs ok berr þetta mal fyri hann ok kømr jarl sva fortölum sinum, at Sveinn konungr fær i hendr honum Þyri systur sina, ok fylgðu henni konur nøkkurar ok fostrfaðir hennar, er nefndr er Ötzorr Agason, rikr maðr, ok nøkkurir menn aðrir. Kom þat i einkamal með konungi ok jarli, at eignir þær i Vinðlandi, er att hafði Gunnhildr drotning, skyldi þa hafa Þyri til eiginorðz ok þar með aðrar storar eignir i tilgjöf sina. Þyri gret sarliga ok for mjök nauðig. En er þau jarl komu i Vinðland, þa gerði Burizlafr konungr brullaup sitt ok fekk Þyri drotningar; en er hon var með heiðnum mönnum, þa vildi hon hvarki þiggja mat ne drykk af þeim, ok for sva fram 7 nætr.

100. En þa var þat a einni nott, at Þyri drotning ok Ötzorr hljopuz i brot i nattmyrkri til skogar. Er þat skjotaz fra þeira ferð at segja, at þau koma fram i Danmörk, ok þorir Þyri þar fyri engan mun at vera, fyri þa sök, at hon veit, ef Sveinn konungr spyrr, broðir hennar, til hennar þar, at hann mun skjott senda hana aptr til Vinðlandz. Fara þau alt huldu höfði, þar til er þau koma i Noreg. Letti Þyri ferðinni eigi fyrr, en þau koma a fund Olafs konungs. Tok hann við þeim vel, ok voru þau þar i goðum fagnaði. Segir Þyri konungi alt um sin vendræði ok biðr hann hjalpraða, biðr ser friðar i hans riki. Þyri var kona orðsnjöll, ok virðiz konungi vel rœður hennar; sa hann, at hon var frið kona, ok kømr i hug, at þetta muni vera gott kvanfang, ok vikr þannug rœðunni, spyrr ef hon vill giptaz honum. En sva sem þa var hennar raði komit, þotti henni vandi mikill or at raða, en i annan stað sa hon, hversu farsælligt gjaforð þetta var, at giptaz sva agætum konungi, ok bað hann raða fyri ser ok sinu raði. Ok sva sem um þetta var talat, þa fekk Olafr

---

98. *Sueno Danorum rex Tjuguskegg [uxorem] habuit Gunhildam filiam Burizlavi Slavorum regis, sed eo tempore, de quo antea dictum est, accidit, ut Gunhilda regina nancisceretur morbum et moreretur; sed paulo post Sueno rex in matrimonium duxit Sigridam Superbam, filiam Skoglartosti, matrem Olavi Suethici Sueonum regis.*

99. *Burizlavus Slavorum rex conquestus est coram Sigvaldo principe, genero suo, quod pactum ruptum erat, quod Sigvaldus princeps fecisset inter Suenonem regem et Burizlavum regem. Burizlavus rex ducere debebat Thyram Haraldi filiam, sororem Suenonis regis, sed hoc condictum non erat effectum, nam Thyra hoc abnuit, ut nuberet pagano viro et seni. Iam dixit Burizlavus rex principi se postulaturum esse hanc pacis condicionem et petivit a principe, ut proficisceretur in Daniam et adduceret Thyram reginam ad ipsum. Sigvaldus princeps hoc iter haud procrastinavit et profectus est ad conveniendum Suenonem Danorum regem et exposuit hanc rem coram eo; et hoc princeps effecit sermonibus suis suasoriis, ut Sueno rex traderet in manus eius Thyram sororem suam. Et secutae sunt eam mulieres quaedam et nutricius eius, qui nominatus erat Ozurus (Ascerus), Agonis filius, potens vir, et nonnulli alii viri. Secreto condictum est inter regem et principem, ut possessiones in Slavia, quas habuisset Gunhilda regina, Thyra haberet dotem et cum his alias magnas possessiones donum matrimoniale suum. Thyra ploravit dolenter et valde invita profecta est. Sed cum princeps aliique venissent in Slaviam, Burizlavus rex fecit nuptias suas duxitque in matrimonium Thyram reginam. Sed cum ea esset inter paganos homines, noluit accipere cibum nec potum ab eis, et ita stetit res per septem noctes.*

100. *Tum accidit quadam nocte, ut Thyra regina et Ozurus aufugerent tenebris nocturnis in silvam. Est brevissime de itinere eorum narrandum, eos in Daniam devenisse, et Thyra nequaquam ibi consistere audet, ea de causa quod intellexit, si Sueno frater eius comperisset eam ibi esse, eum cito ipsam in Slaviam remissurum esse. Occulti proficiscebantur usquedum in Norvegiam pervenerunt, neque Thyra ab itinere prius destitit, quam Olavum regem convenerunt. Is eos bene suscepit, ibique manserunt optime habiti. Exposuit Thyra regina regi omnes suas angustias et petiit ab eo auxilium, petiit, ut sibi pax daretur in regno eius. Thyra erat mulier diserta, et placuerunt regi bene sermones eius. Vidit eam esse formosam mulierem, et ei in mentem venit bonum fore eius matrimonium, et ad eam rem sua verba deflexit, rogavit, num ea vellet nubere ipsi. Sed cum res eius ita staret, difficillime videbatur ei ex ea emergi, sed econtra videbat, quam felix matrimonium foret nubere tam insigni regi, et rogavit eum, ut ipse consuleret sibi suisque rebus. Et ut de ea*

1) Revera multo post obiit; sed rex Sueno eam repudiavit, Sigridam vero duxit a. fere 998. aut 999.

2) Cf. excerpta ex Fagrskinna c. 53. 73. et ex Vita Olavi auct. Oddone c. 42 (infra). Brevius eadem relata sunt in ‘Agrip af Noregs konunga sögum’ (1880) c. 17 (infra).

konungr Þyri drotningar. Þetta brullaup var gert um haustit, þa er konungr hafði komit norðan af Halogalandi. Var Olafr konungr ok Þyri drotning i Niðarosi um vetrinn. En eptir um varit þa kærði Þyri drotning opt fyri Olafi konungi ok gret sarliga, þat er eignir hennar voru sva miklar i Vinðlandi, en hon hafði eigi fjarhlut þar i landi, sva sem drotningu sœmði; stundum bað hon konung fögrum orðum, at hann skyldi fa henni eign sina, segir, at Burizlafr konungr var sva mikill vin Olafs konungs, at þegar er þeir fynniz, mundi konungr fa Olafi konungi alt þat, er hann beiddiz. En er þessar rœðu urðu varir vinir Olafs konungs, þa löttu allir konung þessar farar. . . . . . 998.

115. . . . Hann hafði 60 langskipa, er hann for or landi, ok sigldi suðr fyri Danmörk gegnum Eyrarsund; ok i þessi ferð kom Olafr konungr til Vinðlandz, ok gerði stefnulag við Burizlaf konung, ok funnuz þeir konungar; töluðu þeir þa um eignir þær, er Olafr konungr heimti, ok foru allar rœður likliga milli konunga, ok var goðr greiðskapr um þær heimtingar, er Olafr konungr þottiz þar eiga. Dvalðiz Olafr konungr þar lengi um sumarit, fann þar marga vini sina. 1000.

Olafs saga helga.

10. Þa[1] sigldi Olafr konungr suðr til Frislandz ok la fyri Kinnlima-siðu[2] i hvössu veðri. Þa gekk konungr a land með lið sitt, en landzmenn riðu ofan i moti þeim ok börðuz við þa[3]. Sva segir Sigvatr skald: 1006/7.

Vig vantu hlenna hneigir
hjalmum grimt it fimta
þoldu hlyr fyr hari
hrið Kinnlima-siðu.
Þa er við rausn at rœsis
reið herr ofan skeiðum
en i gegn at gunni
gekk hilmis lið rekkum.

89. Olafr Sviakonungr[4] Eiriksson atti fyrst friðlu, er Eðla het, dottir jarls af Vinðlandi. Hon hafði verit hertekin ok kölluð fyri þat[a] konungs ambott. Börn þeira varu Emundr, Astriðr[b], Holmfriðr. Enn gatu þau son, ok var fœddr Jakobsvökudag, en er skira Iul. 24.

---

re sermo factus est, Olavus rex duxit Thyram reginam. Hae nuptiae effectae sunt autumno, cum rex venisset e regione septemtrionali ex Halagolandia. Morati sunt Olavus rex et Thyra regina in Nidaros per hiemem. Sed post vere Thyra regina saepe questa est coram Olavo rege et flevit ubere, quod possessiones ipsius tam magnae essent in Slavia, sed nihil haberet propriı ista in terra, ut reginam deceret. Interdum a rege verbis blandis petivit, ut ipsi possessionem ipsius restitueret, dixit Burizlavum esse tantum amicum Olavi regis, ut, cum primum convenissent, rex Olavo regi omnia daret, quae petiisset. Sed cum hos sermones comperissent amici Olavi regis, omnes dissuaserunt Olavo regi hoc iter. 998

115. *[Olavus rex] habuit sexaginta naves longas, cum reliquit terram, et navigavit meridiem versus praeter Daniam per fretum Eyranum; et in hoc itinere venit Olavus rex in Slaviam, conventumque cum Burizlavo constituit, et inter se convenerunt reges. Tum verba fecerunt de possessionibus, quas Olavus rex poposcit, omnisque inter reges sermo ad concordiam spectavit, et expeditissime satisfactum est postulatis de possessionibus, quas Olavus ibi habere sibi visus est. Moratus est Olavus rex ibi diu per aestatem, invenit ibi multos amicorum suorum.* 1000.

Historia Olavi sancti.

10. *Tum Olavus rex [sanctus] navigavit meridiem versus in Frisiam, et ante oram Kinnlimicam stetit [in ancoris] in saeva tempestate. Tum rex in terram escendit cum exercitu suo, sed incolae terrae equitarunt adversus eos et confixerunt cum iis. Ita ait Sigvatus poeta: 'Proelio vicisti tu nebulones prosternens galeis noxio proelio in quinto. Passae sunt naves ante excelsam Kinnlimae oram procellam [saevam]. Quando magna cum pompa ad regis usque naves equitavit exercitus, sed obviam illis militibus progressae sunt regis copiae'.* 1006/7.

89. *Olavus Sueonum rex, Erici filius, habuit primum concubinam, quae Edla vocata est, filia principis de Slavia. Ea fuerat bello capta et erat propter id vocata regis ancilla. Liberi eorum erant Emundus, Astritha, Holmfritha. Etiamnunc filium genuerunt et fuit natus Iacobi vigiliae die, sed cum baptizaretur puer, nominavit episcopus eum Iacobum. Id* Iul. 24.

a) *haec duo verba in c. prave post* hafði. b) *hoc nomen om. AM.* 38.

1) Eadem leguntur in Snorronis Hist. Olavi Sancti (Christiania 1853) c. 22, p. 19; in Hist. Olavi Sancti (in 'Fornmannas.' IV, p. 45) c. 27; in codice Flateyensi c. 17; Fagrskinna c. 86. 2) Terram Kennemariam eo tempore vocatam hoc nomine indicatam esse putant. H.-E. 3) Haec a. 1006. vel 1007. facta esse videntur, cum Alpertus de divers. temp. I, c. 8. 9, SS. IV, p. 704 sq., duos Nordmannorum incursus in Frisiam his annis factos esse retulerit. Cf. Mirac. S. Bavonis III, 21—23, SS. XV, 2, p. 596 sq. H.-E. 4) A. 994—1021/2.

skyldi sveininn, þa let byskup hann[a] heita Jakob. Þat nafn likaði Svium illa, ok kölluðu, at aldrigi hefði Sviakonungr Jakob heitit. Öll voru börn Olafs konungs frið synum ok vel viti borin. Drotningin var riklunduð ok eigi vel til stjupbarna sinna. Konungr sendi Emund son sinn til Vinðlandz, ok fæddiz hann þar upp með moðurfrændum sinum ok helt hann eigi kristni langa hrið[1]. . . . . . .

Magnus saga goða.

1036. 1038. 18. . . . Gunnhildr het dottir gamla Knutz ok Emmu. Hon var gipt Heinreki keisara i Saxlandi, hann var kallaðr Heinrekr mildi. Gunnhildr var 3 vetr i Saxlandi, aðr hon tok sott, hon andaðiz 2 vetrum eptir andlat Knutz konungs föður sins[2].

1042. 1043. 25. Magnus konungr[3] helt liði sinu norðr i Noreg ok dvalðiz þar um vetrinn, en er var kom, þa hafði Magnus konungr uti lið mikit ok helt þvi suðr til Danmerkr; en er hann kom þar, spurði hann þau tiðindi af Vinðlandi, at Vinðr höfðu horfit undan hlyðni við hann i Jomsborg. Þar höfðu Danakonungar haft jarlsriki mikit. Hofu þeir Jomsborg at upphafi, ok var þat orðit allstyrkt vigi. En er Magnus konungr heyrði slikt sagt, þa bauð hann ut af Danmörk skipaher miklum ok helt um sumarit til Vinðlandz með allan herinn ok hafði allmikinn her. Sva segir Arnorr jarlaskald:

Heyra skaltu hve herskjöld baruð
hilmis kundr til Vinða grundar,
heppinn drottu af hlunni slettum
helug börð, i stefja meli,
aldri fra ek en visi valdið
Venða sorg at döglingr spenði
flaustum varð þa floð um ristit
fleiri skip til oðals þeira.

En er Magnus konungr kom til Vinðlandz, þa lagði hann til Jomsborgar ok vann þegar borgina, drap þar mikit folk ok brendi borgina ok landit viða ut i fra ok görði þar et mesta hervirki. Sva segir Arnorr jarlaskald:

Skjöldungr fort þu um oþjoð eldi
auðit var þa flotnum dauða
hæstan kynduð hlenna þrystir
hyrjar ljoma suðr at Jomi.

---

nomen displicuit Sueonibus, et dixerunt nunquam nominatum esse Sueonum regem Iacobum. Omnes fuerunt pueri Olavi regis pulchri visu et bene ingenio instructi. Regina fuit imperiosa animo et non bene [se habuit] in privignos suos. Rex misit Emundum filium suum in Slaviam, et educatus est ibi apud matris cognatos suos et retinuit non fidem christianam [per] longum tempus.

Historia Magni Boni.

1036. 1038. 18. *Gunhilda vocata est filia Vetusti Knutonis et Emmae. Haec nupserat Heinrico imperatori Saxoniae, qui appellatus est Heinricus Largus. Gunhilda triennium in Saxonia fuit, antequam nacta est morbum, mortua est biennio post mortem Knutonis regis, patris sui.*

1042. 1043. 25. *Magnus rex contendit cum copiis suis septentrionem versus in Norvegiam, ibique hiemem peregit, sed cum ver venisset, Magnus rex evocavit exercitum magnum et contendit meridiem versus in Daniam. Sed cum eo venisset, audivit res novas e Slavia, Slavos Iomsborgi obedientiam ipsius deseruisse. Ibi reges Danorum habuerant principatum potentem. Exstruxerant Iomsborgum principio, et ibi castellum munitissimum factum est. Sed cum Magnus rex comperisset talia narrata, evocavit exercitum navalem magnum e Dania et profectus est aestate in Slaviam cum toto exercitu et habuit exercitum permagnum. Ita narrat Arnorus principum poeta: 'Iam audias, regis fili, qualem clipeum bellicum in Slaviam portaveris, versibus intercalaribus. Felix tu naves, pruina obductas, e navalibus deduxisti. Nunquam audivi regem quenquam in terram eorum plures naves agitasse; tum mare navibus sulcatum est, sed tu dolore Slavos affecisti'. Sed cum Magnus rex venisset in Slaviam, ad Iomsborgum appulit et castellum statim expugnavit, multumque populum ibi cecidit, et incendit castellum regionemque late circumcirca, omnia agens ferensque. Ita dicit Arnorus principum poeta: 'Skioldunge, tu grassatus es igne malam gentem, destinata erat mors viris, maximam incendisti, nebulonum oppressor, ignis flammam in regione meridiem versus ab Ioma sita. Non ausa est aulas defendere pagana gens in vallo lato, tu rex reddidisti oppidanis*

a) hon *[ea ipsa]* male in Fornm.

1) Eadem ad verbum leguntur in Historia Olavi (ed. 1853, cuius auctor Snorro est) c. 72, p. 77, in 'Fornmannasögur' IV, p. 179 80, c. 84; in cod. Flateyensi c. 89 (ubi Emundus vocatur Ønundus). 2) Cf. supra p. 275, n. 11; Fagrskinna c. 117 init. 3) Rex Norwegiae a. 1035 - 1047. et Daniae, cognomine Bonus, filius Olavi Sancti.

1043.

Hvergi þorði hallir varða
heiðit folk i virki breiðu
buðlungr unnuð borgar mönnum
björtum eldi stalldræp hjörtu.

Mikit folk a Vinðlandi gekk til handa Magnusi konungi, en miklu var hitt fleira, er undan flyði. For þa Magnus konungr til Danmerkr aptr, bjo ser þar til vetrsetu, en sendi fra ser herinn bæði hinn danska ok sva mart lið þat, er honum hafði fylgt af Noregi[1].

27. Magnus[2] konungr spurði þessi tiðindi[3], ok þat með, at Vinðr höfðu her uti. Siðan stefndi Magnus konungr liði til sin, ok droz honum bratt herr um alt Jotland; kom til hans Otta[4] hertogi af Saxlandi or Brunsvik. Hann atti Ulfhildi dottur Olafs konungs ens helga, föður Magnus konungs. Hertoginn hafði mikla sveit manna[5]. Dana höfðingjar eggjuðu Magnus konung at fara i moti Vinða herinum ok lata eigi heiðit folk ganga þar yfir land ok eyða, ok var þat rað tekit, at konungr snyr her sinum suðr a leið til Heiðabyjar. En er Magnus konungr la við Skotborgara [a] Hlyrskogsheiði[6], þa kom honum njosn af her Vinða, ok þat með, at þeir höfðu sva mikinn her, at engi fekk talt, ok Magnus konungr hafði engan hlut til fjölmennis, ok honum væri sa einn til, at flyja undan. Magnus konungr vildi þo berjaz, ef mönnum þætti nøkkur föng a, at hann mætti sigraz, en flestir löttu ok sögðu allir eitt til, at Vinðr höfðu oflyjanda her[7]. En Otta hertogi fysti heldr at berjaz; let konungr þa blasa saman öllum herinum ok let alla menn herklæðaz, ok lagu þeir uti um nottina undir skjöldum sinum, þvi at þeim var sagt, at herr Vinða var kominn nærr þeim, ok var konungr mjök hugsjukr. Þotti honum ilt, ef hann skyldi flyja verða, þvi at hann hafði þat aldri reynt. Svaf hann litit um nottina ok söng bœnir sinar.

1043. Sept. 28

28. Eptir um daginn var Mikjalsmessu aptan. En er komit var at degi, þa sofnaði konungr ok dreymdi, at hann sa hinn helga Olaf konung, föður sinn, ok mælti við hann: 'Er þu nu mjök hugsjukr ok ottafullr, er Vinðr fara moti þer með her mikinn; ekki skaltu

---

1043

ardenti igni tremula corda'. Magna multitudo in Slavia se dedidit Magno regi, sed multo maior erat, quae aufugit. Magnus rex tum in Daniam rediit, sibi mansionem hibernam ibi paravit, sed dimisit exercitum et Danicum et multos, qui eum secuti erant e Norvegia.

27. *Magnus rex comperit has res, simul etiam Slavos exercitum collegisse. Deinde Magnus rex convocavit copias ad se, et collectus est cito exercitus e tota Iutia. Ad eum venit Otto dux Saxoniae de Brunsvic. Is duxerat Ulfhildam, filiam Olavi regis sancti, patris Magni regis. Dux habebat multas copias militum. Principes Danorum hortati sunt Magnum regem, ut proficisceretur adversus exercitum Slavorum neve sineret populum paganum ibi per terram transire et vastare, idque captum est consilium, ut rex dirigeret exercitum suum meridiem versus ad Heidaby. Sed cum Magnus rex versaretur ad flumen Skotborgense in tesquis Hlyrskogensibus, certior factus est de exercitu Slavorum per exploratores, etiam eos tantum exercitum habere, ut nemo eum numerare posset, sed Magnum nullam pro illis habere multitudinem, unumque consilium iam [relictum] esse aufugiendi. Magnus rex cupivit nihilo minus pugnare, si hominibus visa esset ulla facultas victoriae reportandae; plerique vero rem dissuaserunt et dixerunt omnes unum [atque idem], Slavos exercitum, qui fugari non posset, habere. Sed Otto dux potius cohortatus est, ut pugnaretur. Tum rex tuba convocari iussit totum exercitum omnesque armari iussit; et in terra prostrati iacuerunt [sequenti] nocte sub clipeis, nam iis narratum erat, exercitum Slavorum appropinquare ad ipsos; et rex valde aeger erat animo; videbatur ei turpe, si fugere cogeretur, nam id nunquam antea expertus est. Dormivit parum nocte et cecinit preces suas.*

1043. Sept. 28.

28. *Postera die fuit Michaelis vigilia. Cum autem [nox] vergeret ad diem, dormivit rex et somniavit se videre sanctum Olavum regem, patrem suum, eumque loqui ad ipsum: 'Valde aegri animi nunc es et sollicitus, quod Slavi pro-*

1) Eadem fere tradunt Vita Magni Boni c. 28 (infra) in 'Fornmannas.' VI, p. 54, in cod. Flateyensi c. 5; Fagrskinna c. 142 (infra). [Cf. Adami Brem. schol. 57. H.-E.] 2) Quae c. 25. praecedunt de Iomsburgo destructo et c. 27 29. sequuntur de pugna Hlyrskogensi in Snorronis Hist. Olavi Sancti c. 264, p. 240. brevius et aliis verbis narrata sunt, quae vide infra p. 350. H.-E. 3) Videlicet Suenonem Estrithson a Scanis et Sialandensibus regem constitutum esse, cum ipse Magnus regnum Daniae regeret. 4) Qui alio nomine vocatus est Ordulfus. Nuptiae eius celebratae sunt a. 1042, Nov. 13. Cf. Wedekind, 'Noten zu einigen deutschen Geschichtschr.' fasc. V, p. 55; Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' I, p. 275. H.-E. Cf. 'Agrip af Noregs konunga sögum' c. 22, ubi Ulfhilda perperam Gunhilda vocatur. 5) Adam Brem., qui II, 75. de proelio Hlyrskogensi refert, Ordulfum ei interfuisse non dicit. Tamen auctoribus Islandicis (cf. praesertim Vitam Magni Boni c. 34. infra) hoc verum habent nescio an recte viri docti; cf. Munch l. l. II, p. 25; Steindorff l. l. I, p. 275. H.-E. 6) Huius nominis adhuc restat villa Lurschau, prope Schleswig inter septentrionem et occidentem ab urbe sita; cf. Munch II, p. 24 n.; Steindorff I, p. 276 sq., n. 4. Snorro hoc loco usus est stropha Thiodolfi, quae in Vita Magni Boni c. 32 (infra) citatur. H.-E. 7) Sexa genos Slavos adversus singulos regios fuisse refert Fagrskinna c. 143 (infra).

1043. Sept. 28.

hræðaz heiðinn her, þott þeir se margir saman. Ek mun fylgja þer i orrostu þessi; raðið þer þa til bardaga við Vinðr, er þer heyrið luðr minn'. En er konungr vaknaði, þa sagði hann draum sinn; tok þa at lysa af degi, þa heyrði alt folk i lopt upp klukku hljoð, ok kendu Magnuss konungs menn, þeir er verit höfðu i Niðarosi, at sva þotti, sem Glöð væri hringt; þa klukku hafði Olafr konungr gefit til Clemenskirkju i kaupangi[1].

29. Þa stoð upp Magnus konungr ok kallaði, at blasa skyldi herblastr. For þa Vinða herrinn sunnan yfir ana[2] at þeim, hljop þa upp allr konungs herrinn ok stefndi i mot heiðingjum, Magnus steypti af ser hringabrynju ok hafði yzta rauða silkiskyrtu, ok tok i hönd ser øxina Hel, er att hafði Olafr konungr[3]. Magnus konungr rann fyri öllum mönnum öðrum i moti herinum ok hjo þegar tveim höndum hvern mann at öðrum. Sva segir Arnorr jarlaskald:

Oð með øxi breiða
odæsinn fram ræsir,
varð um hilmi Hörða
hjördynr ok varp brynju.
Þa er um skapt en skipti
skapvörðr himins jörðu
Hel klauf hausa fölva
hendr tvær jöfurr spendi.

Orrosta þessi var eigi löng, voru konungs menn enir aköfustu, en hvar sem þeir komu saman, fellu Vinðr sva þykt, sem unnvörp lægi; en þeir, er siðarr stoðu, sneru a flotta, ok voru þeir þa höggnir niðr sem bufe; rak konungr sjalfr flottann austr yfir heiðina, ok fell flokkum um alla heiðina. Sva segir Þjoðolfr:

Hykk i hundraðs flokki
Haraldz broðurson stoðu
hrafn vissi ser hvassast
hungrbann framarst manna.
Vitt la Vinða flotti
varð þar er Magnus barðiz
höggvinn valr at hylja
heiði rastar breiða.

Þat er alþyðu mal, at ekki mannfall hafi orðit jafnmikit a Norðrlöndum i kristnum sið, sem þat er varð a Hlyrskogsheiði af Vinðum. En af liði Magnus konungs fell ekki mart, en fjöldi varð sart*. Eptir orrostu let Magnus konungr binda sar sinna manna, en læknar voru ekki sva margir i herinum, sem þa þurfti[4].

*) *Hic addit codex Frisianus:* Narratur in libro Bremensi Rettiburum Slavorum regem a Danis occisum

---

1043. Sept. 28.

ficiscantur adversus te cum exercitu magno. Noli timere paganos, quamvis eorum multi collecti sint, ego adiuvabo te in proelio isto; conserite pugnam cum Slavis, cum audiveritis tubam meam'. Cum vero rex experrectus esset, narravit somnium suum; tunc dies coepit illucescere; tum audivit totus populus in aere campanae sonitum, et intellexerunt Magni regis homines, qui in Nidaros fuerant, ita [sonare] videri, tamquam Glöd pulsata esset; hanc campanam Olavus rex dederat Clementis ecclesiae in emporio [Nidaros].

29. *Tum surrexit Magnus rex et iussit signa bellica cani. Tum exercitus Slavorum e meridie flumen traiciebat adversus eos. Iam evolavit totus exercitus regis et contra paganos procurrere coepit. Magnus abiecit loricam anulis [ferreis] consertam et habuit tunicam sericam purpuream, arripuitque manu sua securim Hel [letum], quam habuerat Olavus rex. Magnus rex procurrit ante omnes alios viros contra exercitum et prostravit utraque manu statim alium super alium. Ita dicit Arnorus principum poeta: 'Securi lata grassatus est saeviens furore rex, factus est circum regem Hordorum hastarum strepitus, et abiecit loricam. Cum manubrium manu utraque amplexus est – distribuit autem iustus ille caeli custos dominia —, Hel dissecuit capita lurida'. Hoc proelium fuit non diuturnum. Erant milites regii acerrimi, sed ubicunque conflixerunt, ceciderunt Slavi tam catervatim, quam quisquiliae in litus eiectae; qui vero pone steterunt, fugam ceperunt et trucidati sunt ut pecora. Rex ipse insecutus est ultra tesqua fugientes, et catervatim caesi sunt per tota tesqua. Ita ait Thiodolfus: 'Scio filium fratris Haraldi [Olavi Sancti] in primu acie stetisse. Corvus sibi saturitatem fore gaudebat. Slavorum fuga longe lateque prostrata iacuit; ubi Magnus pugnaverat, caesi tesqua perlata tegebant.' Omnis populi est sermo nunquam accidisse aeque magnam stragem hominum in terris septentrionalibus christianae fidei temporibus atque hanc, quae facta est in tesquis Hlyrskogensibus Slavorum. Sed ex exercitu Magni regis occiderunt non multi, sed permulti sunt vulnerati. Post pugnam Magnus rex obliganda curavit vulnera hominum suorum, sed non erant tot medici in exercitu, quot opus fuit.*

1) Cf. quae Saxo, supra p. 66, de visione et miraculo narrat. H.–E. 2) Skotborgara videlicet, ut Snorro in Hist. Olavi c. 265. (cf. quae ibidem adnotavimus) dicit, quod flumen non meridiem, sed septentrionem versus a campo pugnae erat. H.–E. 3) Pater Magni. 4) Cf. de hac pugna Vitam Magni Boni in 'Fornmannas.' VI, c. 29. 31. 32. 34 (infra), in cod. Flateyensi c. 6; Fagrskinna c. 143. 144 (infra); 'Agrip af Noregs kon. sögum' c. 31 (infra).

esse. Is habuit octo filios, qui in patris ultionem magnam partem Daniae usque ad Ripam vastarunt. Hi omnes in tesquis Hlyrskogensibus[1] a Magno Bono occisi sunt, et cum iis quindecim milia hominum.

Haraldz saga harðraða.

5 6. En er Haraldr kom til Sikileyjar, þa herjaði hann þar. . . . . . .[2].

34. . . . Alt foru þeir[3] suðr til Heiðabyjar, toku kaupstaðinn ok brendu. Þa ortu menn Haraldz konungs þetta: 1049.

Brendr var upp með endum
allr en þat ma kalla
10 *hraustligt bragð er ek hugða*
Heiðabær af reiði.
Van er at vinnim Sveini
vask i nott fyr ottu
gaus harr logi or husum
15 *harm a borgar armi.*

81. En er Haraldr[4] varð þess varr, at Tosti broðir hans vildi hafa hann af konungdominum, þa truði hann honum illa, þvi at Tosti var maðr forvitri ok maðr mikill ok atti vel vingat við landz höfðingja, tok þa Haraldr af Tosta jarli herstjornina ok alt þat vald, er hann hafði aðr haft framarr en aðrir jarlar þar i landi. Tosti jarl vildi þat fyri engan 20 mun þola, at vera þjonostumaðr broður sins samborins. For hann þa i brott með liði sinu suðr um sja i Flandr; dvalðiz þar litla hrið, for þa til Frislandz ok sva þaðan til Danmerkr a fund Sveins konungs frænda sins[5]. 1065

82. . . . Tosti jarl sigldi um varit vestr til Flæmingjalandz mot liði þvi, er honum hafði fylgt utan af Englandi, ok þvi öðru, er samnaðiz til hans bæði af Englandi ok þar i 25 Flæmingjalandi[6]. . . . . . . 1066.

89. Tosti jarl hafði komit vestan af Flæmingjalandi til Haraldz konungs, þegar er hann kom til Englandz, ok var jarl i öllum orrostum þessum[6]. . . . . . .

Saga Sigurðar, Eysteins ok Olafs.

8. Sigurðr konungr kom[7] um varit[8] til Sikileyjar ok dvalðiz þar lengi. Þar var þa 1110

---

30 *Historia Haraldi Severi.*

6. *Sed cum Haraldus venisset in Siciliam, praedatus est ibi. . . . . . .*

34. . . . *Profecti sunt meridiem versus ad Heidaby; reperunt emporium et combusserunt. Tunc cecinere homines Haraldi regis haec: 'Combusta est ab una parte ad alteram tota — sed hoc dici potest egregium facinus, ut opinor — Heidaby ex ira. Credendum est nos affecisse Suenonem moerore; in nocte ante diluculum, ut vidi, erupit excelsa flamma* 35 *in aedibus in oppidi brachio'.* 1049.

81. *Sed cum Haraldus id animadvertisset, Tostonem fratrem suum se regno privare velle, male ei credidit; Tosto enim fuit vir perquam sapiens magnusque et apud principes terrae gratiosus. Tum Haraldus ademit Tostoni principi imperium militare omnemque potentiam, quam antea possederat maiorem quam caeteri principes in illa terra. Tosto princeps haudquaquam id ferre voluit, ut esset servus fratris sui germani. Tum abiit cum copiis suis meridiem versus trans mare* 40 *in Flandriam; ibi breve quoddam tempus moratus est; tum profectus est in Frisiam et inde in Daniam ad Suenonem regem, propinquum suum.* 1065.

82. . . . *Tosto princeps vere navigavit [e Dania] occidentem versus in Flandriam ad exercitum, qui eum ex Anglia secutus erat, et reliquum, qui colligebatur ad eum et in Anglia et ibi in Flandria.* 1066.

89. *Tosto princeps venerat ab occidente e Flandria ad Haraldum regem, cum primum in Angliam venisset; et inter-* 45 *fuit princeps omnibus his pugnis.*

Historia regum Sigurdi, Eysteni, Olavi [fratrum].

8. *Sigurdus [Hierosolymipeta] rex venit vere in Siciliam et moratus est ibi diu. Ibi erat tum Rodgerus dux, qui* 1110

1) Adam Brem. II, 75, ex quo capite haec sumpta sunt, non in tesquis Hlyrskogensibus, sed *in cam-* 50 *pestribus Heidibae* pugnam commissam esse dicit. H.-E. 2) C. 6—10. multis verbis narratum est Haraldum Severum quatuor Siciliae civitates, quorum nomina indicata non sunt, expugnasse. Quae cum prorsus fabulosa sint, omisimus. Cf. Munch 55 l. l. II, p. 98 sqq., qui censet Haraldum cum Waraegis in exercitu Georgii Maniacis fuisse, cum is partem Siciliae expugnaret. H.-E. 3) Haraldus Severus rex Norwegiae bellum movens contra Suenonem Esthrithson regem Daniae a. 1049, ut Munch l. l. p. 232 sq. 238 sqq. censet. H.-E. Cf. Morkinskinna p. 56; Vitam Haraldi in 'Fornmannas.' c. 51. in cod. Flat. c. 33, in Fagrskinna c. 184. 4) Rex Angliae, Godwini filius, † a. 1066. Cf. Lappenberg. 'Gesch. v. England' I, p. 528 sq. 534. H.-E. 5) Cf. Vitam Haraldi Severi in 'Fornmannas.' VI, c. 112. 113. 116. 6) Quas scilicet Haraldus Severus Norvegiae rex in Anglia a. 1066. habuit. 7) In itinere sacro a Minorca insula in Terram Sanctam navigans. H.-E. 8) Eum ante nativitatem Domini (a. 1109) in Siciliam

Roddgeirr hertogi, hann fagnaði vel konungi ok bauð honum til veizlu. Sigurðr konungr kom þannug ok mikit lið með honum. Þar var dyrligr fagnaðr, ok hvern dag at veizlunni stoð Roddgeirr hertogi ok þjonaði at borði Sigurðar konungs. Ok hinn 7. dag veizlunnar, þa er menn höfðu tekit laugar, þa tok Sigurðr konungr i hönd jarlinum ok leiddi hann upp i hasæti ok gaf honum konungsnafn ok þann rett, at hann[a] skyldi vera konungr i Sikileyjarveldi[1], en aðr höfðu þar jarlar verit yfir þvi riki.

9. Roddgeirr Sikileyjar konungr var hinn rikasti konungr. Hann vann Pul allan ok lagði undir sik ok margar aðrar storeyjar i Grikklandzhafi[b], hann var kallaðr Roddgeirr riki; hans son var Vilhjalmr konungr i Sikiley, er lengi hafði ufrið mikinn haft við Miklagarðz keisara. Vilhjalmr konungr atti 3 dœtr, en engan son[2]. Hann gipti eina dottur sina Heinreki keisara[3], syni Heinreks[c. 4] keisara, en þeira son var Friðrekr, er nu var keisari i Rumaborg; aðra dottur Vilhjalms konungs atti hertogi af Kipr; hina þriðju atti Margrit yfirkussari[5], Heinrekr keisari drap þa baða[6]. Dottur Roddgeirs Sikileyjar konungs atti Manuli keisari i Miklagarði[7], þeira son var Kirjalax keisari.

1111 14. . . . Sigurðr[8] konungr for utan fyrst a Bolgaraland ok þa um Ungara riki ok um Pan[on]ia ok um Svava ok um Byjara land. Þar fann hann Lozarium keisara af Romaborg, ok fagnaði hann honum forkunnar vel, fekk honum leiðtoga alt um sitt riki, ok let halda þeim torg, sva sem þeir þurptu til allra kaupa. En er Sigurðr konungr kom i Slesvik

---

bene excepit regem et invitavit eum ad convivium. Sigurdus rex venit illuc et magna multitudo cum eo. Ibi cum magno sumptu exceptus est, et quoque die in convivio astitit Rodgerus dux et servivit in mensa Sigurdo regi. Et septimo die convivii, cum homines sumpsissent aquam manibus lavandis, apprehendit Sigurdus rex manum principis et duxit eum in excelsam sedem et dedit ei regis nomen et hoc ius, ut esset rex in Siculorum imperio, sed antea praefuerant principes huic regno.

9. *Rodgerus Siciliae rex erat potentissimus rex. Totam Apuliam expugnavit et sibi subegit et multas alias magnas insulas in mari Graeciae. Rodgerus Potens cognominatus est. Eius filius fuit Wilhelmus rex Siciliae, qui diu gesserat bellum ingens cum imperatore Constantinopolitano. Wilhelmus rex habuit tres filias, sed nullum filium. Unam filiam suam Heinrico, filio Heinrici imperatoris in matrimonium dedit, sed eorum filius fuit Fridericus, qui iam imperator Romae fuit. Alteram filiam Wilhelmi regis habuit dux Cypri, tertiam habuit Margritus archipirata. Heinricus imperator cecidit utrumque. Filiam Rodgeri Siciliae regis [uxorem] habuit Manuel imperator Constantinopolitanus; eorum filius fuit Kyri-Alexius imperator.*

1111. 14. . . . *Sigurdus rex abiit inde [Constantinopoli] primum in Bulgariam, deinde per Ungariam et per Pan[non]iam et per Suevos et per Bavariam. Ibi convenit cum Lothario imperatore Romano, qui eum optime accepit; dedit ei duces itineris per totum suum regnum iisque forum praebendum curavit, prout egerent ad res necessarias emendas. Sed cum*

a) iafnan *[semper] cod. Fris.* b) Serklandshafi *[mari Saracenorum-Mediterraneo] cod. Fris.* c) Friþreks *cod. Fris.*

venisse refert Fagrskinna c. 244 (infra), ex qua in hoc capite Snorro quaedam exscripsisse videtur. H.-E. 1) Fabula inventa ad gloriam Sigurdi augendam. Omnibus notum est Rodgerum comitem, tunc puerum, a. 1130. demum ab Anacleto papa regem coronatum esse. Nullo iure Munch l. l. II, p. 579 sqq. censet Sigurdum non ad Rogerum II. comitem Siciliae, sed ad Rogerum ducem Apuliae venisse. Quod enim Snorro hunc ducem *(hertoga)* dixit, nihili est, cum Fagrskinna et ipse Snorro postea eum *jarl* vocaverint. Caeterum omnes disertis verbis dicunt Sigurdum in Siciliam venisse, et Rogerum, qui eum exceperit, regem fuisse. H.-E. 2) Haec genealogia regum Siciliae erroribus abundat. Wilhelmus II, filius Wilhelmi I, filii Rogeri II, nullum habuit filium. H.-E. 3) Constantiam uxorem Heinrici VI. filiam fuisse Rogeri II, multo post obitum eius a nepote Wilhelmo II. datam esse Heinrico omnibus notum est. H.-E. 4) Immo Friderici I. (Cf. cod. Fris. n. c.) H.-E. 5) Sororum Constantiae illegitime natarum nulla nec duci Cypri nec Margarito magno admirato regni Siciliae nupserunt. Ut W. Behring amicus mecum communicavit, uxor Margariti fuit Matina, quae chartae a. 1193, Sept. (Tirri, Sicilia sacra p. 980) testis subscripsit. Sed cum de huius genere nihil constet, nescio num hoc prorsus reiciendum sit, an credendum Margaritum filiam illegitime natam Wilhelmi I. vel principis regiae stirpis uxorem habuisse. H.-E. 6) Margaritum captum imperator a. 1195. in Germaniam abduxit, postea eum excaecari iussit. Quem alterum Snorro ab eo occisum dixerit, eius uxorem, an ducem Cypri, nescio. H.-E. Cf. Hist. Sigurdi Hierosolymipetae c. 8, 'Fornmannas.' VII, p. 85. 86; Fagrskinna c. 244. 7) Hoc quoque falsum est. Alexius fuit filius Mariae, filiae Raimundi principis Antiocheni. H.-E. 8) Sigurdus cognomine Hierosolymipeta rex Norwegiae a. 1111. e Terra Sancta (de quo itinere vide c. 10-13. quaedam memoratu digna) in patriam rediit. Quo tempore non Lotharius III, ut omnibus notum est, sed Heinricus V. imperium rexit, qui mense Iunio et Iulio in Bavaria morabatur; quocum satis bene convenit, quod Snorro infra dicit, Sigurdum media aestate Slesvicum venisse. Sed cf. Morkinsk. p. 165 (infra). Minus probabile videtur quod Munch l. l. II, p. 594. coniecit Sigurdum visitasse Lotharium ducem Saxoniae. H.-E.

a Danmörk, þa veitti Eilifr jarl[1] honum dyrliga veizlu. Þat var um miðsumars skeið. I Heiðaby hitti hann Nikulas Dana konung, ok fagnaði honum afar vel ok görði honum veizlu mikla ok fylgði honum sjalfr norðr a Jotland[2]. . . . . . . 1111.

21. Sigurðr konungr fekk Malmfriðar dottur Haraldz konungs[3] Valdimarssonar austan 5 or Holmgarði, sonar Jarizleifs[4] gamla ok Ingigerðar dottur Olafs sænska Sviakonungs. Moðir Haraldz konungs var Gyða gamla, drotning, dottir[a] Haraldz Engla konungs Guðinasonar. Moðir Malmfriðar var Kristin, dottir Inga Sviakonungs Steinkelssonar. Systir Malmfriðar var Ingilborg[b], er atti Knutr Lavarðr, son Eiriks goða Danakonungs, sonar Sveins konungs Ulfssonar. Börn þeira Knutz ok Ingilborgar var Valdimarr, er konungdom tok i 10 Danmörk eptir Svein Eiriksson, Margret, Kristin ok Katrin. Margretu atti Stigr Hvitaleðr, þeira dottir Kristin, er atti Karl Sörkvisson Svia konungr. . . . . . .

Saga Magnus blinda ok Haraldz gilla.

1. . . . Magnus konungr[5] atti Kristin dottur Knutz Lavarðar, systur Valdimars Dana konungs. Magnus varð henni eigi unnandi ok sendi hana aptr suðr til Danmerkr ok gekk 15 honum alt siðan þyngra; fekk hann oþokka mikinn af frændum hennar[6].

10. . . . Eirekr Dana konungr ok Özorr erkibyskup sendu orð baðir til Konungahellu[7] 1136. ok baðu þa varaz um staði sina, sögðu, at Vinðr hefði uti her mikinn ok herjuðu viða a kristna menn, ok höfðu jafnan sigr. Byjarmenn lögðu oflitinn hug a sitt mal, afrækðuz ok uminntuz þess at meirr, er lengra leið fra þeiri ogn, er yfir hafði komit. Lafranz vökudag, þa er Aug. 9 20 talat var fra hamessu, kom Rettiburr Vinðakonungr til Konungahellu, ok hafði halft setta[8] hundrað Vinða-snekkjur, en a hverri snekkju voru menn 40 ok 4 menn ok 2 hestar; Dunimitz[c] het systurson konungs, en Uniburr het höfðingi einn, er reð fyri miklu liði, þeir 2 höfðingjar reru upp með herinum sumum eystri kvisl um Hising[9] ok komu sva ofan at bynum, en sumu liðinu lögðu þeir upp vestri kvisl til byjarins. Þeir lögðu at landi ut við 25 stikin ok letu þar upp hestaliðit ok riðu þar um Bratzas ok sva upp um byinn. Einarr

---

Sigurdus rex venisset Slesvicum Daniae, Eilivus princeps praebuit ei lautum convivium. Hoc media fere accidit aestate. In Heydaby invenit Nicolaum Danorum regem, qui eum optime excepit et paravit ei convivium magnum et secutus est eum septentrionem versus in Iutiam. 1111.

21. *Sigurdus [Hierosolymipeta] rex duxit [uxorem] Malmfridam filiam Haraldi regis, Waldemari filii, ex oriente* 30 *ex Russia, filii Iarizlavi vetusti et Ingigerdae filiae Olavi Suethici Sueonum regis. Mater Haraldi regis fuit Gyda vetusta regina, filia Haraldi Anglorum regis, Gudini [Godwini] filii. Mater Malmfridae fuit Christina, filia Ingonis Sueonum regis, Steinkelis filii. Soror Malmfridae fuit Ingilborgis, quam [uxorem] habuit Knuto Lavard, filius Erici Boni Danorum regis, filii Suenonis regis, Ulfonis filii. Liberi Knutonis et Ingilborgis fuerunt Waldemarus, qui regnum accepit Daniae post Suenonem Erici filium, Margareta, Christina et Catharina. Margaretam [uxorem] habuit Stigus Albi-corii, eorum filia [fuit]* 35 *Christina, quam [uxorem] habuit Karolus Suerkeri filius, Sueonum rex.*

Historia Magni Caeci et Haraldi Gilli.

1. . . . *Magnus [Caecus] rex [Norwegiae] in matrimonio habuit Christinam, filiam Knutonis Lavard, sororem Waldemari Danorum regis. Magnus fuit eam non amans eamque meridiem versus in Daniam remisit; et deinde omnia ei gravius cesserunt; contraxit sibi invidiam magnam propinquorum eius.*

40 10. . . . *Ericus [Emune] Danorum rex et Ascerus archiepiscopus miserunt nuntios ambo Konungahellam eosque monuerunt, ut loca sua caute defenderent; dixerunt Slavos exercitum magnum collegisse et christianos vastare multis locis et potiri semper victoria. Oppidani neglexerunt nimium rem suam, non curarunt obliti que sunt, eo magis, quo longius tempus praeterit ab eo terrore, qui eos oppresserat. Laurentii vigiliae die, cum praedicaretur in sacris diei primariis, venit Rettiburus Slavorum rex Konungahellam cum sexcentis et quinquaginta Slavorum navibus; in quaque vero navi erant quadra-* 45 *geni quaterni viri et bini equi. Dunimitzus nominatus est regis sororis filius, sed Uniburus princeps quidam, qui multis copiis praefuit. Hi duo principes subvecti sunt cum parte exercitus brachio orientali praeter Hisingam et venerunt ita ad oppidum superne; cum altera vero parte subvecti sunt brachio occidentali usque ad oppidum. Appulerunt ad terram ad palos [flumini immissos] et equites ibi in terram escendere fecerunt, qui circum Brattsas equis vecti sunt et ita oppidum circum-* 1136. Aug. 9.

a) *sic AM.* 38; dottur dottir *[neptis] AM.* 63. b) Ingibjörg *AM.* 38. c) Diminuz *cod. Fris.*

50 1) De quo duce Slesvicensi vide Saxonem l. XIII, supra p. 71, et Vita Kanuti l. 2, supra p. 13. H.-E. 2) Haec in cod. Frisiano leviter immutata narrantur (v. ed. p. 288 sq.). A Snorrone haec sumpta videntur esse ex Morkinskinna p. 165 (infra). H.-E. Cf. 55 Hist. Sigurdi Hierosolymipetae c. 15, 'Fornmannas.' VII, p. 99. 3) Russiae, qui Haraldus ab Islandicis, Slavice vocatur Mistislavus. Cf. Knytl. c. 88. 93, supra p. 292. 298; Fagrskinna c. 213 (infra). H.-E. 4) Immo Wladimir fuit filius Wsewolodi, filii Iarizlavi. H.-E. 5) Anno 1130—1135; † 1139. 6) Cf. Vitam Haraldi et Magni (in 'Fornmannas.' VIII) c. 2. 7) Kongelf in prov. Göteborg. 8) *halft þriðja* [ducentis et nonaginta] Historia in 'Fornmannas.' VIII, ubi eadem narrantur, et AM. 38. 9) Hisingen insula.

1136. Andress magr bar þessi tiðindi upp til Kastalakirkju, þvi at þar var byjarlyðrinn ok hafði sott til hamessu, ok kom Einarr, þa er Andres prestr talaði. Einarr segir mönnum, at herr for at bœnum með fjölda skipa, en sumt liðit reið ofan um Bratzas. Þa mæltu margir, at þar mundi vera Eirekr Danakonungr, ok væntu menn ser griða af honum. Þa hljop folkit alt ofan i byinn til fjar sins ok vapnuðuz ok gekk ofan a bryggjur; sa þa þegar, at ofriðr var ok oflyjandi herr. Austrfararskip 9 flutu i anni fyri bryggjum, er kaupmenn attu. Vinðr lögðu þar fyrst at ok börðuz við kaupmennina. Kaupmenn vapnuðuz ok vörðuz lengi vel ok drengiliga; varð þar orrosta hörð, aðr kaupmenn yrði unnir. I þeiri hrið letu Vinðr halft annat 100 skipa at öllu liði. Þa er bardaginn var sem mestr, stoðu bœjarmenn a bryggjum ok skutu a heiðingja. En er orrosta renaði, flyðu byjarmenn upp i bœinn ok siðan til kastala alt folk, ok höfðu menn með ser dyrgripi sina ok alt fe þat, er með matti komaz. Solveig[1] ok dœtr hennar ok 2 konur aðrar gengu upp a land. Þa er Vinðr höfðu kaupskipin unnit, gengu þeir a land ok könnuðu lið sitt ok birtiz þa skaði þeira. Hljopu þeir sumir i byinn, sumir a kaupskipin ok toku fe alt þat, er þeir vildu með ser hafa; þvi næst lögðu þeir eld i byinn ok brendu hann allan ok sva skipin. Eptir þat sottu þeir öllu liðinu at kastala ok skipuðu til atsoknar.

11. Rettiburr konungr let bjoða þeim, er i kastalanum voru, at ganga ut ok hafa lifs grið með vapnum ok klæðum ok gulli. Gørvallir œptu at moti ok gengu ut a borgina, sumir skutu, sumir gryttu, sumir skutu staurum, ok varð þa mikil orrosta. Fell þa af hvarum tveggjum ok miklu fleira af Vinðum. Solveig kom upp a Solbjargir ok segir þar tiðindi. Þa var skorin upp herör ok send til Skurbaga; þar var samburðar öl nøkkut ok mart manna. Þar[a] var sa bondi, er Ölvir het miklimunnr. Þa hljop hann upp þegar ok tok skjöld ok hjalm ok mikla øxi i hönd ser ok mælti: ‘Stöndum upp, goðir drengir, ok takið vapn yðar ok förum til liðveizlu við byjarmenn, þviat þat mun skömm þykkja hverjum manni, er þat spyrr, at ver sitjum her ok kylum öl, en goðir drengir skulu leggja lif sitt i hættu i bynum fyri varar sakir’. Margir svöruðu ok mæltu i mot, sögðu, at þeir mundu tyna ser, en koma bœjarmönnum at engu liði. Þa hljop Ölvir upp ok mælti: ‘Þott allir dveliz eptir, þa skal ek þo fara einn samt, ok lata skulu heiðingjar einn eða 2 fyri mik, aðr en ek falla’. Hleypr ofan til byjarins. Menn fara eptir honum ok vildu sja ferð hans ok sva, ef honum mætti nøkkut við hjalpa. En er hann kom sva nær kastala, at heiðnir menn

---

1136. *ierunt. Einarus, Andreae [presbyteri] gener, detulit has res in ecclesiam castelli, ibi enim oppidani [collecti] fuerunt, et ad sacra meridiana venerant, et advenit Einarus, cum Andreas presbyter sermonem habebat. Einarus narravit hominibus exercitum appropinquare oppido multis cum navibus, partem vero copiarum circum Bratlsas equitare. Tum dixerunt multi ibi esse Ericum regem Danorum, et sperarunt homines sibi vitam pacemque ab eo [dandam esse]. Tum totus populus cito descendit in oppidum ad res suas et armaverunt se et descenderunt ad pontes. Statim viderunt bellum ingruere et adesse insuperabilem exercitum. Naves novem, ad itinera orientalia destinatae, steterunt in flumine ante pontes, quas mercatores possederunt. Slavi ibi primum adorti sunt et pugnaverunt cum mercatoribus. Mercatores se armarunt diuque se defenderunt bene et fortiter. Facta est ibi pugna atrox, antequam mercatores victi sunt. Eo in proelio amiserunt Slavi centum et septuaginta naves cum omnibus copiis. Cum proelium esset quam vehementissimum, steterunt oppidani in pontibus et iecerunt tela in paganos. Sed cum proelium finiretur, oppidani fugerunt in oppidum, et deinde in castellum universi et secum habuerunt res pretiosas suas omnemque pecuniam, quam potuerunt auferre. Solveiga filiaeque eius et duae mulieres aliae ascenderunt in terrae interiora. Cum Slavi naves mercatorias expugnassent, in terram escenderunt copiasque suas explorarunt; et inventum est tum damnum eorum. Nonnulli eorum cucurrerunt in oppidum, nonnulli ad naves mercatorias cucurrerunt omnemque rapuerunt pecuniam, quam secum asportare cupiverunt. Deinde iniecerunt ignem oppido et totum incenderunt itemque naves. Postea oppugnarunt cum omnibus copiis castellum et impetum instituerunt.*

11. *Rettiburus rex iussit eos, qui in castello erant, exire et habere vitae securitatem cum armis ac vestibus auroque. Universi obclamarunt et egressi sunt in arcis muros. Partim iecerunt tela, partim lapides, partim iecerunt sudes, et tunc factum est magnum proelium. Utrimque [multi] ceciderunt, et multo plures e Slavis. Solveiga venit in Solbiargam narravitque ibi quae accidissent. Tum sagitta bellica excisa est et emissa Scurbagam; ibi erat convivium symbolicum et multi convivae. Ibi colonus fuit nomine Olverus Magni-oris. Hic statim exsiluit et arripuit scutum ac galeam securimque magnam manu sua et dixit: ‘Surgamus, boni viri, et arma vestra capessite, et eamus auxilio oppidanis, nam flagitium cuique videbitur, qui hoc audierit, si nos hic sedemus et cerevisia ventres implemus, cum boni viri in oppido nostra causa vitam suam periculis obiciant’. Multi responderunt et oblocuti sunt, dixerunt se mortem esse oppetituros, oppidanis autem nullam opem laturos. Tum exsiluit Olverus et locutus est: ‘Quamquam omnes remanetis, tamen abibo solus, et amittent pagani unum vel duos pro me, priusquam cecidero’. Decurrit ad oppidum. Nonnulli eum secuti sunt et voluerunt videre eventus eius itemque, si ei auxiliari possent. Sed cum ita appropinquasset ad castellum, ut pagani eum viderent,*

a) þa *c.*

1) Uxor scilicet Andreae sacerdotis, qui mox nominabitur.

sa hann, þa hljopu i mot honum 8 menn alvapnaðir. En er þeir mœttuz, hljopu heiðnir 1136.
menn umhverfis hann. Ölvir reiddi upp øxina ok laust fremri hyrnu undir kverk þeim, er
a bak honum stoð, sva at sundr sneið kjalkann ok barkann, ok fell sa opinn a bak aptr.
Þa reiddi hann fram øxina fyri sik ok høggr annan i höfuðit ok klauf þann i herðar niðr.
5 Siðan skutuz þeir a, ok drap hann þa enn 2 ok varð sjalfr sarr mjök, en þeir 4, er eptir
voru, flyðu þa; Ölvir rann eptir þeim, en diki nøkkut var fyri þeim; 2 hinir heiðnu hljopu
þar i, ok drap Ölvir þa baða; stoð hann þa ok fastr i dikinu, en 2 heiðingjar komuz undan
af þeim 8. Þeir menn, er fylgt höfðu Ölvi, toku hann ok fluttu hann með ser til Skurbaga,
ok varð hann grœddr at heilu; ok er þat mal manna, at eigi hafi maðr farit drengiligri ferð.
10 Lendir menn 2, Sigurðr Gyrðarson, broðir Philippus, ok Sigarðr, komu með 600 manna til
Skurbaga, ok hvarf Sigurðr aptr með 400 manna ok þotti siðan litils verðr ok lifði skamma
stund. Sigarðr for með 200 manna til byjarins ok börðuz þar við heiðna menn, ok fell þar
með öllu liði sinu. Vinðr sottu kastalann, en konungr ok styrimenn[a] stoðu fyri utan bar-
dagann. I einhverjum stað, þar er Vinðr stoðu, var einn maðr ok skaut af boga ok mann til
15 bana með hverri ör, 2 menn stoðu fyri honum með skjöldu; þa mælti Sæmundr við Asmund,
son sinn, at þeir skyldu skjota at skytanum baðir senn, 'en ek mun skjota at þeim, er skjöld-
inn berr'. Hann gerði sva, en sa skaut skildinum fyri sik. Þa skaut Asmundr milli skjald-
anna ok kom örin i enni skytanum, sva at ut kom i hnakkann, ok fell sa dauðr a bak aptr;
en er Vinðr sa þat, þa yldu þeir allir sem hundar eða vargar. Þa let Rettiburr konungr kalla
20 til þeira ok bjoða þeim grið; [en þeir neittu því[b]] siðan veittu heiðingjar harða atsokn. Þa
var sa einn af heiðnum mönnum, er sva nær gekk, at alt gekk at kastala hurðinni ok lagði
sverði þann mann, er fyri innan stoð hurðina, en menn baru at honum skot ok grjot, ok var
hann hlifðarlauss, en sva var hann fjölkunnigr, at ekki vapn festi a honum. Þa tok Andres
prestr vigðan eld ok signaði ok skar tundr ok lagði i eld ok setti a örvar odd ok fekk As-
25 mundi, en hann skaut þessi ör at hinum fjölkunga manni, ok beit þetta skot sva, at honum
vann at fullu ok fell hann dauðr a jörð. Þa letu heiðingjar illiliga enn sem fyrr, yldu ok
gnistu, gekk þa alt folk til konungs. Þotti kristnum mönnum þa, sem væri til raðs, at þeir
mundu undan leita. Þa skildi tulkr sa, er skildi vindesku, hvat höfðingi sa mælti, er Uni-
burr er nefndr. Hann mælti sva: 'Þetta folk er atalt ok ilt viðskiptis, ok þott ver tœkim
30 alt þat fe, er i þessum stað er, þa mætti ver gefa til annat fe jammikit, at ver hefðim eigi
komit her, sva höfum ver mikit lið latit ok marga höfðingja; ok fyrst i dag, er ver tokum
at berjaz við kastalann, þa höfðu þeir til varnar skot ok spjot. Þvi næst börðu þeir oss með

---

procurrerunt adversus eum octo homines bene armati. Sed cum convenissent inter se, pagani se circumfuderunt circum eum. 1136.
Olverus sustulit securim et percussit anteriore [eius] cornu sub iugulo eum, qui pone eum stetit, ut dissecaret maxillam et
35 *guttur, illeque cecidit resupinus. Tum sustulit securim pro se et percussit alterum in caput et eum dissecuit usque in*
humeros. Deinde in vicem tela iecerunt, isque occidit iterum duos, sed et ipse vulneratus est gravissime; sed ii quatuor
qui supererant fugerunt. Olverus cursu secutus est eos; sed fossa quaedam ante eos erat; duo paganorum in eam se
saltu demiserunt, et Olverus utrumque interfecit; sed ipse stetit immotus in fossa. Duo vero soli aufugerunt ex octo paganis.
Ii qui Olverum secuti erant ceperunt eum et reduxerunt eum secum Scurbagam; vulnera eius resarcita omni ex parte sunt;
40 *et est sermo hominum, neminem perfecisse fortius iter. Duo praefecti, Sigurdus Gyrdi filius, frater Philippi, et Sigardus*
cum septingentis et viginti hominibus venerunt Scurbagam, et Sigurdus revertit cum quadringentis et octoginta; et postea
minimi aestimabatur et vixit breve tempus. Sigardus profectus est cum ducentis et quadraginta ad oppidum et ibi pugnarunt cum
paganis, isque ibi cecidit cum omnibus copiis suis. Slavi oppugnabant castellum, sed rex [eorum] et gubernatores steterunt
extra proelium. Aliquo loco, ubi Slavi stabant, quidam homo fuit et iaculabatur arcu et singulis sagittis singulos [percussit].
45 *Duo viri steterunt ante eum cum scutis. Tum Saemundus Asmundo filio suo dixit, ut uterque sagittarium illum telo peteret*
eodem temporis momento, 'sed ego eum, qui scutum tenet, feriam'. Ita fecit, sed ille se clipeo protexit. Tum Asmundus
inter clipeos sagittam immisit, et venit sagitta in frontem sagittarii, ut per occiput transiret, et ille resupinus cecidit; sed
cum Slavi hoc vidissent, omnes ut canes sive lupi ulularunt. Tum Rettiburus iussit vocari eos pacemque iis offerri, sed ii
rem abnuerunt. Deinde pagani fecerunt acrem impetum. Tum fuit unus paganorum, qui ita appropinquavit, ut usque
50 *ad castelli portam progrederetur et eum, qui intra portam stetit, gladio peteret, sed homines coniecerunt in eum tela et*
lapides, et fuit sine scuto; tantopere vero artis magicae gnarus erat, ut nullum telum ei infigeretur. Tum cepit Andreas
presbyter sacratum ignem eumque benedixit, et dissecuit fomitem incenditque et [fomitem] sagittae cuspidi imposuit As-
mundoque dedit. Sed is sagittam in hominem magum coniecit, et hoc telum momordit ita, ut mortem ei offerret, isque mor-
tuus prostratus est in terram. Tum pagani se iterum male gesserunt ut antea, ululabant et [dentibus] fremebant. Tum
55 *universus populus ad regem ivit. Tum videbatur christianis consilium capi aufugiendi. Tum sensit interpres quidam, qui*
linguam Slavicam intellexit, quae princeps diceret, qui nominatus est Uniburus. Is ita verba fecit: 'Hic populus pugnax
est et valde intractabilis, et quamquam potiremur universa pecunia, quae hoc loco est, alteram pecuniam tantam dare de-
beremus, ne unquam huc venissemus, tantas copias amisimus totque principes. Et hodie primo, cum coepissemus oppugnare
castellum, illi habuerunt ad defensionem tela et hastas, deinde percusserunt nos lapidibus, iam vero feriunt nos fustibus ut

60 a) høfþingjar *[principes] cod. Fris. fortasse rectius.* b) *haec verba, in c. omissa, e AM. 38. recepta sunt.*

1136. grjoti, ok [nu[a]] berja þeir oss með keflivölum sem hunda; se ek fyri því, at þeira föng þverra til varnar, ok skulu ver enn gera þeim harða hrið ok freistum þeira'. En sva var, sem hann sagði, at þa skutu þeir staurum, en i fyrstu hrið höfðu þeir borit uvarliga skotvapn ok grjot. En er kristnir menn sa, at minkaðiz fjöldi at staurunum, hjoggu þeir i tvau hvern staurinn, en heiðingjar sottu at þeim ok gerðu harða hrið ok hvilduz i milli. Gerðuz hvarir tveggju moðir ok sarir, ok i einhverri hvild, þa let konungr enn bjoða þeim grið, at þeir skyldu hafa vapn sin ok klæði ok þat er þeir bæri sjalfir ut yfir kastalann. Þa var fallinn Sæmundr husfreyja, ok var þat rað manna þeira, er eptir voru, at gefa upp kastalann ok sjalfa sik i vald heiðinna manna, ok var þat it usnjallasta rað, fyri því at heiðingjar efndu eigi orð sin, toku alla menn, karla ok konur ok börn, drapu mart, alt þat er sart var ok ungt, ok þeim þotti ilt at flytja eptir ser. Þeir toku alt fe þat, er þar var i kastalanum; þeir gengu inn i Krosskirkju ok ræntu hana at öllu skruði sinu. Andres prestr gaf Rettibur konungi refði silfrbuit[b], en Dunimiz systur syni hans fingrgull. Fyri því þottuz þeir vita, at hann mundi vera nøkkurr raðamaðr i staðinum, ok virðu hann meira en aðra menn. Þeir toku krossinn helga ok höfðu braut, þa toku þeir taboluna, er stoð fyri altarinu, er Sigurðr konungr[1] hafði gera latit i Griklandi ok haft i land. Þeir lögðu hana niðr a graðuna fyri altarit. Þa gengu þeir ut or kirkjunni. Þa mælti konungr: 'Þetta hus hefir verit buit með ast mikilli við þann guð, er þetta hus a, ok sva litz mer, sem gætt muni litt hafa verit til staðarins eða hussins, því at ek se, at guð er reiðr þeim, er varðveita'. Rettiburr konungr gaf Andresi presti kirkjuna ok skrinit, krossinn helga, bokina plenarium ok klerka 4, en heiðnir menn brendu kirkjuna ok öll husin, þau er i kastalanum voru, en sa eldr, er þeir höfðu tendrat i kirkjunni, sloknaði tysvar, þa hjoggu þeir ofan kirkjuna, tok þa at loga innan öll ok brann sem önnur hus. Þa foru heiðingjar til skipa sinna með herfangi ok könnuðu lið sitt, en er þeir sa skaða sinn, þa toku þeir at herfangi alt folkit ok skiptu milli skipanna; þa foru þeir Andreas prestr a konungs skipit. Þa kom otti yfir heiðingja af þeiri bending, er yfir konungs-skipit kom hiti sva mikill, at allir þeir þottuz nær brenna. Konungr bað tulkinn spyrja prest, hvi sva varð. Hann segir, at almattigr guð, sa er kristnir menn truðu a, sendi þeim mark reiði sinnar, [er[c]] þeir dirfðuz þess, at hafa með höndum hans pislar mark, þeir er eigi vilja trua a skapara sinn, 'ok sva mikill kraptr fylgir krossinum, at opt hafa orðit fyrr þvilikar jartegnir af heiðnum mönnum, þa er þeir höfðu hann með höndum, ok sumar enn berari'. Konungr let skjota a skipbatinn kennimönnum ok bar

---

1136. *canes. Video propterea eorum facultates deficere ad defensionem; et impugnemus eos etiamnunc acriter tentemusque eos'. Sed ita erat, ut dixit, ut tum sudes conicerent, sed in primo impetu iecerant nimis incaute tela et lapides. Sed cum christiani viderent multitudinem sudium minui, disciderunt unamquemque in binas partes, sed pagani eos impugnarunt et impetum acerrimum fecerunt, et interdum pugnam [paulo] remiserunt. Utrique defatigati et sauciati sunt. Et quodam intervallo rex etiamtunc pacem iis obtulit, ut retinerent arma et vestes et quaeque ipsi secum extra castellum portarent. Tum ceciderat Saemundus Matrona; et hoc fuit consilium eorum, qui supererant, ut castellum seque ipsos traderent in potestatem hominum paganorum, quod fuit stultissimum consilium, nam pagani suis verbis non steterunt, sed ceperunt omnes homines, viros et feminas et pueros, interfecerunt multos, omnes [scilicet] qui sauciati erant et minores natu et quos secum asportare difficile fuit. Ceperunt omnem pecuniam, quae in castello erat. Invaserunt crucis ecclesiam omniaque eius ornamenta diripuerunt. Andreas presbyter dedit Rettiburo regi scipionem argento ornatum, sed Dunimizo, sororis eius filio, anulum digiti. Ea de causa sibi visi sunt intellegere eum esse principem quendam in oppido, eumque pluris quam caeteros aestimarunt. Rapuerunt crucem sacram asportaruntque; deinde ceperunt tabulam [pictam], quae stabat ante altare, quam Sigurdus rex in Graecia faciendam curaverat et in patriam portarat, in gradus prae altari eam deposuerunt. Tum exierunt ex ecclesia. Tum locutus est rex: 'Haec domus ornata est amore magno in eum deum, qui hanc aedem possidet; mihique videtur oppidum et domus illa male custodita esse, nam ego video deum esse iratum iis, qui ea custodiunt'. Rettiburus rex dedit Andreae presbytero ecclesiam et scrinium, crucem sanctam, librum plenarium et clericos quatuor, sed pagani incenderunt ecclesiam omniaque aedificia, quae in castello erant, sed ignis, quem subiecerant ecclesiae, bis extinctus est; tum [securibus] conciderunt ecclesiam; tum conceperunt intus omnia ignem, et ut alia aedificia [ecclesia] conflagravit. Tum pagani iverunt ad naves suas cum praeda et numerarunt copias suas; sed cum animadvertissent damnum suum, ceperunt universum populum pro praeda et in naves distribuerunt. Tum Andreas presbyter profectus est ad navem regiam. Tum pavor iniectus est paganis prodigio eo, quod supra navem regiam oriretur tantus calor, ut omnes fere comburi sibi viderentur. Rex interpretem iussit interrogare presbyterum, cur ita fieret. Ille respondit Deum omnipotentem, quem christiani crederent, misisse signum irae suae iis, cum ausi essent tractare manibus signum passionis ipsius, qui suum creatorem credere nollent, 'tantaque vis sequitur crucem, ut saepe facta sint antehac talia prodigia inter paganos, quando eam tractarunt manibus, et nonnulla etiam clariora'. Rex imponi iussit clericos scaphae navis, et Andreas crucem sinu portavit.*

a) *in c. om., e AM.* 38. *et c. Fris. receptum.* b) gullbuit *[auratum] cod. Fris.*; ok gyllt *[et deauratum] add. AM.* 38.
c) *om. c., e AM. 38. receptum.*

1) Hierosolymipeta, rex Norvegiae a. 1103—1130, qui a. 1111. Constantinopoli fuit.

Andreas krossinn i faðmi ser. Þeir leiddu batinn fram með endilöngu skipinu ok fram fyri 1136.
barðit ok aptr með öðru borði til lyptingar, skutu siðan við forkum ok hrundu batinum inn
at bryggjunum. Siðan for Andreas prestr með krossinn um nottina til Solbjarga ok var
bæði hregg ok rota. Andreas flutti krossinn til goðrar varðveizlu. Rettiburr konungr ok
5 hans lið, þat er eptir var, for i brot ok aptr til Vinðlandz ok mart þat folk, er tekit hafði
verit i Konungahellu, var lengi siðan i Vinðlandi i þjan. En þeir, er ut voru leystir ok aptr
komu i Noreg til oðala sinna, urðu allir at minna þrifnaði. Kaupstaðrinn i Konungahellu
hefir aldregi fengit slika uppreist, sem aðr var[1].

Saga Inga ok bræðra hans.

10 5. Sigurðr slembidjakn[2] kom þat sumar[3] vestan um haf til Noregs. En er hann 1137.
spurði um farar Magnus frænda sins, þottiz hann vita, at þa mundi hann eiga litit traust i
Noregi; sigldi hann þa alt utleiði suðr með landi ok kom fram[a] i Danmörk. Hann helt i
Eyrarsund, en suðr fyri Erri hitti hann Vinða snekkjur nøkkurar ok lagði til bardaga við þa
ok fekk sigr, hrauð þar 8 snekkjur ok drap þar mart manna, en hengði suma. Hann atti
15 ok orrostu við Mön [við Vinðr[b]] ok hafði sigr[4]. . . . . . .

23. Nikolas kardinali af Romaborg kom i Noreg a dögum þeira Haraldzsona, ok 1152.
hafði pavinn hann sent i Noreg. . . . Hann[5] for suðr siðan[6] með miklar vingjafir, ok letz
ofvalt mundu vera siðan enn mesti vinr Norðmanna. En er hann kom suðr til Romaborgar, 1153.
þa andaðiz braðliga pavinn sa, er aðr var, en allr Romaborgar lyðr vildi taka Nikolaum
20 til pava[7]. Þa var hann vigðr til pava með nafni Adrianus; sva segja þeir menn, er um 1154.
hans daga komu til Romaborgar, at aldregi atti hann sva skylt erindi við aðra menn, at
eigi mælti hann við Norðmenn fyrst, ofvalt er þeir vildu hafa mal hans. Hann var eigi
lengi pavi[8], ok er hann kallaðr heilagr.

Traxerunt scapham praeter latus navis totum et praeter proram alterumque latus usque ad puppim, deinde contis scapham 1136.
25 *impulerunt et delabi fecerunt scapham usque ad pontes. Deinde abiit Andreas presbyter cum cruce noctu Solbiargam, cum
simul esset nix et procella. Andreas portavit crucem ad bonam servationem. Rettiburus rex eiusque copiae, quae super-
erant, abierunt et reversi sunt in Slaviam, et magnus numerus populi, qui captus erat Konungahellae, postea diu erat in
Slavia in servitute. Sed qui redempti sunt et redierunt in Norvegiam in praedia sua, omnes minori fortuna [iam] usi
sunt. Emporium Konungahellae nunquam posthac nactum est talem statum, qualis antea fuit.*

30 *Historia Ingonis et fratrum eius.*

5. Sigurdus Slembidiaconus venit ea aestate ex occidentali plaga per mare in Norvegiam, sed cum comperisset rem 1137.
*[gestam] Magni consanguinei sui, sibi videre visus est tum se habere parum auxilii in Norvegia. Deinde extra insulas
praeter oram terrae meridiem versus navigavit et venit in Daniam. In fretum Eyranum [naves] direxit, sed ultra insulam
Erri invenit aliquot Slavorum naves et commisit pugnam cum iis victoriaque potitus est; octo naves ibi vastavit et multos
35 homines interfecit, nonnullos suspendit. Habuit et alteram pugnam cum Slavis ad Monam [insulam] et nactus est victoriam.*

23. Nicolaus cardinalis [episcopus Albanensis] de Roma venit in Norvegiam diebus Haraldi filiorum, et [Eugenius III.] 1152.
*papa eum miserat in Norvegiam. . . . Deinde [Nicolaus] profectus est meridiem versus cum magnis amicorum donis, et
promisit se abhinc amicissimum Nordmannis futurum esse. Sed cum venisset meridiem versus Romam, mortuus est cito* 1153.
papa, qui antea fuerat; sed universus populus Romanus volebat Nicolaum eligere papam. Tum ille consecratus est papa 1154.
*40 nomine Adrianus. Homines qui eius diebus Romam venerant dixerunt eum nunquam de negotiis tractavisse cum aliis
hominibus, quin primo colloqueretur cum Nordmannis, quotiens peterent praesentiam eius. Non longo tempore fuit papa,
et vocatur sanctus.*

a) *cod. Fris. verba* vestan — fram *omittit et reliqua brevius narrat.* b) *haec verba, in c. om., addita sunt ex AM.* 38. *et 'Fornmannas.'*

45 1) Eadem fere ad verbum leguntur in historia Haraldi Gillii et Magni (in 'Fornmannas.' VII. ex cod. Arna-Magn. 66 fol. edita) c. 10—14. 2) Nominatus rex Norvegiae († 1139). 3) A. 1137. haec facta esse censet Munch II, p. 787. H.-E. 4) Eadem 50 narrantur in historia Ingonis Haraldi f. (in 'Fornmannas.' VII) c. 5; in Vita Sigurdi Slembidiaconi (ibidem) c. 6; Morkinskinna p. 210. 211 (infra); in Fagrskinna c. 257 (infra). 5) Haec ad verbum fere descripta sunt ex Morkinskinna p. 232 (infra); cf. Fagrskinna c. 260 (infra). 6) Eodem anno 1152, Sept. vel Oct., cum archiepiscopatum Nidarosiensem instituisset et primum archiepiscopum consecrasset. H.-E. 7) Eugenio mortuo, cum Nicolaus Romam rediisset, Anastasius successit; hoc demum a. 1154. defuncto Nicolaus electus est papa. H.-E. 8) Obiit a. 1159.

EX SNORRONIS VITA OLAVI SANCTI REGIS.

Cum reliqua quae ex Snorronis magno opere excerpsimus ad verbum in eius Historia Olavi repetita sint (supra p. 333), de bello Magni Boni regis a. 1043. *contra Slavos gesto Snorro in hoc libro brevius ac plerumque aliis verbis usus retulit, quae iam exhibemus.* *O. H.-E.* 5

1042. 264. Magnus konungr gipti Ulfhildi Olafsdottur, systur sina, Ottu hertoga i Saxlandi; Magnus het son þeira, þaðan er komin ætt mikil; hertogar þeir, er raðit hafa fyrir Brunsvik, 1043. telja sva kyn sitt til Olafs hins helga. Magnus konungr for með her sinn til Vinðlandz, þa vann hann Jomsborg ok brendi hana ok herjaði viða land. Siðan for hann aptr til Danmarkar; for þa herrinn fra honum. Var konungr þa eptir ekki fjölmennr. 10

1043. 265. Þat sama haust foru Vinðr með ogrynni liðs. En er þat spurði Magnus konungr, þa samnaði hann her saman ok for moti þeim með þat lið, er hann fekk. Þa kom til liðs við hann Otta hertogi, magr hans. Þeir mœttu her Vinða a Hlyrskogsheiði suðr fra Heiðabœ; þar lagu þeir Magnus konungr uti um nott undir skjöldum sinum. Eptir um daginn var Sept. 28. Mikalsmessu aptann; þa kom til konungs njosn hans, ok höfðu þeir menn set her Vinða; 15 sögðu, at konungr hefði engi hluta liðs við. Görðiz otti mikill i her hans: eggjuðu menn konung at flyja. Var hann þa allhugsjukr, þviat hann hafði aldregi a flotta komit. Vildi hann berjaz, ef mönnum þætti þeir nøkkur föng a hafa. Otta hertogi fysti heldr viðtöku. En er konungr var i þessum ahyggjum, þa somnaði hann; honum syndiz þa enn helgi Olafr faðir hans koma til sin ok mæla: 'Eruþ er nu ottafullir, er heiðingjar hafa her mik- 20 inn, ekki skaltu þat hræðaz, þviat ek mun fylgja þer. Statt upp ok rað til orrostu; þegar er þer heyrið luðr minn, verið øruggir ok ottalausir'. Þa vaknaði konungr; rann þa sol upp. Þa segir konungr draum sinn; urðu við þat glaðir mjök ok herðu hugi sina. Þa sa þeir her Vinða; foru Vinðr yfir Skotborgara[1]. Þa heyrðu liðsmenn Magnuss konungs allir upp i loptit yfir sik kluknahljoð, ok allir þeir menn, er verit höfðu i Niðarosi, þa kendu 25 hljoðit, at sva var sem Glöð væri hringt; su klukka var at Clemenskirkju i kaupangi, ok hafði Olafr konungr þar til gefit. Siðan steypði Magnus konungr brynjunni af ser, en tok i hönd ser øxi, er Olafr konungr hafði att, er Hel heitir, rez þa þegar i moti Vinða her. Sva segir Arnorr jarlaskald: *Oð með øxi — — spendi*[2]. Þa görðu þeir Magnus konungr sva harða atgönguna, at Vinðr hrukku þegar fyrir; sneruz þa a flotta þeir er fremstir 30

1042. 264. *Magnus rex nuptum dedit Ulfhildam Olavi filiam, sororem suam, Ottoni duci Saxoniae; Magnus vocatus est filius eorum, unde exorta est prosapia magna; duces qui dominati sunt Brunsvici referunt ita generis sui originem ad* 1043. *Olavum Sanctum. Magnus rex profectus est cum exercitu suo in Slaviam, tum expugnavit Iomsborgum et combussit et vastavit terram [longe ac] late. Deinde reversus est in Daniam; tunc exercitus discessit ab eo. Posthac rex iam non magnas copias habuit.* 35

1043. 265. *Eodem autumno Slavi profecti sunt cum ingenti multitudine. Sed cum hoc cognovisset Magnus rex, collegit exercitum et profectus est adversus eos cum copiis quas coegerat. Tum advenit ad auxiliandum Otto dux, gener eius. Invenerunt exercitum Slavorum in Hlyrskogensibus lesquis meridiem versus ab Heidaby; ibi Magnus suique iacuerunt nocte* Sept. 28. *sub scutis suis. Postera die fuit Michaelis vigilia; tunc venerunt ad regem speculatores eius, et hi homines viderant exercitum Slavorum; dixerunt regem nihil copiarum habere [pro illorum multitudine]. Iniecerunt timorem magnum exercitui* 40 *regis; urgebant [quidam] homines regem ad aufugiendum. Tum aegerrimi animi fuit, quia nunquam aufugerat. Pugnare voluit, si hominibus videretur se aliquam facultatem [victoriae] habere. Otto dux cohortatus est ad resistendum. Cum autem rex esset in his sollicitudinibus, obdormivit; visus est ei sanctus Olavus pater eius venire ad ipsum et loqui: 'Timidi nunc estis, cum pagani habeant exercitum magnum, noli timere, quia ego adiuvabo te. Surge et committe proelium! simulac audivistis tubam meam, fortes estote et intrepidi'. Tum rex experrectus est; tunc sol exortus est. Tum dixit rex somnium* 45 *suum; unde valde exhilarati sunt et confortati animis suis. Tunc viderunt exercitum Slavorum; transierunt Slavi flumen Scotborgense. Tum audiverunt milites Magni regis omnes in aere supra se campanae sonitum, et omnes homines qui fuerant in Nidaros intellexerunt sonitum talem esse, tamquam si Glöd pulsata esset; haec campana erat in Clementis ecclesia in emporio, et Olavus rex eam donaverat. Deinde exuit Magnus rex loricam, arripuit autem manu sua securim, quam Olavus rex habuerat, quae Hel [dea inferorum, letum] vocata erat, properavit statim adversus Slavorum exercitum. Ita ait Arnorus* 50 *principum poeta: . . . Tum fecerunt Magnus rex suique tam acrem impetum, ut Slavi statim progrederentur; tum in fugam*

1) Slavi eodem die, quo pugna prope Schleswig commissa est, flumen Schottburgerau transire minime potuerunt; sed eos hoc flumen redientes a vastatione transiisse facile credi potest, cum Adam II, 75. eos usque ad Ripam omnia vastasse narret. H.-E.

2) Ut Snorro in Magn. goð. c. 29, supra p. 342.

stoðu, en þeir er siðarst voru stoðu sva, at hinir naðu eigi at flyja, ok fell þa hverr um annan. En konungr ok hans lið hjoggu Vinðr sem bufe. Er þat sögn froðra manna, at þat hafi mannfall mest orðit a Norðrlöndum siðan er kristni kom. Raku þeir siðan flotta ok drapu þa ogrynni liðs. Sva segir Þjoðolfr: *Hykk — — breiða*[1].

5 *se effuderunt qui proximi stabant, sed qui extremi erant ita steterunt, ut nemo illorum posset aufugere, et cecidit alter super alterum. Sed rex et copiae eius occiderunt Slavos tamquam pecora. A prudentibus viris dicitur hanc fuisse caedem hominum maximam in terris septentrionalibus, postquam christiana fide imbutae essent. Deinde persecuti sunt fugientes et occiderunt ingentem multitudinem copiarum. Ita ait Thiodolfus.*

EX NARRATIONE DE ISLANDICIS CHRISTIANIS FACTIS.

10 *Hac historia, vulgo dicta Kristnisaga, narratur, quomodo populus Islandicus fidem veram amplexus sit. Quam continuit liber Haukianus, id est codex, quem Haukus legifer Erlendi filius* (+ *a.* 1334) *maxima ex parte ipse scripsit. Hic codex in plures partes iniuria temporum divisus in collectionis Arna-Magnaeanae* ***Hafniensis*** *nr.* 371. 544. 675. 4°. *asservatur. In quo codice Kristni-*15 *sagae pars quaedam intercidit, sed tota superest in chartaceo exemplari, in eadem collectione nr.* 105 *fol. asservato. Hoc maxima ex parte secuti sumus. Quis huius historiae auctor fuerit, nescimus, sed circa a.* 1200. *composita esse videtur; Arium polyhistorem* (+ 1148) *auctor secutus est aliquoties. Qui libellus editus est in Collectione episcoporum Islandicorum vitarum ('Biskupa sögur')* 20 *t. I.* 1858. *F. J.*

1. Þorvaldr[a] for viða um suðrlönd. Hann fann i Saxlandi suðr byskup þann, er Frið- 981. rekr het, ok tok af honum skirn ok tru retta, ok var með honum um hrið. Þorvaldr bað byskup fara til Islandz með ser at skira föður sinn ok moður ok aðra frændr sina, þa er hans raði vildu fylgja. Byskup veitti honum þat. Þeir Friðrekr byskup ok Þorvaldr komu 25 til Islandz sumar þat, er landit hafði bygt verit [tiu[b] tigu] vetra ok 7 vetr[2]. . . . . . .

Sva er sagt, er þeir byskup ok Þorvaldr foru um Norðlendingafjorðung ok talaði Þorvaldr tru fyri mönnum, þviat byskup undirstoð þa eigi norrœnu; en Þorvaldr flutti djarfliga guðs erendi, en flestir menn vikuz litt undir af orðum þeira.

2. Byskup ok Þorvaldr voru at Gilja með Koðrani hinn fyrsta vetr með 13. mann. . . . 30 Þeir byskup ok Þorvaldr gerðu bu at Lœkjamoti i Viðidal ok bjoggu þar 4 vetr. Þeir foru viða um Island at boða tru[3].

1. Thorvaldus longe circumivit per terras australes. Invenit in Saxonia episcopum, qui Fridericus vocatus erat, 981. *et accepit ab eo baptisma et fidem veram et mansit apud eum aliquamdiu. Thorvaldus ab episcopo petivit, ut secum in Islandiam proficisceretur ad baptizandos patrem suum et matrem aliosque cognatos suos, qui ipsius consilium sequi vellent.* 35 *Hoc episcopus ei indulsit. Fridericus episcopus et Thorvaldus venerunt in Islandiam ea aestate, qua terra habitata fuerat centum annos et septem annos.*

Ita dictum est, cum episcopus et Thorvaldus iter facerent per quadrantem Islandorum borealium, Thorvaldum obtulisse hominibus fidem [christianam], episcopus enim nondum intellexit Norroenam linguam. Thorvaldus gnaviter egit negotium Dei, sed plerique parum commoti sunt verbis eorum.

40 *2. Episcopus et Thorvaldus morati sunt Gilhae apud Kodranum [patrem] primam hiemem cum undecim aliis. . . . Episcopus et Thorvaldus sedem fixerunt Loekiamoti in Vididalo, ibique habitaverunt quatuor annos. Pervagati sunt plurimas partes Islandiae, ut fidem [christianam] annuntiarent.*

a) *excerpta cap.* 1—4. *ex apographo nr.* 105 *fol.* b) *hic numerus in libro omissus in prima editione invenitur.*

1) Ut ibidem. 2) Islandia a. 874. est habitari 45 coepta. Haec igitur a. 981. facta sunt. 3) In Olavi Tryggonis historia magna c. 132, 'Fornmannas.' I, p. 265 sq., hic inseritur narratiuncula fabulosa de miraculo quodam Friderici episcopi, athletas quosdam superantis et per ignem euntis.

4. Þeir Friðrekr byskup ok Þorvaldr foru til þings, ok bað byskup Þorvald telja tru fyri mönnum at lögbergi, sva at hann væri hja, en Þorvaldr talaði. Þa svaraði honum mörgum orðum ok illum göfugr maðr Heðinn fra Svalbarði or Eyjafirði. . . . Þa baðu þeir skald niða þa Þorvald ok byskup. Þetta var þa kveðit: 'Hefir börn borit byskup 9, þeira er allra Þorvaldr faðir'. Fyri nið þetta va Þorvaldr 2 menn. Byskup spurði, hvi hann vægi þa: 'Þvi at þeir sögðu okkr eiga börn saman'. Byskup svarar: 'Þeir lugu a okkr, en þu færðir oorð þeira afleiðis, þvi at ek matta vel bera börn þin eptir mer'[1]. . . . . . .

En er þeir Þorvaldr ok byskup vildu riða a Hegranessþing, en heiðnir menn foru i moti þeim ok börðu þa grjoti, sva at þeir naðu eigi fram at fara. Þar eptir gerðu menn þa seka at heiðnum lögum, en þat sumar eptir a alþingi sömnuðu höfðingjar liði ok riðu með 200 manna ok ætluðu at brenna þa byskup inni. Þeir aðu hrossum sinum, aðr þeir riðu heim a bœinn at Lœkjamoti. En er þeir skyldu a bak hlaupa, flugu fuglar upp hja þeim; við þat fælduz hestar þeira ok fellu menn af baki, sumir brutu hendr sinar, en sumir fœtr eða skeinduz a vapnum sinum, fra sumum hljopu hrossin, ok foru þeir við þat heim aptr. Við þetta herhlaup urðu þeir byskup ekki varir, fyrr en eptir. Þa höfðu þeir 3 vetr buit at Lœkjamoti; þeir bjoggu þar 1[a] vetr siðan. Eptir þat foru þeir utan. En er þeir komu til 985. Noregs, lagu þeir i einni höfn. Þa kom þar Heðinn af Islandi i þa sömu höfn ok for þegar upp i skog at höggva við. En er Þorvaldr varð varr við þat, for hann með þræl sinn ok let vega hann þar. En er byskup vissi þat, þa sagði byskup, at þa mundi skilja felag þeira, þat er hann var heiptrækr. Byskup for þa suðr i Saxland ok andaðiz þar, ok er hann maðr sannheilagr[3].

12. Gizurr[b] hinn hviti bjo i Höfða, aðr hann gerði bœ i Skalaholti ok fœrði þangat bu sitt. Hann lagði allan hug a at styrkja kristnina. Hann sendi Isleif sun sinn suðr i Saxland, ok gekk þar i skola i borg þeiri, er [Herfurða[c. 4]] heitir[5]. . . . . . .

---

4. *Fridericus episcopus et Thorvaldus profecti sunt ad placita generalia, et episcopus iussit Thorvaldum fidem hominibus in Rupe iuris dicundi praedicare, ita ut [episcopus] adesset, sed Thorvaldus locutus est. Tum respondit ei multis verbis et malis vir nobilis, Hedin Svalbardensis ex Eyiafiördo. . . . Tum a poeta quodam petiverunt, ut versibus probrosis perstringeret Thorvaldum et episcopum. Tum hi versus facti sunt: 'Pueros genuit episcopus novem; eorum est omnium Thorvaldus pater'. Ob hos versus contumeliosos Thorvaldus cecidit duo homines. Episcopus interrogavit, cur cecidisset eos? 'Quia dixerunt me ex te liberos suscepisse'. Episcopus respondit: 'De nobis ementiti sunt, sed tu in peius detorsisti eorum maledicta. Poteram enim bene tuos liberos mecum sinu gestare[2]'.*

Sed cum Thorvaldus et episcopus vellent equitare ad placitum Hegranesicum, pagani contenderunt adversus eos lapidibusque ceciderunt eos, ut ii pergere nequirent. Postea eos sontes fecerunt legibus paganis. Sed eadem aestate postea in placito generali principes collegerunt copias et equitarunt cum ducentis et quadraginta hominibus et in animo habuerunt episcopum et Thorvaldum incendio interficere. Quiescere fecerunt equos suos priusquam Loekiamotum venirent ad villam. Sed cum ascenderent, evolarunt aves inter eos. Ea re consternati sunt equi eorum, et homines in terram ceciderunt. Alii fregerunt brachia sua, alii crura, alii vulnerati sunt armis suis. Ab aliis equi aufugerunt; et domum reverterunt his factis. De hac expeditione episcopus et Thorvaldus certiores non facti sunt prius quam postea. Tum tres annos 985. *habitarant Loekiamoti. Unum annum ibi postea habitarunt; postea profecti sunt peregre. Sed cum in Norvegiam venissent, in ancoris steterunt in portu quodam. Tum venit eo Hedinus de Islandia in eundem portum; et extemplo in silvam escendit, ut ligna caederet. Sed cum Thorvaldus animadvertisset id, profectus est cum servo suo et Hedinum caedi ibi curavit. Sed cum episcopus comperisset id, dixit societatem eorum iam dissolutum iri, quia esset ad ulciscendum pronus. Tum episcopus profectus in Saxoniam ibi mortuus est. Et est vir vere sanctus.*

12. *Gizur Albus habitavit Hofdii, priusquam villam aedificavit Scalaholti et eo contulit sua omnia. Summam operam dedit christianitati corroborandae. Islavum filium suum in Saxoniam misit, et ibi scholas frequentavit in eo oppido, quod Herfordia nominatur.*

a) V *c., quod corruptum esse videtur.* b) *haec ex cod. nr.* 371. c) *nomen deest c., suppletum ex editionibus et Hungrvaka c.* 2.

1) Eadem historia hic (c. 135, ib. p. 270) quaedam de episcopi et Thorvaldi strenua opera inserit, et quomodo puer quinque annos natus, rumore de iis audito, ad eos venerit, ut baptismum acciperet. 2) Isl. *bera* et gestare et parere significat. 3) Fere eadem, sed ampliata (v. supra n. 1. et p. 351, n. 3), de Thorvaldo et Friderico narrantur in Vita Olavi Tryggonis filii c. 131—134. 137, in 'Fornmanna sögur' I, p. 259 sqq. Cf. Liber originum (1843) III, 4. et Libellus Islandorum Arii c. 8. et Hungrvaka c. 3. ('Biskupa sögur' I). 4) Herford in Westphalia. [Sed sane mirum est hoc loco eum litteris studuisse, quo coenobium monialium erat; multo probabilius est eum in monasterii Hersfeldensis celeberrima schola eruditum esse. H.-E.]. 5) Idem narratur in Vita Iohannis episcopi c. 1 (in 'Biskupa sögur' I). Gizur, filius Isleivi, ibidem litteris operam dedisse dicitur, ibid. c. 3. Cf. Hungrvaka c. 5.

EX BREVIARIO HISTORIARUM REGUM NORWEGIAE.

Perpauca sunt quae ex hoc libello, de quo vide supra p. 331, *Islandice dicto* Agrip af Noregs konunga sögum, *hoc loco nobis edenda erant. Qui libellus paulo ante a.* 1190. *compositus exstat initio et fine destitutus in codice col-* 5 *lectionis Arnae-Magnaeanae nr.* 325. 2, *mbr. saec. XIII, ex quo cum versione Latina editus est a P. A. Munch in 'Samlinger til det norske Folks Sprog og Historie' (Christianiae* 1834*) II, p.* 271—335, *postea iterum in 'Fornmanna sögur' X, p.* 377—421, *et versio Latina exstat inter Scripta historica Islandorum X, p.* 350 —392. *Tertio editus est a.* 1880. *a V. Dahlerup.*

10 *Auctor huius libelli, qui brevem historiam regum Norwegiae ab Halbdano Nigro usque ad a.* 1177. *continebat, praeter pauca carmina scaldica et carmen quoddam, quo regum series descripta erat, Theodrici libro usus videtur esse.* *F. J.* *O. H.-E.*

15. En siðan er a leið a stundina, þa var honum fengit lið ok skipastoll ok for hann 15 bæði a eitt land ok önnur lönd ok herjaði, ok aukuðu flokk hans bratt Norðmenn ok Gautar ok Danir [ok Vinðr[a]], ok vann nu storvirki[1]. . . . . . .

16. Hann drygði viða herskap bæði a Vinðlandi ok a Flæmingjalandi, a Englandi ok a Skotlandi, a Irlandi ok a mörgum öðrum löndum. Hafði iðuliga vetrsetu sina a Vinðlandi i borg þeiri, er het Jomsborg. . . . . . .

20 17. En[2] bratt eptir þetta kvangaðisk Olafr ok tok systur Sveins Tjuguskeggs, Dana 998? konungs, er Þyri het, er hertogi nekkverr i Vinðlandi hafði festa nauðga, ok heldusk fyr því eigi þau festarmal. En eptir samkvomu þeira, þa veitti Sveinn konungr ahald þingum þeim, er jatt varu ok skilat með systur hans, ok þotti Olafi konungi su neisa með sneypu. Ok at hefna þess, þa safnaði hann her til Danmarkar ok beið liðsins i landamæri. Ok með 25 því at seinkaðisk kvama þeira, þa helt hann yfir til Vinðlandz með 11 einum skipum ok vænti liðs eptir ser. En þa er su van varð at lygi, af því at flokkrinn vendi þegar aptr, er hann var or landi, þa ætlaðisk hann at afla ser gengis i Vinðlandi af sinum sannvinum, er honum höfðu i utilegu hollir vinir verit ok tryggvir felagar. En þat toksk eigi, þviat Sveinn konungr hafði kvatt til liðs með ser Olaf Svia konung ok Eirik son Hakonar illa, ok komu 30 þessir at honum fyrir Sjolandi með tveim skipum ok atta tøgum skipa. . . . . . .

22. . . . Ok gat Olafr digri með henni börn. En þeira ørnefni eða ørferðir vitum ver eigi, nema um Gunnhildi[3] dottur þeira, er tok Otto hertogi a Saxlandi. . . . . . . 1042.

31. . . . Ok funnusk a skipum við nes þat, er kallat er Helganes[4], ok heldu bardaga,

---

15. *Sed deinde, cum tempus procederet, datae ei [Olavo Tryggonis] sunt copiae et classis navium, et profectus est* 35 *et ad unam terram et alias terras et vastavit, et auxerunt copias eius mox Nordmanni et Gothi et Dani et Slavi, et nunc edidit magna facinora.*

16. *Egit [Olavus Tryggonis] multis locis militiam et in Slavia et in Flandria, in Anglia et in Scotia, in Hibernia et in multis aliis terris. Habuit saepe hibernam sedem in Slavia in castro, quod nominatum est Iomsborgum.*

17. *Sed mox post hoc uxorem duxit Olavus [Tryggonis] et duxit [uxorem] sororem Suenonis Furcibarbae Danorum* 998? 40 *regis, quae Thyra nominata est, quae duci cuidam in Slavia desponsa erat invita, quam ob rem non servari potuit ea pactio sponsalis. Sed post nuptias eorum [Olavi et Thyrae] Sueno rex retinuit eas res, de quibus actum erat, ut sorori eius cederent, et videbatur Olavo ea imminutio esse contumeliosa. Et ut ultionem huius rei caperet, collegit exercitum [qui navigaret] in Daniam, et exspectavit eum ad terrae fines. Et cum duceretur adventus eius, traiecit in Slaviam cum undecim solum navibus et speravit exercitum venturum esse. Sed cum ea spes falleretur, quia copiae redierunt statim, cum* 45 *terram reliquisset, habuit in animo copias colligere in Slavia inter suos veros amicos, qui ei in expeditionibus marinis fuerant boni amici et fideles socii. Sed res non procedit, quia Sueno rex evocaverat, ut sibi opem ferret, Olavum Sueonum regem et Ericum, filium Haconis Mali, et hi eum aggressi sunt ante Sialandiam cum duabus navibus et octoginta.*

22. . . . *Et suscepit Olavus Crassus [Sanctus rex Norwegiae] ex ea [Astrida, filia Olavi regis Suethici, sorore Ingigerdae] liberos. Sed eorum nomina aut facta nescimus praeter Gunhildam filiam eorum, quam duxit Otto dux in Saxonia.* 1042.

50 31. . . . *Et inter se congressi sunt [Sueno Estrithson et Magnus Bonus rex Norwegiae] ad eam peninsulam, quae*

a) *haec verba in c. certe desunt, sed incuria omissa videntur (v. Bugge, 'Aarböger f. nord. Oldk.'* 1873, *p.* 8*).*

1) Cf. supra p. 333, n. 4. 2) Ad hoc caput cf. Heimskr., supra p. 338 sq.; Hist. Olavi ampl. c. 42 infra). 3) Immo Ulfhildi; cf. supra p. 341, n. 4. 4) Helgenes oppidum in peninsula, quae ab Aarhus orientem versus in mare porrigitur, situm est. Uberius de hoc proelio relatum est in Fagrskinna c. 145;

1043. ok flyði Sveinn til Vinðlandz ok efldi þaðan her annat sinni hvaðan ok er hann matti fa, ok helt þeim her til Danmarkar, svat Magnus hafði skömmu aðr vitorð af, ok fyrir því litinn viðbunað ok ottaðisk af liðleysi ok bjosk þo sem hann matti til viðrtöku.

32. En of nottina er hann skyldi berjask of morguninn, ok honum var otti mikill a raði sinu, þa birtisk honum faðir hans i draumi ok bað hann ekki ottask, sagði honum at hann skyldi sigr vinna, ok sva gafsk. Mœttusk þeir um morguninn a heiði þeiri, er Hlyrskogsheiðr heitir, er liggr við Skotborgara[1], ok skipaði Magnus sva liði sinu i fylkingar, sem inn helgi Olafr hafði aðr i draumi kent honum; ok a þeiri tið gekk hann at berjask, er hann hafði aðr sagt honum of nottina, þat var þa er sol var i landsuðri, ok kom fylking hans a armfylking Sveins[2] ok snørisk hon öll fyrir; ok fekk Sveinn af mörgu því mikinn skaða, er hann hafði aðr til sigrs ætlat, þviat hann hafði øxnum skipat i odd a liði sinu ok bundit spjot a bak, en fjalar fyr augu, en nautin snørusk fyrst a fra, ok veik sva til, at Sveinn var netjaðr meðal nautaflokksins ok flokks Magnuss, ok fekk inn mesta Sveinn mannskaða, en hann frelstisk með flotta, ok rak Magnus lengi með annan mann Svein ok flokk hans. En þat var orðlag Sveins sagt ok hans manna, at ef allir berðisk sva sem sa enn friði maðr inn ungi i silkiskyrtunni, þa hefði ekki barn undan komizk, en þat var konungrinn sjalfr; ok vendi aptr siðan til hers sins, ok urðu allir honum fegnir; en aðr höfðu þeir ottazk fall hans, er hann dvalðisk sva lengi at reka flokkinn með eins manns hjalp. En Sveinn sotti ser friðland. Magnus konungr sitr nu i Danmörku með kyrð ok með fullum friði.

1111. 48. . . . En heim i Noreg sœkir hann um Ungeraland ok Saxland, of Danmörk[3]. . . .

1043. *Helganes vocata est, et pugnam habuerunt, et aufugit Sueno in Slaviam, et inde collegit exercitum iterum atque undecumque eum poterat nancisci, et duxit hunc exercitum in Daniam, ita ut Magnus paulo antea eius rei certior factus esset, et ideo parvum belli apparatum comparavit et timuit propter paucitatem copiarum et tamen se paravit ut potuit ad resistendum.*

32. *Nocte vero [praecedente] quo pugnandum ei erat mane, cum ei timor magnus incideret de rebus suis, apparuit ei pater eius [Olavus Sanctus] in somnio et eum hortatus est, ne timeret, dixit ei ipsum victoria potitum iri, et ita contigit. Congressi sunt mane in campis incultis qui Hlyrskogenses dicuntur, qui siti sunt ad flumen Skotborgense, et disposuit Magnus ita exercitum suum in acies, ut sanctus Olavus antea in somnio eum docuerat; et eo tempore prodiit in proelium, quo antea ei praeceptum erat nocte, videlicet cum sol esset inter regionem orientalem et meridianam, et stetit acies eius contra cornu aciei Suenonis, et hoc totum proturbatum est; et Sueno magnum damnum fecit ex multis rebus, quas sibi victoriae [reportandae adiumentum] futuras esse antea speraverat, nam boves constituerat in fronte aciei suae et hastas illigaverat in tergis [eorum], laminas vero ligneas oculis [eorum praeligaverat], sed grex boum primo se convertit retro, et ita accidit, ut Sueno intercluderetur inter gregem boum et cohortem Magni, et Sueno contraxit maximam hominum cladem, ipse autem se eripuit fuga, et insecutus est Magnus diu cum uno viro [comite] Suenonem et cohortem eius. Sed haec fuisse verba Suenonis et hominum eius dicuntur: si omnes pugnassent ita ut ille pulcher iuvenis indumento serico [vestitus], nullum puerum evadere potuisse; hic vero fuit ipse rex; et reversus est deinde ad exercitum suum, et omnes laetati sunt eius adventu, antea autem timuerant, ne cecidisset, cum tamdiu immoraretur insequendo fugientes cum unius hominis auxilio. Sed Sueno quaesivit sibi terram pacis [i. e. in qua in pace esset] Magnus rex sedet nunc in Dania in quiete et plena pace.*

1111. 48. . . . *Sed in Norwegiam rediit [Sigurdus Hierosolymipeta rex e Terra Sancta per Constantinopolim reversus] per Ungariam et Saxoniam et per Daniam.*

EX HISTORIA REGUM NORWEGIENSIUM
DICTA MORKINSKINNA.

Morkinskinna vocata est a Torfaeo Historia regum Norwegiensium a Magno Bono (a. 1035—1047*) usque ad a.* 1177, *quia codicis, quo ea continetur, nunc*

Heimskr., Magnus goð. c. 34. Sed hae dicunt hoc proelium post Hlyrskogense (a. 1044) commissum esse et Suenonem inde in Scaniam, Gothiam, Sueciam evasisse. H.-E. 1) Poetarum strophis, praesertim ea Thiodolfi, quae allata est in Vita Magni Boni c. 32 (infra), omnes scriptores seducti sunt, ut campum Hlyrskogensem prope flumen Schottburgerau situm esse opinarentur. H.-E. 2) De Suenone in hoc bello duce Slavorum reliqui qui hoc de proelio retulerunt, Adam II, 75; Theodric. c. 20, supra p. 250; Saxo l. X, supra p. 66; Snorro supra p. 342 sq. 350 sq.; Fagrskinna c. 142 (infra); Hist. Magni Boni c. 29—35 (infra) nihil dicunt; sola Knytl. c. 22, supra p. 276, nescio an hoc loco Breviarii citato, eius mentionem facit; cf. Munch l. l. II, p. 20 sq. H.-E. 3) Cf. Heimskr., supra p. 344; Morkinskinna p. 165 (infra p. 356).

Hafniensis regiae bibl., coll. regiae veteris nr. 1009. fol., saec. XIII. exeunte exarati, folia putrefacta erant[1]. *Historiae huius circa a. 1217. compositae fontes fuerunt cum vetustiores libri, ut Erici Oddonis filii ac Breviarium et carmina scaldica, quorum strophas multas auctor attulit, tum narra-*
5 *tiones ore populi traditae, unde procul dubio haustae sunt multae copiosissimae relationes de Islandicorum quorundam celebrium rebus gestis, quas hic liber solus continet.*

Eum a Snorrone exscriptum esse iam supra p. 331. diximus. Hic liber, qui perpauca hoc loco exscribenda nobis praebuit, editus est a C. R. Unger
10 *Christianiae 1867. 8°*[2]. *F. J. O. H.-E.*

Maðr er nefndr Karl, en annarr Björn, þeir voru brœðr 2 litils hattar at burðum ok þo framkvæmdarmenn. . . . Sva kom mali þeira, at þeir attu kugg einn mikinn i förum, ok nu heldu þeir hanum eitthvert sumar til Saxlandz suðr. Þa koma þeir i Danmörk ok ætla þaðan til Englandz. Þa tok Karl til orða ok mælti við haseta sina: 'Kunnikt vil ek yðr
15 gera, hver ætlun min er, þvi at annan veg vikr við um ferðina, en þer munuð hyggja, ek ætla at fara i Austrveg kaupferð, en nu fyrir sakir ummæla Sveins konungs[3] ok Jarizleifs konungs ok þess ufriðar er i milli þeira er, þa ma þat kalla eigi varlikt. Nu segi ek yðr at ek em raðinn i at fara, en ek vil yðr kost a gera at fara annan veg ok heimilt at ganga af minu skipi. Fari Danskir eða Suðrmenn[4] ok Enskir her a önnur skip ok þangat hverr, sem
20 likar bezt'. . . . . . . (p. 3.)

En Haraldr konungr kom nu með liðinu til Heiðabyjar, ok gera mikinn sveim um bœinn, (1049. p. 56.) toku ok ræntu storum gersimum ok mörgum, þviat naliga varu þar allar komnar, þær sem mestar varu i landi; þar varu ok komnar rikra manna konur ok i þeim stað einhverjum var mest frægð ok gœzka i allri Danmörk. Toku [nu þar] höndum allt slikt, sem þeir vildu,
25 bæði konur ok fe. . . . Ok er þeir höfðu rænt bœinn ok tekit slikt, er þeir vildu, þa brendu

---

Vir quidam nominatus est Karolus, alter vero Biorno, qui erant fratres ignobiles natu et tamen industriosi valde. . . . Ita evenit res eorum, ut haberent navem mercatoriam magnam in navigationibus, et iam eam direxerunt quadam aestate in Saxoniam meridiem versus. Tum venerunt in Daniam et in animo habuerunt inde [proficisci] in Angliam. Tum Karolus verba fecit et locutus est ad socios suos: 'Notum volo vobis facere, quod propositum meum sit, nam aliud iter facere
30 *statui, ac vos opinamini, proposui iter facere mercatorium in terras Orientales [Balticas], sed nunc propter edicta Suenonis regis [Norwegiae] et Iarizlavi regis [Russiae] et propter bellum, quod geritur inter eos, hoc non cautum dici potest. Nunc dico vobis meum consilium esse hoc iter facere, sed vobis dabo licentiam aliud iter faciendi et exeundi ex mea navi. Eant Dani vel Germani et Angli hinc in alias naves et eo quocumque cuilibet placet.*

Sed Haraldus rex [Severus Norwegiae] iam venit cum exercitu ad Heidaby, et faciunt magnum cursum huc et illuc (1049.)
35 *per oppidum, ceperunt et rapuerunt magna cimelia et multa, nam eo venerant fere universa, quae maxima fuerunt in terra; eo etiam venerant potentum virorum uxores, et in eo oppido uno fuit maxima gloria et opulentia in tota Dania. Ceperunt igitur ibi omnia, quae cupierunt, et mulieres et pecunias. . . . Et cum diripuissent oppidum et cepissent quae*

1) Multa etiam excisa sunt ex codice, unde haud parva pars operis periit. 2) Huius editionis pagi-
40 narum numeros in margine adnotavimus. 3) Anno 1030 -1035. Hoc tempore igitur haec facta esse apparet. Eadem paucis mutatis leguntur in Historia Magni Boni c. 4, 'Fornmannas.' VI, p. 7. 8; in cod. Flateyensi c. 2. 4) Germanos non solum in Nor-
45 wegia, sed etiam, casu ita ferente, in Islandia vixisse ostendit Sturlungorum Historia (ed. 1878) I, p. 234, ubi sic: *Þeir voru fylgdarmenn Snorra Valgarðr Styrmisson ok Herburt, hann var Suðrmaðr ok kunni allra manna bezt við buklara* [Fuerunt comites
50 Snorronis (Sturlaei) Valgarthus Styrmeri filius et Herburt, is fuit Germanus et scivit omnium hominum optime uti clipeo umbonibus adornato]. — Similiter in Olavi historia Tryggonis filii maxima ('Fornmannas.' I, p. 290) nominantur 'duo optimi
55 fabri, genere Slavi' *[Hann leigir til með ser 2 ena hogustu smiði, vindverska at ætt]*. Hic addere lubet, quod iter mercatorium Sigurdi Dani in Slaviam narratur in Olavi sancti Historia in cod. Flat. et in Thomasskinna (cod. reg. 1008 fol.) cf. 'Fornm.' V, p. 182, et quod Slavi et Curones *(Vinðr ok Kurir)* in Dania rem piraticam egisse dicuntur in Historia Haraldi Severi (in 'Fornm.' VI, p. 290). Etiam in Historia Haconis Sverreri filii, regis Norwegiae (a. 1202—1204) nominatur Germanus *(suðrmaðr)*, qui instrumentum ad muros frangendos *(manga)* exstruere calluisse dicitur ('Fornm.' IX, p. 10). Item nominatur vir quidam Germanus *(suðrmaðr)*, nomine Tyrker, qui in Groenlandia aliquamdiu moratus, una cum Leifo, cum Vinlandiam (Americam) invenit, in nave fuit nauta, v. 'Flateyjarbok' I, p. 538 sqq. — In historia Laurentii episcopi (a. 1323—1330) c. 8 (ed. in 'Biskupasögur' I) nominatur Thrandus quidam 'fisiler', qui multas mirabiles res facere potuit, inter quas fragor bellicus terribilis fuit; dicitur hic Flandrensi genere ortus esse. In c. 9 sqq. de sacerdote Flandrensi Iohanne, qui in Norwegia moratus est aliquamdiu, narrantur quaedam.

þeir hann upp allan ok þa ortu þetta menn Haraldz konungs: *Brendr — armi*[1]. Þessa minniz ok Þorleikr fagri i sinum flokki: *Hve hefir — rendi*[2].

1111. p. 165 Sigurðr konungr for þa leið af Miklagarði um Ungaraland, Saxland ok Danmörk. I þessi ferð fann Sigurðr konungr Lotharium keisara af Romaborg i Svafa[3], ok fagnaði keisari hanum forkunnar vel, fekk hanum leiðtoga, ok let halda hanum torg um allt riki sitt. Ok þa er Sigurðr konungr kom til Heiðabyjar i Danmörk, þa hitti hann þar Nikolas Dana konung, ok gerði hann moti Sigurði konungi veizlu mikla ok fylgði hanum sjalfr norðr a Jotland ok gaf hanum skip með öllum bunaði, þat er Sigurðr konungr hafði i Noreg. Ok um miðsumars skeið tok Eilifr jarl við hanum i Slesvik ok veitti hanum agætliga veizlu[4]. . . . . . .

p. 169. Sigurðr konungr[5]. . . . [atti[a]] Malmfriði dottur Haraldz Valdamarssonar austan or Holmgarði. Valdamarr þessi var sonr [Jarizleifs konungs ok I]ngigerðar dottur Olafs sœnska. En moðir Haraldz Valdamarssonar var Gyða, dottir Haraldz Goð[inasonar. Moðir Ma]lmfriðar drotningar var Kristin, dottir Inga konungs Steinkelssonar Svia konungs. Önnur dottir Haraldz [Valdamarssonar var Ingibjörg, er atti] Knutr konungr Lavarðr. Þeira börn voru þau Valdamarr Danakonungr ok Marg[ret ok Kristin[a]] ok Katerin. Margretu atti Stigr Hvitaleðr.

c. 1134. p. 203 sq. Siðan for Sigurðr[6] utan af Jorsalalandi um Grikland, Frakland, Saxland, sem Ivarr segir: . . . *Saxa sjöt Sigurðr kannaði.*

1137. p. 210. Sigurðr slembir kom þat sumar i Danmörk ok haði orrostur tvær i Eyrarsundi við Vinðr, aðra suðr við Erri ok hrauð þar 8 skip [ok drap þar mart manna[a]], en hengði suma.

p. 211. . . . Ivarr[7] getr þess, sem fyrr er sagt, at hann atti orrostu við Erri[8]: *Mœtti Vinðum, sas vega þorði sokndjarfr Sigurðr suðr við Erri.* Ok enn segir hann: *Hrauð ungr konungr* 8 *snekkjur vargr gein um val Vinða ferðar hne fyr eggju ofþjoðar lið.* Aðra orrostu atti hann fyr Mæri ok drap þar mart Vinða, sem Ivarr segir: *Enn let aðra austr fyr Mæri gramr geirþorinn gunni haða neytti vapna, þa er Vinðr hnigu örr oddviti öðru sinni.*

---

tulit, incenderunt universum et tum versus hos fecerunt milites Haraldi regis: 'Combusta est' etc. Huius rei meminit etiam Thorleicus Pulcher in carmine suo:

1111. *Sigurdus [Hierosolymipeta] rex [Norwegiae] iter tum fecit de Constantinopoli per Ungariam, Saxoniam et Daniam. In eo itinere convenit Sigurdus rex cum Lothario imperatore Romano in Suavia, et imperator eum excepit excellentissime, dedit ei itineris duces et forum ei praebendum curavit per totum regnum suum. Et cum Sigurdus rex venit Heidaby in Dania, invenit ibi Nicolaum Danorum regem, et hic paravit Sigurdo regi convivium magnum et secutus est eum ipse septentrionem versus in Iutiam et dedit ei navem cum omni apparatu, qua Sigurdus rex traiecit in Norwegiam. Et media fere aestate excepit eum Elivus princeps Slesvici et paravit ei lautum convivium.*

Sigurdus [Hierosolymipeta] rex . . . [uxorem] habuit Malmfridam filiam Haraldi [Mstislavi], Waldemarii filii, ex oriente de Holmgardia. Waldemarus hic fuit filius Iarizlavi regis et Ingigerdae, filiae Olavi Suethici. Sed mater Haraldi, Waldemari filii, fuit Gyda, filia Haraldi [Anglorum regis] Godini filii. Mater Malmfridae reginae fuit Christina, filia Ingonis regis, Steinkelis filii, Sueonum regis. Altera filia Haraldi Waldemari filii fuit Ingiborga, quam duxit Knuto rex Lavard. Eorum liberi fuerunt Waldemarus Danorum rex et Margareta et Christina et Catharina. Margaretam duxit Stigus Albi-corii.

c. 1134. *Deinde profectus est Sigurdus e terra Hierosolymitana per Graeciam, Franciam, Saxoniam, ut Ivarus narrat: . . . 'Saxonum sedes Sigurdus lustravit'.*

1137. *Sigurdus Slemberus venit ea aestate in Daniam et habuit pugnas duas in freto Eyrano cum Slavis, alteram meridiem versus ab [insula] Erri et vastavit ibi octo naves et occidit ibi multos homines, nonnullos vero suspendit. . . . Ivarus memorat, ut ante dictum est, eum pugnam habuisse ad Erri: 'Obviam ivit Slavis, qui pugnare ausus est, in praelio audax, Sigurdus ad Erri'. Et iterum dixit: 'Vastavit iuvenis rex octo naves — lupus inhiavit caesis — Slavorum cohortis'. Alteram pugnam habuit ante Maeri et interfecit ibi multos Slavos, ut Ivarus narrat: 'Etiam habuit alteram ad orientale latus Maeri rex ense audax pugnam. Armis naviter usus est, cum Slavi ceciderunt, fortis dux altera vice'.*

a) *uncis inclusa abscissa sunt in c.*

1) Hanc stropham vide supra p. 343. 2) Eandem stropham vide infra p. 364 sq. 3) Per Sueviam Heinricus V. (non Lotharius; cf. supra p. 344, n. 8) mense Iulio vel Aug. in. a. 1111. iter fecisse potest, cum Ratispona Spiram proficisceretur. H.-E. 4) Quae hoc loco de Nicolao rege et Elivo duce Sigurdum Slesvici excipientibus narrata sunt ex diversis fontibus hausta esse videntur, quorum alter de Nicolao, alter de Elivo retulerit, quorum in altero nomen civitatis eiusdem Heidaby, in altero Slesvic scriptum erat. Haec ex Morkinsk. procul dubio sumpsit, sed, ut corrigeret, alio ordine narravit Snorro, supra p. 344 sq. H.-E. 5) Eadem fere vide supra p. 345. Hoc caput fere iisdem verbis invenitur in cod. Frisiano in Vita Sigurdi, Eysteni, Ingonis c. 17. 6) Sigurdus vocatus slembir vel slembidiakn, regulus Norwegiensis, interfectus a. 1139. 7) Ivarus Ingimundi filius, poeta Islandicus, qui vixit c. 1100 – 1150. 8) Ærø insula Danica.

Um daga þeira brœðra kom Nikolas kardinali sunnan fra Romi, ok hafði pafinn sent hann i Noreg. . . . Ok for hann suðr aptr með mikla virðing ok vingjafar, ok letz jafnan siðan mundu vera enn mesti vinr Norðmanna. En þa er hann kom til Romaborgar, þa andaðiz braðliga pafi sa er aðr var[1], ok allr Romaborgar lyðr vildi Nikolaum til pafa, ok hann var vigðr til pafa með nafni Adrianus, en hann het aðr Nikolaus. En sva sögðu þeir menn, er um hans daga komu til Romaborgar, at aldregi atti hann sva skylt at tala við aðra menn, at eigi mælti hann við Norðmenn fyrst avalt, ef þeir vildu na mali hans. En hann var eigi lengi pafi, ok er nu sannheilagr maðr.

1152. p. 232. — 1154.

Tempore horum fratrum [Ingonis, Sigurdi, Eysteinis regum Norwegiae] venit Nicolaus cardinalis e meridie de Roma, et [Eugenius III.] papa miserat eum in Norwegiam. . . . Et rediit meridiem versus cum magna honestate et magnis amicorum donis, et promisit se abhinc semper amicissimum futurum esse Nordmannis. Sed cum venisset Romam, mortuus est cito papa, qui antea fuerat, et totus Romanus populus volebat Nicolaum [creari] papam, et consecratus est papa nomine Adrianus, sed antea nominatus erat Nicolaus. Ita autem dixerunt homines qui eius tempore Romam venerunt, nunquam ei tam maturato opus fuisse, ut colloqueretur cum aliis hominibus, quin prius colloqueretur cum Nordmannis, quotiens peterent praesentiam eius. Sed haud longo tempore papa fuit, et nunc est vere sanctus vir.

1152. — 1154.

1) Cf. supra p. 349, n. 7.

EX HISTORIA REGUM NORWEGIENSIUM DICTA FAGRSKINNA.

Codex membranaceus bibliothecae Hafniensis a. 1728. *combustus, quem Torfaeus*[1] *'a nitido involucro' eius Fagrskinnam*[2] *dixit, continebat historiam regum* 5 *Norwegiensium ab Halbdano Nigro, patre Haraldi Harfagr, usque ad a.* 1177, *quam c. a.* 1220, *antequam Snorro historiam suam multo ampliorem componeret, ab Islandico quodam conscriptam esse iam nunc inter omnes constat. Et ut iam supra p.* 331. *diximus, G. Storm*[3] *quidem optimo iure censet eam a Snorrone lectam et adhibitam esse. Quae sane haud minoris pretii est* 10 *quam Snorronis multo amplius opus.*

Praeter carmina scaldica, quorum permultas strophas auctor attulit, G. Storm eum contendit usum esse Vita Olavi Tryggonis filii auctore Oddone monacho, historia dicta Morkinskinna, Jomsvikingasaga.

Codicis dicti Fagrskinna (A) tria supersunt exemplaria recentia in col- 15 *lectione Arna-Magnaeana nr.* 52 *fol., quo usi sumus, nr.* 301. *et* 303. 4°.

In eadem autem collectione duo exstant apographa, signata nr. 51. *fol. et* 302. 4°, *alterius codicis membranacei (B) saec. XIV, cuius adhuc fragmentum breve superest, qui in universum quidem cum Fagrskinna convenit, tamen quaedam eius particulae omissae in eo erant, alia quaedam perpauca* 20 *addita. Codicem A potissimum secuti sumus.*

Fagrskinna edita est a P. A. Munch et C. R. Unger Christianiae 1847.

F. J. *O. H.-E.*

30. . . . Hakon[a] konungr[4] for leita þeira með tveim snekkjum ok hitti vikinga suðr fyri Hallandi, Vinði ok Dani með 10 skipum, berz við þa ok vann sigr ok rak fyri borð 25 mikinn hluta af liði þeira[5]. . . . . . .

37. . . . Tok[b.6] þa at herja ok görðiz utilegu vikingr. Hann herjaði um Sviaveldi ok Gauta, Vinða ok Kura alt austr um Syslu. . . . . . .

---

30. *Haco rex profectus est cum duabus navibus, ut eos [filios Erici Blodoxae] quaereret, et invenit piratas ante Hallandiam, Slavos et Danos cum decem navibus; pugnam habet cum iis et politus est victoria et ex navibus desilire coegit* 30 *magnam partem copiarum. . . . . . .*

37. *Tum [Haco] militiam exercere coepit et pirata factus est, qui in mari excubaret. Rem piraticam egit per Sueciam, Gothos, Slavos et Curones, orientem versus usque ad Eysyslam [Ösel insulam].*

a) *haec ex cod. A solo.* b) *haec in codd. A et B exstant, ex B edita sunt.*

1) Compendium Chronicorum, prol. p. IX. 2) Fagrskinna enim est pulchrum corium. 3) 'Snorre Sturlassöns Historieskrivning' p. 43 sqq. 4) Cognomine Bonus, rex Norwegiae c. a. 936 – 961. 5) Cf. Snorro, Hakon goð. c. 8, supra p. 333. 6) Haco 35 Sigurdi filius, postea gubernator (princeps) Norwegiae († 995). Haec fere a. 963. evenerunt.

46. A[a] hinu þrettanda ari rikis Hakonar jarls komu boð or Danmörku, at jarlinn skyldi koma með her at veita styrk ok lið Haraldi konungi Gormssyni i moti Otta keisara[1]. Bauð Hakon jarl ut halfan almenning alt af sinu riki, for a fund Danakonungs eptir hans boði; ok er hann kom til Danmarkar, þa sendi konungr Hakon með miklu liði suðr til Danavirkis, ok var hann hertogi yfir liðinu, konungrinn skyldi fara sjalfr at gæta landz með skipa liði. Moti hertoganum kom Otti keisari með her Saxa, Frakka, Frisa ok Vinða[2]. Þar varð hörð orrosta. Lauk sva at keisarinn flyði ok alt lið hans, sva sem her segir: *Þrymr varð logs* etc.[3]. I þessarri ferð Otta keisara urðu mörg stortiðendi, aðr en hann fengi unnit ok sigrat Danakonung. Hann for sva langt norðr i Danmörk sem heitir Marsey i Limafirði. Þar hitti hann Danakonung með sinum her ok varð aðr forflotti fyrir keisaranum, þa er hann hafði aðr unnit Danavirki, sem heyra ma i þeiri frasögn, hversu með miklum krapti þat varð unnit af guðs fulltingi[4]. Þa bað keisarinn Harald konung taka við rettri tru. Hann neitaði ok talði ser þat byrja, at hafa þann sið, sem hans foreldri hafði. Keisari let telja tru fyrir konunginum ok segja mörg stormerki fra guði. Þar kom um siðir, at Danakonungr bað syna ser nøkkut mark, at sa siðr væri betri, er keisari bauð, en sa er Danir höfðu aðr. Þa gekk fram Poppo byskup ok bar jarn gloanda a hendi ser ok syndi Danakonungi obrunna hönd sina[5]. (974.)

47. At senum þessum jartegnum tok Danakonungr skirn ok tru retta ok alt lið hans. . . . . . .[6].

Her er um Jomsvikinga.

50[b]. Haraldr konungr Gormssonr herjaði a Vinðland[7], ok let þar gera borg mikla, er heitir at Jomi, ok er su borg kallað siðan Jomsborg. Þar setti hann yfir höfðingja, ok for sjalfr heim til Danmarkar, ok var þa ufriðr lengi millum Vinða ok Dana, ok herjaðu hvarirtveggju i annarra lönd. En a ofanverðum dögum Haraldz konungs Gormssonar setti hann yfir Jomsborg Sigvalda, son Strutharaldz jarls, ok gaf Danakonungr Sigvalda jarls namn. Þa foru margir höfðingjar af Danmörku til Jomsborgar, Þorkell hafi, broðir Sigvalda

---

46. *Tredecimo anno imperii Haconis principis venerunt mandata e Dania, ut princeps veniret cum exercitu, ut opem ferret et auxilium Haraldo regi, Gormonis filio, adversus Ottonem imperatorem. Conscripsit Haco princeps dimidium partem universi populi ex toto suo regno, profectus est ad conventum cum Danorum rege secundum mandata eius; et cum venisset in Daniam, misit rex Haconem cum magno exercitu meridiem versus ad vallum Danicum, et fuit is dux exercitus, rex ipse iret terram defendere cum navium copiis. Adversus ducem venit Otto imperator cum exercitu Saxonum, Francorum, Frisonum et Slavorum. Ibi factum est saevum proelium. Finitum est ita, ut imperator fugeret et omnis exercitus eius; ita ut hic narratur. . . . In hoc itinere Ottonis imperatoris factae sunt multae magnae res, priusquam posset vincere et superare Danorum regem. Ivit eo septentrionem versus in Dania, ubi vocatur Marsey in sinu Lymico. Ibi convenit Danorum regem cum eius exercitu, qui erat antea fugatus ab imperatore, cum prius expugnaverat Danorum vallum, ut audire est in ea narratione, quanta vi expugnatum sit Dei auxilio. Tum iussit imperator Haraldum regem accipere veram fidem. Sed is negavit et dixit sibi oportere habere eam fidem, quam maiores eius habuissent. Imperator curavit, ut religio praedicaretur regi et narrarentur multa miracula de Deo. Ita evenit postremo, ut Danorum rex peteret, ut sibi monstraretur aliquod signum [quo probaretur] eam religionem meliorem esse, quam imperator iuberet, quam eam, quam Dani habuissent antea. Tum prodiit Poppo episcopus et portavit ferrum candens in manu sua et monstravit Danorum regi mustam manum suam.* (974.)

47. *Visis his miraculis accepit Danorum rex baptismum et fidem veram et universus exercitus eius.*

Hic est de Iomensibus piratis.

50. *Haraldus rex [Danorum], Gormonis filius, vastavit Slaviam; ibique castrum magnum exstruendum curavit, ubi Ioma vocatur, et hoc castrum postea vocatum est Iomsborgum. Ibi principes constituit, et ipse rediit in Daniam, et tum erat bellum diuturnum inter Slavos et Danos, et vastarunt utrimque in vicem terras. Sed posterioribus diebus Haraldi regis, Gormonis filii, Iomsborgo praefecit [Haraldus] Sigvaldum, filium Strutharaldi principis, et rex Danorum dedit Sigvaldo nomen principis. Tum profecti sunt multi proceres e Dania Iomsborgum, [inter quos fuerunt] Thorkillus Procerus, frater*

a) *haec (c. 46. 47) ex A.* b) *haec (c. 50—53) ex B.*

1) Sequens narratio belli Ottonis II. contra Danos moti eo praestat reliquis relationibus Islandicis, etiam ei Snorronis, quod expers est multarum fabularum. Nihil enim hic de causa belli falso a reliquis relata, nihil de Oddesund, nihil de Burislavo Slavo et Olavo Tryggvason. H.-E. 2) Cf. supra p. 335, n. 1. 3) Hanc stropham carminis Velleclae Einari poetae vide apud Snorronem c. 26, supra p. 336. 4) Auctor igitur legerat libellum de Danorum vallo capto, nescio an ex eodem in Iomsvikingasaga c. 7, supra p. 324 sqq., hac de re relatum sit. H.-E. 5) Cf. supra p. 336, n. 1. 6) C. 47. narratur ut in Iomsvik., quomodo Haraldus rex Haconem coegerit, ut christianam fidem susciperet, sed hic magistros christianos acceptos navibus exposuerit et ad paganismum reversus sit. 7) Cf. Knytl. c. 1, supra p. 274.

jarls, Bui digri, Sigurðr broðir hans, Vagn Akason, hann var systurson Bua digra. Jomsvikingar unnu mikit af riki Burizleifs konungs, er þa reð fyrir Vinðlandi.

c. 985. 51. Litlu eftir þetta görðuz þau tiðendi i Danmörku, at Haraldr konungr tok sott ok andaðiz[1], ok sva Strutharaldr jarl, faðir Sigvalda, a þeim misserum, ok var Sveinn Haraldz sonr tekinn til konungs i Danmörku. En þa er Sigvaldi spurði andlat Haraldz konungs, 5 sættiz hann við Burizleif konung af Vinðlandi ok fekk dottur hans, þeirar, er Astriðr het, ok het þvi hanum at koma Sveini konungi a fund hans til Vinðlandz. Litlu siðar bjo Sigvaldi jarl skip eitt ok for a þvi til Danmarkar ok kom við Sjoland skamt i fra þvi, er Sveinn konungr var at veizlu. Þa bra Sigvaldi ser sjukum ok sendi konunginum orð, at hann kœmi a fund hans ok lez eiga við hann skylt ørendi, ok þau, er hann vildi, at aðrir 10 menn væri leyndir. Konungr truði orðsending Sigvalda, ok for með fa menn a skip til Sigvalda. En þegar er Sveinn konungr kom a skip til jarlsins, bað Sigvaldi taka upp akkeri ok vinda upp segl, þvi at byrr var goðr undan landi, ok sigldu með Sveini konungi til Jomsborgar[2].

52. Þvi næst sendi Sigvaldi orð Burizleifi konungi, magi sinum, ok sagði, at Sveinn 15 konungr var kominn til Jomsborgar, ok lez hann vilja dœma a millum þeira, eða lata Svein konung aptr fara til Danmarkar. I annan stað taldi hann fyrir Sveini konungi, at hann skyldi sættaz við Burizleif konung, at þvi, er Sigvaldi dœmdi millum þeira; ef hann vildi þat eigi, þa myndi hann koma a fund ok vald Burizleifs konungs. Af þessu sættuz þeir, at hvartveggi konunganna jataði domi Sigvalda jarls; ok er þeir höfðu þetta fastmælum 20 bundit sin a milli, sagði jarlinn upp sættargørð þeira, ok sagði fyrst, at Sveinn konungr skyldi fa Gunnildar dottur Burizleifs konungs, ok skyldi henni fylgja heiman sa hlutr Vinðlandz, er Danir höfðu unnit af riki Vinðakonungs. I annan stað skyldi Burizleifr konungr fa Þyri, dottur Haraldz konungs ok systur Sveins konungs Hon hafði fyrr verit gipt Styrbirni, syni Olafs Svia konungs. Þa lifði Haraldr konungr, faðir hennar; hann hafði gefit 25 henni eignir miklar a Fjoni ok suðr i Falstri ok i Borgundarholmi.

53. Sigvaldi jarl skipti a þessa lund, at Burizleifr skyldi eiga þann hluta Vinðlandz, er aðr var skilðr til eignar Gunnildi, dottur Burizleifs, er Sveinn konungr skyldi fa, ok þat skyldi eiga Þyri, dottir Haraldz konungs, en Gunnildr Burizleifs dottir eignaz allar þær

---

Sigvaldi principis, Buio Crassus, Sigurdus frater eius, Vagno Aconis filius, is fuit filius sororis Buionis Crassi. Iomsborgenses expugnaverunt magnam partem regni Burizlavi regis, qui tum regnavit in Slavia. 30

c. 985. 51. *Paulo postea facta sunt haec in Dania, ut Haraldus rex nancisceretur morbum et moreretur, itemque Strutharaldus princeps, pater Sigvaldi, iisdem fere temporibus, et Sueno Haraldi filius creatus est rex Daniae. Sed cum Sigvaldus comperisset mortem Haraldi regis, pacem fecit cum Burizlavo rege Slaviae et duxit uxorem filiam eius, quae Astrida vocata est, et ei pollicitus est [se effecturum], ut Sueno rex ad eum in Slaviam veniret. Paulo post paravit Sig-* 35 *valdus princeps navem et ea in Daniam vectus est et venit in Sialandiam haud procul ab eo loco, ubi Sueno rex convivio interfuit. Tum Sigvaldus simulavit se aegrotum et misit verba ad regem, ut veniret ad ipsum, et dixit se negotium quoddam necessarium cum eo habere, et id quod alios homines celare vellet. Rex fidem habuit verbis Sigvaldi et se contulit cum paucis hominibus in navem Sigvaldi. Simulac vero Sueno rex venit in navem ad principem, Sigvaldus iussit ancoras tolli velaque dari, nam ventus secundus erat a terra, et navigarunt cum Suenone rege ad Iomsborgum.* 40

52. *Deinde Sigvaldus verba misit Burizlavo regi, socero suo, et dixit Suenonem regem venisse Iomsborgum, dixitque se velle inter eos iudicare, aut se Suenonem regem esse remissurum in Daniam. Altera ex parte Suenonem cohortatus est, ut pacem faceret cum Burizlavo rege iis legibus, quas Sigvaldus iudicaturus esset inter eos; quod si nollet, eum venturum esse in manus et potentiam Burizlavi regis. Ita inter eos convenit, ut uterque rex contentus esset arbitrio Sigvaldi principis, et cum eam rem fixis verbis confirmassent inter se, exposuit princeps, quomodo pacem facerent, primumque dixit, ut* 45 *Sueno rex duceret uxorem Gunildam, filiam Burizlavi regis; eique obveniret [dotis causa] ea pars Slaviae, quam Dani sibi subiecissent de regno regis Slavorum. Altera ex parte Burizlavus rex [uxorem] duceret Thyram, filiam Haraldi regis et sororem Suenonis regis. Haec antea nuptum data erat Styrbiornoni filio Olavi Sueonum regis. Tum vivebat Haraldus rex, pater eius, qui ei dederat possessiones magnas in Fionia et meridiem versus in Falstria et in Bornholmia.*

53. *Sigvaldus princeps talem divisionem fecit, ut Burizlavus possideret eam partem Slaviae, quae antea pacto attri-* 50 *buta erat Gunildae filiae Burizlavi, quam Sueno rex uxorem ducturus erat, et hanc [partem] possideret Thyra Haraldi filia. Sed Gunilda Burizlavi filia possideret omnes possessiones, quas Thyra habuerat in Dania, ibique acciperet omnem dotem*

1) Saxo ed. Müller p. 490 (supra p. 63) et Jomsvik. c. 21. eum a Palnatoccone ictu sagittae necatum esse referunt. 2) Ad haec quae c. 51—53. narrantur cf. Snorro, Ol. Tryggv. c. 38. 98. 99, supra p. 337 sq., et quae ibi in notis allata sunt. Vide etiam quae Saxo ed. Müller p. 491—495 (supra p. 63 sq.) et Sueno Agg. c. 4 (supra p. 32) longe aliter et ipsi diverso modo de Suenone capto et redempto nar- 55 rant. H.-E.

283. *Fertur eo tempore Ericus rex, filius Waldemari, regnasse in Dania. Orta est tum dissensio inter fratres, [regem] et Abel ducem, qui tunc Iutiae praefuit. Etiam Dani bellum cum Lubicensibus habuerunt. Germanis tum navigare non licuit per Daniam. In Viridi freto direptae sunt a Danis itemque a Lubicensibus nonnullae naves Nordmannicae. Ea aestate, qua [Wilhelmus] cardinalis erat in Bergen, Haco rex capi iusserat omnes naves, quae e Dania venerant; capta est etiam pecunia e nonnullis navibus, quas Germani possederunt. Sed ii, qui haec passi erant, petierunt a cardinale misericordiam, ut a rege impetraret, ut pecuniam suam recuperarent. Cardinalis rem egit cum rege et petivit, ut misereretur eorum ipsius causa, dixitque verisimillimum esse, istos non esse culpabiles. Rex ita respondit, se cardinalis causa redditurum iis pecuniam, sed dixit nullam esse spem, se semper ferre posse Danorum iniurias, quibus semper Nordmannos afficerent. Receperunt mercatores tum pecuniam suam et regem et cardinalem grato animo amplectebantur.* 1247

299. *Ea aestate factae sunt magnae res in Dania, Abel cepit proditiose Ericum regem, fratrem suum, et iussit eum vita privari Laurentii vigilia; deinde [Abel] dux curavit se regem creandum regni Danici et factus est potens princeps.* 1250. Aug. 9.

302. *Haco rex profectus est vere meridiem versus Bergen et sedit ibi per aestatem. Ibi fuit tum magna multitudo hominum. Dominus Knuto profectus est cum rege ad Bergen. Venerunt etiam tum Bergen dominus Philippus et alter dominus Philippus, filius Knutonis regis Longi. Petierunt ab Hacone rege, ut daret iis quoddam auxilium, ut possent potiri regno in Suecia. Sed Haco rex noluit ullo modo inchoare bellum adversus Sueones. Erat etiam pactum inter eum et Bir-* 1248.

a) son Magnus broka *[filius Magni Broki] add. codd. Fris., Flat.* b) austan *pr. cod. Eirsp.;* norðan *reliqui.* c) austan or Vikinni *[ex oriente ex Vikia] add. codd. Fris., Flat.*

1) Haec ad a. 1237. narrantur. 2) Eadem leguntur in Hist. Haconis in 'Fornmannas.' c. 243, X, p. 3; in cod. Flateyensi c. 216, III, p. 163; in Frisiano c. 248. 3) A. 1241 - 1250. 4) Wilhelmus cardinalis aestate a. 1247. in Norwegia versatus est. 5) Eadem vide in 'Fornmannas.' c. 256, X, p. 22 sq.; 'Flateyjarbok' c. 228, III, p. 172; in cod. Frisiano c. 261. 6) Eadem vide in 'Fornmannas.' c. 270, X, p. 42; 'Flateyjarbok' c. 237, III, p. 181; in cod. Fris. c. 275.

1248 mal með þeim Birgi jarli, at hvargi skyldi efla annars ovini. Eptir þat foru þeir herrarnir suðr til Vinðlandz ok eflduz þaðan at liði, bæði Vinðum ok þyðverskum mönnum[a], ok foru þaðan upp i Sviariki ok reistu ofrið moti Birgi jarli[1]. . . . . . .

307. Sva er sagt, at með þeim Hakoni konungi ok Friðreki keisara var inn mesti felagskapr. Foru jafnan menn millum þeira með agætum sendingum. Hakon konungr hafði ritat til keisara, at Norðmenn höfðu eigi frið at sigla til Libiku af þeim ranum, sem 1250. fyrr var fra sagt. Þa hafði keisari vald yfir staðnum; en sumar þat, er Eirekr konungr var svikinn i Danmörk[2], komu utan bref fra keisara, þau er þat vattuðu, at keisari hefði sent sin bref til Libiku, með þvi, at þar skyldu Norðmenn hafa inn bezta frið. Þat stoð ok a brefum keisara, at hann mundi gera þvi meiri sœmd Hakonar konungs en nøkkurs manns annars a Norðrlöndum, at hann mundi staðinn i Libiku gefa upp i vald Hakonar konungs, sva at hann væri þar frjalsliga yfir bæði herra ok höfðingi, ok kvez þar mundu setja fyrir sitt innsigli, ef konungr vildi sœkja lata. Hakon konungr sendir nu menn bæði til keisara ok sva til Libiku a vit þessara boða. For þanninn Bjarni Moysesson, en til keisara for sira 1250/51. Askatin ok Amundi. Þeir komu at inum þrettanda degi i Fenidi ok spurðu þar þau tiðendi, at keisari hafði andaz ut a Puli fyrir jol[3]. Hurfu þeir þa aptr, ok ætluðu i Svava a fund herra Konraðs, sonar keisara, ok i þeiri ferð varu þeir teknir ok inn settir. Varu þeir i þeiri prisand, þar til er Konraðr spurði, ok hann sendi menn til at frelsa þa; ok er þeir fundu Konrað, tok hann þeim sœmiliga, en eigi fengu þeir þau ørendis lok, sem þeir mundu, ef keisari hefði lifat. Er þat mal manna, at hann hafi göfgastr verit af keisurum i enni siðari æfi. Hann var keisari vetri miðr en fjora tigi vetra. Eptir þat fell niðr keisaradomrinn, sva at engi hefir verit siðan[b]. Foru þeir Askatin norðr i Noreg ok fundu Hakon konung i Björgyn ok sögðu honum slik tiðendi, sem varu. Þotti konungi inn mesti skaði at um keisara. Bjarni kom aptr Moysesson. Hafði hann þa gert frið við Libiku-menn. Varu þeir jafnan siðan vinir Hakonar konungs[4].

1252. 311. Þetta sumar helt Abel konungr strið við Frisi. Vildi hann meiri tolla a þa leggja, en fyrr höfðu verit. Frisir höfðu nøkkurn safnað ok letu skoga gæta sin. Ok er Abel konungr leitaði eptir þeim, var hann lostinn öru, fekk hann af þvi bana. Toku Danir

1248. *gerum principem, ut neuter auxiliaretur alterius hostibus. Postea profecti sunt ambo domini meridiem versus in Slaviam et corroborati sunt inde copiis, et Slavicis et Germanicis, et inde profecti sunt in Sueciam et inceperunt bellum adversus Birgerum principem.*

307. *Ita narratum est, inter Haconem regem et Fridericum imperatorem fuisse summam amicitiam. Mittebantur saepissime legati inter eos cum egregiis donis. Haco rex scripserat imperatori Nordmannos non habere pacem Lubecam* 1250. *navigandi ob rapinas, de quibus supra narratum est. Eo tempore imperator habebat imperium [huius] urbis. Sed ea aestate, qua Ericus in Dania fraude occisus est, litterae advenerunt imperatoris, quae dixerunt imperatorem misisse litteras suas Lubecam, ut Nordmanni ibi optima pace uterentur. Scriptum fuit etiam in litteris imperatoris, se maiorem honorem Haconi regi daturum esse quam ulli alio in terris septentrionalibus, ut urbem Lubecam in dicionem Haconis regis tradere vellet, ut ei praeesset liber dominus et princeps, dixitque se eam rem sigillo suo confirmaturum esse, si rex voluisset id petere. Haco rex misit iam legatos et ad imperatorem et Lubecam, ut eas res peragerent. Eo profectus est Biarno filius Moysis, sed* 1250/51. *ad imperatorem profecti sunt Ascatinus sacerdos et Amundus. Venerunt tertio decimo die Venetias et ibi compererunt imperatorem mortuum esse in Apulia ante festum nativitatis Christi. Tum reverterunt profecturi in Sueviam ad dominum Conradum, filium imperatoris; et in hoc itinere capti sunt et in carcerem coniecti. In eo carcere fuerunt, quoad Conradus rem audivit et misit, qui eos liberarent. Et cum Conradum convenissent, accepit eos honorifice; sed non peragere rem potuerunt, ut fecissent, si imperator vixisset. Est sermo hominum illum [Fridericum] nobilissimum fuisse omnium imperatorum posterioris aetatis. Imperavit quadraginta annis uno anno minus. Postea cessavit imperium, ut nullus imperator ex eo tempore fuerit. Profecti sunt Ascatinus cum suis septentrionem versus in Norwegiam et convenerunt Haconem regem in Bergen et narrarunt ei tales res, quae fuerunt. Rex summo dolore captus est ob mortem imperatoris. Biarno filius Moysis rediit. Is tum fecerat pacem cum Lubecensibus. Postea perpetuo fuerunt amici Haconis regis.*

1252. 311. *Ea aestate Abel rex habuit bellum cum Frisonibus. Voluit maiora stipendia iis imponere, quam antea fuerant. Frisones aliquantum [virium] collegerant et silvis se tutati sunt. Et cum Abel rex eos quaereret, sagitta per-*

a) bæði - mönnum *des. cod. Fris.; pro* þyðverskum mönnum *habet cod. AM. 42 fol.* Dönum. b) þar til er þessi bok var saman sett, ok Magnus hafði konungr verit at Noregi II vetr, siðan Hakon konungr for vestr um haf *[usque ad tempus, quo hic liber compositus est, et Magnus Norwegiae rex per biennium fuerat, ex eo tempore, quo Haco rex iter occidentale per mare fecit] add. codd. Fris., Flat.*

1) Eadem vide in 'Fornmannas.' c. 272, X, p. 44 sq.; in 'Flateyjarbok' c. 238, III, p. 182; in cod. Fris. c. 277. Hoc bellum ita est finitum, ut uterque Philippus a Birgero captus capitis damnaretur. 2) Quod a. 1250, Aug. 9/10. factum est; cf. supra c. 299. 3) Die Dec. 13. 4) Cf. 'Fornmannas.' c. 275, X, p. 48 sq.; 'Flat.' c. 241, III, p. 183 sq.; cod. Fris. c. 280.

þa til konungs Kristofara, broður Eireks konungs ok Abels; tok hann þa undir sik alla Danmörk[1]. 1252.

336. . . . Hakon konungr for austr til Elfar ok sva Magnus konungr til mots við Birgi jarl. Þa hafði Danakonungr sent orð i Noreg ok til Sviþjoðar, at þeir mundu koma til liðveizlu við hann, þviat þa var ofriðr mikill i Danmörk af hernaði þeim, er Jarmarr gerði i Sjolandi, en synir greifa Alfs[a] herjuðu Jotland, ok varð af þessum ofriði hinn mesti hernaðr i Danmörk[2]. 1258.

341. . . . Honum komu orð um varit af Danakonungi, at Noregskonungr mundi koma við liði sinu um sumarit til liðveizlu við hann, sva sem hann hafði heitit[3]. Hakon konungr . . . for siðan austr með landi, ok er hann kom fyrir Jaðar[4], komu mot honum 2 riddarar af Danmörk ok sögðu honum þau tiðindi, at Kristofari konungr var andaðr[5], ok þat með, at drottning ok aðrir höfðingjar sendu einkannliga orð Hakoni konungi, at hann skyldi koma til hjalpar við þa. Konungr bar þetta fyrir vini sina, ok tok konungr þat af með raði vina sinna, at hann helt fram ferðinni, ok lagði fyrst til Tunsbergs. Droz þar saman mikill herr i Vikinni. Helt konungr þa til Danmerkr við miklu liði til Kaupmannahafnar ok fann þar drottningina. Birgir jarl kom ekki; ok er konungr var kominn, höfðu Danir sæzt við sonu greifa Alfs. Þottuz þeir þa eigi þurfa liðveizlu Norðmanna. Drottning gaf Hakoni konungi goðar gjafar, ok sva konungr henni. Þa er konungr la i Kaupmannahöfn, let hann taka kugg einn við Malmhauga[6], er atti herra Jon, broðir Jacobs erkibyskups[b]. Þar varu a þeir menn, er verit höfðu með Jarmari*. Konungr let Dani til koma at kenna, hvart þetta höfðu verit ransmenn eða kaupmenn. Þeir sögðu skjott, at þetta væri inir mestu ransmenn. Varu þa sumir halshögnir, en sumum var skriptat öðruvis**[7]. For konungr þa norðr i Noreg; en Danir toku til konungs Eirik son Kristofara konungs, ok var hann þa barn at aldri. 1259.

*) en þeir byskupsbrœðr styrktu Jarmar mest af Danahöfðingjum *[sed (Iacobi) episcopi (Lundensis) fratres opitulati sunt Iarmaro maxime principum Danorum]* add. cod. Flat.

**) Hakon konungr hafði kugginn ok var þat hesta kuggr hans siðan. En þegar Jarmarr spurði, at Hakon konungr var kominn i Danmörk, þa flyði hann suðr undir Vinðland. *[Haco rex habuit navem et fuit navis equorum eius postea. Sed cum Iarmarus comperisset Haconem regem venisse in Daniam, effugit meridiem versus in Slaviam]* add. cod. Flat.

---

cussus est, inde mortuus est. Tum Dani regem crearunt Christoforum, fratrem Erici regis et Abel. Hic tum totam sibi subegit Daniam 1252.

336. . . . *Haco rex profectus est orientem versus ad Gotaelvam [flumen] itemque Magnus rex [filius Haconis] ad conventum cum Birgero principe [Suecico]. Tum [Christoforus] Danorum rex miserat mandatum in Norwegiam et in Sueciam, ut illi venirent ad adiuvandum ipsum, quia tum fuit bellum magnum in Dania propter militiam eam, quam Iarmarus [princeps Rugianorum] fecit in Sialandia, filii [Iohannes et Gerhardus] vero Adolfi comitis [IV. Holsatiae] depopulati sunt Iutiam, et ex hoc bello facta est maxima vastatio in Dania.* 1258.

341. . . . *[Haconi regi] allata sunt vere mandata [Christofori] Danorum regis, ut [Haco] Norwegiae rex veniret cum exercitu suo aestate ad auxiliandum ipsi, sicuti promiserat. Haco rex . . . profectus est deinde meridiem versus praeter terram, et cum venisset ad Iadarum, venerunt ei obviam duo equites e Dania et dixerunt ei Christoforum regem mortuum esse itemque [Margaretam] reginam aliosque principes mittere gravia mandata Haconi regi, ut veniret ad adiuvandos eos. Rex proposuit hoc amicis suis et constituit rex consilio amicorum suorum, ut pergeret in expeditione, et primo contendit Tunsbergam. Collectus est ibi magnus exercitus de Vikia. Tum rex contendit in Daniam cum magno exercitu ad Hafniam et invenit ibi [Margaretam] reginam. Birger princeps non venit; et cum rex adveniret, Dani pacti erant cum filiis Adolfi comitis. Videbantur iam non egere auxilio Nordmannorum. Regina dedit Haconi regi bona dona itemque rex ei. Cum [Haco] rex commoraretur Hafniae, cepit navem mercatoriam ad Malmogiam, quam possedit dominus Iohannes, frater Iacobi archiepiscopi. In ea fuerunt homines, qui fuerant cum Iarmaro. Rex iussit Danos advenire, ut dicerent, utrum hi fuissent piratae an mercatores. Ii dixerunt cito hos esse maximos piratas. Tum sunt nonnulli decollati, sed alii vita privati alio modo. Tum profectus est rex septentrionem versus in Norwegiam. Sed Dani constituerunt regem Ericum filium Christofori regis, qui tum erat puer aetate.* 1259

a) Ion ok brœðr hans *[Iohannes et fratres eius]* add. Fris. Flat. b) af Lundi *[de Lundis]* add. cod. Flat.

1) Eadem vide in 'Fornmannas.' c. 277, X, p. 51 sq.; 'Flat.' c. 242, III, p. 185; cod. Fris. c. 282. 2) Haec ad a. 1258. narrantur. Cf. Ann. Lund., Ryen., Nestved. mai., Chron. Sial. etc. Cf. 'Fornmannas.' c. 295; X, p. 90; 'Flateyjarbok' c. 257, III, p. 204; cod. Fris. c. 300. In his libris paulo ante narratum est Iarmarum Rugianum fuisse et Haconem regem in Dania (a. 1257) militantem convenisse, eum et Iacobum archiepiscopum paci inter Haconem regem et Christophorum Daniae regem faciendae obstitisse ('Fornm.' s. c. 293. in notis, Flat. c. 256). 3) C. 337. narratum est reges Norwegiae et Birgerum Christoforo promisisse se ei auxiliaturos esse, cum oporteret. 4) Jæderen. 5) Obiit a. 1259, Maii 29. 6) Malmö. 7) Cf. 'Fornmannas.' c. 298. in notis; 'Flateyjarbok' c. 261, III, p. 206.

1261. [345.] Hakon[a] konungr ok Magnus konungr höfðu sent um sumarit broður Nicholaum suðr til Danmerkr at flytja bonorð Magnus konungs við jumfru Engilborg[b], dottur Eireks konungs ens helga, ok skyldi broðir Nicholaus fara suðr i Saxland til fundar við hertugann moðurföður hennar ok vita, hvat hann legði til þessa mals, þviat hann var enn mesti höfðingi ok einn af þeim 7 mönnum, er kjosa skulu keisarann, ok hann skal vera drottseti keisarans hvert sinn, er hann er fyrir norðan fjall. Ok er sendimenn komu til hertugans, fluttu þeir þetta ørendi fyrir honum, tok hann litinn af ok sagði, at hans dotturdottir var dönsk at föðurætt ok Danir höfðu rað fyrir hennar gjaforði. Siðan let hann leiða i syn við þa 2 dœtr sinar harðla vel bunar ok mælti hertuginn: 'Fyrir þessum minum dœtrum hefi ek rað, hverr sem þeira vill biðja'. Eptir þetta foru sendimenn konungs aptr i Danmörk ok sva til Noregs a fund Hakonar konungs[1].

1262. [354.] Magnus konungr ok Hakon konungr sendu menn suðr til Danmerkr: Pal gas, Andres plytt ok Þorlaug bosa, ok skyldu þeir yfir sja þetta skipti af hendi Magnus konungs ok fru Engilborgar[b]. Ok er þeir komu til Danmerkr, var þar Aðalbrikt hertugi af Brunsvik ok hafði rað öll með drottningu[2]. Dvölduz þeir Pall með hertuga um sumarit ok fengu engan orskurð sinna ørenda. . . . . . .

1261. 345. *Haco rex et Magnus [Legumlator] rex [Norwegiae] miserant ea aestate fratrem Nicholaum meridiem versus in Daniam, ut deposceret Magno regi [uxorem] Engilborgam, filiam Erici regis sancti, et frater Nicholaus meridiem versus in Saxoniam proficisci debuit ad [Albertum I.] ducem [Saxoniae], patrem [Iuttae] matris eius, ut cognosceret, quid ea de re dux sentiret. Fuit enim summus princeps unusque e septem, qui imperatorem creare debent; et is debet esse marescalcus regis, cum citra Alpes moratur. Et cum legati venissent ad ducem, protulerunt has res ei, sed ille neglexit rem fere et dixit filiam filiae suae Danicam esse quoad paternum genus, Danorumque esse constituere eius nuptias. Deinde duci iussit in conspectum eorum duas filias optime vestitas et locutus est dux: 'Istarum mearum filiarum habeo potestatem, quicunque eas poscere volet'. Postea legati regis redierunt in Daniam et inde in Norwegiam ad Haconem regem.*

1262. 354. *Magnus rex et Haco rex miserunt legatos meridiem versus in Daniam, Paulum Anserem, Andream Plyttum et Thorlaugum Bosium, qui inspicerent [pecuniae] divisionem nomine Magni regis et dominae Engilborgae [uxoris eius]. Et cum venissent in Daniam, ibi adfuit Adalbertus dux Brunsvicensis, qui omnia rexit una cum regina [Margareta uxore Christofori I]. Commorati sunt Paulus et socii eius apud ducem per aestatem nec peragere potuerunt negotium suum.*

a) *haec duo capita 345. 354. ex cod. Flat. edita sunt, cum in cod. Eirspenn. desint.* b) Ingilborg *cod. Fris.*

1) Eadem vide in 'Fornmannas.' c. 304; cod. Fris. c. 309. 2) Eadem vide in 'Fornmannas.' c. 313; cod. Fris. c. 320.

EX GESTIS EPISCOPORUM ISLANDICORUM.

Hoc titulo comprehensa excerpta brevia ex duobus libris exhibemus, videlicet primo ex libro qui dicitur Hungrvaka [qui famem (animi) suscitat], quo paulo post a. 1200. *composito gesta episcoporum Islandicorum narrantur. Huius libri, qui inter praestantissimas historias Islandorum haud infimum locum tenet, multi exstant codices manuscripti, ex quibus usi sumus collectionis Arna-Magnaeanae nr.* 379. 4°. *In hoc libro computatio annorum septem annis veram praecedit, id quod etiam in aliis quibusdam libris Islandicis factum est. Haec historia edita est inter 'Biskupa sögur' t. I, p.* 59—86.

Deinde dedimus fragmenta quaedam de contentionibus imperatorum et pontificum ex Vita Gudmundi episcopi, Arii filii (a. 1151—1237*), quam Arngrimus abbas, Iohannis filius, saec. XIV. conscripsit. Quae ex codice* Holmiensi *nr.* 5 *fol. exscripsimus. Qui liber editus est inter 'Biskupa sögur' II, p.* 1—187. *F. J.*

EX LIBRO QUI DICITUR HUNGRVAKA.

2. En er Isleifr var fimtugr at aldri, ok Island hafði eigi firr þvi at lengd verit kristit[1], 1056. þa var hann beðinn til utanferðar, ok valdr til byskups af allri alþyðu a Islandi. Siðan for hann utan ok suðr til Saxlandz ok sotti heim Heinrek keisara Konraðsson, ok gaf honum hvitabjörn, er kominn var af Grœnlandi, ok var þat dyr hin mesta gersemi. En keisarinn fekk Isleifi bref sitt með innsigli um alt veldi sitt. Siðan for hann til fundar við Leonem[2] pava, en pavinn sendi bref sitt Aðalberto erkibyskupi i Brimum, at hann skyldi gefa Isleifi byskups vigslu a hvitdrottins dag . . . ok var Isleifr vigðr til byskups a þeim degi at Maii 26 boði pava af Adalberto erkibyskupi i Brimum 4 nottum fyri Columba messu[3], ok fekk erkibyskup honum alla þa reiðu, er hann þurfti at hafa með byskupstign, eptir þvi, sem pavinn sendi orð til ok keisarinn. . . . . . .

3. Þess er getit, at byskupar komu ut hingat til Islandz um daga Isleifs byskups, en Friðrekr einn kom aðr ut[4], sa er sögur se fra görvar, en þessir hafa sva ut komit, at menn hafa helzt skyn a vitat: Jon byskup hinn irski, ok hafa þat sumir menn fyri satt, at hann fœri siðan til Vinðlandz ok sneri þar mörgum mönnum til guðs, ok var siðan tekinn ok barðr, ok höggnar af bæði hendr ok fœtr ok höfuðit siðast, ok for með þeim piningum til guðs.

5. Gissurr son Isleifs byskups var fœddr i Skalaholti, en hann var lærðr a Saxlandi ok vigðr til prests. . . . Siðan for hann utan þat sama sumar. En er hann kom til Saxlandz, 1082. þa var alt embætti tekit af Lienardo[5] erkibyskupi[6]. For hann þa a fund Gregori pava, ok sagði honum allan malavöxt sinnar ferðar ok sva vandræði þau, sem um var at vera a marga vega. En pavinn sendi þa Gissur til handa Harðvig erkibyskupi i Magaðaborg a Saxlandi ok bauð, at hann skyldi gefa honum byskupsvigslu; en hann tok við honum með mikilli sœmð ok virðingu ok vigði hann til byskups 4 nottum fyri Mariumessu hina siðari. Sept. 4.

---

2. *Sed cum Isleivus esset quinquagenarius aetate et Islandia non multo breviore tempore [fere totidem annis] christiana fuisset, ab eo petitum est, ut peregre proficisceretur [scil. ut consecraretur], et electus est episcopus a toto populo Islandiae. Deinde profectus est peregre et meridiem versus in Saxoniam et visitavit Heinricum imperatorem, Conradi filium, et dedit ei ursum album, qui venerat e Gronlandia, et haec bestia fuit summi pretii res. Sed imperator dedit Isleivo litteras suas sigillo [munitas] per totum imperium suum [illum tuturas]. Deinde profectus est ad conventum cum Leone papa, papa vero misit litteras suas Adalberto archiepiscopo Bremensi, ut is daret Isleivo episcopalem consecrationem pentecostes die . . . et Isleivus consecratus est episcopus illo die iussu papae ab Adalberto archiepiscopo Bremensi quatuor noctibus ante Columbae festum, et dedit archiepiscopus ei omnem ornatum, quem habere oportebat cum episcopali dignitate, sicuti papa mandaverat et imperator.* 1056. Mai 26

3 *Traditum est episcopos venisse huc in Islandiam diebus Isleivi episcopi, sed Fridericus solus antea advenerat, ut historiae hac de re compositae sint; hi vero huc venerunt, quorum homines maxime cognitionem habuerunt: Iohannes episcopus Hibernicus, et hoc quidam homines pro certo habent, eum postea profectum esse in Slaviam et ibi multos homines convertisse ad Deum, et postea captus est et verberibus cruciatus, et abscisa sunt [ei] manus ac pedes ac caput postremo, et migravit his cruciatibus ad Deum.*

5. *Gizurus filius Isleivi episcopi natus est Scalaholti, sed edoctus est in Saxonia et consecratus presbyter. . . .* 1082 *Postea profectus est peregre eadem aestate. Sed cum venisset in Saxoniam, omne officium ademptum erat Lienardo archiepiscopo. Tum profectus est ad Gregorium papam et narravit ei omnem rationem itineris sui itemque difficultates, quae obessent multis rationibus. Papa autem misit Gissurum ad manus Hardvici archiepiscopi Magadaburgensis in Saxonia et mandavit, ut is daret ei episcopalem consecrationem; hic vero excepit eum cum magno honore et dignitate et consecravit eum episcopum quatuor noctibus ante Mariae festum posterius. [Gissurus] tum erat quadragenarius aetate, et archiepiscopus* Sept. 4.

1) Islandia a. 1000. christiana facta est. 2) Leo IX. iam a. 1054, Apr. 19. obiit. Tunc Victor II. papa fuit a. 1054, Sept. — 1057, Iul. 28. Sed etiam Kristnisaga c. 12, 'Biskupa sögur' I, p. 27. habet: *Þa var hann* [Isleifr] 50 *at aldri, er hann var til biskups vigðr; þa var Leo nonus papa.* [Tum fuit (Isleivus) 50 (annorum) aetate, cum episcopus consecratus est; tum erat L. n. p.] Cf. Vitam Iohannis episcopi priorem t. I, 'Bisk.' I, p. 153. 3) Ad a. 1056. consecrationem Isleivi referunt Ann. Island., supra p. 257. Dies S. Columbae in terris septentrionalibus fuit Iun. 9, sed cum pentecoste a. 1056. die Maii 26. fuerit, pro 4 *nattum* legendum esse 14 *nattum* adnotatum est in editione Hungrvakae, 'Biskupa sögur' I, p. 62, n. 1. Cf. Adam. Brem. III, 70. IV, 35. H.-E.

4) Qui cum Thorvaldo Conradi filio in Islandiam a. 981. venerat. Cf. 'Kristnisaga' c. 1, supra p. 351. 5) Error pro Liemaro. 6) Cf. Ann. Island. a. 1082, supra p. 258; 'Kristnisaga' c. 12, l. l. p. 27: *Eptir andlat Isleifs biskups baðu landsmenn Gizur son hans, at hann skyldi vigjast til biskups. Hann for utan ok var vigðr til biskups 2 vetrum eptir andlat Isleifs biskups a dögum Olafs konungs kyrra, Noregs konungs. Þa var Gregorius septimus papa i Roma.* [Post mortem Isleivi episcopi rogaverunt incolae Gizurum filium eius, ut consecraretur episcopus. Is profectus est peregre et consecratus episcopus duobus annis post mortem Isleivi episcopi, diebus Olavi regis quieti, Norwegiae regis. Tum erat Gr. VII. p. Romae.]

Hann var þa fertugr at aldri, ok fekk erkibyskup honum þat alt, er hann þurfti braðast til nauðsynja. Eptir þat for Gissurr byskup ut til Islandz, ok tok öll alþyða feginsamliga við honum[1].

SAGA GUÐMUNDAR BYSKUPS.

1. I þann tima heimstöðu, er liðit var fra hingatburð vars herra Jesu Christi þusundrat [hundrat] fimmtigir ok fjögur ar, tok virðuligr herra Adrianus pavi, fjorði með þvi nafni, almenniliga stjorn romneskrar kristni. Hann het aðr Nikulaus, enskr maðr at ætt, lofsamligr at viti ok litillæti ok þar með harðla röksamligr i stjorninni. Hann talaði sva fallin orð i sinum valdsdomi fyrir meistara Joni Salesbernensi, er siðan var i þjonostu Thomae Cantuariensis, at engi maðr væri vesalli en pafinn i Rom[2]. I annarri grein var hann [sva] gildr, at hann forboðaði mikinn samblastr i Roma, fyrir þa sök, at skemdr hafði verit einn af kardinalibus[3]. Hann vigði til krunu Friðrek keisara fyrsta með þvi nafni. Syndiz þvi keisarinn hlyðinn heilagri Romakirkju, meðan þeir lifðu baðir, en eptir fjögur ar herra pavans, sem hann er ut hafinn, brestr[4] upp mikit rugl i sjalfri Roma fyrir nyjan pavakosning, þviat sjalfir kardinales skutlaz i tva staði. Birtir þa Friðrekr keisari, hverr hann var, þvi með fylgi byskupanna ok afli rikisins veitir hann þeim kardinalibus, er verr höfðu, þviat þeir allir samt kjosa digran þrætumann, er Octovianus het. Annan veg með kardinalibus stendr Lovis Frakka konungr ok Heinrekr Andegaviae Englandz konungr. Kjosa þeir þann mann, er þa het Rollant kanceler. Efldiz sa kosningr, þviat guð vildi. Var þa Rollant nefndr Alexander tertius, frægr maðr i guðs kristni, bæði af lagasetningu ok sönnu þolinmæði, þviat um 20 ar ok eitt, er hann rikti, stoð hann nær i sama striði, þviat Friðreki keisara varu kirkjunnar naðir þa sva leiðar, at æ hof hann annan þrætumann, er annarr valt or, þar til er sva gekk ut um 4 ar[5]. Hinn fyrsti var Octovianus, sem ver sögðum, er kallaðiz Victor; annarr Guido, er kallaðiz Paschalis; þriði Johannes, er kallaðiz Kalixtus; fjorði Leundonus, er kallaðiz Innocentius. Þrir af þeim varu kardinales, prestar at vigslu, bannsettir af Alexandro pava, ok foru sva bunir af heimi veslugir menn. En eptir þa baða samðiz su sætt með herra pavanum ok keisaranum, at hann krossaðiz til Jorsala með alt sitt herfolk[6],

---

dedit ei omnia quibus inpraesentiarum maxime egebat. Posthac profectus est Gissurus episcopus in Islandiam, et universus populus excepit eum laetanter.

Ex Historia Gudmundi episcopi.

1. *Eo tempore mundi, cum praeterierunt a nativitate domini nostri Iesu Christi* 1154 *anni, cepit venerabilis dominus Adrianus papa, quartus huius nominis, universalem gubernationem Romanae christianitatis. Antea vocatus est Nicolaus, Anglus natione, laudabilis scientia et vitae moribus et simul strenuus in gubernatione [ecclesiae]. Hic locutus est talia verba in suo regimine coram magistro Iohanne Saresberiensi, qui postea erat in servitio Thomae Cantuariensis, neminem esse miserabiliorem papa Romano. Alia in re fuit ita fortis, ut prohiberet magnam conspirationem Romae, quia unus e cardinalibus violatus erat. Is consecravit coronatum Fridericum imperatorem primum huius nominis. Visus est igitur imperator oboediens sanctae Romanae ecclesiae, dum vixit uterque, sed post quatuor annos domini papae, postquam decessit, exorta est magna turbatio in ipsa [urbe] Roma propter novum papam eligendum, nam ipsi cardinales divisi sunt in duas partes. Apparuit tunc Fridericus imperator, quis esset, quia auxilio episcoporum et opibus imperii opitulatus est eis cardinalibus, qui peiorem rem habebant, nam hi universi elegerunt grossum litigatorem, qui Octovianus nominabatur. Altera parte cum cardinalibus steterunt Ludowicus Francorum rex et Heinricus Andegaviae [comes], Angliae rex. Hi elegerunt virum qui vocabatur Rollandus cancellarius. Haec electio valuit, nam Deus [eam] voluit. Tum Rollandus nominatus est Alexander III, praeclarus vir in Dei christianitate et ob legum constitutionem et ob veram patientiam. Nam per viginti et unum annos, quibus regnavit, paene remansit in eadem lite, nam Friderico imperatori erant ecclesiae tranquillae res tum tam molestae, ut semper alium erigeret litigatorem, cum alius decessisset, ita ut sic ageretur per quatuor annos. Primus fuit Octovianus, ut diximus, qui nominatus est Victor; alter Guido, qui nominatus est Paschalis; tertius Iohannes, qui nominatus est Kalixtus; quartus Leundonus [Lando], qui nominatus est Innocentius. Tres eorum fuerunt cardinales, presbyteri consecratione, excommunicati ab Alexandro papa, et ita decesserunt de mundo miseri homines. Sed post utrumque pax facta est inter dominum papam et imperatorem, ut cruce signaretur ad iter Hierosolymitanum cum toto*

1) Cf. Vitam Iohannis episcopi c. 5, 'Biskupasögur' I, p. 219. 2) Cf. Iohannis Saresber. Polycraticus l. VIII, c. 23: *Dominum Adrianum . . . huius rei testem invoco, quia Romano pontifice nemo miserabilior est, conditione eius nulla miserior.* S. 3) Haec ex Martini Oppav. vel Bernardi Guidonis Chron. H.-E. 4) Sequentia ad verbum paene conveniunt cum Bernardo Guidonis, Muratori, SS. III, 1, p. 441. H.-E. 5) Nescio an haec orta sint ex eo quod Martin. Oppav. et Bern. Guid. habent: *vicit quatuor scismaticos.* Schisma 18 annis duravit. Sequentia ad verbum cum Martino Oppav., SS. XXII, p. 437, et Bernardo Guid., l. l. p. 446, conveniunt. 6) Fridericum *pro emenda* statim post pacem cum papa factam crucesignatum esse scribit perperam Martin. Opp., l. l. p. 470. H.-E.

þviat þa litlu [aðr] var landit unnit i fyrstu undir Saladin eðr soldan konung af Babilon 1187
fyrir svikligan prett ok bölvaðan Malti[1] jarls af Tripolia, sem ljosliga stendr i þess hattar
letrum. . . . . . .

23. . . . A dögum Innocentii pafa þriðja með þvi nafni, er var dyrðar eptirdœmi for- 1209.
5 mönnum i kristninni, þviat hann var stjornsamr ok ölmusugoðr, þar með nytsamligr siðar-
um timum i lagasetning ok predicamentis. Hann helt almenniligt þing i Latran, sva at
upp satu 1000 tvau hundrað ok 14 formenn heilagrar kirkju ymisligra stetta. A hans
timum byrjaðiz ok lögtokz hvartveggi lifnaðr, Predikara ok Berfœttu brœðra. Honum
eignar heilög bok fyrsta compileran decretalium, en Honorio tertio næst eptir hann; sat
10 hann honum ok næstr i pafadominum fyrir Gregorium nonum. Nefndr Innocentius efldi
þat hus i Roma, er hann kallaði heilags anda spital, ok lagði þar til sva miklar eignir ok
rentur, sem þörf beiddi; var þat föðurleifð hans, þviat hann hafði verit rikr maðr fyrir pafa-
dominn, kynjaðr af þeiri halfu Italie, er Kampania heitir[2]. Hann bannfærði Ottonem
keisara fjorða með þvi nafni fyrir sva einkanligt efni, sem her stendr. Keisarinn var hans
15 sjalfs vigsluson, ok er hann skyldi eið vinna i vigslunni, stafar herra pavinn sva frekan, at
allar þær eignir, sem at fornu hefði til heyrt krunu keisarans ok nu væri skutlaðar, skal
hann með sterkri hendi aptr skipa fyrri stett. Keisarinn er tregr at sverja, þviat hann skilr
með ser, at þetta mal hefir anga[a], sem þeim baðum mun af leiða hinn mesta otila. En þann
tima, sem herra pavinn knyr hann at eiðstafnum, sverr hann. Um daginn eptir, sem herra
20 pavinn veitir honum agætliga ok þeir sitja baðir samt, talar keisarinn sva: 'Heilagr faðir',
segir hann, 'framan eið buðu þer mer i dag'. Herra pavinn svarar: 'Hann var rettvisliga
framr, en i ønga grein framarr'. Keisarinn svarar: 'Þat er ljost, at þer munit gjarna aptr
leggja þat, er þer haldit, ok visvitat er, at keisaradœminu til heyrir'. 'Hvat er þat?' segir
herra pavinn. 'Þat heitir Mathilldar arfr,' segir keisarinn. Herra pavinn talar þa ok bregðr
25 litt: 'Þat er heilög Romakirkja hefir haft ok minir forverarar haldit i naðum ok friði fyrir
minn dag, skulum ver halda sem einn romverskr byskup fyrir hverjum lifanda manni, ok
ef nøkkurr dirfiz at ræna kirkjuna ok oss sva höldnu goðs[i], skulu ver gjarna profa, hvart
sverðit Petri kann bita halsinn a honum'. Keisarinn svarar fa um at sinni, en ferr til litlu
siðar ok tekr upp alla þa eign, sem fyrr var nefnd. Þessi var hans bannsetningar sök. 1210.
30 Skipaði herra pavinn annan keisara i hans rum, þann ok sva fallinn, sem finnz i þessa 1212.
hattar letrum. . . . . . .

---

suo exercitu, nam paulo antea subacta erat terra [sancta] primo a Saladino vel soldano rege Babyloniae dolo malo et 1187.
abominabili Malti principis Tripolitani, ut luculenter expositum est in eius generis scriptis.

23. . . . *Diebus Innocentii papae tertii huius nominis, qui erat praeclarum exemplum ad imitandum praelatis* 1209.
35 *christianitatis, nam erat dominationi idoneus et elemosynarius necnon utilis posteriori tempori legum constitutione ac prae-*
dicationibus. Hic habuit universale concilium in Laterano, ita ut adessent 1214 *praelati sanctae ecclesiae. Eius tem-*
poribus instituta est et confirmata utraque regula Praedicatorum et Nudipedum [Minorum] fratrum. Huic attribuit sacer
liber primam compilationem decretalium, sed Honorio tertio proximo post eum; qui etiam ei successit in papatu ante Grego-
rium nonum. Nominatus Innocentius fundavit domum Romae, quam vocavit sancti Spiritus hospitale, et attribuit ei magnas
40 *possessiones et redditus, quibus oportuit; hoc [scilicet ea quae hospitali donavit] fuit hereditas eius, nam vir potens fuerat*
ante papatum, ortus ex ea regione Italiae quae Campania vocatur. Hic excommunicavit Ottonem imperatorem quartum
huius nominis propter tam specialem causam, quae hic legitur. Imperator erat ipsius filius consecratione, et cum deberet
iusiurandum dare in consecratione, praeivit dominus papa [iusiurandum] tam grave, ut omnes possessiones, quae antiquitus
pertinuissent ad coronam imperatoris [imperii fuissent] et iam vindicatae essent, valida manu restitueret priori ordini.
45 *Imperator tardus est ad iurandum, nam cogitavit secum hanc rem habere hamum, qui utrique maximo detrimento futurus*
esset. Sed hoc tempore, cum dominus papa eum cogeret ad iurandum, iuravit. Postea [eodem] die, cum dominus papa ei
convivium lautum praeberet, et uterque una consideret, locutus est imperator ita: 'Sancte pater', inquit, 'grave iusiurandum
mihi imposuistis hodie'. Dominus papa respondit: 'Iusta ratione hoc fuit grave neque in ulla re gravius [quam iustum
est]'. Imperator respondit: 'Apparet vos libenter redditurum esse quod tenetis et [quod] constat imperii esse'. 'Quid est
50 *hoc'? inquit dominus papa. 'Haec vocatur Mathildae hereditas', inquit imperator. Dominus papa tum locutus est et expalluit*
parum: 'Ea quae sancta Romana ecclesia habuit et mei antecessores tenuerunt quiete et pacifice ante meos dies, retinebimus
ut episcopus Romanus adversus unumquemque viventem hominem; et si quis audebit spoliare ecclesiam et nos talibus posses-
sionibus, libenter experiemur, num gladius Petri dissecare possit collum eius'. Imperator respondit pauca eo tempore, sed
profectus est paulo post et sustulit omnes possessiones quae antea memoratae sunt. Haec fuit excommunicationis eius causa 1210.
55 *Creavit dominus papa alterum imperatorem eius loco, qui etiam talis fuit, qualis invenitur in eius generis scriptis.* 1212

a) auga *editio in 'Biskupas.' male.*

1) Raimundus III. comes, quem multi scriptores proditionis arguunt; nescio unde hoc nomen exortum sit. H.–E.

2) Ex his quae praecedunt de Innocentio III. etiam multa ex Martin. Oppav., l. l. p. 437 sq., sumpta sunt. H.–E.

EX VITA S. EDUARDI REGIS ANGLORUM.

In codice Flateyensi iam saepe memorato bibl. regiae Hafniensis coll. vet. nr. 1005 *fol., inter a.* 1370—1380. *exarato, exstat etiam Vita Eduardi Sancti regis Angliae ('Flateyjarbok' III [Christianiae* 1868*], p.* 463—472*), ex qua solum primum capitulum hoc loco exhibendum erat.* *F. J.*

1. ... Þeir gerðu frið milli sin Vilhjalmr bastarðr ok Baldvini mildi, greifi af Flandr. Þa het Baldvini greifi at gipta honum Mathildi dottur sina. Ok er hertuginn kom til greifans at sja jumfruna, hann talaði til hennar bliðliga ok kallaði hana unnostu sina. Þa svarar jumfruin: 'Ærr ert þu vallari þinn, er þu hyggr, þar sem ek er komin af konungligri ætt, muni vilja giptaz einum bastarði'. Þa reiddiz hertuginn ok tok i har henni ok feldi hana til jarðar ok trað hana undir fotum ok mælti sva: 'Eigi er ek bastarðr nema at auknefni'. Siðan hljop hann a hest sinn ok menn hans ok reið i brott skyndiliga. Greifinn ok hans greifinna hugguðu jumfruna ok hetu henni at gipta hana innan manaðar hertuganum af Saxon. Jumfruin svarar: 'Engum skal ek giptaz a minum lifsdögum, nema þeim, er ek var heitin, þviat engi ma at minni hugsan við hann jafnaz'. Eptir þetta sendi greifinn menn eptir hertuganum at kalla hann aptr. Hertuginn hugði, at þeir myndi vilja taka hann aptr með forsi, ok þvi hjo hann einn þeira sundr i miðju i einn höggi, en sendimenn sögðu, at greifinn vildi honum gott eina. Sneri hertuginn þa aptr með þeim. Ok i þessi ferð gerði Vilhjalmr bastarðr bruðkaup til jumfru Mathildar ok for siðan heim i Norðmandi[1].

1. ... *Fecerunt pacem inter se Wilhelmus Bastardus et Balduinus Largus comes Flandriae. Tum promisit Balduinus comes ei se daturum esse Mathildam filiam suam. Et cum dux venisset ad comitem ad videndam virginem, eam adlocutus est blande et vocavit eam sponsam suam. Tum respondit virgo: 'Amens tu es, vagabunde, cum putes, cum ego sim orta ex regia stirpe, me velle nubere bastardo'. Tum iratus est dux et arripuit crines eius et prostravit eam in terram et calcavit eam sub pedibus et dixit ita: 'Non sum ego bastardus nisi cognomine'. Deinde assiluit in equum suum et homines eius et abequitavit celeriter. Comes et eius uxor consolabantur virginem et promiserunt ei se daturos esse eam intra mensem duci Saxoniae. Virgo respondit: 'Nemini nubam meis vitae diebus, nisi ei, cui sponsa eram, nam nemo potest mea ex mente cum eo comparari'. Post haec misit comes legatos ad insequendum ducem, ut revocarent eum. Dux putavit eos se velle capere vi; itaque cecidit unum eorum in duas partes in medio uno ictu, sed legati dixerunt comitem ei velle bonum solum. Tum revertit dux cum iis. Et in eo itinere fecit Wilhelmus Bastardus nuptias cum virgine Mathilda et rediit deinde in Nordmanniam.*

EX HISTORIA EGILIS SKALLAGRIMI FILII.

Haec historia, quae inter praeclarissimas historias Islandorum iure magni aestimatur, invenitur in cod. Arna-Magn. 132. *fol. et in cod. Guelferbytano, cuius exemplar exstat in collect. Arna-Magn. nr.* 461. 4°. *Praeterea in cod. chartaceo* 453. 4°. *eiusdem collectionis, apographo membranei codicis qui periit. Textum optimum praebet codex primus, quem ubi nihil defuit secuti sumus. Scripta est haec historia paulo ante a.* 1200. *Auctor eius ignoratur, qui res Egilis olim gestas ex ore contemporaneorum collegit et in ordinem redegit, libris de regum Norwegicorum rebus conscriptis et ipsius Egilis carminibus nisus. Quae historia edita est a me in collectionis 'Samfund til Udgivelse af gammel nordisk litteratur' t. XVII ('Egils saga Skallagrimssonar'). Hafniae* 1886—1888. *F. J.*

44. ... Heldu[a] þeir ok ut til Kurlandz ok lögðu þar við land með halfs manaðar friði ok kaupstefnu. En er þvi var lokit, þa toku þeir at herja ok lögðu at i ymsum stöðum.

44. ... *Telenderunt [Egil et frater eius] etiam in Curoniam et appulerunt ibi ad terram cum dimidii mensis pace et mercatu. Sed cum id [tempus] finitum esset, inceperunt praedari et aggressi sunt pluribus locis. Uno die appulerunt*

a) Heldu — hond þeim, *quae in cod.* 132. *folio exciso desunt, sumpta sunt e cod. Guelf.*

1) A multis scriptoribus Francogallicis narratur haec fabella; cf. Phil. Mousket v. 16902—16991. 17314—17365, SS. XXVI, p. 729 sqq., et quae ibi p. 730, n. 1. adnotata sunt. H.-E. Cf. 'Icelandic sagas' I, p. 389.

Einn dag lögðu þeir at við aros einn mikinn, enda var þar mork mikil. Þeir reðu þar til uppgöngu ok var skipt i sveitir 12 mönnum saman. Þeir gengu a skoginn, ok var þar ekki langt, aðr bygðin tok við. Þeir ræntu þar ok drapu menn, en liðit flyði undan, ok fengu þar ønga viðrtöku. . . . Egill hafði gengit yfir skoginn ok 12 menn með honum, ok 5 sa þeir þa slettur miklar ok bygðir. Bœr einn stoð skamt fra þeim ok stefndu þeir þar til, ok er þeir koma þar til, hlaupa þeir i husin inn ok urðu við ønga menn varir, en toku fe þat, er laust var. Þar varu mörg hus, ok dvaldiz þeim þar lengi, en er þeir varu ut komnir ok fra bœnum, þa var lið komit milli þeira ok skogsins, ok sotti þat at þeim. Skiðgarðr var har gørr millum þeira ok skogarins. Þa mælti Egill, at þeir skyldu fylgja honum, sva 10 at eigi mætti öllum megin at þeim ganga. Gekk Egill þa fyrst, en þa hverr at öðrum sva nær, at ekki matti milli þeira komaz. Kurir sottu at þeim fast ok mest með lögum ok skotum, en gengu ekki i höggorrustu. Þeir Egill fundu eigi fyrr er þeir ganga með görðunum, en garðr gekk a aðra hönd þeim, ok matti eigi fram komaz. Kurir sottu eptir þeim i kvina, en sumir sottu utan at, ok lögðu spjotum ok sverðum i gegnum garðana, en sumir 15 baru klæði a vapn þeira. Urðu þeir sarir ok þvi næst handteknir ok allir bundnir, leiddir sva heim til bœjarins. Maðr sa, er bœ þann atti[a], var rikr ok auðigr. Hann atti son roskinn. Siðan var um rœtt, hvat við þa skyldi gera. Sagði bondi, at honum þotti þat rað, at drepinn væri hverr a fœtr öðrum. Bondason sagði, at þa gerði myrkt af nott, ok mætti þa ønga skemtan af hafa at kvelja þa. Bað hann lata biða morgins. Var þeim þa skotit i hus eitt 20 ok bundnir ramliga. . . . . . .[1].

49. . . . Þa[2] sigla [þeir] suðr fyri Jotland ok herja þar, ok þa fara þeir til Frislandz ok dveljaz mjök lengi um sumarit. 924?

69. . . . En er hausta tok[3], heldu[b] þeir norðr aptr ok lagu við Frisland. Einhverja nott, þa er veðr var kyrt, lögðu þeir upp i moðu eina, þar er illt [var] til hafna ok utfiri 25 mikil. Þar varu a land upp slettur miklar ok skamt til skogar. Þar varu vellir blautir, þviat regn höfðu verit mikil. Þar reðu þeir til uppgöngu ok letu eptir þriðjung liðs at gæta skipa. Þeir gingu upp með anni, milli ok skogarins. Þa varð bratt fyri þeim þorp eitt, ok bygðu þar margir bœndr. Liðit rann or þorpinu a landit, þar er matti, þegar er vart varð við herinn, en vikingar sottu eptir þeim. Var þa siðan annat þorp ok it þriðja. 30 Liðit flyði allt þat er þvi kom við. Þar var jafnlendi ok slettur miklar. Diki varu skorin 951?

---

ad fluminis ostium quoddam vastum, et fuit ibi silva magna. Ibi escenderunt in terram et divisi sunt in partes, duodeni homines simul. Profecti sunt in silvam, et non fuit longinquum [iter] ad loca habitata. Rapuerunt ibi et interfecerunt homines, sed incolae aufugerunt, et ibi invenerunt nullum resistentem. . . . Egil per silvam transierat et duodecim viri cum eo, et viderunt ibi planities magnas et loca habitata. Villa quaedam fuit prope ab iis et tetenderunt eo, et cum 35 *venissent eo, incurrunt in domum et inveniunt nullos homines, sed rapuerunt pecuniam, quae soluta fuit. Ibi fuerunt multae domus, et morati sunt ibi diu, sed cum exiissent et aliquantum a villa, tum venerat exercitus inter eos et silvam, et aggressus est eos. Saepes lignea erat alta facta inter eos et silvam. Tum dixit Egil, ut ipsum sequerentur, ut [illi] non possent ab omnibus partibus eos aggredi. Praeivit Egil primus, deinde vero alter post alterum ita prope, ut nihil inter eos venire posset. Curones aggressi sunt eos firmiter et maxime cum ensibus et ictibus, sed cominus non pugnarunt. Egil et sui* 40 *nihil prius senserunt, cum secundum saepem graderentur, quam saepes ex altera parte se extendit, et non potuerunt progredi. Curones insecuti sunt eos in hoc claustrum, sed alii eos aggressi sunt extrinsecus et ensibus et gladiis eos petierunt per saepes, sed alii vestes in arma eorum iecerunt. Saucii facti sunt et deinde comprehensi et omnes vincti, deinde ad villam ducti. Vir, qui villam possedit, fuit potens et dives. Habuit filium adultum. Deinde collocuti sunt, quid iis faciendum esset. Dixit colonus sibi videri optimum, ut interficeretur alius post alium. Filius coloni dixit hoc tum fieri in obscuro* 45 *ob noctem, et tum nullum delectamentum percipi posse eorum supplicio. Petiit, ut res differretur ad mane. Tum immissi sunt in quoddam aedificium et vincti firmiter.*

49. . . . *Deinde navigant [Egil et sui] meridiem versus praeter Iutiam et vastant ibi, et deinde navigant ad Frisiam et [ibi] morantur longo tempore aestatis.* 924?

69. . . . *Sed auctumno ineunte septentrionem versus tetenderunt retro et appulerunt ad Frisiam. Aliqua nocte, cum* 951? 50 *tempestas esset tranquilla, navigarunt in flumen quoddam, ubi defectus fuit portuum et littora arenosa vasta. Ibi in terra fuerunt vasti campi et haud procul inde silva. Ibi erant campi irrigati, nam imbres fuerant magni. Ibi escensionem fecerunt et reliquerunt tertiam partem copiarum, ut custodiret naves. Progressi sunt secundum flumen, inter hoc et silvam. Ibi invenerunt cito vicum quendam, et habitarunt ibi multi rustici. Incolae fugerunt e vico in terram [interiorem], quo potuerunt, simulatque certiores facti sunt de exercitu, sed piratae eos insecuti sunt. Fuit deinde alter vicus et tertius.* 55 *Incolae fugerunt omnes qui potuerunt. Ibi fuit planities et campi magni. Canales facti erant hic et illic per terram, et*

a) *cod. pr. add.* ok *[et].* b) herjuðu *cod. pr.*

1) Multis verbis deinde narratur, quomodo Egil et sui e vinculis evaserint et quas res in Curonia egerint. Ex reliqua narratione apparet haec circa a. 916. facta esse, si quid veri iis inest. 2) Haec c. a. 924. facta esse videntur. 3) Circa a. 951. haec facta esse ex reliqua narratione apparet.

951? viða um landit ok stoð i vatn. Höfðu þeir lukt um akra sina ok eng, en i sumum stöðum varu settir staurar storir yfir dikin. Þar er fara skyldi, varu bruar ok lagðir yfir viðir. Landsfolkit flyði i mörkina. En er vikingar varu komnir langt i bygðina, þa söfnuðuz Frisir saman i skoginum, ok er þeir höfðu aukin 300 manna, þa stefna þeir i moti vikingum ok raða til orrostu við þa. Varð þar harðr bardagi, en sva lauk, at Frisir flyðu, en vikingar raku flottann. Dreifðiz bœjarliðit viðs vegar, þat er undan for. Gerðu þeir ok sva, er eptir foru. Kom þa sva, at fair foru hvarir saman. Egill sotti þa hart eptir þeim ok fair menn með honum, en mjök margir foru undan. Komu Frisir þar at, er diki var fyri þeim ok foru þar yfir. Siðan toku þeir af bryggjuna. Þa koma þeir Egill at öðrum megin. Reð Egill þegar til ok hljop yfir dikit, en þat var ekki annarra manna hlaup, enda reð ok engi til. Ok er Frisir sa þat, þa sœkja þeir at honum, en hann varðiz; þa sottu at honum 11 menn, en sva lauk þeira viðskiptum, at hann feldi þa alla. Eptir þat skaut Egill yfir brunni ok for þa aptr yfir dikit. Sa hann þa, at lið þeira alt hafði snuit til skipanna. Hann var þa staddr nær skoginum. Siðan for Egill fram með skoginum ok sva til skipanna, at hann atti kost skogarins, ef hann þyrfti. Vikingar höfðu haft mikit herfang ofan ok strandhögg, ok er þeir komu til skipanna, hjuggu sumir bufeit, sumir fluttu ut a skipin fen þeira. Sumir stoðu fyri ofan i skjaldborg, þviat Frisir varu ofan komnir ok höfðu mikit lið ok skutu a þa. Höfðu Frisir þa aðra fylking. Ok er Egill kom ofan ok hann sa, hvat titt var, þa rann hann at sem snarast, þar sem mugrinn stoð. Hafði hann kesjuna fyri ser ok tok hana tveim höndum, en kastaði skildinum a bak ser. Hann lagði fram kesjunni, ok stökk fra allt, þat er fyri stoð, ok gafz honum sva rum fram i gegnum fylkingina. Sotti hann sva ofan til manna sinna. Þottuz þeir hafa hann or helju heimtan. Ganga þeir siðan a skip sin ok heldu brott fra landi.

951? *stetit in us aqua. His clauserant agros suos et prata, sed nonnullis locis constituti fuerant pali grandes per canales. Ubi transire oporteret, pontes fuerunt et iniectae trabes. Incolae terrae aufugerunt in silvam. Sed cum piratae longe venissent in loca habitata, collegerunt sese Frisones in silva, et cum coegissent trecentos sexaginta homines, contra piratas contenderunt et conserunt pugnam cum iis. Orta est acris pugna, sed ita finita est, ut Frisones fugerent, sed piratae insecuti sunt fugientes. Dissipati sunt vici incolae circumquaque, qui fugerunt. Fecerunt etiam ita qui persecuti sunt. Ita evenit, ut pauci simul utrimque currerent. Egil vehementer institit eis et pauci homines cum eo, sed multo plures fugerunt [ante illos]. Venerunt Frisones eo, ubi canalis erat adversus, et eum transierunt. Deinde resciderunt pontem. Tum venit Egil cum suis altera ex parte. Egil statim rem egit et transilivit canalem, sed is non fuit aliorum hominum saltus, neque quisquam [hoc] conatus est. Et cum Frisones vidissent hoc, aggressi sunt eum, sed ille se defendit. Tum aggressi sunt eum undecim viri, sed ita finitum est eorum certamen, ut eos omnes caederet. Postea Egil imposuit pontem et rursus transiit canalem. Tum vidit totum exercitum revertisse ad naves. Tum fuit prope a silva. Deinde Egil processit secundum silvam et ita ad naves, ut haberet facultatem [in] silvam [aufugiendi], si opus fuisset. Piratae habuerant secum magnam praedam e terra et pecu in litore caedendum, et cum ad naves venissent, ceciderunt alii pecu, alii abegerunt in naves pecu, alii supra steterunt in clipeorum arce [ut arcem clipeis coniunctis formarent], nam Frisones devenerant et habuerunt magnas copias et iniecerunt in eos tela. Habuerunt tum Frisones alteram aciem. Et cum Egil superveniret et videret, quid factum esset, adcucurrit quam vehementissime eo, ubi multitudo stabat. Tenuit hastam pro se et hanc amplexus est utraque manu, sed reiecit clipeum in tergum suum. Hastam protendit, et omnes discurrerunt, qui ibi steterant, et datum est ei ita spatium [pervadendi] per aciem. Descendit ita ad suos. Hi sibi visi sunt eum ex ipsa morte recuperasse. Ascenderunt deinde naves suas et vela dederunt a terra.*

EX RERUM POLONICARUM SCRIPTORIBUS

SAEC. XII. ET XIII.

EDIDIT M. PERLBACH.

Cum decimo nono Scriptorum tomo Annales Poloniae, quotquot tunc inveniri potuerunt, publici iuris facti sint, hoc loco id tantum restat, ut ex chronicis et annalibus anno 1866. *aut nondum repertis aut certas ob causas relictis, ea huic collectioni inseramus, quae ad res Germanicas illustrandas aliquid afferant. Inter quae prima Vincentii magistri chronica nominari debet, ex qua pauca tantum damus. Editorum tamen tomi XIX. vestigia secuti non singulos annalium locos patriae nostrae historiam tangentes exscribendos, sed eos integros edendos esse iudicavimus, praesertim cum qui ceteros rerum gestarum ubertate et verborum copia superant, Annales capituli Posnaniensis decimo tertio saeculo conscripti multa ad res non solum Poloniae, sed etiam Silesiae et Pomeraniae melius cognoscendas praebeant; quibus adiunximus nonnulla annalium fragmenta paucos ante annos a viris doctis Polonis detecta, scilicet Annalium Lubinensium partem alteram, Notas Cracovienses, Annales et Notas Posnanienses, Annales e codice Sandivogii de Czechel descriptos. Denique e Vitis sanctorum Stanislai Cracoviensis et Werneri Plocensis episcoporum paucos addidimus locos, quibus de Germaniae historia agitur. In quibus omnibus recensendis quatuor posterioribus Monumentorum Poloniae tomis usi, V. Cl. de Kętrzyński, qui illa post Bielowskii mortem nunc edenda curat, liberalitate semper fulti sumus.*

M. Perlbach.

NOTAE CRACOVIENSES.

Invenit ante a. 1872. *V. Cl. W. de Kętrzyński in tegumento codicis cuiusdam, qui in bibliotheca gentis Wolanscianae* W a p c i i *Prussiae occidentalis asservabatur, tria resegmina membranae saeculo XIII. conscriptae, quae annales continent ad eos qui dicuntur breves Cracovienses*[1] *proxime accedentes atque ab annalium Sancrucensium*[2] *auctore in usum suum conversos: eos tamen nihil esse nisi apographum duobus locis, altero iterum reddito, altero plane neglecto probari posse existimo. Fragmenta postea* L e o p o l i m *ad bibliothecam Ossolinianam translata primus publici iuris fecit V. Cl. Henricus eques de Zeissberg in libro 'Die Polnische Geschichtschreibung des Mittelalters' (Lipsiae* 1873*) p.* 33, *n.* 4, *deinde b. m. Bielowski in Monumentorum Poloniae t. III, p.* 52, *nunc a me rogatus denuo contulit de Kętrzyński, qui etiam litteras a bibliopego abscisas primus restituit.*

M. P.

1133. Bohemi vastant Poloniam. An br

1135. Vyslicia cede destruitur 5. Idus Februarii. ib

1109. Balduinus obiit; cui Maurus[3] successit. An cap

1) SS. XIX, p. 664—666. 2) Ib. p. 678—687. 3) Episcopi Cracovienses.

An br. 1118. Ma[*u*]rus obiit, Robertus successit[1].

ib. 1147. Conradus Poloniam intravit; et eodem anno imperator Poloniam intravit et cum regibus Iherosolimam pergit.

ib. 114[3. *R*]obertus obiit; cui Matheus [*successi*]t[2].

ib. 1166. Gethco in episcopum consecra[*tur*].

ib. [1170. *Sanctus Thom*]as Cantua[*riensis archiepiscopus martirizatus est*].

ANNALIUM LUBINENSIUM CONTINUATIO.

In Scriptorum t. XIX, p. 579 *sq. fragmentum annalium res ab a.* 1143. *usque ad a.* 1175. *gestas continens publici iuris factum est, quod olim a tegumento libri cuiusdam impressi monasterii ordinis S. Benedicti Lubinensis in provincia Posnaniensi siti*[3] *solutum, nunc Ms. Lat.* 321. *signatum in bibliotheca regia* ***Berolinensi*** *asservatur. Constat e duobus foliis membranaceis, altero* 27, 5 *cm. alto,* 17, 7 *cm. lato integro, altero fragmento tantum* 16, 4 *cm. alto,* 4, 6 *cm. lato. Utramque integri folii paginam (*1143—1159, 1160—1175*) VV. Cll. Roepell et Arndt l. l. ac Bielowski b. m. in Monumentorum Poloniae t. II. ediderunt, in fragmento quoque litteras singulas ac dierum numeros legi posse hic p.* 776. *docuit. Quibus perscrutandis et interpretandis cum Polonorum viri docti operam dedissent, primus quidem V. Cl. T. Wojciechowski*[4] *veram dierum numerorumque rationem intelligens, dies paschales eos esse statuit, quos minus recte tamen ad a.* 1169—1180. *spectare existimavit; de cuius libello referens*[5] *errorem V. Cl. de Kętrzyński correxit et unacum docto Varsaviensi St. Ł[aguna]*[6] *dies ad a.* 1264—1275. *referendos docuit; horum enim annorum dies paschales optime ad fragmenti numeros quadrant. Denique nuperrime de Kętrzyński*[7]*, codice Leopolim transmisso diligenterque inspecto, fragmentum et legere et litteras a bibliopego abscisas supplere iterum conatus est; qui cum cerneret folii integri utramque paginam* 34 *lineas et* 17 *annos continere, computando invenit fragmentum alteram eiusdem quaternionis partem fuisse, cuius prior pars adhuc integra restaret, atque folium integrum primum, laesum quartum quaternionis fuisse, cuius interior pars annos inde ab* 1177. *complexa incuria bibliopegorum temporumque iniuria interiisset, in fragmento igitur annorum* 1241—1275. *notas exaratas esse; cui tantum in eo non cedendum esse puto, quod non de a.* 1241—1258. *et* 1259—1275. *agatur, immo vero de a.* 1245—1260. *et* 1261—1276. *res se habeat*[8].

1) Episcopi Cracovienses; excidit ante Robertum: *Radost successit.* 1142. *Radost obiit;* cf. Ann. Sancruc., Mon. Pol. III, p. 69. 2) Episcopi Cracovienses. 3) Legitur in altera pagina folii manu saeculi decimi sexti: *Iste liber est Lubinensis monasterii* et *Largitor omnium bonorum benedicat potum suorum servorum.* 4) 'Pamiętnik akademii umiejętności w Krakowie wydz. filol. i. hist. filoz.' IV (1880), p. 229—232. 5) 'Przewodnik naukowy i literacki' 1882 (Leopoli) p. 834. 6) 'Ateneum' 1883 (Varsaviae) I, p. 527—540. 7) Ibid. 1887 I, p. 347—359. et Mon. Pol. t. V, p. 861—873. 8) Non constat inferiorem fragmenti marginem integrum esse, quod K. tacite supponit, neque annis 1259 1262, quos a superiore margine paginae posterioris abscisos esse vult, anni 1241—1246. in priore pagina addendi respondent. Neque praetermittendum est annum 1259. in fine paginae prioris locum nunc scriptura vacantem habuisse. Rectius mibi ad superiorem marginem quinque et ad in-

Litterarum adhuc restantium fragmenta optime congruunt cum eis quae ceteri Poloniae annales, maxime qui dicuntur Cracovienses compilati et Posnaniensis capituli, de illis annis tradiderunt, ut textus fragmenti studio de Kętrzyński et Łaguna bene restitutus censeri debeat. Cum non ad omnes saeculi XIII. annos notae conscriptae essent, spatia vacua manus saeculi XV. supplenda curavit, cuius vestigia ad a. 1268. *et* 1269. *servata sunt. Codicem meo rogatu Halas missum et ipse cum editione Kętrzyńsciana contuli. M. P.*

[1248. *Conradus dux Maso*]viensis obiit et Bol[*eslaus filius eius obiit*]. — An. comp. 1247.

[1249. *Gotfridus frater*] ordinis Predicatorum nunc[*ius domini pape venit in Poloniam*] colligere ab omnibus clericis [*quintam partem de redditibus*] omnium ecclesiarum. — An. cap. Cr. 1248.

[1250]. . . . .

[1251. *Heclinus ab*]bas Lubiniensis effi[*citur*] [a, 1].

[1252]. . . . .

[1253. *Boguphalus*] episcopus Poznaniensis obiit et [*Petrus succedit*]. — An. cap. Pos.

[1254. *Petrus episcopus P*]oznaniensis obiit et Bogup[*halus succedit*]. — ib.

[1255. *Heclinus ab*]bas Lubiniensis obiit et I[*acobus succedit*] [2].

[1256. *Castrum Nakel a P*]omoranis capitur, et circa [*illud postea Pomorani*] multi occiduntur. — ib.

[1257. *Boleslaus dux Polo*]nie duxit uxorem fili[*am regis Hungarie* [3]. *Premisl dux Polo*]nie obiit, et eodem anno [*natus est filius ducis Premislii*] [4]. — An. comp. 1259. 1258

[1258. *Fulco archiepiscopus G*]nezdnensis obiit. [*Ianussius in*] archiepiscopatum successit [b]. — ib. 1259

[*1263 [5]. *Kal. Apr. Castellania Lovicensis domini archiepiscopi a*] Pruthe[*nis vastatur*]. — *f. 1'. An. cap. Pos.

[1264]. 12. Kal. Maii. Boguph[*alus episcopus Poznaniensis obiit; Petrico*] succedit et [*paulo post resignavit*]. — ib.

[1265]. Nonas Aprilis.

[1266]. 5. Kal. Aprilis. Ecclesia P[*oznaniensis exusta est*]. — ib.

[1267]. 15. Kal. Maii Nichola[*us in episcopum Poznaniensem in Romana cu*]ria cons[*ecratur*]. — ib.

[1268]. 6. Idus Aprilis. Translac [c] [*io sancte Hedvigis*]. — An. comp. 1268

[1269]. 9. Kal. Aprilis. Anno [d] Domini [*148 . .] post incen[*dium ecclesie Lubiniensis*] campane [*nove date sunt monasterio*] per Kaze[*mirum regem*]. — *f. 2

[1270]. Idibus Aprilis.

[1271]. Nonas Aprilis.

[127]2. 8. Kal. Maii.

[127]3. 5. Idus Aprilis. Constru[*cta est nova domus claustralis, in*] qua refe [e] [*ctorium fratrum pulcherrimum*] [6].

[127]4. Kal. Aprilis. Ecclesia P[*oznaniensis a Nicholao episcopo conse*]crat[*a est*].

[1275]. 18. Kal. Maii.

a) *spatium trium linearum c.* b) *spatium duarum linearum in margine inferiori c.* c) *manu saec. XIV. exarata c.* d) Anno — Kaze *manu saec. XV.* e) Constru — refe *alia manu saec. XV.*

feriorem trium linearum spatium addendum esse videtur, quo fit, ut neque annorum cursus (1245—1260. et 1261—1276) interrumpatur, neque uni plus quam alteri paginae addatur, unde annorum numero in deperditis foliis (1177—1244) pariter atque in integro folio computato, tantum 16 anni cuique paginae tribuendi esse videntur. 1) Heclinus abbas Lubinensis a. 1242. et 1246. in diplomatibus monasterii occurrit, Codex dipl. maioris Polon. I, nr. 236. et 253; ter (1240—1242, 1243—1246, 1251—1255) monasterio eum praefuisse de Kętrzyński, 'Ateneum' l. l. p. 353, docuit. 2) Iacobus abbas a. 1257 1277. in documentis reperitur, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 349. et 469. 3) Iolantha filia Belae IV. 4) Premislius II. 5) Anni 1259. et 1260. in inferiori margine prioris, anni 1261. 1262. in superiori margine alterius paginae abscisi sunt. 6) De anno harum saeculi XV. notarum nihil constat; a. 1474. monasterium Lubinense a militibus Matthiae regis Ungariae devastatum esse de Kętrzyński testimonio prioris Lubinensis Thomae, qui a. 1567. mortuus est, adiutus affert l. l. p. 355.

NOTAE POSNANIENSES.

Exstant in codice membranaceo nr. 480. *bibliothecae imperialis* Vindobonensis, *qui vetustissimum Polonorum chronicae a magistro Vincentio conscriptae textum continet, folio* 186' *quatuor breves notae historicae, quae quin a codicis illius scriptore, canonico Posnaniensi et plebano de Sydce Nicolao*[1] *exaratae sint, nemo dubitat. In his cum Premislius II. iam rex appellatus sit, non ante coronationis eius a.* 1295. *scriptae esse possunt, quocum termino Nicolai canonici Posnaniensis mentio in diplomatibus annorum* 1296. *usque* 1311.[2] *facta optime congruere videtur. Ediderunt primum comes Przezdziecki in chronica Vincentiana (Cracoviae* 1862*) p.* 16, *deinde b. m. Bielowski in Monumentorum t. III (Leopoli* 1872*), p.* 52. *Hoc loco cum codice a V. Cl. Hartl bibliothecae imperialis Vindobonensis praefecto denuo collatas repetivimus. M. P.*

Anno Domini 1274. Theutonici Poznaniam comburunt.
Anno Domini 1278 Boleslaus dux Polonie obiit[3].
Anno Domini 1257. Natus est Premisl rex Polonie[4].
Anno Domini 1265. Exusta fuit ecclesia Poznaniensis.

ANNALES SANDIVOGII.

Codex chartaceus saeculo XV. exaratus et nunc in bibliotheca principum Czartoryski Cracoviae *asservatus*[5] *continet in paginis* 14—21. *duabus columnis distinctos annales ab a.* 965. *usque ad a.* 1360. *res a Polonis gestas illustrantes, quos qui primus publici iuris fecit b. m. Bielowski*[6] *a codicis possessore Sandivogio sive Sandcone de Czechel praeposito Clodaviensi nomen sumens, Annales Sandivogii nuncupavit. Qui quidem annales seiungi non possunt ab illis, quos ante hos viginti quinque annos in Scriptorum t. XIX. VV. Cll. Roepell et Arndt ediderunt: sexaginta octo enim locis, ab a.* 989. *usque ad a.* 1281. *nostri cum tertia Annalium quos nos Polonorum dicimus, Poloni vero Minoris Poloniae*[7] *dicunt forma*[8] *neque minus cum capituli Cracoviensis Annalibus*[9] *congruunt, quorum* 46 *locos ab a.* 981. *usque ad a.* 1267. *conferre licuit. Novies decies ad Annales qui compilati dicuntur*[10] *nostrorum verba proxime accedunt (*982—1283*), tredecies quarta Polonorum forma*[11] *codicis Szamotuliani nunc deperditi, quo a.* 1745. *Lengnich et post eum a.* 1824. *Bandtkie in edenda Polonorum chronica usi sunt, ab a.* 986. *usque ad a.* 1285. *in margine notanda erat. Quatuor Annalium Cracoviensium brevium*[12] *(*969. 1034. 1077. 1081*), octo formae III*[c]*. Polonorum*[13] *(codicis Lubinensis,* 1002. 1038. 1045. 1113. 1114. 1118. 1138. 1197*), quatuor (*967. 1014. 1023. 1267*) Annalium Polonorum II.*[14] *(cod. Regiomont.) comparari potuerunt. Quae ratio tam multiplex intelligi*

1) Seitsch villa Silesiae citerioris prope Guhrau sita, olim dioceseos Posnaniensis; ad a. 1297, Sept. 17. Iacobus plebanus citatur ap. Grünhagen, 'Regesten zur schles. Gesch.' III, nr. 2479. 2) Cod. dipl. mai. Pol. II, nr. 754. III, nr. 2042. 3) Apr. 7. a. 1279, Ann. Pol., SS. XIX, p. 642 sq. 4) Oct. 14, Ann. cap. Posnan., infra. 5) Descriptus est codex SS. IX, p. 422. a VV. Cll. Szlachtowski et Koepke. 6) Monumenta Poloniae historica t. II, p. 871—880. 7) 'Rocznik małopolski'. 8) SS. XIX, p. 613 sqq. 9) Ib. p. 584 sqq. 10) Ib. p. 585 sqq. 11) Ib. p. 613 sqq. 12) Ib. p. 664 sqq. 13) Ib. p. 615 sqq. 14 Ib. p. 614 sqq.

non potest nisi posito atque concesso, Sandivogium quos nunc deperditos lugemus et antiquos capituli Cracoviensis et fratrum Minorum annales, e quibus diversae Polonorum formae et annales compilati derivati sint, ipsum excerpsisse. Ab a. 1288. *usque ad a.* 1325. *nostri annales plane concordant cum prima Polonorum forma*[1], *quam variis e fontibus haustam atque in unum corpus congestam esse V. Cl. de Kętrzyński docuit*[2], *unde statuendum est non ipsum Polonorum I. textum, sed fontem eius a nostro adhibitum esse. Ultimae quatuor notae annorum* 1331—1360. *de tempestatibus et inundationibus agentes cum locis quibusdam Annalium capituli Posnaniensis*[3] *comparari possunt.*

Scripserunt de Sandivogii Annalibus qui eos edidit Bielowski in Monumentorum Poloniae t. II, p. 871 *sq., Henricus eques de Zeissberg in libro saepe citato saepiusque citando, 'Die Polnische Geschichtschreibung im Mittelalter' p.* 422 *sq., sextam eos Polonorum annalium formam esse censens, tandem qui acute arguteque de omnibus Poloniae annalibus disputavit V. Cl. Stanislaus Smołka, 'Polnische Annalen bis zum Anfange des* 14. *Jahrhunderts' (Leopoli* 1873) *p.* 28—30[4]. *Unicum codicem Cracoviae asservatum nostrae petitioni favens denuo cum editione Bielowsciana contulit V. Cl. Carolus Potkański.* *M. P.*

Anno Domini nongentesimo 65 Dobrochna[a], Wrathislai ducis Bohemie filia[b] et soror sancti Wenczeslai, desponsatur Meskoni, filio ducis Zemomisl, qui Mesca cecus natus[c] fuit et Prage baptisatus divino miraculo lumen recepit). — *p. 14. Chr Maior Pol. c 10

Anno Domini nongentesimo 67. Boleslaus Magnus nascitur. — A. Pol. II

Anno Domini nongentesimo 69. Sanctus Adalbertus in episcopum Pragensem consecratur[d]. — A. brev. 982.

Anno Domini nongentesimo 70**).

Anno Domini nongentesimo 80. Slawnik, pater sancti Adalberti, obiit. — A cap. 981.

Anno Domini nongentesimo 82. Dux Polonorum Meska misit ad papam Silvestrum petendo coronam. Sed papa monitus angelica visione coronam, quam preparaverat Mesconi, nuncio regis Ungarie[e] dedit. — A. comp.

Anno Domini nongentesimo 86. Proculphus in episcopum Cracoviensem consecratur, mortuo Prothoro[f]. — A. Pol. IV.

Anno Domini nongentesimo 87. Grzymislava[g.5] mater sancti Adalberti obiit. — A. cap.

Anno Domini nongentesimo 89. Otho tercius patri suo Othoni[h] secundo in imperio succedit. — A. Pol III

Anno Domini nongentesimo 90. Professio[i] sancti Adalberti cum fratre suo Gaudencio. — ib.

Anno Domini nongentesimo 96. Lambertus in episcopum Cracoviensem ordinatur. — ib. IV. 995.

Anno Domini nongentesimo 97. Passus est sanctus Adalbertus in Prusia martirium 6. feria. — A Kam

Anno Domini nongentesimo 99. Ordinacio fratris Gaudencii, socii sancti Adalberti, in archiepiscopum[k] Gneznensem. — A. cap.

Anno Domini millesimo Boleslaus Magnus mittit Lambertum episcopum ad curiam Romanam pro obtinenda corona. — A. Pol IV

Anno Domini millesimo primo Ottho *Ruffus tercius imperator limina sancti Adalberti in Gnezdna visitavit et ibi Magnum Boleslaum coronavit propria de corona, absolvens et liberans ipsum ab omni servicio imperiali. — *p. 14 c. 2. Chr mai. Pol c. 11.

Anno Domini millesimo secundo Ottho tercius imperator obiit. Cui Henricus, filius eius, succedit. — A. Pol. III[a].

*) *Post sex lineas rasas alia manus addidit:* quod videntes nobiles, qui cum eo erant, clamabant 'polen'! unde vocati sunt Polani ex perfusione sacri baptizmi, qui prius vocabantur Lachowye, dum essent pagani. Et viso tam excellenti miraculo maiores regni Prage fuerunt baptizati, et deinceps tota Polonia a polen nuncupata.

**) *Quinque lineis rasis alia manu in marg. add.:* Fundata est ecclesia Gneznensis metropolitana in honorem sancte Trinitatis et sancti Viti; cui primus archiepiscopus Yppolitus prefuit. Tunc eciam ecclesia Cracoviensis fuit fundata in honorem beati Venceslai; cui Prothorus episcopus primus preerat; et ecclesia Wratislaviensis, deinde Poznaniensis fundata est in honorem beatorum Petri et Pauli, ordinante hec omnia christianissima principe Dobrochna.

a) *super rasuram c.* b) *in marg. suppl. c.* c) *ante* natus *locus rasus c.* d) *post rasuram add. manu posteriore:* mortuo Dithmaro *c.* e) *post rasuram add.:* beato Stephano *c.* f) thoro *in rasura c.* g) Grzy *in rasura c.* h) Oithni *c.* i) *in marg.* regularis *c.* k) arch. *in rasura c.*

1) SS. XIX, p. 650—656. 2) 'Roczniki towarzystwa przyjaciół nauk Poznanskiego' t. X (Poznań 1878), p. 201—242. 3) V. infra p. 431 sqq. 4) Qui post Smolkam de annalibus Poloniae scripsit Th. Wojciechowski ('Pamiętnik akademii umiejętności w Krakowie. Wydziały filol. i histor. filozof.' t. IV (1880), p. 144—333, opere nondum ad finem perducto, ad singulas annalium formas recensendas non pervenit. 5) *Strezislava* Ann. cap. Cracov.

Anno Domini 1003. Heremite, qui dicti sunt 5 fratres, in Polonia in quodam opido prope Konyn[1] martirisati sunt per fures et latrones. Horum corpora a Bohemis in Holomuniecz[2] sublata sunt.

Anno Domini 1014. Poppo in episcopum Cracoviensem ordinatur, mortuo Lamberto*.

Anno Domini 1023. Compo in episcopum Cracovie ordinatur post Popponem.

Anno Domini 1025. Boleslaus Magnus obiit et sepultus est Poznanie[a] in ecclesia kathedrali sancti Petri. Qui omnes episcopatus in Polonia largissime edotavit.

Anno Domini 1027. Yppolitus archiepiscopus obiit. Cui Bossuta succedit.

Anno Domini 1032. Racelinus[b] episcopus Cracovie ordinatur, mortuo Compone.

Anno Domini 1034. Mesca[c] rex Polonorum obiit. Cui Kazimirus in regimen succedit.

Anno Domini 1037. Corpus beati Adalberti in Pragam per Bohemos transfertur[d].

Anno Domini 1038. Kazimirus rex Polonorum obiit, cui in regimen Boleslaus, filius eius, dictus Largus et Efferus, succedit.

Anno Domini millesimo 40. Stephanus *rex Ungarorum obiit.

Anno Domini 1045. Aaron abbas[e] Tynciensis in episcopum Cracovie postulatur et Colonie consecratur, archiepiscopatus privilegio insignitus.

Anno Domini 1059. Aaron archiepiscopus Cracoviensis obiit.

Anno Domini 1060. Petrus rex Ungarie obiit.

Anno Domini 1061. Zyla cognomento, Lambertus nomine episcopus Cracovie ordinatur, qui neglexit petere insignia archiepiscopatus.

Anno Domini 1065. Ieronimus episcopus Wrathislaviensis obiit.

1070. Lambertus nomine[f] episcopus Cracoviensis obiit. Cui sanctus Stanislaus succedit.

1072. Sanctus Stanislaus episcopus ecclesie Cracoviensis ordinatur.

1074. Ordinacio Petri episcopi Wrathislaviensis[g].

1077. Boleslaus secundus coronatus est, qui occidit sanctum Stanislaum.

1078. Rex Ruthenorum in prelio per Polonos interfectus est.

1079. Sanctus Stanislaus occiditur in ecclesia sancti Michaelis in Rupella per Boleslaum Efferum et ibidem fuit sepultus.

1081. Boleslaus rex obiit, qui occidit sanctum Stanislaum.

1086. Mesca de Ungaria rediit, et Boleslaus tercius natus est; qui decessit sine prole.

1088. Meska uxorem duxit.

1089. Meska, filius Boleslai, obiit.

1091. Wladislaus dux vicit Pomoranos in Rechen[h].

1099. Ierusalem civitas domini Dei summi a christianis capta est.

1101. Lambertus episcopus Cracovie obiit sexto[3] Kalendas Decembris.

*1102. Wladislaus dux Polonie, pater tercii Boleslai, obiit, qui ecclesiam beati Wenczeslai edificavit in Cracovia in castro.

1103. Balduinus episcopus Cracovie ordinatur. Huius temporibus Gwido[4] apostolice sedis legatus primus Poloniam venit et duos episcopos deposuit. Hic Gwido Belvacensis episcopus[i] de Francia fuit.

1106. Henricus tercius imperator obiit. Cui Henricus, filius suus, imperio succedit. Eodem anno Wladislaus secundus natus est.

1109. Boleslaus tercius apud Nakel devicit Pomoranos.

1110. Maurus episcopus ordinatur Cracovie, Balduino defuncto.

1111. Boleslaus tercius devicit Bohemos in prelio. Hic Boleslaus multa bella commisit. Eodem anno Henricus, filius Henrici, in imperatorem Rome consecratur.

1113. Scarbimirus strenuus palatinus oculis privatus est.

1114. Boleslaus tercius Nakel et alia castra viriliter acquisivit.

1115. Henricus IIII. imperator Poloniam cum potenti manu intravit ad subiugandum Polonos, sed resistente sibi Boleslao III. viriliter sine honore recessit ad propria.

1118. Radosth episcopus Cracovie ordinatur, Mauro episcopo defuncto.

1119. Boleslaus tercius Pomoranos secundo vicit et terram Pomoranie viriliter acquisivit.

*) Anno Domini 1016. natus est Kasimirus, filius Mesconis; qui Kasimirus fuit in ordine sancti Benedicti in Cluniacensi monasterio, propter quod quem data fuit censura religiosorum Polonis, et denarium beati Petri domino pape annualim solvere promiserunt *add. c., sed eadem manus delevit.*

a) Pozanie *c.* b) Katelmus *c.* c) filius Boleslai *add. in marg. manus posterior c.* d) sed non caput *in marg. add. c.* e) *in rasura c., duabus vocibus, quae sequebantur, etiam erasis.* f) Zyla cognominatus *in marg. add. c.* g) *litteram* r *ex* l *corr. c.* h) Rsechen *c.* i) Bel. ep. *in rasura c.*

1) *In Kazmir* Ann. Kamenz.; de loco, quo occisi sint, disseruit R. Kade SS. XV, 2, p. 713 sqq. 2) Olmütz. 3) *VII. Kal. Dec.* Ann. cap. 4) *Gualo* Ann. cap.; *Cuolo* Ann. Pol.

1123. Boleslaus III. mare transit et castris obtentis intravit Ungariam preliando. Hic Boleslaus tercius dictus fuit Crzywousthi. A. Pol. III.

1125. Cracovia civitas combusta est; eodem anno inundacio aquarum maxima fuit. ib. A. comp.

*1126. Haymo episcopus Wrathislaviensis obiit. Cui Robertus succedit. *p 16. A cap.

1127. Invencio capitis sancti Adalberti[a]. A. Pol. III.

1127. Henricus imperator obiit. Cui Lotarius imperio succedit; eodem anno Boleslaus IIII. natus est. ib.

1135. Vislicia cede destruitur 5. Ydus Februarii per Plaucos sive Hungaros[b]. ib. et comp.

1138. Lotarius imperator obiit. Cui Conradus succedit. A. Pol III[a].

1139. Ecclesia maior in Cracovia sancti Wenczeslai perficitur per Boleslaum, quam pater suus Vladislaus fundavit et viginti[c] canonicos constituit in ea. ib. III.

1142. Robertus episcopus Cracovie ordinatur, qui de episcopatu Wrathislaviensi[d] fuit vocatus. Iste Robertus ecclesiam sancti Wenczeslai dedicavit. ib. et comp.

1143. Matheus episcopus Cracovie [efficitur[e]], Roberto mortuo. A Pol III.

1145. Petrus[f] palatinus Cracovie cecatur. Qui claustra multa in Polonia construxit et dotavit. Hic apud Sanctum Vincentium una cum uxore sua Wrathislawie defunctus est. Qui et eandem abbaciam fundavit. ib. IV 1146

1147. Cunradus imperator Poloniam intravit et cum ducibus Ierusalem pergit. A. Pol. III.

1149. Abbacia fundata in Indrzejow[g]. A. comp.

1153. Bernhardus abbas Clarevalensis migravit ad Christum. ib.

1154. Henricus dux Sandomiriensis ivit Ierusalem. Iste fundavit ecclesiam in Zagosth. ib 1155

1157. Imperator Cunradus[1] secundo intravit Poloniam.

*1159. Wladislaus dux Polonie obiit. *p. 16. c. 2. A. cap.

1161. Consecracio ecclesie Lanciciensis ib. A. comp.

1163. Boleslaus, filius Wladislai, cum fratre suo Mescone ad paterna[2] revocatur de Thewtonia; et terra Slezye et terra Oppoliensis datur eis in possessionem; tunc claustrum fundatum est in Lubus. ib.

1166. Gethko episcopus Cracovie ordinatur, Matheo mortuo. A. Pol. III. IV 1161.

1167. Dux Sendomiriensis Henricus in bello occiditur in Prussia cum exercitu suo. Iste Henricus, quia sine prole fuit, fratri suo Kazimiro terras suas legavit Sandomiriensem, Syradiensem et Lanciciensem. ib. 1161.

1170. Sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis[h] passus est. ib III

1173. Boleslaus IIII, qui Crispus dictus est, dux Cracovie et Mazovie, gubernator fratris sui Kazimiri, obiit filio unico relicto infirmo. Cuius nomen fuit Lesthko. Huic Boleslao succedit frater eius Mesco in ducatu Cracoviensi, postea vero per milites est eiectus. Tunc temporis claustrum in Suleow est fundatum. ib. ib. 1173. 1176. A. comp. 1177.

1178. Cazimirus, filius III. Boleslai, Cracoviam intravit cum exercitu obtinendam et tocius Polonie dux est effectus fratre suo Mescone profugato. A. Pol. III. 1177.

*1182. Dux Cazimirus devicit Rutenos[i] in prelio. *p. 17. A. cap.

1183. Boleslaus, filius Kazimiri, obiit. ib. 1182.

1184. Corpus beati Floriani martiris Cracoviam est portatum per Egidium episcopum Mutinensem et a Gethkone honorifice est susceptum, et basilicam in eius honorem fundavit ante portam civitatis. A. Pol III 1183.

1187. Fulco in episcopum Cracoviensem ab Urbano papa consecratur[k], qui dedit ei privilegium primam manum ponere in Gneznensem archiepiscopum consecrandum. ib. IV.

1189. Ierusalem civitas Dei regis summi capta est a paganis. Eodem anno Iohannes cardinalis dictus Malabrante venit Poloniam. ib III. A. cap.

1190. Abbas Floriacensis[3] Yoachim habuit spiritum prophecie sub episcopo Fulcone. A Pol III.

1191. Fredricus obiit. ib.

1192. Cracovia civitas devastata est a Mescone Loripede dicto Platonogy, nepote ducis Kazimiriensis, filio Wladislai exulis. ib

1195. Kazimirus dux Cracovie obiit subithanea morte. Cui filius eius Lesthko in ducatu succedit. ib

1195.[l] Factum est prelium magnum in Moskawa Zlesie cum Polonis[l]. A. cap.

1197. Petrus cardinalis apostolice sedis legatus venit in Poloniam, qui instituit matrimonium contrahere in facie ecclesie et sacerdotibus uxores habere prohibuit. Hic cardinalis secundus *venit in Poloniam. A. Pol. III[a]. *p. 17. c. 2.

1200. Dux Meska edificavit Bythom. A. Pol. III.

a) *postea add.* Guezne *c.* b) Hung. *in rasura c.* c) quatuor *in marg. add. c.* d) Warthisl. *c.* e) *deest c.* f) Dunyn *postea add. c.* g) *corr. e* Hondrzejow *c.* h) Canturiensis *c.* i) Prutenos *c.* k) consecratus *c.* l) 1195. — Polonis *post* 1202 (Dux — obtinuit) *leguntur in c.*

1) Male nomen suppletum est. 2) *a patruis* Ann. Pol. I. IV. et comp. 3) Florensis Calabriae.

1201. Terre motus magnus fuit per universa loca; et Boleslaus dux Zlesie et Iaroslaus, filius eius, episcopus Wratbislavie[a] obierunt.

1202. Dux Mesko, frater Kazimiri, obiit, et dux Lesthko, filius Kazimiri, Cracoviam obtinuit.

1205. Romanus princeps Ruthenorum cum exercitibus suis fortissimis in Zavichosth occiditur a Lesthkone, filio Kazimiri. Hic Lesthko genuit Boleslaum Pudicum et sanctam Salomeam de uxore dicta Grzymyslawa.

1208. Vincencius episcopus Cracovie ordinatur, Fulcone defuncto. Hic Vincencius dictus Kadlub cronicam compilavit Polonorum. Quem papa Innocentius confirmavit et Henricus archiepiscopus consecravit.

1212. Cristinus palatinus Mazovie cecatus precepto ducis Cunradi, filii Kazimiri, miles strenuissimus, tandemque violenter iugulatur.

1217. Beati Francisci[b] et ordo sancti Dominici confirmatus.

1218. Vincencius dictus Kadlub episcopus Cracoviensis sponte cessit de episcopatu Ywoni et factus est monachus[c].

1219. Henricus archiepiscopus obiit.

1221. Sanctus Dominicus, pater ordinis fratrum Predicatorum, migravit ad Christum.

*1222. Hospitale in Prandnik[d]; et fratres Predicatores venerunt Cracoviam.

1223 Gregorius tercius legatus et kardinalis venit Cracoviam.

1224. Vincencius dictus Kadlub episcopus Cracoviensis obiit et in Morimundo[e] quiescit.

1225. Henricus dux Zlesie stetit octo dies ante Cracoviam et recessit. Eodem anno claustrum de Cacicze in Mogilam transfertur. Eodem eciam anno sanctus Franciscus, pater fratrum Minorum, migravit ad Christum.

1226. Sancta Elizabeth, filia Bele[1] regis Ungarie et ducissa Duringie, migravit ad Christum[f].

1226. Lesthko dux Cracovie per fraudem in colloquio a Pomoranis occiditur.

1228. Sanctus Franciscus canonizatus Assisii a Gregorio IX. papa.

1229. Ywo episcopus Cracovie obiit. Cui Vislaus succedit.

1230. Ecclesia sancti Venceslai combusta est; et sanctus Franciscus translatus est.

1232. Sanctus Anthonius ordinis fratrum Minorum migravit ad Christum.

1234. Fratres Minores Bohemiam intraverunt. Eodem eciam anno Agnes, soror regis Venceslai Bohemie, habitum sancti Francisci suscepit.

1236. Dux Henricus Zlesie[g] intravit terram Odonis *ducis Polonie, et castrum ei Calis traditur. Eodem anno dux Conradus[h] Iohannem cancellarium suum in patibulo suspendit.

1239. Dux Boleslaus, filius Lesthkonis, duxit dominam Kynkam, filiam Boleslai[2] regis Ungarie.

1241. Tartari primi Poloniam intrant, populum infinitum occiderunt simul cum duce Henrico dicto Cum-barba, domino Polonie et Zlesie, marito sancte Hedvigis[3], ante civitatem Legniciam.

1242. Prandota episcopus Cracovie ordinatur, qui sanctum Stanislaum de tumulo levavit et ipsum canonizari procuravit.

1243. Dux Boleslaus cum Cunrado preliatur in Suchdol et aliis ducibus, qui venerant in auxilium eidem duci Cunrado, et Dei potencia dominum Boleslaum et exercitum eius protegente devicit.

1244. Sancta Hedwigis migravit ad Christum et in Trebnicia sepulta requiescit.

1246. Lythwani in Yarosyn commiserunt bellum et vicerunt et multos milites occiderunt.

1247. Opiso abbas[4] vices domini pape gerens venit Poloniam.

1248. Godfridus Predicator[i] vice legatus quintam partem reddituum exigit[k] a clero in Polonia. Eodem anno Iacobus apostolice sedis legatus indulget carnes commedere post septuagesimam.

*1251. Sal durum in Bochna repertum est.

1253. Sanctus Stanislaus canonisatus est Assissii per dominum papam Innocencium IIII. et kathalogo sanctorum ascribitur.

1256. Gethko miles obiit, qui senex plus 100 annorum extitit. Hic multa miracula beati Stanislai magistro Petro narravit.

1257. Terre motus factus est magnus pridie Kalendas Februarii.

1258. Fulko archiepiscopus obiit; et Cracovia civitas in iure[l] Teotunico eodem anno[5] locatur.

1260. Thartari secundo intrant Poloniam et Sandomiriam civitatem expugnant. Eodem anno penitentes nudi venerunt Poloniam se flagellantes.

a) Warchislavie *c.* b) *supple* regula *ex Ann. Pol.* c) in Andrzejow *in marg. add. c.* d) *supple quae in Ann. cap. Crac. a.* 1221. *leguntur.* e) *postea add.* Andrzyeiow *c.* f) *haec in cod. post a.* 1205. (Romanus — Grzymyslawa) *collocata sunt.* g) Slesye *corr. manus posterior c.* h) *in marg. add.:* Mazovie *c.* i) predicavit *c.* k) exiit *c.* l) *in marg. add. c.*

1) Immo Andreae II; mortua est Elisabeth a. 1231. 2) Immo Belae IV; cf. Ann. compil. ad a. 1234: *Nascitur Kinga filia Bolezlay.* 3) Immo filium eorum, Henricum II. Pium. 4) De Mezano. 5) A. 1257.

1262. Dux Semovitus Mazovie a Lythwanis occiditur in Yascowo in vigilia[a] beati Iohannis baptiste[b], et Cunradus, filius eius, capitur. Eodem anno eclipsis solis magnus fuit in die beati Dominici

1263. Mendolgus rex Litwanorum a Polonis occiditur.

1263. Cometes stella apparuit et octuaginta diebus duravit. Tunc nimia mortalitas animalium[c] subsecuta est.

1266. Poloni vicerunt principes Ruthenorum, et Stroynat potens princeps Lithwanorum occiditur.

*1267. Gwido cardinalis venit in Poloniam. Eodem anno Comath princeps Iazwinditarum per milites Cracovienses occiditur.

1273. Stephanus rex Ungarie visitavit limina sancti Stanislai Cracoviam.

1275. Milites Cracovienses insurgentes contra ducem Boleslaum mutuo se occiderunt.

1277. Rex Bohemie Przemislius occiditur, et milites Cracovie, qui in adiutorium sibi missi fuerant, alii occisi, et alii capti.

1280. Boleslaus dux Cracovie obiit sine prole. Cui Lesthko succedit.

1281. Milites Cracovienses, licet pauci, Ruthenos cum Thartarys in Goslicz prosternunt. Eodem anno dux Lesthko Rusiam cum exercitu potenti intravit. Eodem anno Phylipus episcopus Firmatus, sedis apostolice legatus, venit in Poloniam.

1283. Dux Lesthko in Rowne vicit Lithwanos paganos.

1285.[d] Dux Mozovie Cunradus cum militibus Cracoviensibus et Sendomiriensibus eicere ducem Lesthkonem conantur et civitatem Cracou conburrunt. Tandem cum auxilio regis Ungarie in Boguczicz vincuntur; et Thartari tercio intraverunt Poloniam.

1288. Lesthko dux Cracovie, Sendomirie et Syradie obiit sine prole. Cui Boleslaus dux Mosovie succedit per electionem[e]; statimque Henricus dux Wrathislavie venit, cui civitas per carnifices[f] traditur, castrum vero per Sulkonem[g] de Medczwyecz, et multa *mala orta sunt in terra.

1289. In Sewor duces Boleslaus Mosovie, Wladislaus et Kazimirus duces Coyavie contra Zlesienses bellum committunt et vincunt. Premislius vero dux Zlesie occiditur. Boleslaus dux Oppoliensis vulneratus capitur. Multi quoque ex Zlesiensibus occiduntur. Eodem anno milites Cracovienses circa Scalam[h] prosternuntur; in Swethnik dux Wladislaus cum Theutunicis bellum committit et vicit eosdem; et civitas Cracovia Zlesiensibus denuo traditur, et dux Wladislaus pedester vix effugit. Eodem anno Paulus episcopus captivatur, et milites multi alii, alii captivantur, alii occiduntur et multa mala eo tempore aucta sunt in terra.

1290. Henricus dux Wrathislaviensis et Cracoviensis obiit, Premislius dux Maioris Polonie Cracoviam obtinuit, Wladislaus vero Sendomiriam. Eodem anno rex Ungarie circa Chrober submergitur, et multe gwerre in terra Ungarie orte sunt.

1291.[i] Terra Cracovie regi Bohemie Wenczeslao per ducem Polonie Premislium traditur, et episcopus Bamberiensis[k] venit Cracoviam cum exercitu regis Bohemie. Eodem anno dux Wladislaus Visliciam et Oblekom expugnavit, et exercitus regis Bohemie a Sandomiria confusus discessit.

1292. Domina Kynka ducissa Cracovie et Paulus episcopus Cracovie obiit; cui Procopius successit.

1295. Procopius episcopus obiit. Cui Iohannes dictus Muscata successit. Eodem anno dux Premislius in regnum coronatus Polonie in Gnezdna in die sanctorum martirum Iohannis [et[l]] Pauli. *Eodem anno Lithwani vastaverunt usque in Gnoino.

1296. Rex Premislius occiditur ante Rogosno et in Posnania a Polonis sepelitur.

1297. Wladislaus cum Ungaris et Polonis vastat Zlesiam.

1298. Generalis pestilencia fuit in tota Polonia.

1300. Fames[1] fuit maxima in Polonia. Eodem anno rex Bohemie Wenczeslaus secundus intrat Poloniam et obtinet totam; et Rutheni terram Sendomirie intrant, fratres Minores in Novacivitate spoliant et ecclesiam comburrunt et multa mala in tota terra fecerunt, militibus existentibus in expedicione cum rege Bohemie.

1301. Domicella Salomea, filia ducis Semoviti, ordinis sancte Clare, obiit.

1302. Domicella Swanthoszka, filia magni principis de Rusia, ordinis sancte Clare, obiit in Sendecz. Eodem anno iverunt milites terrarum Cracovie et Sendomirie Rusiam et Lublin castrum, quod Rutheni occupaverunt pluribus annis, expugnaverunt. Deinde in paucis cum multitudine Ruthenorum et Lythwanorum ac Tartharorum pugnaverunt et Domino adiuvante de omnibus triumphaverunt, postea reversi ipsum castrum Lublyn obtinuerunt.

1304. Wladislaus terram Cracovie cum Ungaris intrat et tunc obtinuit Visliciam.

*1305. Dux Wladislaus terram Sendomiriensem obtinuit.

a) villa *c.* b) pape *c.* c) animarum c. d) 1240. *c.* e) electorem *c.* f) cartusites *c.* g) Fulkonem *c.* h) stalem *c.* i) 1290. *c.* k) mamberiensis *c.* l) *deest c.*

1) *Tempestas* Ann. Pol. I. et III.

A. Pol I. 1306. Cracovia sibi traditur[a]. Eodem anno, dum arsit civitas circa ecclesiam omnium sanctorum ventus ignem portavit super ecclesiam sancti Wenceslai et totam penitus combussit.

1310. Natus est Kazimirus, filius Wladislai regis Polonie.

ib. 1320. Dux Wladislaus, dictus Lokethk, coronatur in Cracovia auctoritate domini pape in regnum Polonie per Yanislaum archiepiscopum Gnezdnensem. Eodem anno Elizabeth, filia regis Wladislai, regi Ungarie[1] copulatur[b].

ib. 1325. Kazimirus, filius Wladislai regis Polonie, duxit Annam, Ghedimini filiam ducis Lythwanorum.

Sept. 27. cf. A. cap 1331. In translacione[c] sancti Stanislai bellum magnum habuit rex Wladislaus, dictus Locthek, cum Cruciferis circa Plowcze et prostravit ex eis sedecem milia in cam . . .[d] preter illos qui fugientes de bello occisi sunt, et alii capti multi.

A. cap. Posn. Oct. 29. 1335. In crastino Symonis et Iude apostolorum ventus validus et maximus fuit, flans per omnes regiones, domos, ecclesias et alia edificia multa subvertit.

Iun. 24. 1359. Fuit maxima inundacio in terra Polonie et in aliis locis circa festum Iohannis baptiste.

*p. 21. c. 2. 1360. Fuit maxima *pestilencia hominum in Polonia. Tunc eodem anno omnes Iudey a christianis necati sunt et occisi, alii vero combusti, alii vero suspensi, alii se ipsos, uxores et filios et filias cum cultellis in gutture necaverunt.

a) subtraditur *c.* b) *notitiae annorum* 1310. *et* 1320. *in codice perverso ordine leguntur.* c) tumulacione *c.* d) *rasura plurium verborum c.*

1) *Karolo* Ann. Pol. I.

ANNALES CAPITULI POSNANIENSIS.

Dissertatione a V. Cl. M. St. de Warmski conscripta[1] *quaestio, quo tempore chronica Boguphali II. episcopi Posnaniensis et qui eam continuavit Basconis custodis eiusdem ecclesiae exarata esset, soluta est; docuit enim opus illud* 5 *saeculo XIV. compilatum esse ex annalibus maioris Poloniae et excerptis e Vincentii chronica factis, quae etiam is qui Dzierswa dicitur in usum suum convertit. Chronica autem maioris Poloniae cum inter fontes saeculi XIII, ad quod illustrandum non pauca affert, numerari non possit, de annalium illorum pretio disputandum est, unde compilatorem hausisse constat.*

10 *Nemo Polonicarum medii aevi rerum gnarus est, qui nesciat annales illos tantum inter maiora Boguphali, Iohannis de Czarnkow, Vincentii, Martini Galli (qui dicitur) opera dispersos in nonnullis codicibus nobis traditos esse, saepe alienis rebus commixtos et ita turbatos, ut diu vastam hanc molem nec Poloni nec nostri viri docti explicare ausi sint. Quam rem nihilominus aggressus* 15 *b. m. A. Bielowski nova secundo tertioque Monumentorum Poloniae volumine editione parata novem annalium ordines distinxit:*

1) *Annales breves Cracovienses* 965—1135. *et* 1142—1283.
2) *Annales maioris Poloniae* 730—1190, *edidit Mon. Pol. II, p.* 789—800.
3) *Ephemerides Wladislavienses* 1296—1366.
20 4) *Notas Wladislavienses* 1351. 1345. 1349. 1346.
5) *Annales maioris Poloniae* 1192 1309, *edidit Mon. Pol. III, p.* 7—42.
6) *Notas Gnesnenses* 1. (965—1142). 2. (1025—1279). 3. (1283—1383), *edidit ib. III, p.* 42—45.
7) *Annales Cuiaviae* 1202—1376, *edidit ib. III, p.* 206—212.
25 8) *Notas fundationum ordinum, ib. III, p.* 227.
9) *Notas miscellaneas, ib. III, p.* 228—231.

E quibus novem ordinibus primus, tertius, quartus iam a VV. Cll. Roepell et Arndt Scriptorum t. XIX. a. 1866. *publici iuris facti sunt. Octavum autem et nonum inter annales censeri non posse luce clarius est, immo eos nihil esse* 30 *nisi quae ceteris propria nuncupatione donatis restant, praesertim cum sexto et nono ordini octo annorum notae plane eaedem insint. Neque praetermittendum est septimum ordinem non in terra Cuiaviensi conditum esse, qui ad huius regionis historiam tantum bellum inter Polonos et ordinem Theutonicum gestum, plura tamen multoque graviora ad Cracoviensis et terrae et episcopatus* 35 *res afferat nonnullisque locis ad Annalium Cracoviensis capituli verba accedat. Quae cum ita sint, priusquam vastam annalium molem et ipsi disponere cone-*

1) M. St. von Warmski, 'Die grosspolnische Chronik. Eine Quellenuntersuchung. Inaugural-Dissertation . . . der Univ. Göttingen'. Krakau 1879.

mur, necesse erit codices ipsos adire, quorum novem usque ad nostra tempora conservati sunt.

1) *Romanus, Ottobonianus nr.* 2068. *bibliothecae Vaticanae, chartaceus,* 213 *paginarum, diversis manibus saec. XV. conscriptus, continet duas partes, quarum priore res exterae, posteriore Polonicae describuntur:*

I. a. f. 1—111. *Iustinum, saec. XIV, ut videtur, transscriptum.*
b. f. 112—119. *Sermones et epistolas nonnullorum virorum et orationem Dobieslai de Curozwenka a.* 1471. *habitam ad electionem Wladislai regis Bohemiae spectantem.*
II. a. f. 120—159. *Chronicon maioris Poloniae, quod Boguphali et Basconis dicebatur.*
b. f. 159. *Annalium brevium Cracoviensium partem priorem* (965—1135).
c. f. 159′—194. *Iohannis de Czarnkow archidiaconi Gneznensis chronicam Poloniae* 1333—1384.
d. f. 194′. 195′. *Ephemerides Wladislavienses cum notis a.* 1351. 1345. 1349. 1346. 1268.
e. f. 195′. 196. *Annales a.* 965. 966. 968. 984. 999. 997. 1138. 1142. 1025. 1034. 1179. 1181. 1183. 1184. 1185. 1202. 1229. 1232. 1279.
f. f. 196—206. *Annales a.* 1247—1260. 1262. 1263. 1266—1268. 1295. 1268—1273. 1296. 1299. 1300. 1305. 1306. 1309.
g. f. 206—207′. *Annales a.* 1192—1194. 1197. 1217. 1220. 1223. 1224. 1227. 1231—1234. 1238—1247.
h. f. 207′. 208. *Notas a.* 1314. 1317. 1341. 1300. 1283. 1313. 1312. 1333.
i. f. 208. 208′. *Notas de ordinibus fundatis et a.* 1243. 1261. 1072. 1079. 1253. 1293. 1315. 1335. 1362. 1363. 1334. 1327. 1320. 994. 1385. 1317. 1320. 1323. 1327. 1307. 1296. 1395. 1390. 1382. 1386. 1354. 1384—1386. 1381.
k. f. 209—212′. *Annales a.* 730—1376. *maxime ad Poloniam minorem spectantes.*
l. f. 212′. 213. *Annalium brevium Cracoviensium partem posteriorem* (1142—1283).
m. f. 213. 213′. *Fragmentum, in quo mors Vladislai Lokietek et coronatio Casimiri III. describuntur.*

Prima huius codicis mentione a Janocki 1783, *in libro, cui inscribitur Janociana III, p.* 187. *facta, quae continet enumeravit Alexander e comitibus Przezdziecki* 1850. *in libro: 'Wiadomość bibliograficzna o rękopismach zawierających w sobie rzeczy Polskie przejrzanych po niektórych bibliotekach i archiwach zagranicznych w latach* 1846—1849' (*Warszawa* 1850) *p.* 45—48, *deinde in Monumentis Poloniae tribus locis commemoratur (II, p.* 461. 605. 606; *III, p.* 6) *Vide etiam SS. XIX, p.* 664. *Codicem Romae exscripsit O. Holder-Egger.*

2) *Cracoviensis bibliothecae Czartoryscianae o* 1310, *olim Sandivogii de Czechel, a quo saec. XV. monasterio Clodaviensi donatus est, chartaceus,* 949 *foliorum, quorum nonnulla vacua sunt, continet:*

a. p. 2—13. *Documenta ad litem inter ordinem Theutonicum et Polonos factam spectantia* (1422).
b. p. 14—21. *Annales qui dicuntur Sandivogii; vide supra p.* 424—430.
c. p. 23—117. *Chronicon maioris Poloniae, quod Boguphali et Basconis dicebatur.*
d. p. 117. 118. *Annalium brevium Cracoviensium partem priorem* (965—1135).
e. p. 118—204. De morte regis Cazimiri (*id est Iohannis de Czarnkow c.* 5—116).
f. p. 205—208. De Boleslao filio Lesthkonis et de aliis ducibus Polonie (= *Annales maxime ad Poloniam minorem spectantes* 1209 (*pro* 1239). 1266. 1260 (*pro* 1279). 1288 (*pro* 1289). 1305. 1320. 1329. 1331. *Iohannis de Czarnkow c.* 3, *partem* 1. 1379.
g. p. 209. De morte Anne regine et de adepcione ducatus Russie per Cazimirum. De penitencia regis Cazimiri (*e Iohannis de Czarnkow cap.* 3).
p. 210. 211. De morte regis Cazimiri (*Ioh. de Czarnkow c.* 4). De devastacione Pulkowsko per ducem Keistud. De devastacione terre Sandomirie (*e cap.* 3. *Ioh. de Czarnkow*). De morte Wladislai Lesthconis (!) regis Polonie. De Cazimiro eius filio. De coronatione Cazimiri filii regis Polonie (*Ioh. de Czarnkow c.* 1. 2).

h. p. 212. 213. *Notas a.* 1384—1386. 1381. 1390. 1391. 1202. 1228.
i. p. 213—215. De Andrea palatino Mazovie dicto Czolek[1].
k. p. 215—217. *Ephemerides Wladislavienses cum notis.*
l. p. 217—224. *Annales a.* 965. 958 (!). 984. 999. 997. 1138. 1142. 1025. 1034. 1189 (!).
5 1181. 1183. 1184. 1189. 1202. 1229. 1232. 1279. 1247—1251. 1250. 1253. 1256. 1257. 1267. 1268. 1295. 1272. 1273. 1295. 1296. 1299. 1300. 1305—1307. 1309. 1242. Explicit cronica longa Polonorum.
m. p. 230 (225 229 *vacuae*) — 241. *Instrumenta papalia et epistolas.*
n. p. 242—307. *Chronicam Polonorum (Martini Galli).*
10 *o. p.* 307—326. *Vitam maiorem S. Stanislai abbreviatam. Vide infra.*
p. p. 326—349. *Annales Polonorum I. Vide SS. XIX, p.* 610.
q. p. 349 359. *Chronicam Polono-Ungaricam.*
r. p. 359 360. *Notas Cracovienses annorum* 1410. 1437. 1417. 1392. 1437. 1454. 1461[2].
s. p. 360—407. *Chronicam principum Poloniae, initio mutilam.*
15 *t. p.* 407—498. *Marci Pauli de Venetiis de constitutionibus et consuetudinibus orientalium.*
u. p. 500 (499 *vacua*) — 533. *Legendae passionales de S. Venceslao, Podven, Procopio, Ludmilla.*
v. p. 534 855. *Documenta ad lites ordinis Theutonici spectantia.*
20 *w. p.* 858 (856. 857. *vacuae*) — 901. *Statuta Wislicensia Casimiri III.*
x. p. 904 (902. 903. *vacuae*) — 942. *Martini Oppaviensis Chronicon.*
y. p. 942. 943. *Annales* 965—1410.
z. p. 944. 945. *Annales* 965—1200.
aa p. 946 949. *Inventarium ecclesiae Gneznensis.*

25 *Descriptus est codex saepissime a scriptoribus Polonicis evolutus in Mon. Pol. t. II, p.* 461. 607.

3) *Petropolitanus bibliothecae imperialis AF* OTĄ. *IV.* 31, *chartaceus, una manu ineunte saec. XV. exaratus, olim regis Poloniae Stanislai Augusti,* 267 *paginarum, continet:*

30 *a. p.* 2—121. *Chronicam Boguphali et Basconis quae dicebatur.*
b. p. 121. *Annalium brevium Cracoviensium partem priorem* (965—1135).
c. p. 122—251. *Iohannem de Czarnkow.*
d. p. 252. 253. *Notas annorum* 1385. 1386. 1381. 1390. 1391. De Lestkone. De Andrea palatino Mazovie.
35 *e. p.* 254—259. *Ephemerides Wladislavienses cum notis.*
f. p. 259—267. *Annales a.* 965. 958 (!). 999. 997. 1138. 1142. 1025. 1034. 1179. 1181. 1183—1185. 1202. 1229. 1232. 1279. 1247—1251. 1250. 1253. 1256. 1257. 1267. 1268. 1295. 1272. 1273. 1295. 1296. 1299. 1300. 1305—1307. 1309. 1242. Explicit cronica longa Polonorum.

40 *a—f codicis* 3. *plane concordant cum capitulis (c—l) codicis* 2, *ita ut ille apographon huius esse videatur.*

4) *Regiomontanus archivi regii A* 81, *chartaceus* 797 *paginarum, saec. XV. confectus, olim capituli Posnaniensis, cuius instrumentum ad voluminis tegumentum adhibitum est, continet:*

45 *a. p.* 1—160. *Tractatum ab ordine Theutonico in concilio Constantiensi contra Polonos editum; vide Lites et res gestas inter Polonos ordinemque Cruciferorum III (Posnaniae* 1855), *p.* 66 *sqq.*
b. p. 163—280. Annales vetuste gentis Polonice vel Slawonice exordiuntur. *Chronicam Boguphali et Basconis quae dicebatur.*

50 1) Publici iuris factum in Mon. Pol. t. III, p. 267-270. 2) Edidit A. Bielowski, Mon. Pol. t. III, p. 240—242.

c. p. 280. *Annalium brevium Cracoviensium initium ex Hieronymo desumptum* (Bis decies deni *etc.*)
d. p. 281—383. *Iohannis de Czarnkow chronicam c.* 4—116, *cui additum est capitulum* 2.
e. p. 384. *Versus:* Pomorania Chelmenque *etc. Vide SS. rerum Prussicarum II, p.* 716.
f. p. 384—400. *Annales a.* 965. 968. 984. 999. 997. 1138. 1247—1249. 1251. 1250. 1252—1256. 1260. 1262. 1263. 1266. 1268. 1295. 1271—1273. 1295. 1296. 1300. 1311 (!). 1309.
g. p. 400—402. *Annales a.* 1192—1194. 1196. 1217. 1220. 1233. 1234. 1243. 1246. 1247. 1314. 1317. 1341. 1294. 1258. 1333.
h. p. 402—404. *Notas a.* 912. 1083. 1098. 1097. 1120. 1123. 1243. 1072. 1079. 1253. 1315. 1363. 1333. 994. 1385. 1323. 1307. 1296. 1395. 1390. 1382—1386. 1381. Boleslaus Chabri. 1390.
i. p. 405—407. *Annales a.* 1209 *(pro* 1239*)* — 1331. *ad Poloniam minorem spectantes.*
k. p. 407—412. *Iohannis de Czarnkow c.* 3. *et rubicas capitulorum* 4. de morte Cazimiri *et* 7. de coronacione Lodvici.
l. p. 412. 413. *Annalium brevium Cracoviensium a.* 1197. 1221. 1253. 1259. 1265. 1268 *(pro* 1278*), quibus adiungitur locus e vita maiore S. Stanislai desumptus* (Quociens irruere . . . mansuescunt. Sed Deus . . . continuant diei, *Mon. Pol. IV, p.* 387. 388). *p.* 414—426. *vacuae sunt.*
m. p. 1—167 (427—594). *Acta concilii Constanciensis.*
n. p. 1—77 (595—671). *Gerhardus monachus de Nus s. Marie. Vide Savigny, 'Gesch. d. Röm. Rechts im M.A.' VI, p.* 488.
o. p. 97—124 (78—96, 672—690. *vacuae,* 691—719). Secuntur excepciones contra iudicem.
p. p. 1—7 (720—726). Ordinaciones concilii Constanciensis.
q. p. 13—29 (8—12, 727—730 *vacuae,* 731—747). Allegaciones super dubio an motus proprius excludat diligenciam.
r. p. 33—46 (30—32, 748—750 *vacuae,* 751—764). Ratificatio Iohannis pape XXIII. pro concilio celebrando.
s. p. 55—79 (47—54, 765—772 *vacuae,* 773—797). Iohannis Crisostomi quod nemo potest ledi nisi a semet ipso.

5*) Vilanoviensis bibliothecae Potocianae (prope Varsaviam), chartaceus,* 392 *foliorum, saec. XV, continet:*

a. f. 1—179. *Martini Oppaviensis Chron. addita continuatione Coloniensi* 1268—1326[1].
b. f. 179. *Catalogum archiepiscoporum Coloniensium.*
c. f. 188—200. *Hodoeporicon ad Terram Sanctam Guilelmi de Boldensele.*
d. f. 200—202. *Epistolam Iohannis presbyteri ad Emanuelem gubernatorem Hierosolymae.*
e. f. 203—258. *Iacobi de Vitriaco Acconensis episcopi historiam Hierosolymitanam.*
f. f. 259—272. *Patriarchae Constantinopolitani descriptionem Terrae Sanctae.*
g. f. 274—330. *Boguphali et Basconis quae dicebatur Chronicam maioris Poloniae.*
h. f. 330. *Fragmentum Annalium brevium Cracoviensium* 1279. 1282. 1283.
i. f. 330. *Notas a.* 994. 912. 1072. 1079. 1253. 1293. 1296.
k. f. 330—337. *Annales a.* 1249—1251. 1250. 1251—1257. 1260. 1262. 1263. 1266—1268. 1295. 1269—1273. 1295. 1296. 1299. 1300. 1305—1307. 1309.
l. f. 337. 338. *Annales a.* 1192—1194. 1197. 1217. 1220. 1223. 1224. 1227. 1231—1234. 1238—1246.
m. f. 339. 340. *Notas a.* 1314. 1317. 1341. 1300 (!). 1288. 1313. 1312. 1315. 1335. 1362. 1363. 1334. 1327. 1320. 1317. 1382. 1383. 1354.
n. f. 341—390. *Iohannem de Czarnkow.*
o. f. 391. 392. *Notas a.* 1385. 1389. 1384—1386.

6*) Vratislaviensis bibliothecae senatoriae (olim Rhedigeranae S. IV,* 4*)* 290, *chartaceus, saec. XV,* 263 *foliorum, continet:*

1) SS. R. G., Chronica regia Colon. p. XXIV. et p. 354—369.

a. f. 3—95. *Vincentii magistri Chronicam Polonorum cum brevi continuatione.*
b. f. 96. *De Alberto advocato Cracoviensi carmen; v. 'Forschungen zur D. Gesch.' XVII, p.* 372—375.
c. f. 97—110. *Peregrinationem Dythmari.*
5 d. f. 113 (111. 112 *vacua sunt*) — 169. *Boguphali et Basconis quae dicebatur Chronicam maioris Poloniae.*
e. f. 169. *Annalium brevium Cracoviensium partem priorem* (965—1135).
f. f. 169—171. *Ephemerides Wladislavienses cum notis.*
g. f. 171. *Annales a.* 965. 965 (!). 984. 999. 997. 1138. 1142. 1025. 1304 (!). 1179. 1181.
10 1183. 1185. 1202. 1229. 1222. 1279.
h. f. 171. 172. *Annales a.* 1247. 1248.
i. f. 172. 173. *Annalium brevium Cracoviensium partem posteriorem* 1142—1283.
k. f. 173. *Notas a.* 994. 912. 1083. 1098. 1097. 1120. 1200. 1210. 1223. 1261 (!). 1072. 1080 (!). 1253. 1293. 1296.
15 l. f. 174—182. *Annales a.* 1249—1256. 1260. 1262. 1263. 1266—1268. 1295. 1269—1273. 1295. 1296. 1300. 1305. 1299. 1306. 1309.
m. f. 182—184. *Annales a.* 1092 (!). 1192. 1194. 1197. 1217. 1223. 1220. 1224. 1227. 1231—1234. 1238—1246.
n. f. 184. 185. *Notas a.* 1288. 1304 (!). 1312—1314. 1317. 1341. 1315. 1335. 1362. 1363.
20 1334. 1327. 1323. 1343. 1354. 1382. 1383.
o. f. 186—188. *Annales ad minorem Poloniam spectantes* 1370. 1376. 730—1331.
p. f. 188—255. *Iohannis de Czarnkow Chronicam Poloniae c.* 1—116.
q. f. 256. 257. *Notas a.* 1384—1386. 1390. 1395. 1390. 1391. 1484. 1492.
r. f. (257ᵇ—263ᵃ *vacua sunt*) 263ᵇ. *Praecepta medicorum.*

25 *Hoc codice usus de Sommersberg Chronicas maioris Poloniae, Iohannis de Czarnkow et vastam indigestamque annalium molem publici iuris fecit SS. rerum Silesiacarum II* (1730), *p.* 18—155.

7) *Petropolitanus bibliothecae imperialis* A. F. ΟΤΔ. *IV, nr.* 19. *olim monasterii Lubinensis, saec. XV, chartaceus,* 542 *paginarum, continet:*

30 a. p. 1—57. *Mierzwae qui dicitur excerpta e Chronica magistri Vincentii desumpta.*
b. p. 58—65. *Genealogiam Piastarum (Vide Mon. Pol. III, p.* 280—284).
c. p. 66—68. *Catalogum episcoporum Cracoviensium.*
d. p. 69—358. *Magistri Vincentii Chronicam cum commentario et glossis.*
e. p. 359—455. *Chronicam Boguphali et Basconis quae dicebatur, quam sequuntur.*
35 f. p. 455. 456. *Annales a.* 1271—1273.
g. p. 457. *Genealogiam ducum Pomeraniae orientalis.*
h. p. 458. *Genealogiam regum Poloniae a Przemislio I. usque ad Kasimirum IV.*
i. p. 459. *Annales a.* 1295. 1296. 1299. 1300.
k. p. 460. *Excerpta e Chronica Olivensi. Vide SS. rerum Prussicarum V, p.* 604 *sq.*
40 l. p. 461—463. *Annales qui ad Poloniam minorem spectant a.* 1266—1333.
m. p. 464—527. *Iohannis de Czarnkow Chronicam c.* 3—116.
n. p. 527. 528. *Notas a.* 1384—1386. 1390. 1395. 1390. 1391.
o. p. 528—541. *Laurentii Corvini carmina.*
p. p. 541. 542. *Notas a.* 1226. *et* 1234. *ad res Prussicas spectantes (forsan et ipsas e*
45 *Chronica Olivensi depromptas).*

8) *Cracoviensis bibliothecae Czartoryscianae nr.* o 1314, *chartaceus,* 168 *paginarum, continet:*

a. p. 1—102. *Boguphali et Basconis quae dicebatur Chronicam maioris Poloniae.*
b. p. 102. 103. *Annalium brevium Cracoviensium particulam priorem* 965—1135. *cum*
50 *nota anni* 1296.
c. p. 104—106. *Ephemerides Wladislavienses cum notis.*
d. p. 106. 107. *Annales a.* 965. 965 (!). 984. 999. 997. 1138. 1142. 1030 (!). 1304 (!). 1179. 1181. 1183. 1183 (!). 1185. 1202 (29). 1222. 1279.

e. *p.* 107. 108. *Annales a.* 1247. 1248.
f. *p.* 108—110. *Annalium brevium particulam posteriorem* 1142—1283.
g. *p.* 110[b]. *Notas a.* 994. 912. 1083. 1090. 1097. 1120. 1200. 1210. 1223. 1261. 1072. 1090 (!). 1253. 1294. 1296.
h. *p.* 110[b]—124. *Annales a.* 1249—1251. 1250. 1251—1257. 1260. 1262. 1263. 1266—1268. 1295. 1269—1273. 1295. 1296. 1300. 1305—1307. 1309.
i. *p.* 124—127. *Annales a.* 1092 (!). 1142 (!). 1193 (!). 1197. 1197 (!). 1223. 1220. 1227. 1232—1234. 1238—1245.
k. *p.* 127. *Notas a.* 1288. 1304 (!). 1312. 1313.
l. *p.* 127. 128. *Annales a.* 1246.
m. *p.* 128. 129. *Notas a.* 1314. 1317. 1341. 1315. 1335. 1366. 1363. 1333. 1327. 1320. 1323. 1317. 1354. 1382. 1383.
n. *p.* 129—134. *Annales ad minorem Poloniam spectantes* 1370. 730—1331.
o. *p.* 134—168. *Iohannis de Czarnkow Chronicam c.* 1—30 (1376).

9) *Cracoviensis bibliothecae universitatis Iagiellonicae nr.* 2574, *chartaceus, saec. XV,* 686 *paginarum, continet:*

a. *p.* 1—450. *Vincentii Chronicam (vide infra cod.* 17).
b. *p.* 461 (451—460 *vacuae sunt*)—516. *Boguphali et Basconis quae dicebatur Chronicam.*
c. *p.* 517—521. *Annales a.* 1272. 1273. 1295. 1296. 1300. 1299. 1305.
d. *p.* 522—678. *Annales ad minorem Poloniam spectantes* 1239—1331, *Iohannem de Czarnkow, Notas a.* 1384—1391.
e. *p.* 679. *et* 682—686 (680. 681. *vacuae*). *Notas annorum* 1474. 1497. 1520.

Iam si omnia a proposito nostro aliena relinquimus, haec nobis restat tabula Annalium et Notarum:

I.	*II. III.*	*IV.*
1. *Annales* 965—1232. 1279.	6[b]. *Notae* 1384—1391.	1. *Annales* 965—1138.
2. *Annales* 1247—1309.	1. *Annales* 965—1279.	2. *Annales* 1247—1309.
3. *Annales* 1192—1247.	2. *Annales* 1247—1309. 1242.	3. *Annales* 1192—1247.
4. *Notae* 1314—1333.	(3—6[a]. *his codicibus desunt.)*	4. *Notae* 1314—1333.
5. *Notae* 912—1293.		5. *Notae* 912—1253.
6. *Notae* 1315—1381.		6. *Notae* 1315—1390.

V.	*VI.*
5. *Notae* 994—1296.	1. *Annales* 965—1279.
2[b]. *Annales* 1249—1309.	2[a]. *Annales* 1247. 1248.
3. *Annales* 1192—1246.	5. *Notae* 994—1296.
4. *Notae* 1314—1312.	2[b]. *Annales* 1249—1309.
6[a]. *Notae* 1315—1354.	3. *Annales* 1192—1246.
(1. *huic codici deest.)*	4. *Notae* 1288—1341.
	6[a]. *Notae* 1315—1383.
	6[b]. *Notae* 1384—1391.

VII. IX.	*VIII.*
2[c]. *Annales* 1271—1300 (1272—1305).	1. *Annales* 965—1279.
6[b]. *Notae* 1384—1391.	2[a]. *Annales* 1247. 1248.
(Reliqua his codicibus desunt.)	5. *Notae* 994—1296.
	2[b]. *Annales* 1249—1309.
	3[a]. *Annales* 1192—1245.
	4[a]. *Notae* 1288—1313.
	3[b]. *Annales* 1246.
	4[b]. *Notae* 1314—1341.
	6[a]. *Notae* 1315—1383.
	(6[b]. *deest huic codici.)*

Horum codicum optimus est Romanus (1), *codices* 5—9. *eundem singulorum Annalium ac Notarum ordinem servant, quae tamen in codice* 6 *(Vratislaviensi) copiosiora quam in reliquis* (5. 7—9) *existunt. Codex* 4. *(Regiomontanus) ordine plane concordat cum* 1, *multis tamen, quae in* 1 *leguntur, omissis.*
5 *Tria igitur codicum genera habemus* (1. 2. 6). *In codice* 2. *nr.* 6^b. *initio ponitur, in* 6. *nr.* 5. *inter* 2^a. *et* 2^b. *inculcatus est; quas notas ad propositum nostrum non pertinere ex eo conicere possumus, quod, ut V. Cl. de Zeissberg docuit*[1], *eae nr.* 6^b. (1384—1391) *maxima in parte ex necrologio Cracoviensi desumptae sint, illae nr.* 5, *ut ipse probare conatus sum*[2], *ad res Silesiacas spectent. Restant*
10 *igitur* 1—4. *et* 6^a, *quorum summa pars in* 2. *et* 3. *ordine inverso consistit; insunt enim annales* 1239—1273. *a canonicis capituli Posnaniensis et episcopo Boguphalo II. conscripti, quibus postea saec. XIV. duplex initium* 965—1232. *et* 1192—1238. *praemissum atque continuationes duplices a.* 1295—1341. *et* 1315—1381. *additae sunt, diversis e fontibus ignotis depromptae a Iohanne*
15 *de Czarnkow, decano Wladislaviensi, canonico Posnaniensi, archidiacono Gneznensi, vicecancellario regis Casimiri III, qui temporibus Ludovici regis Poloniae et Hungariae pretiosissimam gentis suae historiam condidit, cui in omnibus Annalium nostrorum codicibus occurrimus. Hic ubicunque ecclesiae cathedralis canonicus fuit, nonnulla historiae monumenta descripsit: Wladislaviae epheme-*
20 *rides sive calendarium, Cracoviae, ubi in aula regis versatus est, Annales breves et quos ad Cracoviam minoremque Poloniam spectare alio loco ostendi*[3], *Posnaniae Annales nostros. Quae omnia post mortem egregii viri, qui paulo postquam regnare coepit Wladislaus Iagello diem obiisse supremum videtur, homo quidam obscurus, nec scientia nec iudicio Iohanni par, in illam coegit vastam*
25 *molem, ex qua hodie velut in nodum Gordicum congesta dissolvi vix possunt. Idem fortasse fuit qui ex Annalibus capituli Posnaniensis, Mierzwae excerptis, Vincentii chronica opus illud minime laudandum congessit, quod non episcopi Boguphali et custodis Basconis, immo vero ignoti et ignorantis cuiusdam compilatoris esse V. Cl. Warmski docens Chronicam maioris Poloniae appellavit.*
30 *Quod cum in omnibus Annalium nostrorum codicibus initio positum esset, et librarii animadverterent multas res Annalibus contentas eisdem fere verbis se iam antea transscripsisse, factum est, ut* ob brevitatem, causa papiri *multa omitterent, lectore ad priores Chronicae locos remisso. Scriptor codicis* 1. *tales locos accurate annotavit, ceterorum codicum librarii hac diligentia non usi*
35 *plane eos neglexerunt. Nos vero codicis* 1. *ope adiuti haec omnia ex Chronica maioris Poloniae in textum Annalium restituere minime dubitavimus, uncis inclusos hos locos significantes.*

Edidit Annales nostros primus de Sommersberg a. 1730. *codice Vratislaviensi* (6) *typis mandato, unde factum est, ut editio eundem atque cod.* 6.
40 *ordinem servaret. Omnes (praeter* 9) *codices adhibuit a.* 1878. *b. m. Bielowski in Monumentorum Poloniae t. III, p.* 4—42.

Nos codices 4. *et* 6. *Halas transmissos ipsi contulimus, codicum* 2. *et* 8. *exemplaria Leopoli in bibliotheca Ossoliniana asservata V. Cl. de Kętrzyński amicitiae et humanitati debemus, qui et apographum codicis* 1. *olim comitis*
45 *Przezdziecki sumptibus confectum ibidem existens nec non descriptionem codicum Petropolitanorum* (3. *et* 7) *a V. Cl. Prochaska summa cum diligentia*

1) H. Zeissberg, 'Die polnische Geschichtschreibung' p. 40, n. 1. Quos ipse enumeravit locis addendae sunt annorum 1320. 1390. 1382. 1383. notae. 2) Perlbach, 'Preussisch-Polnische Studien' II (Halle 1886), p. 47. 3) Ib. p. 51.

factam et varias lectiones codicis 5. mecum communicavit; codicem 9. V. Cl. Potkański a me rogatus contulit; quibus pro sua liberalitate gratias quam maximas hoc loco agere supersedere non possum.

In ratione scribendi restituenda semper fere cod. 1.[1] *secuti sumus, hoc tamen neglecto, quod hic codex, ut codd. 6. et 8. annorum numeros plerumque partim litteris, partim signis quae dicunt Romanis scriptos exhibeat.* *M. P.*

Codd. 1. 2. 3. 4. 6. 8.

Anno Domini 965. Dambrowka[a] de Bohemia nupsit Mesconi[b] duci Polonie, qui Mesco[c] sequenti[d] anno baptizatus est.

Item anno Domini 968.[e] Iordanus[f] primus episcopus[g] in Polonia ordinatus est et obiit 984[2].

Item anno etc. 99. dux Mesco primus christianus [in Polonia[h]] obiit[3].

Item anno[i] 997.[k] sanctus Adalbertus passus est. Sanctus Gaudencius episcopus ordinatus est.

Anno[l] milleno centeno trinoque[m] deno
Necnon octavo dux Polonie[n] Boleslaus
Luce Novembris obiit speculante Kalendas[o].
Vixit in hoc mundo sex annis plus iubileo[4].

Item 1142.[p] Wladislaus, filius Boleslai dicti Crziwousti[q], circa Poznan[r] a fratribus fugit confusus Ungariam[s].

Anno 1025.[t] Boleslaus Magnus obiit.

Item[u] 1034.[v] Mesco rex Polonie, filius Magni[w] Boleslai, obiit.

Codd. 1. 2. 3. 4. 6. 8.

Item 1179.[x] Mesco antiquus[y] fugatur [de Cracovia[z]].

Item 1181.[a] rehabet Gneznam.

Item 1183. Mesco, filius Mesconis[b] senis[c], obiit[d].

Item 1184.[e] Kazimirus[f] magnus dux Cracovie[g] obiit, et Odo, filius Mesconis[h], eodem anno obiit.

Codd. 1. 4. 5. 6. 8.

Item anno[a] Domini 1192.[b] Gneznense castrum[c] combustum et monasterium ibidem[d].

Item[e] anno Domini 1193.[f] Mesko dux de Kalis[g] obiit.

Item anno Domini[h] 1194.[i] Hilic[k] castellanus obiit; et circa Lubus Pomorani[l] debellaverunt[m].

Codd. 1. 2. 3. 4. 6. 8.
a) Dambrowca 6. 8. b) Myeschkone 2; Meschkoni 3; Meszconi 6. c) Myeschko 2; Meschko 3. 4; Meszco *(plerumque)* 6; *ubbi:* Myescho *vel* Myeschco *vel* Myeschko *vel* Myeszco 2; Myeszco *vel* Myeschko 3; Meszko *vel* Mesczo *vel* Mesko 4; Mesko *plerumque* 8; *raro* Meszko. d) secundo 6. 8. e) 958. 2. 3; 965. 6. 8. f) Iordan 6; Iodan 8. g) ep. prim. 4. h) in Pol. *tantum* 6. 8, *des.* 1–4. i) *deest* 1–4; Domini *add.* 8. k) *ita* 2. 3; Item etc. VII° 1; ut supra VII. 4. 6. 8. l) versus *add.* 6. 8. m) trino quoque 1. n) dux Pol. *iterum* 4. o) Kłandas 1. p) anno *add.* 2; Item — Ung. *des.* 4. q) B. *superscriptum* 8; Krzywousthy 2. 3; Crzywousti 8. r) Poznaniam 6. 8. s) Ung. confus. 6. 8. t) 1030. 8; Anno 1025 — Boleslai obiit *des.* 4. u) anno Domini *add.* 2. 3. v) 1304. 6. 8. w) eiusdem B. 6; cuiusdam 8. x) Anno 1189. 2; Item — Crac. *des.* 4. y) senex 2. 3. 6. 8. z) de Cr. *tantum* 2. 3. a) Item anno mill. CLXXX. 6; It. a. dni. 1181. 8; Item — Gnezn. *des.* 4. b) eiusdem Meszconis 6. 8. c) senioris 1. 2. d) Item — obiit *des.* 4. e) Anno 1184. 2. 3; eodem anno 6. 8; Item — obiit *des.* 4. f) Cazimirus 2. 3. g) Cr. *deest* 2. 3. h) eius Meskonis 8.

Codd. 1. 4. 5. 6. 8.
a) sub anno 1. b) mill. non. sec. 6. 8; 1292. 5. c) castr. Gn. 6. 8. d) et mon. combustum est (ibidem *deest*) 6. 8. e) Item — obiit *des.* 2. 3. f) 1142. 6. 8; Domini *deest* 8. g) Kał 1; Kalisz 8. h) Domini *deest* 4. 8. i) 1193. 8. k) Ihillic 4; Hylik 5. l) Lubusz Pomerani 8. m) debellarunt 5; bellaverunt 8.

1) Cod. 1. consonantes saepe duplicantur, ut in: *elleccio, ellectus, Ffulco, Allexander, Allexius, seccessit, inoppinate, redditum, illares, defferre;* in aliis autem verbis duplicum consonantiam una omittitur; exempli causa scribitur: *iminere, comode, opida.* 2) Ordinationem Iordani primi Poznaniensis episcopi ad a. 970. Thietmarus Merseburgensis (SS. R. G. 1889) refert II, 22 (II, 14, SS. III, p. 750). De mortis tempore nihil constat. 3) A. 992. Thietmar. IV, 58 (IV, 37, SS. III, p. 784). 4) A. 1138, Oct. 28. Cf. Grünhagen, 'Regesten zur Schles. Gesch.' ed. 2. p. 28. 29, ubi singula Boleslai mortis testimonia collata sunt. Nostri versus post a. 1350. conditos esse e iubilaei commemoratione conici potest, quo anno primum dimidio saeculo elapso iubilaeum a curia Romana celebraretur.

Codd. 1. 2. 3. 4. 6. 8.

Item 1185.[a] senex[b] Mesco per Cracovitas vulneratur, et Boleslaus filius eius occiditur.

Item 1202.[c] Mesco magnus obiit*.

*) Item — obiit *des.* 4. 5; Item 1202. Mesco dux Crac. et Pomeranie in Baussowa occiditur 8.

Item 1229. Lestko dux Cracovie[d] et Pomoranie[e] in Ganszawa[f] occiditur.

Item 1232.[g] Wladislaus Mesconis fugatur et exilio moritur[5].

Codd. 1. 4. 5. 6. 8.

Item anno Domini 1197.[a] Boleslaus dux interfectus est.

Item anno Domini 1217.[b] Wlodzislaus[c, 1] obtinuit Kalis et filium Odonis[2] fugavit in Ungariam[d].

Item anno Domini[e] 1220. turris ecclesie kathedralis Gneznensis[f] ruit.

Item anno Domini 1223. filius Odonis Uscze[g, 3] intravit ipso die sancti Dionisii. (Oct. 9.)

Item[h] anno Domini 1224. langravius[4] Lubus obtinuit.

Item anno Domini 1227. dux Wladislaus magnus, filius Mesconis, in divisione apostolorum ante Usce[i] confusus est[k], et palatinus cum aliis multis[l] interfectus est. (Iul. 15.)

Item 1231.[m] Wladislaus[n], filius Mesconis, a filio Odonis de terra eicitur et eodem anno in exilio moritur.

Item[a] anno Domini 1232. dux Wladislaus[b], filius Odonis, concessit episcopo Paulo[c] venari per episcopatum et monetam liberam[d] in Croba[e] et villam Sulkonis[f] iuxta Croba[g, 6].

Item[h] 1233. milites Poloni volebant interficere dominum suum Wladislaum, filium Odonis, inducentes ducem Henricum cum filio suo in Poloniam. Eodem anno idem[i] Wladislaus firmavit castrum[k] Bnyn[7].

Item 1234.[l] predictus dux cum filio suo edificavit Gneznam[m] castrum[n] et destruxit Bnin[o].

Item 1238. Henricus dux Slezie[p] diem clausit extremum[8]. Eodem anno Theutonici Santhok[q] [castrum[r]] occupaverunt.

Item anno Domini 1239. Wlodislaus, filius Odonis, dux Polonie obiit[9].

Item anno Domini suprascripto[s] Gregorius papa nonus Fredricum imperatorem excommunicavit, quia quosdam episcopos de episcopatibus suis[t] sine causa eiecit et sine

Codd. 1. 2. 3. 4. 6. 8.

a) mill. CLXXXIX.V° 1. 2; Item a. D. mill. CLXXXV. 8. b) senex 1. 3. 4; *deest* 2. 6. 8. c) Anno 1202. 2. d) Cracoviensis 2. e) *ita* 1. 6; Pomeranie 2—4. 8. f) Ganzava, *in margine* Ganschawa 2; Baussowa 6. 8; Item — occid. *des.* 4. 5. g) Anno 1232. 2; 1222. 6. 8.

Codd. 1. 4. 5. 6. 8.

a) 1196. 4. b) a. D. *des.* 4. c) Wladislaus 4. d) Hungariam 4. 8 *(plerumque)*. e) a. D. *des.* 4. f) Gnezñ 1; Gnezn. kath. 6. 8; kath. *deest* 4. g) Wscze 8. h) Item — obtinuit *des.* 4. 8. i) Uscze 6. 8. k) est *deest* 8. l) mult. al. 8. m) anno Domini *add. codd. praeter* 1. n) *ita* 1. 8; Wlodzislaus 6; Wladzislaus 4. 5.

a) Item de monetha in Crobya episcopo Paulo Poznaniensi concessa cudi et venari per episcopatum supra habetur 4, *ubi* anno — Croba *des.* b) Wlodzislaus 6. 8. c) Paulo episcopo Poznaniensi 8. d) cudere *add.* 8. e) *ita* 1. 8; Crobya *ceteri.* f) Fulconis 1. 8; Fulkonis 6. g) *ita* 1. 6; Crobya *ceteri.* h) anno *add. omnes praeter* 1; Dom. *tantum* 4. i) *deest* 6. 8. k) suum *add.* 5. l) anno Domini *tantum* 8; 1224. 4. m) *ita* 1; Gneznense *ceteri.* n) castr. Gnezn. 8. o) *ita* 1; Bnyn *ceteri.* p) Slesie 6. 8. q) Santok 8. r) *deest* 1. s) It. eodem anno 5; supradicto 8. t) suis episc. 8.

1) Filius Mesconis dictus Laskonogi. 2) Vladislaum. 3) Uscz oppidum provinciae Posnaniensis ad fluvium Netze prope Schneidemühl situm. 4) Thuringiae Ludovicus, maritus beatae Elisabeth. 5) Aug. 18. Epitaphia ducum Silesiae, SS. XIX, p. 551. 6) Hodie Kröben provinciae Posnaniensis oppidum et villa Sulkowice. 7) Bnin oppidum eiusdem regionis inter duos lacus prope urbem Posnaniensem situm. 8) Mart. 19. Grünhagen, 'Regesten' ed. 2. p. 223. 224. 9) Nov. 3; Necrologium Bohemo-Silesiacum, 'Zeitschrift des Vereins f. Gesch. Schlesiens' V, p. 114.

iudicio[a]. Item[b] Magdeburgensis[c] episcopus[1] Lubus[d] obsedit et magna multitudine hominum exercitus sui perdita [ibidem[e]] confusus recessit[2]. Item[f] anno predicto dux Lancicie[g] Cunradus magistrum Iohannem scolasticum Plocensem comprehendit et plagis affectum suspensum eculeo interemit, quem iterum sic mortuum ad ecclesiam sancti Benedicti in ripa fluminis Wandali contra faciem ecclesie Plocensis fecit suspendi[3]. Eodem[h] anno dux Cuyavie[4] Bidgosciam[5] recuperavit.

Item anno prefato Swanthopelcus dux Pomoranie[i] Cuyaviam vastavit, predavit et exussit ecclesiam in[k] Wladislavia iuvene[l] et ipsam civitatem[m]. Dux[n] Kazimirus, filius Conradi, accepit filiam[6] Henrici sibi in uxorem, quinto gradu consanguineitatis a se distantem. Item[o] Santok a Theutonicis[7] dux Henricus Slezie recuperavit.

Item anno Domini 1240.[p] dominus papa Gregorius[q] IX[us] mandavit omnes archiepiscopos[r] Romam venire, episcopis vero et capitulis[s] precepit, ut per nunccios ydoneos ibidem comparerent, ita quod secundum ipsorum consilium imperatorem absolveret et secundum composicionem ab omnibus approbatam[t] vel ipsum ab imperio revocaret[u] ut hereticum, quia ultra annum in excommunicacione perdurans et amplius[v] ecclesie satisfacere contempsit. Sed astucia et malicia ipsius[w] imperatoris clause fuerunt vie[x], ita quod[y] ad mandatum domini pape[z] qui fuerant mandati[a] venire non valuerunt[b].

Item[b*] anno Domini 1241. Rex Tarsis[c] intravit Ungariam cum multis exercitibus, cui occurrit Bela[d] rex Ungarie et Colomannus[e] frater eius in prelio, qui ambo multis[f] exercitibus amissis terga verterunt[8]. Rex vero Tarsis[g] Ungariam vastans et homines interficiens a maximo usque ad minimum, non parcens ulli etati vel[h] sexui, usque ad Danubium pertransivit. Quando vero fuit in introitu Ungarie, partem exercitus sui contra Poloniam destinavit, qui die cinerum Sandomiriam vastaverunt[i]; et postmodum per[k] Cracoviam et Visliciam[l] et[m] Lanciciam transeuntes venerunt Wratislaviam; quibus dux Henricus, filius Henrici[n], qui tunc temporis principatum tenebat in Slezia, Cracovia et Polonia, cum[o] omni sua potencia occurrit[p] in campo castri de Legnicz[q]; qui Henricus[r] ab ipsis Tartharis[s], multis milibus hominum[t] perditis, ipse fuit interfectus[u]. Item anno quo supra Poloni, qui duci Henrico adheserant, per quod idem dux principatum in Polonia obtinebat[v], filio suo Boleslao propter insolenciam ipsius derelicto[w], ei servicium suum resignantes, manifeste adheserunt filiis quondam Wladislai, filii condam[x] Odonis, Przemisl[y] videlicet et Boleslao, qui veri heredes Polonie fuerunt, postmodum statim ceperunt[z] castrum Przemanth[a. 9].

Febr. 13.

Item anno Domini 1242. dominus Vislaus[b] episcopus Cracoviensis est defunctus[c. 10]; cui successit dominus Prandota in episcopatum. Eleccio autem fuit, ut credimus, per inspiracionem divinam celebrata, quia, quod raro contingit[d], omnes unanimiter in eum

a) et sine ind. eiecit 6. 8. b) eodem anno *add.* 5. c) Maudeburgensis 6. 8. d) Lubusch 6. 8. e) *deest* 1. f) Item — suspendi *des.* 4, *ubi:* Item qualiter scolasticus magister Iohannes Plocensis per ducem Conradum Lancicie fuit suspensus, superius describitur de castro Lowicz. g) Lancy 1. h) Eodem — recuperavit *des.* 8. i) Pomeranie 8. k) de 1. l) *ita* 1; iuveni *ceteri codd.* m) exussit *add. iterum* 8. n) Item dux 6. o) Item — recuperavit *des.* 4. 6. 8. p) Item — valuerunt *des.* 4, *ubi:* Item qualiter dominus Gregorius papa precepit episcopis Polonie, ut Rome per nunccios suos apparerent, superius describitur; pius *add.* 8. q) Gregorius papa 6. 8. r) omnibus archiepiscopis 8. s) capto 1. t) approbatum 1. u) reuocarēt 1; removeret 6. 8. v) amplicus 1. w) *deest* 6. 8. x) in Romanam curiam *add.* 8. y) *ita* 1; itaque *ceteri (?)*. z) dom. *deest* 6. 8; sanctissimi pape Gregorii hii 8. a) ven. fuerant 6; ven. fuerunt 8. b) etc. *add.* 1. b*) Item anno — interfectus *des.* 4, *ubi:* Item qualiter per Thartarorum regem Hungaria et Polonia vastatur, supra describitur. c) *ita* 1; T. rex *ceteri*, Thars 5; Tharsis 6; Tartarorum 8. d) Bels 1; Boleslaus 6. 8. e) Colonicius 6. 8. f) *deest* 8. g) Tharsis 6. h) aut 6. i) *ita* 1. 8; vastarunt *ceteri*. k) ante 8. l) Wisliciam 6. 8. m) et Lanc. *tantum* 1. n) fil. Hen. *tantum* 1. o) cum *deest* 6. 8. p) obviavit 6. 8; o. s. p. obv. qui t. t. pr. ten. i. Slesia Cr. et P. 6. 8. q) lednicz 1. r) qui Henr. *des.* 6. s) in campo — Thartaris *des.* 6. 8. t) mil. *deest*; et mult. hom. p. in pr. solus ab ipsis Thartaris est i. 6. 8. u) interemptus 8. v) obt. i. Pol. 6; obt. pr. i. P. 8. w) et *add.* 1. x) fil. c. *des.* 5. y) Przemislo 6. 8. z) ceperant 1. a) *post* interfectus (*l.* 27) *et post* Przemanth *add.* 1 *maiori scriptura:* Sequitur aliud capitulum. b) Wislaus 3. 6. 8. c) defunctus est 6. 8. d) contigit 2. 3.

1) Wilbrandus archiep. 1235 -1254. 2) V. 'Sächsische Weltchronik' c. 386, 'Deutsche Chron.' II, p. 253. 3) Cf. diploma ducis, Conradi (sine nota chronologica), Cod. dipl. maioris Poloniae I, nr. 226. *(suspendii morte iussi interire)* et Annales capit. Cracov. ad a. 1239, SS. XIX, p. 597. 4) Casimirus alter Conradi filius. 5) Hodie Bromberg. 6) Constantiam, filiam ducis Henrici II. Silesiae. 7) Marchionibus Brandenburgensibus, — Zantoch hodie villa, ubi fluvii Warte et Netze confluunt. 8) Cf. Rogerii Carmen miserabile c. 28. infra edendum. 9) Priement villam regionis Posnaniensis inter Graetz et Fraustadt sitam. 10) 14. Mart. Necrol. Cracov., Mon. Pol. II, p. 916.

vota sua dirigentes ipsum nullo contradicente concorditer[a] elegerunt, ad quos de iure eleccio pertinebat[b].

Item anno Domini 1243. dux Polonie Przemisl[c] cum suis Polonis edificavit castrum Czbanszim[d, 1]. Et anno eodem dux Swanthopelcus[e] Pruthenos[f] baptisatos[g] sub dicione Theutonicorum[h] constitutos ab eorum fidelitate[i] suo consilio subtrahens, sibi coadunatos in eosdem fecit insurgere; qui ex inopinato irruentes in Theutonicos, nulli etati vel sexui parcentes, multos de Theutonicis perimerunt[2]. In cuius facti ulcionem crucesignati de domo Theutonica cum ducibus Polonie adunati[k] castra predicti ducis Swanthopelci[l], videlicet Wissegrod[m] et Zatartawiczam[n], occuparunt[o, 3].

Item[p] anno Domini 1243. crucesignati cum predictis ducibus[q] Polonie castrum Nakel de eius[r] iurisdicione capientes, duci Przemisloni vero heredi restituerunt[s, 4]. Item eodem anno dux Conradus diocesim Cracoviensem[t] intrans ecclesie villas spoliavit et curiam episcopi combussit et in multis aliis ecclesiam aggravavit[u] ipsius[r]. Unde Prandota episcopus[v] prefatus[w] dominum Conradum[x] ducem excommunicavit, cuius sentenciam dominus[r] Fulco archiepiscopus Polonie[y] confirmavit[z]. Item anno pretacto[a] Swanthopelcus dux Pomoranie filium suum Mstyvigionem Theutonicis obsidem dedit, qui propter hoc, quod pater eius cum Pruthenis tempore obsidionis movit bellum Theutonicis, in Theuthoniam est deductus[5].

Item anno Domini 1244. Swanthopelcus Zortaviam combussit et Colmen civitatem dolo quorundam pecunia corruptorum fecit succendi[b, 6]. Item non longo tempore post hoc idem S[wanthopelcus] cum magna multitudine Prutenorum Cuyaviam intrans multos christianorum captivos abduxit et plures peremit, terram incendio devastavit[7]; duo[c] fratres de Minorum ordine sunt etiam interfecti. Item anno prescripto dux Przemislius Polonie uxorem duxit filiam quondam Henrici ducis Slezie[8]; post quod factum milites eius castrum Kalis ceperunt, quod ei restituerunt. Item[d] Theodricus cantor Wratislaviensis[9] in domo sua in Wratislavia a quibusdam Polonis est interemptus. Item anno eodem dux Barnim[e, 10] novum castellum ante Santok edificavit; et Pomorani, qui longo tempore in antiquo Santok duci Henrico et filio eius Boleslao servierant[f], castrum Santok[g] duci Przemisloni tradiderunt[h]. Item ipso anno[i] dominus Bogufalus episcopus Poznaniensis tres personas uno[k] die in ecclesia sua constituit[l]: Gerardum[m] scolasticum, Iohannem archidiaconum, Helingum custodem[11]. Item[n] eodem anno omnes milites Polonie contra ecclesiam Poznaniensem conspirantes volebant infringere libertatem, quam ei[o] dux Wlodzislaus[p], filius Odonis, privilegio suo[q] confirmaverat[r]: scilicet quod homines in villis ecclesie[s] degentes essent immunes a solucione poradl[t], poduorowe[u] et stroza et a ductu et[v] a powosz[w], et quod idem[x] homines coram nullo capitaneorum, castellanorum in

a) *deest* 3. b) Item — pertinebat *in* 2. 3 *in fine annalium (post* 1309) *leguntur*. c) *deest* 5. d) *ita* 1; Czwanszim 6; Dzbanszin 5; Czwanszyn 8; Sdbanszim 4. e) Swanthepolcus 4. f) Ruthenos 6; Prutenos 8. g) *deest* 6. 8. h) Teutunicorum 6; Teotunicorum 5. i) infidelitate 8. k) *ita* 1. 4; coadunati *reliqui*. l) S. 1; Swanthopelconis 4. m) Vissegrod 1; Wyssegrod 4; Wissogrod 8. n) *ita* 4; Zatartawicam Zatarcawiczam *bis scr.* 1; Zattarkaviczam 5. 6. 8. o) occupaverunt 6. 8. p) *deest* 1. 5. q) predictis *iterum add.* 1; predicte *add.* 5. r) *deest* 4. s) instituerunt 1. 4. t) Kraton 1. u) gravavit 4. v) Cracoviensis *add.* 4. 8. w) *ita* 1; prefatum 5. x) dominum . . *(duo puncta)* 1; dictum ducem (dom. Conr. *des.*) 4; d. d. Conr. *des.* 6. 8. y) Gneznensis 4. z) Item eodem — confirmavit *ante praecedens capitulum* (Item — restituerunt) *leguntur* 6. 8; Sequitur aliud capitulum *add.* 1. *Quatuor sequentia capitula tantum in* 1 *leguntur* (— restituerunt *l.* 25). a) ptacto 1. b) et cet. *add.* 1. c) duos 1. d) Item — interemptus *des.* 4. e) Kazimirus 6. 8. f) seruiuerant 1. g) Santhok 4. h) et Pom. — tradiderunt *tantum* 1. 4. i) Item a. Dni. mill. duc. quadr. quarto 6. 8 (CC. XLIIII). k) una 8. l) instituit 6. 8. m) *ita* 4; Geruardum 1; Gerandum 6; Iarandum 8. n) Item — tempus (*p.* 442, *l.* 3) *des.* 4, *ubi:* Item quomodo Poloni volebant infringere libertatem ecclesie concessam a Boleslao, filio Odonis, duce Polonie ecclesie Poznaniensi, superius describitur. o) eis 1. 5. 6. 8. p) Wladislaus 8. q) *deest* 8. r) confirmabat 8. s) *deest* 5. t) poradlne 6. 8. u) *ita* 1; podwodne 5. 6; *deest* 8. v) et a d. *des.* 6. 8; et *deest* 6. w) powos 6; podwodi 8. x) *ita* 1. 6. 8; hom. iidem 5.

1) Bentschen, urbs in confinio provinciarum Posnaniensis et Brandenburgensis sita. 2) Annales Prussiae ad a. 1242, SS. XIX, p. 691. 694. 3) Sartowitz villa apud oppidum Schwetz Prussiae occidentalis sita, Wissegrodi locus apud Fordon villam provinciae Posnaniensis notatur. 4) V. Petri de Dusburg Chronica terre Prussie pars III, c. 38, SS. rerum Prussicarum I, p. 71. 72. 5) Dusburg III, c. 45, l. l. p. 76. 6) Ib. c. 44, l. l. p. 75. 7) Ib. c. 45, l. l. p. 77. 8) Elisabeth, filiam Henrici II. ducis Silesiae. 9) A. 1239 – 1244, Grünhagen, 'Reg. z. Schles. Gesch.' I, ed. 2, nr. 527. et 611. 10) Dux Pomeraniae. 11) Gerardus scolasticus 1251, 7. die Iulii et 1252, 4. die Iunii, Iohannes archidiaconus 1252, 4. die Iunii usque ad 28. diem Iunii anni 1284, Helingus (sive Helvigus) custos 1252, 4. die Iunii inter testes occurrunt, Codex diplom. maioris Poloniae I, nr. 293. 599. 540.

causis[a] citati respondeant[1]. Cui libertati omnes Poloni communiter contradixerunt, exempto solo poradl[b], podworowe[c] et stroza[d, 2]; quibus dominus Bogufalus episcopus cessit[e] ad tempus.

Anno vero[f] 1245. dux Przemisl cum fratre Boleslao ad instanciam prefati domini episcopi[g] privilegium patris et eandem libertatem, quam pater ipsorum predicte ecclesie contulerat, confirmaverunt et in foris[h] proclamari[i] fecerunt[k, 3]. Item anno quo[l] supra homines[m] de Srodka[n, 4] voluerunt obtinere, quod usus fructuum de planicie[o] auctoritate ducis possiderent[p] tam in pastu pecudum quam in aliis utilitatibus exinde provenientibus[q]. Quibus dominus Bogufalus[r] episcopus cum capitulo suo se opponens in iudicio obtinuit taliter, quod dominus prepositus[s], scolasticus, custos[t] et alii tres canonici iuraverunt idem planicies[u] ad ecclesiam pleno iure pertinere; sub eodem iuramento et[v] metas assignaverunt, que tales sunt: ab oriente a[w] ponte secundo, qui est in via, que ducit ad ecclesiam sancte Margarethe[5], directe protenduntur versus meridiem ultra Cibinam[x, 6] usque ad montem ville que dicitur villa[y] Colonorum[7]; et sic versus occidentem iuxta montem protenduntur usque ad flumen Wartham[z], ita quod Charthowo[a, 8] in eisdem terminis continetur et in ecclesie[b] possessione. Item[c] anno memorato dux Przemisl fratrem suum Boleslaum gladio cinxit in crastino beati Adalberti. Item eodem anno[d] dominus Fulco archiepiscopus cum suis suffraganeis[e] per dominum papam Innocencium quartum ad concilium sunt evocati pontificatus eiusdem domini pape[f] anno secundo[9]. Item[g] anno eodem Petrus cum tribus filiis[h] confessus est se esse hominem ecclesie beati Petri et de servicio prepositi Poznaniensis[i].

Apr. 24.

Item anno Domini 1246. legatus domini pape et vices eius gerens[k] per totam Poloniam, Pomoraniam et Prussiam[l] veniens[10] in[m] Polonia[n] ducem Swanthopelcum[o] ab excommunicacione absolvit et cum omnibus filiis clericorum dispensavit[11]; denarios[p] per aliquot annos beati Petri collectos a domino Bogufalo episcopo Poznaniensis ecclesie[q] suscepit.

Item anno Domini 1246.[r] obiit Mesco dux de Oppol[12]. Item[s] anno premisso Boleslaus dux Slezie, quondam ducis Henrici filius, quem Tartari occiderunt, cum exercitu intrans Poloniam castrum[13] super fluvium Obra edificavit; cui occurrentes duces Polonie Przemisl et Boleslaus cum omnibus Polonis, antequam congregarentur et congrederentur,

a) *ita* 1. 6. 8; causa 5. b) *deest* 5. 6. 8. c) podworowyc 8. d) strosza 8. e) cesset 1. f) *deest* 6. 8. g) . . *(duo puncta)* ep. 1. h) *ita* 1. 8; foro 5. 6. i) *ita* 1. 8; proclamare 5. 6. k) etc. *add.* 6. l) It. eodem anno ut 8. m) cives 4. n) Szrodka 6; Szrothka 8. o) *ita* 1; planicio 5; de plamut 6; de plamuth 8; de pl. *des.* 4. p) quos possiderant auctoritate 4. q) promedientibus 1. r) B. 1. 4. s) *deest* 4; *ante* prep., scol., cust. *bina puncta* 1. t) et prepositus *add.* 4. u) *ita* 1; plamut (plamuth 8) 6; quod planint 4; eandem planiciem 5 (plamut *codex archetypus hoc loco et l. 7. habuisse videtur, sed cum* planicies episcopi et capituli *occurrat in Cod. dipl. mai. Pol. I, nr.* 302, *recepimus hoc quod librarius cod.* 1 (5) *correxisse videtur. H.-E.*) v) duxerunt et 4. w) et 4. x) ultra a via usque 5. y) *deest* 5. z) Vartham 4. a) Chartawo 6. 8. b) *duo puncta ante* ecclesie 1. c) Item — Adalberti *tantum* 1; Item quo Przemisl Boleslaum fratrem cinxit gladio militali in Guezna et aliis sequentibus clare describitur supra 4. d) an. eod. 6; a. eod. ut supra 8. e) suffr. suis 6. 8. f) *duo puncta ante* pape 1. g) Item eodem — Poznan. *des.* 4. h) aliis 1. i) *hoc loco sequuntur notae a.* 1288. 1304. 1312. 1313. *in* 8. k) et — gerens *des.* 4. l) Prusiam 1. m) ad 8; *deest* 4. n) *deest* 8. o) eum *add.* 8. p) quia den. 8. q) Poznaniensi (eccl. *deest*) 4. 8. r) Item anno eodem 6. 8; Item — Oppol *des.* 4; Dux Meszco de Oppol obiit et cetera 6. 8. s) *sequentia* — voluntate (*p.* 443, *l.* 19) *des.* 5. 6. 8.

1) 1237. Iul. 3, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 203. 2) 'Poradl' sive melius 'poradlne' erat vectigal agro impositum, 'podworowe' census arearum, 'stroza' excubiae, 'powoz' vectura. Tzschoppe et Stenzel, 'Urkundensammlung zur Geschichte des Ursprungs der Städte . . . in Schlesien' (Hamburg 1832) p. 10. 11. 15. 27. 3) Privilegio Wladislai Odonis dato a. 1243, 24. die Iunii, renovato a. 1246, 7. die Aprilis, ecclesiae Posnaniensi libertas villas iure Theutonico locandi a duce Premislao data est; Cod. dipl. mai. Pol. I, n. 203. et 251. Privilegia annorum 1244. et 1245. non exstant. 4) Suburbium orientale civitatis Posnaniensis. 5) Cf. Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 572; II, nr. 625. 6) Cybina fluvius e plaga orientali apud urbem Posnaniensem Wartham influens. 7) Hodie Rataje villa versus meridiem prope urbem Posnaniensem sita, a. 1253. campus aratorum, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 321. 8) Chartowo villa versus orientem et meridiem ab urbe Posnaniensi sita. 9) 3. Non. Ian. an. 2, Potthast, Reg. pont. nr. 11493. 10) Opizo abbas Mezzanensis (dioc. Placentinae), qui 12. die Iul. et 21. Aug. huius anni Vratislaviae commoratus est; Grünhagen, 'Reg.' I, ed. 2, nr. 642. 644. 11) Similem dispensandi facultatem *cum patientibus geniture defectum* a. 1247, 28. die Aug. Albertus archiepiscopus Prussiae, Livoniae et Estoniae a papa Innocentio IV. accepit; Potthast, Reg. pont. nr. 12671. 12) Oct. 22; Necrolog. S. Vincentii, 'Zeitschr. f. Gesch. Schles.' X, p. 445. 13) *Copaniczam* addit Chronicon mai. Polon. (Boguphali), Mon. Pol. II, p. 564; hodie Kopnitz prope Unruhstadt.

facta amicali composicione pro bono pacis, tria castra Santok[a], Medzirzecz[1] et Dzbanszim[b] ei contulerunt.

Item anno Domini 1247. domini duces Polonie Przemisl[c] et Boleslaus fratres taliter diviserunt inter se Poloniam, quia[d] ducis B[oleslai] in dominium et proprietatem cessit castrum Kalis cum omnibus suis attinentiis et tota terra, que protenditur a fluvio Przoszna usque in Przemanth, et ipsum Przemanth cum omnibus suis attinenciis; versus vero septentrionem usque in Wartham, Moszniam[2] et usque ad paludem, qui Sepno nominatur, et demum Lamcha[3], demum Obra fluvio terminatur. Residuum autem terre in dominium et proprietatem cessit ducis Przemisl. Iuravit autem uterque, quod nunquam [contra[e]] prescriptam formam divisionis venirent. Supplicantibus nichilominus eisdem ducibus dominus Bogufalus episcopus Poznaniensis excommunicavit illum, quicumque contempta religione iuramenti dominium fratris usurpando contra formam divisionis prescriptam maliciose veniret. Item[f] anno eodem Barnim dux Sclavorum obsedit Santok, idem castrum possidente Boleslao duce Slezie. Przemisl autem dux Polonie ad defendendum idem castrum primus accessit, licet de eius dominio nondum esset. B[oleslaus] vero dux Slezie festinavit cum suo exercitu ducem Przemislonem iuvare contra Barnimum; qui Barnim videns, quod cum duobus ducibus pugnare non posset, a castro de nocte recessit. Considerata itaque dux Slezie[g] sollicitudine ducis Polonie defendendi Poloniam contra Pomoranos, idem castrum P[rzemisloni] duci Polonie restituit spontanea voluntate[h].

Anno domini nostri Iesu Christi[i] 1247. dux Boleslaus, filius condam Wladislai, qui nominatur[k] Odonicz[l], qui tunc Kalis[m] tenebat, recuperavit Lende[n, 4] castrum, quod dux Kazimirus[o], filius condam Cunradi[p], dux[q] Cuyavie, detinuerat occupatum[r]. Eodem[s] anno dux Cunradus, pater Kazimiri et Semoviti, obiit[5], Semovito filio suo[t] ducatum suum relinquens; frater tamen ipsius, sepulto patre, Kazimirus scilicet[u], Lanciciam, Spicimirz[v], Siracz[w] et Rospram[x, 6] ex inproviso occupavit, dum frater eius Semovitus et mater eorum[y] in exequiis paternis morabantur[z].

Anno Domini 1248. Premisl[a] dux Polonie comitem Thomam castellanum Poznaniensem et Thomislaum filium suum seu eius[b] pincernam[7] captivavit et in[c] vinculis in Gnezden[d] detinuit arte custodie mancipatos[e]. Eodem[f] anno dux Kazimirus Lendam[g] castrum recuperavit. Eodem[h] anno episcopus Poznaniensis Bogufalus[i] Theutonicis[k] de Medzirzecz[l] indulsit decimam infra duos annos, scilicet[m] de eodem anno et de[n] sequenti. Eodem anno[o] Bogufalus episcopus Poznaniensis villam[p] Cozlowo[q, 8] a duce[r] Semovito pro nonaginta[s] marcis argenti recepit[t], quas idem dux tenebatur solvere episcopo[u] pro debitis paternis[v]. Eodem anno Iacobus archidiaconus Leodiensis, domini pape cappellanus et eiusdem in Polonia[w], Prussia et[x] Pomorania vices gerens, celebravit sinodum in Wratislavia, cui

a) Santhok 4. b) Sdbanszin 4; $\stackrel{a}{v}$ *praemittit* 1. c) przemisli 1; Przemislaus 4. d) quia — veniret (*l.* 13) *des.* 4, *ubi:* fratres terram Polonie inter se diviserunt, de qua divisione sufficienter expressum est superius. e) *deest* 1. f) *hoc capitulum tantum in* 1. *legitur, praemissa inscriptione:* Nota capitulum. g) *duo puncta ante* Sl. 1. h) Sequitur aliud capitulum *add.* 1. *Sequuntur notae a.* 1314—1383. *in* 1, 1314—1390. *in* 4. i) nostri — Chr. *des.* 2. 4. 6. 8; Item anno D. 4. k) dicebatur 6. 8. l) Odonis 4. 8. m) Calysz 2; Kalisz 8. n) castrum Landa 2; Lande 4; Landense castrum 6. 8. o) Cazimirus *saepe* 2, *alibi* Casimir. p) Conrad. *saepe* 4. 8, *alibi etiam* 6. q) ducis 2. 8. r) occupauit 1. s) Item eod. 4. t) fil. suo *des.* 4. u) Kaz. scil. *des.* 4. v) Spicimyrz 2; Spiczimirz 4; Spiczimirzs 6. 8. w) Siradz 2; Syracz 4. 6; Syarcz 8. x) Roszprzan 2; Rosprzam 6. y) *deest* 4; eius 6. 8. z) m. exeq. occupantur (in *et* pat. *des.*) 4. a) Przemisl 6; Anno — mancipatos *des.* 4. b) seu eius *des.* 2. 5; sive suum subpincernam 6. 8. c) *deest* 6. 8. d) *ita* 1; Zneyden 2; Suezden 6. 8. e) et arte custodie manc. deputavit 6. 8. f) eciam *add.* 2; Item eod. an. 4. g) Landam 2. 4. 6; Landense 8. h) eciam *add.* 2. i) Boguphalus *plerumque* 6. 8; Boguf. ep. Pozn. 4. k) Theutunicis 2. 8; Theutunicus 4. 6. l) Myedzyrzecz 2. 8; Medzyrzecz 6. m) videlicet 2. n) de *tantum* 1. o) Anno eodem 2; Item anno eod. 4. p) recepit villam 6. 8. q) Goslowo 2. 4; Sozlowo 1; Szozlowo 8. r) Mazovie *add.* 4. s) noningentis 2. t) redemit 4; *deest* 6. 8. u) eidem episcopo 8. v) debito paterno 2 (alii ferunt Io[nes] Dolii episcopus Poznaniensis emit dictam villam Cozl. *add. in marg. eadem manus* 2); pro deb. paternis eid. episc. 6. 8. *Sequentia* — Esto mihi (*p.* 444, *l.* 10) *des.* 4, *ubi:* Item de synodo in Wratislavia celebrata per archidiaconum Leodiensem domini pape capellanum et de indulto esu carnium a dominica Circumdederunt me etc. supra habetur. w) *deest* 6. 8. x) in *add.* 8.

1) Meseritz. 2) Fluvius Mosznia apud civitatem Moschin 2½ milliaria ab urbe Poznaniensi versus meridiem Vartam influit. 3) Sepno et Lęki villae inter Graetz et Kosten provinciae Posnaniensis sitae. 4) Villa Ląd regni Polonici inter urbes Peisern et Konin. 5) 2. Kal. Sept.; Necrol. Cracov. capituli, Mon. Pol. II, p. 929. 6) Łęczycz ad fluvium Gnidam, Spicimierz ad fluvium Vartam prope Uniejow, Sieradz haud procul ab eodem flumine, Rozprza apud urbem Petricoviam civitates sitae sunt. 7) Thomizlaus pincerna Posnaniensis diplomatibus 1256, Iun. 29. et 1271, Oct. 31. testis interfuit, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 342. 444. 8) Kozłów biskupi villa prope Sochaczew in terra Masoviensi sita.

1248 interfuerunt Fulco archiepiscopus Gneznensis, Thomas Wratislaviensis[a], Michael Wladislaviensis, Prandota[a*] Cracoviensis, Bogufalus Poznaniensis, Petrus Plocensis, Nankerus Lubucensis[b] [et[c] G.[d, 1]] Culmensis primus episcopi[e]; in qua synodo idem Iacobus de consilio episcoporum absolvit Polonos de voto, quo astricti fuerant de abstinencia[f] carnium. Consueverant enim ab antiquo Poloni dimittere carnes in dominica *Circumdederunt me*, sed quidam immutabant et propter hoc sepius excommunicabantur, et videbatur ex hoc periculum animarum generari[g]. Idem Iacobus cum suis episcopis constituerunt, ut Poloni et alii terram eandem inhabitantes haberent[h] in suo libero arbitrio, ut, si alicui placeret, bona[i] voluntate abstineret[k] se a predicta dominica a carnibus usque ad resurreccionem Domini, et si[l] placeret, haberet[m] usum usque ad dominicam *Esto mihi*[n, 2]. Item[o] eodem anno dominus Fulco archiepiscopus et episcopi Polonie[p] quintam partem proventuum et reddituum ecclesiasticorum de tribus annis solverunt[q] per fratrem Godefridum[r] Predicatorem et penitenciarium domini pape pro subvencione ecclesie Romane[3]. Tum[s] idem papa Fredricum imperatorem deposuit de imperio in consilio Lugdunensi et invocabat contra ipsum brachium seculare. Eodem[t] anno Lodvicus[u] rex Francie transfretavit[v] pro sepulcro domini nostri Iesu Christi et Terra Sancta pugnaturus[w].

Anno[w*] Domini 1249. dux Premisl[x] Polonie edificavit Poznan[y] et fratri suo Boleslavo[z] dedit Gneznam metropolim Polonie[a] et alia castra: Nakel, Uscze[b], Czerncow[c], Zny[d], Ostrow[e], Bnyn, Gdecz, Byechow[f, 4]. Boleslaus vero dicto fratri suo Premisloni[g] duci[h] donavit partem suam terre Kalisiensis[i] et ipsius castri Kalis[k], que ipsum contingebat[l] iure hereditario, extra divisionem terre[m] in perpetuum possidendam[n] racione primogeniture. Eodem[o] anno dux Slezie[p] Boleslaus, filius quondam ducis Henrici[q], dedit Lubus[r] castrum nobile et firmum archiepiscopo Magdburgensi[s, 5], ut ei ferret[t] auxilium contra fratrem ipsius uterinum[u] Henricum ducem Wratislaviensem, contra quem pugnabat, pro eo quod idem Henricus dictum[m] fratrem [suum[v]] Boleslaum captivaverat antea[w] et vinculatum in turri de Legnicz[x] arte custodie manciparat[y]; unde nitebatur idem Boleslaus[z] fratrem suum Henricum[a] de terra penitus profugare. Eodem anno dux de Opol[b] Wladislaus, filius quondam Kazimiri ducis[c], cum detineret Rudam[6] occupatam, donavit eam Kazimiro, filio condam Cunradi, duci[d] Cuyavie pro quingentis marcis argenti, quas tenebatur solvere relicte fratris sui[e] Mesconis[f]. Reliquerat enim in testamento[7] idem Mesco dictam summam pecunie uxori sue, sorori videlicet[g] Kazimiri, quam idem Wladislaus eidem Mesconi iure hereditario succedens debebat. Verum quia iustus Dominus et iusticias diligens (Ps. 10, 8.) nunquam[h] obliviscitur[i] misereri (Ps. 76, 10), dum nunccius Wladislai[k] missus Rudam castrum tradere[l] et nunccii Kazimiri ad recipiendum[m] missi tardarent aliquantulum, Przemisl dux Polonie lecto[n] exercitu suo, predictorum ducum nuncciis profugatis, idem castrum

a) episcopus Wrat. 8. a*) Prandotha 6. 8. b) lubceń 1; Lubocensis 2. c) et *deest* 1. 6. d) G. *deest* 1. 6. 8. e) ut supra *add.* 2. 3, *ceteris huius capituli verbis et sequentibus* — de sompno (*p.* 445, *l.* 7) *omissis.* f) Stary mya woprosth *add. manus recentior in marg.* 8. g) generare 8. h) habent 1; habeant 6. 8. i) in bona 6. 8. k) *ita* 1; abstinere *alii.* l) sui 1. m) habere 6. 8. n) in Deum protectorem etc. *add.* 8. o) *deest* 6. 8. p) polonis 1; Poloni 4. q) persolverunt 6. 8. r) Godefredum 6. 8. s) cum 1. 6. 8. t) Item eod. 4. u) Lodvigus 4. v) se *add.* 6. w) pugn. et terr. sancta 6. 8. w*) Item a. 4. x) Przemisl 4. 6. 8. y) Poznaniam 4. 6. 8. z) domino Bol. 4. a) metr. Pol. *des.* 4. b) Uszcze 6. 8. c) Czernkow 6. 8. d) *ita* 1; Zun 4; Zuy 6; Znyen 8. e) Osthrow 8. f) Bochow 1. g) Przemisloni 4. 6. 8. h) Poznaniensi *add.* 8. i) Kalissiensis 4. k) Kalisz 8. l) contingebant 4. 8. m) *deest* 6. 8. n) possidendum 4. o) Item eod. 4. p) Slesie 6 *saepe*; Sleszie, *alibi* Sleszye 8. q) Bol. d. Slesie qu. duc. Henr. fil. 4; ducis *deest* 6. 8. r) Lubusz 6. 8. s) Magdeburgensi 6. 8. t) fer. ei 6. 8. u) germanum 4. 5. 8. v) *deest* 1. 4. w) *deest* 4; antea — manciparat *des.* 6. 8. x) in L. in turri 4. y) deputavit 4, *ubi* unde — profugare *des.* z) B. 1. a) H. 1. b) Oppol 4; dux Oppoliensis 6. 8. c) *deest* 4. d) ducis 6. 8. e) uxori *add.* 8. f) B. *add.* 1. g) vid. sor. 8; vid. *deest* 4. h) et nunquam 4. i) obliviscens 6. 8. k) *deest* 6. 8. l) *deest* 8. m) illud *add.* 4. n) collecto 4. 6. 8.

1) Sic perperam pro H., primus Culmensis episcopus erat Heidenricus. 2) Cf. Statuta synodalia concilii Wratislaviensis a. 1248, Oct. 10. ab Iacobo archidiacono Leodiensi promulgata, § 12: *De esu carnium Theutunicorum et Polonorum*, Cod. dipl. mai. Pol. I, p. 236. 3) Cf. Cod. dipl. mai. Pol. I, p. 225. nr. 268. 4) Hodie Czarnikow (apud fluvium Netze), Znin (inter Schubin et Zerniki), Ostrow (olim in insula lacus Lednica), Bnin (apud Kurnik), Giecz et Biechowo (apud urbem Wreschen), ducatus Posnaniensis. 5) Wilbrando. Cuius donationis diploma a. 1249, Apr. 20. exstat in Cod. dipl. mai. Pol. IV, nr. 2055. 6) Ruda, territorii Kalisiensis, prope Wielun. 7) Testamentum Mesconis a. 1246, Oct. 29, ut putatur, legitur in Codice diplomatico Silesiae I, p. 6. 7, nr. VII. Nomen ducissae erat Iuttae. Grünhagen, 'Reg.' I, ed. 2, p. 287.

occupatum possedit; cui iure hereditario[a] a progenitoribus competebat. Eodem[b] anno in prima nocte post diem beati Iohannis baptiste ego[c] peccator Bogufalus episcopus Poznaniensis audivi per visum[d] quendam religiosum dicere: 'Infra 25 annos tota Polonia[e] consumabitur'; et dum a loquente interpretacionem[f] diligenter inquirerem, utrum in bono an in malo deberet[g] consumari, non mihi respondit[h], dixit tamen[i], quod et papa deberet[k] consumari. Quod a Deo in bonum converti postulavi[l]. Hoc ipsum quibusdam meis cappellanis revelavi expergefactus[m] de sompno. Eodem[n] anno in terra de Cyrnisk[o] inter Radicowo[p] villam episcopi Poznaniensis et inter[q] Orusevo[r, 1] villam Domanicii[s] limitaciones seu termini[t] facti[u] sunt a flumine Visle[v] usque ad ripam fluminis Pylcze[w, 2] auctoritate et mandato ducis Semoviti, consencientibus ad hoc Bogufalo episcopo et dicto Domanicio et presentibus eisdem; affuit eciam ibidem[x] et[y] prepositus dominorum[z] de Kazimirz[a, 3], ex parte cuius et conventus ipsius eandem[b] villam tenebat dictus Domanicz. Termini autem facti[c] sunt alicubi[d] congestione[e] terre in modum[f] monticulorum, alicubi in scissione arborum, que granicze[g] vulgariter nuncupantur. Eodem[h] anno Cunradus, filius quondam Henrici ducis Slezie, qui fuit occisus a Tartaris[i], timore fratris Boleslai secessit in Poloniam ad Premislonem ducem Polonie, generum suum; qui eum[k] benigne suscepit et honorifice pertractavit[l]. Tandem collecto exercitu suo dux Przemisl[m] et eciam fratris sui[n] Boleslai ducis Gneznensis edificavit et munivit[o] castrum Bytom[p, 4] et tradidit dicto sororio suo[q] Conrado. Cum autem idem[r] edificaretur, dux Przemisl sororium suum ducem Boleslaum captivavit et in vincula coniecit, eo quod fratri suo Conrado partem[s] terre denegabat, ymmo eciam eundem fraudulenter occidere nitebatur. Eodem[t] anno dux Przemisl eidem Conrado sororem suam dominam Salomeam dedit in uxorem. Actum in Poznan presentibus Fulcone archiepiscopo Gneznensi et Bogufalo episcopo Poznaniensi. Eodem anno comes Thoma[5] et filii ipsius Iohannes et Sandzivoy de captivitate sunt liberati per manus fideiussorum hac condicione, quod duci Premisloni bona fide sine fraude et dolo debeant servire.

1249. Iun. 24 25.

Anno Domini 1250, 4. Kal. Ianuar. mater domini ducis Premislonis Adviga[6] diem clausit extremum et est sepulta in ecclesia Gneznensi. Eodem[u] anno 14. Kal. Iunii[v] dux Premisl dominum[w] fratrem suum Boleslaum captivavit et omnes ipsius municiones occupavit, Gneznam videlicet[x], Nakel et[w] Uscze castra, ultro tradentibus ea[y]. Eodem anno[z] homines episcopales decimi et censini[a] condempnati fuerunt[b] auctoritate ducis Przemislonis domino Bogufalo episcopo Poznaniensi ducere ligna ad coquinam ipsius et ad pistrinum[c] et ad braxatorium[d] potus. Item[e] declaratum fuit per sentenciam[f], quod quilibet hominum eorundem tres magnos currus, qui dicuntur[g] gemini[h], feni[i] solvere

Dec. 29. 1249. Maii 19.

a) Sebestiani 4. 8. b) *deest* 4. c) *deest* 6. 8. d) Chr. mart. *des.* 4; Chrystofori 2. 3. 5. — martirum 6. 8. e) Allexi 4. f) et *add.* 4. g) *deest* 4. 5. 6. h) in anniversario *add.* 5. i) *uncis inclusa ex Chron. mai. Pol.; haec — obdormivit (l. 12) des.* 4; De obitu Boguphali episcopi predicti *praem.* 1. k) *deest* 2. 3. 6. l) feriam *add.* 3. 5. 8. m) *deest* 8. n) Czirzinna 6; Crzynna 8; Czirnelin 3. 5. o) *hoc capitulum in* 6 *ante praecedens legitur;* Rubrica de obitu Elizabeth matris Przemislonis 1. p) Elyzabeth 8; *deest* 2. q) fil. Sl. duc. 8. r) Domini *add.* 3. 6. 8. s) nomine M. 8; Modensz 2. t) *deest* 2. u) Wratȝ 1. v) nat. hum. 8. w) in Dom. *des.* 2. x) *hoc capitulum post a.* 1267. *legitur, ubi praemittitur:* De eleccione Petrziconis episcopi Poznanieñ 1. y) *ita* 1; superius *reliqui.* z) *add.* 1: et cet. Iam est eadem materia de predicta eleccione prefati P. descripta et plenissime notata in quinto sexterno a principio huius cronice computando, et sic directe incipit: De eleccione Petrziconis rubrica; ergo quod semel est scriptum quare deberet resumi? et causa istius hic scribere obmitto, quia ibi de verbo ad verbum stat, prout est gestum, et eciam multe materie bene sunt descripte que hic resumebantur. a) *uncis inclusa ex Chron. mai. Pol.* b) Scorew 1; Scorow 6. 8. Scorzew 2—5. c) est et moris 1; mos 2; fuit moris 4. d) dominus 8. e) Gneznā 1; Zneinum 2; Snyenam 4. f) alter episcopus *codd.* g) eleccio eius *add.* 8. h) deberet 2. 3. 5. i) quod 8. k) *deest* 4; quod 1. 2, *reliqui.* l) *deest* 8. m) N. *add.* 1. 6. 8. n) Ungarꝛ 1. o) igitur *add.* 6. 8. p) Falantam 6; Phalantam 8. q) nat. et condic. 4. r) ignorabat 4. s) patebit 2. 3. 5. t) hoc *add.* 2. 3. 5. u) *deest* 2. 3. 5. v) Veszconis 6. 8. w) N. *add.* 1. x) confirmare 1. 6. 8. y) Pietrzycus 2. 3. 5; Petrzycus 8. z) *deest* 2. a) eleccioni 6. 8. b) insistere 4. c) dominum 4. 6. 8. d) Falantam *saepe* 6. 8; *alibi* Falantha 6. 8, Fallantha 6, Fallanta 8. e) N. *add.* 1. 8. f) *deest codd., add. Bielowski.* g) eciám 2. 3; eleccionem 5. 8. h) domino *add.* 4. i) archiepiscopus 1. k) *ita* 1. 2. 4; consecrare *reliqui.* l) *ita* 1. 2. 4; habet *reliqui.*

1) Legendum est Cirlinna, melius Cirnelinna, hodie Cerlejno apud Kostrzyn sita, villa capituli Posnaniensis v. Pawiński, 'Polska XVI. wieku' I, 1883, p. 9. 2) Modrze inter Stęszewo et Czempin. 3) Immo a. 1268, Mai. 30; Grünhagen, 'Reg.' II, p. 169. 4) Skorzewo villa prope Posnaniam versus occidentem sita. 5) Znin. 6) A. 1262, Apr. 26. testis occurrit, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 396. 7) A. 1269, Iul. 2. et 1278. inter testes occurrit, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 439. et 478. 8) A. 1252, Iun. 4. — 1284, Iun. 28, l. l. nr. 599. et 540.

1265. faciebat, ut Falentam intruderet. Considerans dominus Iohannes decanus, quod archiepiscopus malignatur ecclesie Poznaniensi, eodem die prorupit in appellacionem a[a] prefato domino archiepiscopo[b] ad dominum papam. Et facta appellacione in Gnezna in quatuor Febr. 28. temporibus, hoc est Intret, premisit dictum[c] Iohannem archidiaconum electum cum domino scolastico Petro[d] et cum Miroslao canonico[1] ad curiam Romanam. Et cum ibi processissent curiam[e], dictus[f] archiepiscopus intrusit sepe nominatum[g] Falentam in episcopatum Poznaniensem. Et cum vellet eum consecrare[h] in episcopum in Pisdri[i, 2], capitulum misit quendam vicarium nomine Benedictum, qui cognominabatur Collecta[k], ad appellandum, ne ipsum in episcopum consecraret. Dictus vero[l] archiepiscopus pro nichilo reputans appellacionem factam ad papam fecit trahi et male tractari dictum vicarium et sacerdotem. Et[m] sic contempta appellacione et irregularitate ligata ipsum consecravit in episcopum. Quem[n] credo esse[o] male consecratum[p]. Iohannes[q] decanus[r] nolens sustinere iniuriam ecclesie sue[s] secutus fuit prefatum Iohannem[t] archidiaconum electum; ad[u] curiam[v] venientes coram domino papa Clemente[w] quarto, coram ipso[x] proposuerunt de negocio ecclesie. Videns dominus papa, quod fuerat facta iniuria Poznaniensi[y] ecclesie per intrusionem[z] dicti[a] Falente, quod fecerat archiepiscopus contra iura et contra constitucionem[b] domini pape[c] Allexandri quarti, nec habebat ius providendi alicui[d] ecclesie, nisi in solo casu negligencie, dedit eis[e] litteras ad dominum Thomam episcopum[f] Wratislaviensem[g] citatorias contra Falentam[h] intrusum. Et cum rediissent de curia[i] cum litteris predictis Iohannes decanus, dominus[k] scolasticus Petrus, Miroslaus[l] canonicus[m], ipsum citaverunt ad curiam. Sed quia dominus Miroslaus, qui debebat citacionem factam per[n] Thomam[k] episcopum Wratislaviensem[g] deferre domino pape, per quosdam Polonos milites fuit[o] occisus, et sic negocium ecclesie negligebatur. Sed dominus Iohannes decanus et[p] Petrus scolasticus et alii fratres canonici habito consilio miserunt me Glodslaum[p*] custodem eiusdem ecclesie, Basconem[q] cognomine, cum litteris domini[r] episcopi Wratislaviensis ad curiam. Et cum pervenissem[s] ad curiam[s*], venit eciam post me et[t] dictus Falenta. Et cum essemus constituti[u] in presencia domini pape, prefatus Falenta exhibuit litteras sue provisionis. Sed dominus papa visis et perlectis ipsius litteris[v] invenit ipsum male tenere episcopatum Poznaniensem. Ipse[w] sicut iustus[w*] iudex ad instanciam dicti[p] Iohannis archidiaconi et[w*] electi et ad instanciam[x] meam secundum iura ab episcopatu Poznaniensi amovit prefatum Falentam. Videns eciam dominus Iohannes[w*] archidiaconus et electus[y], quod differebatur negocium sue confirmacionis[z], et ex hoc generabatur non modicum ecclesie periculum, ius, quodcunque habebat in sua 1267 eleccione, domino pape renuncciavit. Dominus vero papa, cum ius conferendi habebat, magistro Nicolao capellano suo, qui tunc erat pro canonisacione beate Hedvigis Poloniam[a] missus, episcopatum Poznaniensem contulit et ipsum in Viterbio[b, 3] in[c] episcopum[d] consecravit].

1266. Item[e] anno Domini 1266, cum perscirent[f] marchiones, quod castrum Santok esset per dominum Boleslaum ducem[g] Polonie occupatum, venerunt cum suo exercitu et vallaverunt idem castrum cum militibus dicti Boleslai[h]. Timens dux[i] Boleslaus, ne milites sui

a) *deest* 1. 2. b) *sequuntur duo puncta* 1. c) dominum *add.* 8. d) Petro scol. 4. 6. 8. e) *deest* 4. f) *sequuntur duo puncta* 1; dominus *add.* 6. g) sepedictum 4. h) consecrari 2. 3. 4. 5. i) piszdri 1; Pysdri 2. 3. 5. k) Collenta 2; *deest* 8. l) dominus *add.* 2—5; Dictus n arch. 1. m) Et — ligata *des.* 4. n) Quem — cons. *des.* 4. o) *ita* 1; male esse *reliqui.* p) tractatum 6. 8. q) Hiis, Hys, Is *praemittunt codd. praeter* 6. 8. r) auditis *add.* 4. s) *deest* 8; in. ecc. sue sust. 4. t) *deest* 2. 3. 5. u) et ad 4. v) Romanam *add.* 5. 8. w) Clem. papa 4. x) cor. ip. *des.* 2. y) eccl. Pozn. 4. z) intrusorem 8. a) predicti Falanthe 6. 8. b) institutionem 4. c) Alex. pape 4. 6. 8. d) alicuius 6. 8. e) ei 2. f) ep. Th. 1. g) Wratẜ 1. h) dominum *add.* 8. i) Romana *add.* 5. 8. k) *deest* 4. 6. l) et Mir. 4. 6. 8. m) canonici 2. 3. 5. 8. n) dominum *add.* 6. 8. o) *deest* 4; occisus fuit 8. p) *deest* 2. 3. 5. p*, Glodislaum 8. q) Basceonem 1; Bastconem 4; Bostronem 6, 8. r) pape *add.* 6. 8. s) venissem 4. 6. 8. s*) Romanam *add.* 5. 8. t) eciam et post 4. u) *deest* 6. 8. v) eius litt. 2; litt. ips. 8. w) Ipse — Poznan. *des.* 8. w*) *deest* 4. x) ad inst. *des.* 4. y) el. et arch. 2. 3. 5. 6. z) confirm. sue 8. a) per Pol. 6. 8. b) Witerbio 8. c) *deest* 2. d) Poznaniensem *add.* 5. 6. 8 (consecr. Poznan. 6). e) *haec* — est destructum (*p.* 465, *l.* 2) *des.* 2. 3; cedente *add.* 5. f) ꝑscirent 1. g) per ducem Bol. (dom. *deest*) 8. h) B. 1. 4. i) *deest* 4.

1) Neuter in chartis occurrit. 2) Hodie Peisern (Pyzdri). 3) Viterbii curia a 30. die Apr. 1266. usque ad mortem Clementis 29. Nov. 1268. steterat; 1267, Maii 22. Nicolao episcopatus Posnaniensis traditus est, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 425.

per aliquem[a] modum occuparentur et[b] occiderentur in castro, facta pace[c] tradidit predictum castrum[d] ad destruendum, quod mox est destructum.

[Eodem[e] quoque[f] anno Prutheni cum aliis gentibus paganicis terram Plocensem intrantes residuitatem terre eiusdem totaliter devastaverunt[g]].

Item[h] anno Domini 1267. circa festum sancti Michaelis venerabilis et[i] sanctissimus in Christo pater dominus Clemens papa quartus transiit ad Christum[k] de hoc mundo seu[l] clausit suum diem vite huius extremum[m, 1]. Item eodem anno[n] ecclesia Poznaniensis summa miserabiliter fuit consumpta per ignem; sed per graciam Dei non habuit dampnum nisi in solis gloriosis campanis, quales non credo habuisse mundum[o]. Item eodem anno dominus[p] dux Boleslaus[q] edificavit castrum Dupin[r, 2] in villa comitis cuiusdam[s] Scedrici. Item[t] sub anno Domini 1267. idem dux aliud[u] castrum edificavit Neslus[v, 3] in villa Gnevomiri[w], filii Trzebeslai[x].

Sept. 29.

[Item[y] anno Domini 1268, cum Petrus Pomoranus canonicus Poznaniensis ecclesie[z] a Dobrogostio de Nagrodonicz[a] coram Nicolao episcopo Poznaniensi decimam predialem repeteret, et terminus ad audiendam[b] sentenciam diffinitivam fuisset assignatus, Sulislaus, Dobrogostii filius, prefatum canonicum in cimiterio ecclesie[c] in Cirznelino[d] in processione[e] transeuntem nepharie occidit. Et ob hoc prefatus Dobrogostius et sua progenies ad prestacionem decime more rusticano fuerunt[f] perpetuo condempnati].

Item sub anno[g] Domini 1268. idem dux edificavit castrum in terra Rudensi super[h] Przosnam[i] et imposuit sibi nomen Boleslawecz[k, 4]. Item anno quo supra[l] serenissimus princeps et dominus[m] dominus Kazimirus[n] dux Cuyavie et Lancicie decessit[o]. Item[p] anno[q] predicto Petricus[r] prepositus obiit infra festum pasche.

Apr. 8.

Item[s] anno Domini 1269.[t] Otto[u], filius Ottonis marchionis de Brandeburg[v], post obitum patris sui edificavit sibi[w] castrum in metis Polonie inter Lubus[x] et Medzirzecz[y] in Sulencz[5] tollerante nobili viro domino[z] Boleslao duce Polonie.

[Anno[a] quoque eodem quidam Teodricus[b] Pruthenus baptisatus Bidgostiam[c, 6] castrum Semomislii[d] tradidit Boleslao pio duci Polonie.

Codd. 1. 6. 8.	*Cod.* 4.
Et rememorans se huiusmodi prodicionem commisisse, peciit famulum suum proprium[e], ut ipsum decollaret; qui recepto gladio ipsum[f] protinus decollavit.	Postea vero recordatus, quod male egisset et huiusmodi proditionem commisisset, petiit famulum suum, ut ipsum tamquam proditorem decollaret, ut amplius non viveret. Qui recepto gladio suo statim ipsum decollavit. Et sic vitam suam male terminavit etc.

Anno[g] denique predicto primates terre Cuyavie cernentes, quod Semomisl[h] dux eorum

a) alienum 5. 6. 8. b) seu 4. c) predicta *add.* 5. 6. d) castr. predict. 8. e) *uncis inclusa ex Chron. mai. Pol.* f) *ita* 1. 4; namque *ceteri.* g) Eodem anno *add.* 2. h) *haec — extremum des.* 2. 3. 4; Item de eleccione Pyetrziconis in episcopum Poznaniensem habetur supra circa obitum Przemislonis 4. i) ven. et *des.* 6. 8. k) dominum 1. l) et 6. 8; seu — extremum *des.* 5. m) d. cl. extr. 8; suum *et* vite huius *des.* 6. 8; *hic sequitur capit.* De eleccione Petrziconis (*p.* 463) 1. n) videlicet 1267. *add.* 2. o) mund. hab. 6. 8; Sequitur aliud *add.* 1. p) *deest* 4. q) Bol. dux 8. r) Dubyn seu Dupyn 5; Dupyn 2. s) cuiusd. com. 4. — Stedrici 2; Sedrici 5; Sodrici 6. 8; nomine *add.* 8. t) Item eodem anno 2. 4. 5; Item sub anno D. etc. septimo 6. u) id. d. al. *des.* 4. v) Neluz 2; Nyeslus 4; Neslusz 5. w) Gnyewomiri 2. x) Trzebaslai 6. y) *uncis inclusa ex Chron. mai. Pol.* z) *deest* 8; eccl. Pozn. 4. a) Naggrod. 1; Nagrodnycz 2. 3. 5; Nagroddnicz 8. b) audiendum 8. c) *deest* 8. d) *ita* 1. 2; Cirlenino 4; Czirnelino *reliqui.* e) processionem 2. f) fuerant 1; fuerat p. condempnatus 4. g) anno etc. VIII. 1. 2; Item anno etc. 4. 8. h) in Rudensi et Pr. (terra *deest*) 8. i) *ita* 1. 4. 5; Prosznam 2; Prosnam *alii.* k) Boleslavyecz 2; Boleslawyecz 6. l) It. an. supradicto ser. 4; It. a. Dni. mill. CCLXVIII. 2. m) et dom. *des.* 4; dom. et dom. K. 8. n) Cazimirus 2. o) *hoc loco sequuntur verba de morte regis Premislai, infra collocanda* 1. 2. 3. 4. 6. 8. p) Item — pasche *des.* 2. 3; De morte Petri Pomorani canonici Poznaniensis est supra premissum. Item de morte domine Salomee ducisse Glogovie est premissum, quia eodem anno obiit, cuius vita est superius descripta plenissime *add.* 1; Item de morte Salomee virginis est superius descriptum et de vita ipsius laudabili *add.* 4; De morte autem Petri Pomorani canonici Poznaniensis est iam supradictum *add.* 6. 8. q) pred. anno 4. 5; eodem a. 6. 8. r) Petrus 6. 8. s) Item — Polonie (*l.* 25) *des.* 2. 3. 4. t) 1299. 5. u) Ottho *saepe* 6. 8. v) *ita* 1. 8; Brandenburg 5. 6. w) *deest* 1. x) *ita* 1; lubusz *ceteri.* y) Medzyrzecz 8. z) inclito domino 6. 8. a) *uncis inclusa ex Chron. mai. Pol.;* Rubrica de prodicione castri Bydgoscza *praem.* 1. b) Theodoricus 2. 3. 5. c) Bydgostiam 2. 3. 5. 8. d) Semomisli 1; Semomislai 4; Szemomislii 8. e) seu propr. 6. f) statim seu *add.* 1. g) Rubrica. Quare Cuyavite suo duci obedienciam recusarunt *praem.* 1. h) Szemomisl 8; Zemomisl 2. 3. 5.

1) Immo a. 1268, Nov. 29. 2) Dupin ad fluvium Orlam inter Militsch et Kröben situm. 3) Nieslusz prope Konin versus septentrionem situm. 4) Boleslawiec prope Wielun in confinio Silesiensi situm. 5) Hodie Zielenzig. 6) Bromberg.

1269. ipsis spretis fratrum[a] barbatorum interim consiliis utebatur, eorum[b] in omnibus sequens favores, adheserunt Boleslao duci[c] Polonie. Semomisl[d] vero se tam confuse[e] derelictum prospiciens[f], Boleslao duci Polonie[g] nobile[h] castrum Cruszviciense[i] dono assignavit, ut ipsius industrioso[k] favore milicie Cuiavie[l] reconciliatus[m] ipsos ad sue obediencie[n] gremium revocaret.] 5

Sept. 29. Item[o] anno prenotato[p] dux Boleslaus pius circa festum sancti Michaelis munivit de plancis[q] civitatem suam Medzirzecz[r]. [Et[s] priusquam[t] fuisset circumdata fossatis, Otto, Ottonis marchionis predicti filius, ex inproviso veniens ipsam expugnavit. Et castrum expugnare non valens ipsum[u] exussit. Et preda civitatis magnifice ditatus ad propria rediit

Dec. 12. letabundus. Anno itaque prefato in vigilia[v] beate Lucie Boleslaus Pius[w] dux Polonie 10 sepefatus[x] castellaniam Lubucensem[y] potenter subintrans[z] ipsam incendio et rapinis tota-

Dec. 13. liter devastavit et in crastino ad castrum Sulencz[a] rediens ipsum viriliter impugnavit[b]. Ad quod sui milites animose aggredientes igne apposito idem castrum succenderunt, in quo castellanum[c] nomine Sabel cum sua gente captivaverunt[d]. Et sic equis et armis ac preda[e] nimia sufficienter[f] ditati[g], Deo gratias agentes[h], leti ad propria redierunt]. 15

Febr. 2. Item[i] anno Domini 1270. circa purificacionem beate virginis[k] Marie Otto, filius Ottonis marchionis, cum fratribus suis edificavit castrum Santok circa ecclesiam sancti Andree apostoli[l] absente[m] domino Boleslao duce Polonie, iverat enim illa[n] hora in terram Craco-

Mart. 12. viensem. Item anno supradicto[o] dux Boleslaus circa festum sancti Gregorii edificavit castrum suum Drdzen. Item eodem anno dux Wladislaus, filius condam Henrici ducis 20 Slezie, qui fuit occisus per Thartaros, existens archiepiscopus Salzburgensis in crastino

Apr. 24. beati Adalberti in suo archiepiscopatu[p] ex hoc mundo migravit ad Christum. Item

Dec. 17. eodem anno ante natale[q] Domini 8 diebus Theutonici[r] occupaverunt castrum Drdzen satis optimum[s].

Item[t] anno Domini 1271. dux Boleslaus collecto maximo exercitu tantummodo[u] de 25 sua terra et de una parte Cuyavie, quam tunc[v] regebat, intravit terras[w] de castellania de Santok[x], quam tenebat Otto[y], marchionis[z] Ottonis filius, locatam iure Theutonico, ipsam horribiliter destruxit spoliando, comburendo, anichilando, civitates[a] expugnando. In qua terra secure[b] tribus pernoctavit noctibus et cum magna preda sanus et illesus ad propria remeavit. Item[c] anno predicto[d] castrum Crusvicia[e] comburritur de voluntate domini 30 Boleslai ducis Polonie[f].

Anno[g] itaque Domini 1271. discordantibus gloriosis principibus et ducibus Pomoranie[h.1], rehabito a fratre suo Warcislao[i] castro nobilissimo et firmissimo, ymmo inexpugnabili[k] secundum opinionem omnium[l] hominum, quod dicitur Gdansk[2], et civitate ibidem fundata et plantata et[m] fortissimis[n] fossatis vallata[o], turbato animo suo, pro eo quod 35

a) fratrem 8; *deest* 4. b) eorum utebatur 1. 2. 6. 8. c) duci Bol. 4. 6. 8. d) Szemomisl 8; Zemomisl 2. 3. 5. e) tam conf. se 8. f) conspiciens 4. 8. g) Plocensi 4. h) *deest* 8. i) Cruschviciense 6. 8. k) industria favori 3. 5. 6. 8; industr. — reconc. *des.* 2. l) Cuyavie 4. 8. m) reconciliatos 3. 5. n) *ita* 1. 4. 6. 8; gr. ob. 2. 3. 5. o) De devastacione urbis Medzirzecz per Ottonem et de devastacione et expugnacione castri Sulencz per pium ducem Boleslaum rubrica *praem.* 1; Item de devastacione urbis Medzirzecz per Ottonem et de expugnacione 40 castri Sulencz per Boleslaum supra est descriptum. Item de edificacione Santok eciam supra continetur *add.* 4; Medzirzecz etc. iam est supra descriptum plane *add.* 6; *haec* — letabundus *des.* 2. 3. p) Domini 1269. 8. q) *ita* 1; blancis *reliqui.* r) et cet. Iam est supra descriptum plene de ambobus factis in aliis sexternis, et ergo videbis rubricam similiter notam *add.* 1. s) *uncis inclusa ex Chron. mai. Pol.* t) postquam 2. u) ipsam 4. v) vigila 6. w) *deest* 2. 3. 5. x) *deest* 4. y) Landensem 6. 8. z) subintravit 6. 8. a) Szulencz 8. b) expugnavit 2. 3. 5. 45 c) castellaniā 1. d) captivavit 6. 8. e) arm. eq. et preda 6. 8. f) sunt *add.* 6. 8. g) dotati 4. h) Deo gr ag. *des.* 4. i) *sequentia* — satis optimum (*l.* 24) *des.* 2. 3. 4. k) *ita* 1; Marie virg. 5. 6. 8. l) circa ecc. s. Andr. ap. ed. castr. Santok cum fr. suis 6. 8. m) abs. — Polonie *des.* 5. 6. 8. n) Iverat enim dux Bol. in terram Cracovie tunc temporis et sic fuit absens 5. 6. 8. o) supradicto scripto, dicto *del.* 1; anno eodem 6; eodem an. 8. p) Salczburgensi *add.* 8. q) natał 1; natalem 5. r) occup. Theut. (Theutunici 6. 8) 5. 6. 8. s) et cet. *add.* 1. 50 t) Sequitur de devastacione Santocensi *praem.* 1; De vastacione terre Santhocensis *praem.* 4; *sequentia* — prebere auxilium (*p.* 467, *l.* 23) *des.* 2. 3. u) tantum 5. 6. 8. v) tum 4. 6; quam tunc reg. *des.* 5. w) terram 4. 6. 8. x) cast. Santok 6. 8. y) *deest* 6. 8. z) Ott. m. 5. 6. 8. a) destruendo *add.* 5. b) tribus secure 4; pern. tr. noct. 8. c) Item — Polonie *des.* 4. d) eodem dicto 8. e) Crusũa 1; Cruschvicia 6; Cruszvicza 8. f) et cet. *add.* 1. g) Rubrica de discordia inter Varcislaum et Mstivionem duces Pomoranie sequitur sic *praem.* 1; De discordia 55 inter Warcislaum et Msczuyonem duces Pomeranie *praem.* 4. h) Pomeranie *saepe* 8. i) Varcislao 4. k) expũgnabili 1. l) *deest* 4. m) atque 6. 8. n) firmissimis 5. o) vallatis 4.

1) Mestwinus II. et Wartislaus II. duces Pomeraniae orientalis, filii Swantepolci, qui a. 1266, Ian. 11. mortuus est. 2) Danzig.

frater suus Warcislaus ipsum Msciwionem[a] tenuerat[b] captivum, captum et traditum ei per suos barones; idem[1] castrum Gdansk et[c] civitatem tradidit[d] marchioni domino Conrado, filio condam Iohannis marchionis de Brandburg[e], ut sibi preberet auxilium[2], ne frater suus dominus[d] Warcislaus[f] dominaretur in terra Pomoranie. Prenominatus vero Warcislaus[g] dux volens[h] cum suis Pomoranis, qui sibi adheserant, — volens[d] attemptare et requirere[i] Gdansk vel[k] alia castra terre sue intravit castrum Wissegrod[l, 3]; ibi cadens in egritudinem mortuus est et sepultus[m] in iuniori[n] Wladislavia apud fratres Minores. Videns hoc[o] Msciwius[p], quod erat orbatus fratre suo domino W[arcislao[q]] et sperabat se iam [pacifice[r] et] secure[s] regnare in terra Pomoranie, voluit intrare castrum suum et civitatem Gdansk. Non[t] fuit permissus intrare[u] per Theutonicos, qui custodiebant idem castrum et civitatem nomine Conradi[v] marchionis. Considerans prefatus dux M[sciwius[w]] tantam iniuriam et perfidiam Theutonicorum, qui non permittebant eum regnare et dominari in propria hereditate, convocata terra sua tota, vallavit diligenti[x] custodia dictum[d] castrum et civitatem, ne plures Theutonici intrarent ad custodiendum et defendendum predictas municiones. Sed cum eas occupare non possent, Pomorani consilium dederunt suo[y] duci domino[z] M[sciwio], quod se committeret Boleslao domino[a] duci Polonie, fratri suo amitivo[b, 4], qui tunc[c] regebatur sapiencia miliciaque potenti. Qui veniens ad ipsum impetravit consilium et auxilium a fratre suo contra eosdem Theutonicos, qui suas municiones detinebant. Eciam magis cupiens, quod[d] dictus dominus Boleslaus[e] possideret[f] terram Pomoranie[g], quam Theutonici[h] ipsam occuparent[i] violenter, maxime cum predictus dux M[sciwius[k]] prolem[5] non haberet. Dux vero Boleslaus sicut dux modestus, homo et[l] compaciens ac pius, fratri suo de tanta iniuria, quam paciebatur[m] a Theutonicis, licet offenderit eum aliquando, tamen motus carnali pietate, victa malicia in bonitate promisit sibi prebere auxilium. *1271.*

Item[n] sub[o] anno Domini 1272. dominus Boleslaus dux strennuus et potens in milicia nobili[p] et potenti, filius[q] condam ducis Wladislai[r], filii condam ducis[s] Odonis, collecto aliquantulo exercitu, non[t] ea multitudine, quam[u] consuevit contra[v] alias terras educere[w], quia sciebat, quod cum exercitu, quem convocaverat[x], secure poterat intrare terram Pomoranie[y]. Quam intrans inter epifaniam et purificacionem virginis[z] gloriose acceleravit[a] et circumdedit cum suis Polonis et Pomoranis, nullis instrumentis adhibitis[b] nisi clipeis[c] et cratibus et aliquibus paucis[d] et parvulis instrumentis ad munimen[e] aptis contra Theutonicos[f], qui erant in Gdansk, apposito forti[g] igne, ipsos contra omnium hominum opinionem occupavit et castrum expugnavit[6] et Theutonicos fere omnes quotquot[h] erant ibi occidit preter paucos[i], qui confugerant in[k] quandam turrim, qui sibi vitam obtinuerunt[l], tamen in captivitatem redacti sunt[m] et tenti[n] per ducem[o] Msciwionem[p]. Et sic Domino adiuvante dominus[q] dux Boleslaus cum triumpho et honore sanus[r], paucis militibus perditis[s] et vulneratis ad propria est reversus, et non fuit[t] opus nisi Dei omnipotentis, qui *1272. Ian. 6.—Febr. 2.*

a) Mszuyonem 4; Msczuyonem 5; Maczuionem 6; Msczywgonem 8. b) tenebat 5. 6. 8. c) et civ. *des.* 5. 6. 8. d) *deest* 4. e) march. Brandeburgensis 4. f) W. 1; Wladislaus 6. 8. g) dux War. 8. h) *deest* 5. 8, *in* 6 *deletum.* i) inquirere 6. k) et 4. 5. l) Wyssegrod 4; Wischegrad 6; Wissegrad 8. m) est *add.* 5. 6. 8. n) iuni 8; in monwlad[a] 1. o) dux *add.* 4. p) Mszuyus 4; Msczuy 5 *semper;* Msciw 6; Msczywg 8. q) W. 1; V. 4. 6. r) pac. et *des.* 1. 4, *ubi* iam se. s) *bis scr.* 4; secu[illegible] 1. t) et non 5. 6. 8. u) *deest* 5. 6. 8. v) march. Conr. 5; nom. march. Cunr. civitatem 6. 8. w) dux *deest* 4; M. dux 6; Msczywg dux 8; M. 1. 4. x) *bis scr.* 4. y) ded. cons. duci 6. 8. z) *deest* 6. 8. M. 1. 4; Msczywg 8. a) domino Bol. 6; domino *deest* 4. 5. 8. b) amitali 4. c) *bis scr.* 8. d) cupiensque ut 8. e) dux Polonie *add.* 8. f) possiderat 4; totam *add.* 8. g) poss. Pomeraniam 4. h) qui *add.* 8. i) occupaverant 8. k) M. 1. 6; Msczywg 8. l) et *deest* 5. 6. 8; et paciens 4. m) iniuria compaciebatur illata 6. 8; iniuria compaciens prom. aux. contra Theutunicos prebere licet ipsum pluries offenderat 4; offend[t] 1. n) Sequitur aliud capitulum *praem.* 1; 9 *incipit.* o) *deest* 4. 8. p) nob. — Odonis *des.* 4. q) filio 5. 8. r) Wl. duc. 2. s) *deest* 2. 9. t) *deest* 1. u) qua 6. 8. v) erga 2; ad 6. 8. w) adducere 6. 8. x) evocaverat 2; convocaret 6. 8. y) Pomeranie 3. z) beate virg. Marie gl. 4; virg. Marie gl. 9. a) accelerat 6; acceleravit — Pomeranis *des.* 9. b) adhibitis instrumentis 9. c) clipeus 4. d) parvis 1. — ac 3. 5. 9. e) instr. munimine 9. f) c. Th. *bis* 4. g) forte 1. h) *ita* 2. 4; quotque 1; quotcunque 3. 9; qui ibidem erant 5. 6. 8. i) preter paucos occisit 9. k) confugerunt ad 8. l) obtinuerant vitam 8. m) sunt red. 2. n) detenti 4. o) dominum 8. p) Msczuyonem 2. 4. 5; Msciwionem 6; Msczywgonem 8. q) *deest* 4. 8. r) cum *add.* 8. s) occisis 9. t) eius *add.* 8.

1) Scilicet Mestwinus. 2) 'Pommerell. Urkundenbuch' (1882) nr. 250. 3) Apud Fordon in ripa Vistulae situm. 4) Mater Boleslai, Hadvigis, soror Swantepolci patris Mestwini fuerat. 5) A. 1271. et filia Catharina et pueri, quorum nomina non traduntur, Mestwini inter vivos erant. 6) Ante Febr. 10, quo die Gedanenses iam Mestwino iterum subiecti sunt; 'Pommerell. Urkundenbuch' nr. 251.

1272. semper dignatus[a] est iuvare[b] dictum dominum Boleslaum ducem Polonie et semper iuvit[c] eum[d], ubicunque pugnaverat[e] pro iusticia. Item[f] anno premisso sexto[g] Kalendas Iunii (Maii 27.) nobilis[h] puer domnicellus[i] Przemisl, filius ducis Przemislonis, 16. etatis sue anno de mandato[k] et voluntate nobilis viri patrui sui domini Boleslai ducis Polonie[l], qui tunc Poloniam totam[m] regebat, collecta milicia Polonie[n] cum comite Przetpelkone[o] palatino Polonie[n. 1] et comite Iancone[p] castellano Kalisiensi[q. 2], qui tunc maiores et seniores[r] in illa milicia erant, intravit[s] armata manu[t] terram[u] ultra Drdzen[v], quam pater suus Przemisl[n] tradiderat marchioni domino Conrado, filio marchionis Iohannis[w] Brandburgensis[x] seu de Brandburg, pro dote filie sue[3]. Sed cum vellet spoliare terram predictam[y], appropinquavit[z] cuidam castello, quod fabricaverat[a] idem Conradus in prefata[b] terra in quadam villa, que Strzelci[c. 4] dicitur[d]; milites sui sicut[e] probi et audaces sine omni instrumento ad idem[f] castrum accesserunt cum igne impetuose[g] et in brevi idem castrum acquisiverunt[h] et fere quotquot erant[i] gladio occiderunt preter paucos, quos captivos[k] a predicto[l] domnicello[m] cum difficultate milites obtinuerunt[n]. Et cum redirent ad propria[o] et iam essent[p] in castro[q] Velen[r. 5], datum est sibi[s] scire, quod pauci essent in castro[t] Drdzen[u] Theutonici[v], quod tenebant[w] occupatum per violenciam. Iam enim eiusdem castri aditus[x] porte erat occupatus per quosdam Kasszubitas[y], qui serviebant duci Boleslao[z], qui ad idem castrum navigio venerant[a] et unam portam succenderant[b]. Cum idem domnicellus[c] tales rumores perciperet[d] et[e] conciperet, mandavit revocari[f] milites, qui iam ab eo[g] recesserant, et alii cum eo adhuc[h] erant, accessit ad[i] idem castrum. Et cum idem milites et populus inciperent[k] aptare instrumenta, Theutonici nimium propter hoc[l] timentes, ne eisdem[m] idem contingeret[n], quod de[o] aliis contigit[p] in Strzelecz[q], dextras pecierunt et obtentis dextris idem castrum (Maii 31.) sine omni labore et effusione sanguinis[r] eidem domnicello[s] tercia feria in die rogacionum[t] tradiderunt prefatum castrum[u]; et posita[v] bona custodia in eodem castro[w] ad propria remeavit cum honore et triumpho[x].

1273. Item[y] sub[z] anno Domini 1273. domnicellus[a] nobilis Przemisl puer[b], filius condam ducis Przemislonis[c], intravit in[d] terram Slavie[e] ducis Barnime[f], ut videret domnicellam[g] filiam cuiusdam ducis[h] nomine[i] Henrici de Viscimirzcz[k. 6], que erat nata de filia[7] ducis Barnime[l], et ob hoc idem dux[m] ipsam tenebat[n] penes se[o], quia sibi attinebat. Et cum eam videret[p], complacuit ei[q] persona, et ibidem[r] sibi in terra prefati ducis Barnime[s] in

a) dignatus — semper *des.* 8. b) munire 6. c) iuvavit 3. 5. 9; munivit 6. 8. d) *deest* 8. e) pugnavit 2. 6. 8. f) Sequitur aliud capitulum *praem.* 1. g) *deest* 4; Anno eodem VI. 9. h) *deest* 8; illustris 9. i) dn̄icellus 1. 8; domincellus 4; *deest* 9. k) vol. et mand. 4; voluntate et vol. 9. l) nob. v. dom. Bol. ducis Pol. pat. sui 6. 8. m) tot. Pol. 6. 8; reg. tot. Pol. 9. n) *deest* 9. o) *ita* 1; Przedpelcone 2. 3. 4; Przethpelkone 5. 6; Przethpelcone 8. 9. p) Iankone 2. 4. 9. q) Calisiensi 2; Kalissiensi 4. 8; cast. Kal. *des.* 9. r) maiores omnes (et sen. *des.*) 9. s) mil. intraverunt 9. t) manu armata 6. 8. 9. u) *deest* 2. v) Drzdzen 4. w) Ioh. march. 8. x) Brandeburgensis 4. 6; Br. seu *des.* 9; s. de Br. *des.* 4; Brandeburg 6. 8. y) dictam terram 6; ter. dictam 9; pred. ter. 8. z) apropiavit 1. a) construxerat 4; castro q. idem Cunr. fabr. 9. b) predicta 6. 8. 9. c) Strzelcz 2; Strzelcze 4. 5. 6. 8. 9. d) vocantur 9. e) tanquam audaces et probi 9. f) id 2. g) *ita* 1. 2; impetuoso *reliqui.* h) acquisierunt 4. 6. 8. i) fuerunt 6. 8; ibidem erant 5. k) capt. pauc. quos 8; capt. quos 9. l) prefato 2. m) dn̄icell. *semper* 1. 8; domincell. *semper* 4. n) obt. mil. cum diff. 2; mil. cum magna diff. a pred. Premisl obt. 9. o) et cum ad propria redierunt 9. p) esset 1. 6. 8. q) in castro *des.* 2. r) Welen 2; Bolen 5. 6. 8. s) ei 4. t) in c. *des.* 6. 8; c. *deest* 9. u) Drzzen 4. v) Teotunici *saepe* 2. w) tenebatur 3. 5. 6. 8. x) aditus eiusdem castri 9. y) Cassubitas 2. 8; Kassubitas 4; Casszubitas 6. z) domino B. 9. a) venerunt 8; convenerant 9. b) succenderunt 8; succendebant (portam *deest*) 9. c) cum dictus Premisl rumores 9. d) perceperat 4; percipiebat 9. e) et — recess. *des.* 4. f) revocare 3—9; milites revocare 9. g) ea 1; a vico 6. 8. h) adhuc cum eo 2. 4; et adhuc alii cum eo 9. i) unde accessit idem 9. k) inciperit 4. l) pr. hoc *des.* 8; pr. hoc nim. 9. m) ipsis 9. n) contigeret 1. 3. 5; contingerit 9. o) *deest* 8. 9. p) contingit 1. q) Strzelcz 2; Solecz 4; Strzelcze 5. 9. r) sang. eff. 9. s) dicto Przemisl 9. t) in die rog. *des.* 2. u) pr. c. *des.* 5. v) posito 5. w) Drdzen *add.* 9. x) tr. et hon. 8; c. hon. et tr. rem. 9. y) Sequitur alia res in hec verba *praem.* 1. z) sub *deest* 4; It. sub *des.* 9. a) d. nob. 1. 2; nob. d. *reliqui;* Item Prz. 9. b) *deest* 5. 6. 8. c) *ita* 1. 4. 8; Premislonis 2; Przemislii 6; Premislii *ceteri.* d) *deest* 9. e) Slawonie 5; Slawie 6. 8. f) Barrumye 2; Barinnie 8; d. B. *des.* 6. g) domincellam *semper* 4. h) duc. eiusd. 8. i) nomine — ducis *des.* 6. 8. k) Vysczymurzcz 2; Vistimniziz 4; Visthinnrzs 5; Visczmurz 9. l) Barunne 2; Barinnie 8. m) idem dux *des.* 9. n) *deest* 4. o) eam 4; penes se *des.* 9. p) vidisset 9. q) et 1; sibi 8. 9; ei pers. *des.* 4. r) idem 5. — sibi *deest* 2. 9. s) B. 1. 4. 6. 8. 9.

1) Przedpolcus palatinus Posnaniensis a. 1253, Maii 7. — 1273, Aug. 22. in diplomatibus occurrit, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 310. et nr. 451. 2) A. 1253, Maii 15 — 1273, Aug. 22, l. l. nr. 313. et nr. 451. 3) Constantiae, quam patruus eius, non pater, cum dote dederat Conrado; cf. supra a. 1260, p. 460. 4) Fortasse Schüttenberg prope Woldenberg. 5) Hodie Filehne. 6) Henricus dux Megalopolis, qui Wismariae habitare solebat, a. 1264—1302. 7) Anastasia.

1273. civitate Szeczin[a,1] ipsam[b] in uxorem copulavit[c]; et hoc actum[d] fuit, cum sibi[e] terminabatur[f] sextus decimus annus nativitatis sue. Item[g] anno Domini 1273. in mense Iulio nobilis vir dominus[h] Boleslaus cum nobili [domina[i]] Helena uxore sua[k] et reverendo patre[l] domino Nicolao episcopo et cum baronibus suis et cum eodem domnicello[l] Przemislone[m] 5 occurrerunt eidem[l] domine nomine[n] Lucarthe usque ad Drdzen et ibi ipsam cum honore receperunt et usque in Poznaniam duxerunt et per dictum[o] episcopum et canonicos eiusdem ecclesie[p] secundum consuetudinem ab antiquo observatam[q] cum processione sollempni ipsam in ecclesiam receperunt[r,2].

a) Stetin 2; Szeczin 4. 8. 9. b) sibi *add.* 2. 4. 9. c) cop. in ux. 6. 8. d) factum 4; hoc — cum *des.* 9. 10 e) *deest* 2; termin. sibi 9. f) *pro sequentibus* (— receperunt) *habet* 4 *tantum:* Nomen virginis erat Lucharta, quam solempniter cum processione ad ecclesiam canonici susceperunt et B. dux cum Helena uxore sua et baronibus eidem in Drdzen occurrerunt. g) Nota aliud *praem.* 1; Eodem anno in mense 9. h) Iulio illustris Bolezlaus 9. i) dom. *deest* 1; Hel. dom. 2; cum sua domina 9. k) legittima 9. l) *deest* 9. m) Premisl. 2. n) nom. *deest* 8. 9. — Lutharte 2; Lucarte 5. o) dominum 8; *duo puncta sequuntur* 1. p) *duo puncta sequ.* 1. q) in consuetudine 15 antiquiter observata 9. r) susceperunt 6. 8.

ANNALES POSNANIENSES.

In bibliotheca capituli ecclesiae cathedralis Posnaniensis invenit paucos ante annos V. Cl. W. de Kętrzyński in libro membranaceo, qui Petri Comestoris Historiam scholasticam, saec. XIII. exeunte aut initio sequentis descriptam 20 *continet, Annales a.* 929—1341, *quos manus saec. XIV. primo illius libri folio inscripserat, eosque Monumentorum Poloniae t. V. dissertatione praevia p.* 874—881. *publici iuris fecit. Qui quidem Annales duabus ex partibus constant, quarum prior a.* 929—1079. *complectens viginti annorum res gestas posteritati tradit, e quibus undecim loci* (931. 947. 960. 965. 985. 990. 997. 999. 1025. 1038. 1077) 25 *cum Annalibus capituli Cracoviensis, tres* (967. 1003. 1072) *cum Camenzensibus, duo* (929. 931) *cum Pragensibus (SS. III, p.* 119—121*), unus* (1079) *cum compilatis qui dicuntur, unus* (968) *cum capituli Posnaniensis Annalibus conferendi sunt. Quae ad a.* 973. *et* 977. *de sancto Adalberto, perperam quidem, et de Dambrovcae morte traduntur, apud nostrum solum leguntur. Quae cum ita* 30 *sint, fragmentum Posnaniense, cui qui reperit optime Annalium Posnaniensium nomen dedit, et ipsum ex deperditorum Cracoviensium annalium exemplari derivandum esse videtur, quod qui Posnaniae excerpsit, primi Posnaniensis episcopi ordinationem ad a.* 968. *addidit. Posterior fragmenti pars, novem annos* 1279—1341. *complectens, duobus locis* (1279. 1288) *ad compilatos* 35 *proxime accedit, bis* (1339. 1340) *cum prima Annalium Polonorum forma, semel* (1341) *cum altera conferri potest; reliqui quatuor loci* (1280. 1339. 1341 *bis*) *hic tantum inveniuntur. Editionem Kętrzyńscianam omnibus numeris, ut videtur, absolutam hoc loco repetere fas sit.* *M. P.*

Anno Domini nongentesimo 29. Beatus Wenceslaus martirizatur. A. Prag.
40 Anno Domini 931. Sanctus Ambrosius episcopus Mediolanensis obiit. A. cap Crac.
Anno Domini 932. Translacio sancti Wenceslay[a]. A Prag. 931.
Invencio sancti Stephani protomartiris anno Domini 947. A. cap Crac.

a) *sequuntur aliquot litterae deletae c.*

1) Stettin. 2) Hucusque Annales capituli Posna- 45 niensis, quorum exordium episcopus Boguphalus II, continuationem Basco custos conscripsit. Notas annorum 1279—1390. decimo quarto seculo conditas, quae in codicibus 1—6. multis aliis rebus commixtas sequuntur, a proposito nostro alienas reliquimus.

A. cap. Crac. 966. Anno Domini 960. Mesco dux Polonie primus christianus Polonus baptizatus est, cui
ib. Anno Domini 965. Dambrovca, filia ducis Boemorum, tradita est in uxorem, de qua
A. Kamenz. Anno Domini 967. Natus est pius Boleslaus.
A. cap. Posn. Anno Domini 968. Iordanus primus episcopus Poznaniensis ordinatus est.
Anno Domini 973. Sanctus Adalbertus venit Poloniam vocatus per pium Boleslaum. 5
Anno Domini 977. Dambrovca, mater pii Boleslay, obiit[1].
A. cap. Crac. 987. Anno Domini 985. Strezizlava, mater sancti Adalberti, obiit.
ib. Anno Domini 990. Professio sancti Adalberti et fratris Gaudencii.
ib. Anno Domini 997. Passio sancti Adalberti.
ib. Anno Domini 999. Ordinacio Gaudencii in episcopum. 10
A. Kamenz. Item anno Domini 1003. Heremite in Polonia martirizati sunt, monachi de Kazimirz, fratres Benedictus, Malchus, Ysaac et alii.
A. cap. Crac. Item anno Domini 1025. Boleslavus Magnus primus rex Polonie obiit; Lambertus, filius eius, succedit.
ib. Item anno Domini 1038. Corpus sancti Adalberti translatum est in Bohemiam. 15
A. Kamenz. Item anno Domini 1072. Sanctus Stanislaus in episcopum ordinatur.
A. cap. Crac. Item anno Domini 1077. Boleslaus II. coronatur, qui occidit sanctum Stanislaum.
A. compil. Item anno Domini 1079. Martirisatur beatus Stanislaus episcopus Cracoviensis.

---

ib. Anno Domini 1279.[a] Dux Boleslavus Cracovie et dux Boleslavus Maioris Polonie obierunt.
Item anno Domini 1280. Secundus dux Polonie Przemisl captus fuit in Sandwle[2] per 20 Henricum ducem Wratislavie.
ib. Anno Domini 1288. Circa natale Domini terram Cracoviensem Tartari vastaverunt.
Maii 27. A. Pol. I. Anno Domini 1339. In die corporis Christi[3] in Cracovia obiit Anna regina Polonie, filia Gedemini ducis Lithuanorum, coniunx regis Kazimiri, filii regis Wladislay.
Eodem anno . . . . . .[b] Sub hora terciarum obiit proba domina Hedvigis regina anti- 25 qua Polonie, relicta pie memorie regis Wladyslay.
ib. Apr. 7. Anno Domini 1340. Obiit Boleslavus, dictus Georius, dux Russie, 7.[c] Idus Aprilis[4].
Ian. 11. Item anno Domini 1341. Mater eiusdem ducis M[aria] ducissa Mazovie obiit 3. Idus Yanuarii.
A. Pol. II 1342. Eodem anno Tartari intraverunt terram Sandomirie ab illa parte Visle. 30
Anno Domini 1341. Dominus Kazimirus rex Polonie, filius regis Wladislay, accepit uxorem secundam, filiam[5] ducis Assie, que fuit sibi copulata et coronata in die beati Sept. 29. Michaelis in ecclesia beati Petri in Poznan.

a) MCCL ::: *sequentibus aliquot litteris deletis c.* b) *dies deletus c.* c) XII. *c.*

1) Cf. Cosmae Pragensis Chronicon Bohemiae, SS. IX, p. 51. 2) Sandewalde prope Guhrau in Silesia; de captivitate Przemislii cf. Annales Polon. I, SS. XIX, p. 646, a. 1281. 3) 4. *Kal. Iun.* Ann. Pol. 4) *Circa* 35 *festum annunciacionis beate Marie* Ann. Pol. 5) Adelheidam, filiam Henrici II. lantgravii Hassiae.

EX MAGISTRI VINCENTII CHRONICA POLONORUM.

Auctor Chronicae Polonorum in suae aetatis annalibus et diplomatibus solo Vincentii nomine nuncupatus, demum saeculo XIII. exeunte cognomen Kadlubkonis nactus est[1]*, quod utrum ad patrem eius an ad ipsum referendum sit, dubium*[2]*, cum in instrumento quodam amisso pater Vincentii Boguslaus, mater Benigna citentur*[3]*. Ipse Carvoviae in villa apud Opatoviam sita anno incerto natus nobilique e gente, quae villas Carvow et Okalina et Goiczow possedit*[4]*, oriundus, cum utriusque iuris atque liberalium artium studio in Gallia aut in Italia se dedisset, a.* 1189. *magistri dignitate ornatus, in aula Casimiri II. magni ducis Poloniae versatus est*[5]*. Postea praepositus ecclesiae collegiatae Sandomiriensis factus*[6] *ingenii facultatibus vel animi artibus munere suo ita functus est, ut mortuo Fulcone episcopo Cracoviensi a.* 1208. *cunctis canonicorum suffragiis episcopus eligeretur et ab Innocentio III. papa confirmaretur*[7]*. Per undecim annos diocesi Cracoviensi praefuit multis in monasteria praecipue ordinis Cisterciensis beneficiis collatis*[8]*, haud ita felix in rebus publicis ad-*

1) Annales Polonorum III, SS. XIX, p. 631. hoc Vincentio cognomen tribuunt: 1208. *Hic Vincencius Kadlublonis . . . cronicam Polonorum confecit.* Cf. supra p. 428. 2) Singulas virorum doctorum opiniones contulit V. Cl. H. Zeissberg in 'Archiv für oesterreichische Geschichte' XLII (Wien 1870), p. 12—19. 3) Ms. Ossolinei Leopoliensis 620 (Catalogus episcoporum Cracoviensium) fol. 25[b]; cf. Zeissberg l. l. p. 9. 4) Codex diplomaticus minoris Poloniae ed. Piekosiński (Cracoviae 1876) nr. 4. et 9. 5) *Sub testimonio . . . Vincencii magistri . .* 1189, *pridie Idus Aprilis in Opatow Casimirus II. donationem Chropensium ecclesiae Cracoviensi renovat;* quod diploma a nostro Vincencio conceptum esse e verborum copia sermonisque similitudine probari potest testante Zeissberg l. l. p. 26. 27. 6) *devocionem Sandomiriensis prepositi magistri Vincencii* affert diploma Lestconis ducis Poloniae sine anno (c. 1206) Cod. dipl. min. Pol. nr. 4. — Magistrum Vincentium Sudomiriensis ecclesie diocesis Cracoviensis praepositum nominat Innocentius papa III. a. 1208, Mart. 28; Codex diplomaticus ad S. Venceslaum ecclesiae Cracoviensis ed. Piekosiński t. I (Cracoviae 1874), nr. 7. 7) *virum utique multimoda laude preclarum unanimiter elegerunt* l. l. 8) Novem tantum instrumenta, quae vel ipse contulit vel quibus testis affuit, hic afferre liceat:

1210, IV. Kal. Aug. in Boricov inter reliquos Poloniae episcopos fundationi monasteriorum Priment et Busko interfuit. Codex diplom. maioris Poloniae t. I (Posnaniae 1877), nr. 66; Dlugossii liber beneficiorum diocesis Cracoviensis III (Cracoviae 1864), p. 87.

1210. s. d. et l. renovat privilegia monasterii Andreoviensis. Cod. dipl. min. Pol. II (1886), nr. 380.

1212, V. Id. Maii Cracoviae. Pactioni Radvani cum Panslao canonico Cracoviensi factae adest. Cod. dipl. S. Venceslai I, nr. 8.

1212, IX. Kal. Iun. Mecholin. Donationum filiorum fratris Boguslai et Sulislai monasterio Suleioviensi factam confirmat. Cod. dipl. min. Pol. I, nr. 9.

1212, tertio post consecrationem episcopi Pauli Posnaniensis die in Mstow. Consecrationi huic affuit. Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 588.

1213, in die S. Iohannis baptistae in Syraz inter ceteros Poloniae pontifices donationi Suleioviensi monasterio concessae adest. Cod. dipl. Poloniae ed. Bartoszewicz III (Varsaviae 1858), nr. 7.

1213. s. d. et l. praebendam in Kije ecclesiae cathedrali Kielciensi tradit. Cod. dipl. S. Venceslai I, nr. 9.

1214, XVIII. Kal. Sept. Cracoviae monasterio Miechoviensi decimam villae Swiniarowo confert. Cod. dipl. min. Pol. II, nr. 383.

1217. s. d. et l. donationi Lestconis ducis eidem coenobio factae adest; l. c. nr. 384.

ministrandis, quippe qui filiolam Lestconis ducis Poloniae Salomeam cum marito eiusdem aetatis Colomanno, Andreae regis Ungariae filio, ad Halicenses comitatus re non bene gesta ab incolis una cum pupillis expulsus sit[1]. Quo forte casu motus aut exemplum Conradi episcopi Halberstadensis imitatus[2], dignitate episcopali relicta, ad fratres ordinis Cisterciensis Andreoviam, quae Parvum Morimundum dicebatur, se contulit ibique post quinquennium diem obiit extremum[3].

Quo tempore Vincentius historiam populi sui contexuerit, adhuc inter viros doctos dubitatur. Antiqui rerum Polonicarum scriptores, ut Iohannes Dlugossius eum episcopum (a. 1208—1218) chronicam confecisse tradunt, cui sententiae etiam e nostris b. m. A. de Gutschmid accessit, cum Poloni recentiores, inprimis b. m. A. Bielowski Vincentium iussu Casimiri II. a. 1194. mortui munus historiographi ut ita dicam aulici suscepisse argumentis haud spernendis contendant; nostri denique VV. Cll. Zeissberg et Wattenbach episcopali dignitate abiecta monasterium ingressum historiae scribendae eum vacasse ex eo coniecerunt, quod opus eius senectutis longiorisque vitae experientiae vestigia ostenderet. Cum autem Bielowski animadverterit inter antiquissimos Vincentianae chronicae codices inde a decimo octavo libri quarti capitulo (anno circiter 1193, temporum cura apud nostrum omnino negligitur) aliam plane ac diversam rationem intercedere atque in prioribus chronicae partibus, verisimile est, ultima octo capitula continuationis instar ab auctore postea addita esse, ex quo sequitur totum opus Casimiro inter vivos agente inceptum, post mortem eius continuatum nec tamen ad finem perductum esse, cum Vincentius de bello anni 1205. se narraturum esse promiserit, narratio vero tantum usque ad a. 1202. producta sit.

Ciceronis Laelium Catonemque maiorem et Gregorii Magni dialogos imitatus tres priores libros in dialogo inter Iohannem archiepiscopum Gneznensem (a. 1149—1167) et Matthaeum episcopum Cracoviensem (a. 1143—1165) habito scripsit, ita ut hic res a Polonis gestas exponeret, ille exempla e ceterorum populorum historia deprompta adderet, unde factum est, ut nonnulli Polonorum scriptores Matthaeum (Cholewà apud recentiores nuncupatum) horum librorum auctorem falso putarent, qui error hodie omnino relictus est. Quartus liber non dialogi, sed narrationis formam habet.

Ex historicis, ut ita dicam, fontibus Vincentium pauca tantum hausisse constat. Unica, quam Martino Gallo Poloni tribuere non dubitant, vetustissima Polonorum chronica Boleslai III. temporibus contexta[4] ei omnia, quae usque ad a. 1120. memoriae tradit, subministravit; res vero ab a. 1120. usque ad operis finem gestas unde deprompserit, cum in postrema tantum tempora aetas eius inciderit, plane ignoramus. Quanto minor autem historiarum, quas Vincentius in usum suum convertere potuit, numerus fuit, tanto maior scriptorum et antiquorum et ecclesiasticorum copia, quos ad orationem ornandam et illuminandam aut secutus est aut plane exscribere non dubitavit. Iustinum adeo imitatus, ut e Vincentio Pompeii Trogi libros deperditos restitui posse Bielowski olim opinatus esset, neque Senecam, Ciceronem, Sallustium, Florum, Macrobium, Quintilianum, Varronem, Publilium Syrum neglexit; e Romanorum poetis

1) Dlugossii historiae Poloniae (ed. Cracoviensis II, p. 184 sqq.) si fides adhibenda est. 2) Zeissberg l. c. p. 63. 3) VIII. Id. Mart. Necrologium capituli Cracoviensis, Mon. Pol. II, p. 915. Annum resignationis 1218. mortisque 1223. Annales capituli Cracoviensis, Pol. III, Sandivogii tradunt SS. XIX, p. 595. 633; supra p. 428. 4) SS. IX, p. 418—478.

Iuvenalis, Ovidius, Vergilius, Persius, Horatius, Lucanus, Statius, Claudianus, Terentius ei ad manum fuerunt. Praeter scripturam sacram Athanasii Vitam S. Antonii, Ambrosium, Hieronymum, Rufinum, Isidorum, Boetium, Iohannem Saresberiensem, Widonem Ferrariensem adhibuit, nonnulla quae de Alexandro Magno historiae fidei valde repugnantia tradidit, ex quodam Leonis archipresbyteri de proeliis libro exscripsit; quae de animalibus bestiisque mirabilibus affert Physiologus quidam ei suppeditasse creditur. Tot vero varios auctores imitati non mirum est, quod Vincentii scribendi genus tam turgidum atque inflatum sit, ut multorum locorum sensus primo aspectu vix intelligatur. Et cum principis iussu ad opus aggressus esset, magis gloriam laudemque eius curavit quam rerum veritatem. Ut anonymus ille Chronicae Polonorum auctor Boleslai primi atque tertii panegyricum conscripsit, sic Vincentius Casimiri II. laudator et admirator fuit. Pauca tantum ex eo depromi possunt, quae ad res Germanicas, quae ab initio operis odio ei fuerunt quam maximo, illustrandas adhibeantur.

Codicum auctoris nostri numerus haud spernendus pro temporum iniuria servatus est, quos secundum VV. Cll. Bielowski[1] *et Zeissberg enumerare mihi liceat:*

1) *Kuropatnicius qui dicitur, mbr.,* 1832. *e bibliotheca societatis philomathicae Varsaviensis in bibliothecam imperialem* P e t r o p o l i t a n a m *allatus, ubi hodie numero A. Q. V.* OTΔ *IV. nr.* 2. 4⁰. *insignitus est,* 110 *folia a duobus scribis saec. XIV. saepe errantibus, quorum alter libri IV. cap.* 17. *incepit, conscripta continet, Vincentii opere non in dialogum diviso, sed uno eodemque tractu exarato. Vide de hoc codice 'Archiv' XI, p.* 799.

1*a*) *Iohannis Fabri episcopi Vindobonensis, chart., nunc bibliothecae imperialis* V i n d o b o n e n s i s *nr.* 3416, 290 *foliorum, initio saec. XVI. in dialogo usque ad libri IV. cap.* 5. *exaratus.*

2) *Eugenianus, olim Eugenii principis Sabaudiae, cui Leibnitius eum miserat, nunc bibliothecae imperialis* V i n d o b o n e n s i s *nr.* 480, *mbr., foliorum* 232; *fol.* 187. *usque* 227. *Vincentius legitur saec. XIII. exeunte aut initio sequentis conscriptus, formam dialogi retinens. In fine:* Finit cronica sive originale regum et principum Polonie edita per magistrum Vincencium Cracoviensium episcopum scripta per manum Nicolai Poznan. canonici et plebani de Sydce[2]. *Vide 'Archiv' II, p.* 476; *Tabulae codicum mss. in bibliotheca palatina Vindobonensi asservatorum I (Vindobonae* 1864), *p.* 79. *Codicem, quem in verbis scribendis plerumque*[3] *secuti sumus, contulit V. Cl. M. Tangl.*

3) *Olim Iohannis Drobnyno, nunc* K u r n i c i a e *in bibliotheca Dzialinsciana asservatus, chart.*[4], 164 *foliorum, in fine mutilus, exeunte saec. XIV. exaratus atque commentario ornatus. Libri III. et IV. postea additi esse videntur, nominibus episcoporum tantum initio adscriptis.*

4) *Monachi Iohannis (Sancrucensis) nunc* C r a c o v i a e *in bibliotheca universitatis Iagellonicae nr.* 228. *asservatus, a.* 1437. *exaratus,* 570 *paginarum, quarum* 313. *usque* 461. *Vincentii chronicam neque in libros neque in sermones divisam continent. Codicem multitudine vocum Polonicarum pretiosum*

1) Vincentii codices quam accuratissime descripsit A. Bielowski in libro, cui inscribitur: 'Wstęp Krytyczny do dziejów Polski', Lwowie 1850 (Introductio critica ad historiam Poloniae, Leopoli) p. 125 -156. 2) Cf. supra p. 424. Notas Posnanienses. 3) Eo neglecto, quod *măgna, pugna, rēgnum, dĭgnus* etc. praebet pro *magna* etc. Praeterea semper *ci* pro *ti* scribitur, *subponere, inpetus, conponere* etc. semper pro *supponere, impetus* etc. 4) Omnes Vincentii codices praeter 1. 2 chartacei sunt.

quam accuratissime descripsit V. Cl. Wisłocki in Catalogo codicum manuscriptorum bibliothecae universitatis Iagellonicae Cracoviensis (Cracoviae 1877—1881*) p.* 84—90.

5*) Comitum Tarnoviensium in Dzikow Galitiae*, 216 *foliorum, XV. saeculo exaratus textum Vincentii in libros dialogumque divisum continet, brevissima continuatione usque ad a.* 1230. *addita.*

6*) Olim regis Poloniae Stanislai Augusti, nunc bibliothecae imperialis Petropolitanae A. Q.* ota *IV, nr.* 6, *a.* 1456. *conscriptus, initio mutilus, e bibliotheca Zalusciana ad regem translatus. In fine:* Explicit cronica per manus Iohannis de Cyrequicze et est finita 4. feria in vigilia Philippi et Iacobi. *Continet Vincentii opus uno tractu conscriptum dialogi forma neglecta. Vide Janocki, Specimen codicum manuscriptorum bibliothecae Zaluscianae (Dresdae* 1752*) p.* 82*; 'Archiv' XI, p.* 797.

7*)* 7*a)* 7*b) cum commentario Matthiae de Cobilino professoris Cracoviensis et discipulorum eius:*

7*) Leopoliensis, in bibliotheca Baworowsciana,* 304 *foliorum. In fine:* Explicit cronica Polonorum per manus cuiusdam Nicolai pauperis de S. anno Domini 1450, pronunciata per reverendum maystrum Mathiam de Cobilino informatorem meum vere dilectum in castro Cracoviensi. Ave Maria. *Sermones in commentario epistolae nominantur.*

7*a) Cracoviensis bibliothecae Czartoryscianae* O 1318, 712 *paginarum, quarum* 3—620. *nostri textus in libros et epistolas divisus legitur; in fine:* Expliciunt gesta Polonorum sive cronica et reportata post reverendum magistrum Mathiam de Cobilino in castro Cracoviensi. Et est finita feria tercia ante festum sancti Stanislai in autumpno anno Domini 1450.

7*b) Petropolitanus bibliothecae imperialis A. Q.* ota *I, nr.* 91, *medio saec. XV. conscriptus, fol.* 98 —279. *textum in libros et litteras divisum continet; in fine:* Expliciunt gesta Polonorum sive cronica reportata per . . reverendum magistrum . . de Cobilino.

8*) Leopoliensis bibliothecae Baworowscianae,* 309 *foliorum, medio saec. XV. a quodam Paulo (fol.* 45: Explicit primus liber Vincenciane per manus Pauli*) exaratus in libros atque epistolas divisus est. Olim erat mansionariorum Samboriensium, postea Varsaviam, demum Leopolim translatus est.*

9*) Lubinensis, nunc Petropolitanus bibliothecae imperialis (A. F.* ota *IV, nr.* 19*) olim a comite Kuropatnicki societati philomathicae Varsaviensi donatus, a.* 1832. *Petropolim translatus,* 542 *paginarum, quarum* 69—355. *chronicon nostrum, dialogi forma saepius neglecta, saec. XV. conscriptum est. Vide 'Archiv' XI, p.* 792.

10*) Magistri Iohannis Dombrowski, nunc Varsaviae in bibliotheca Zamoysciana,* 422 *paginarum, a.* 1435. *et* 1436. *exaratus, textum continet in libros et epistolas divisum.*

11*) Cracoviensis bibliothecae Iagellonicae nr.* 2569, 542 *paginarum, saec. XV. (ante a.* 1462*) scriptus, a.* 1602. *a medico Sebastiano Petricio* ex naufragio lacerantum Sendomiriae ereptus, *universitati Cracoviensi donatus, in fine mutilus, textum tantum usque ad cap.* 11. *libri IV. continet. Vide Wisłocki, Catalogus p.* 611.

12*) Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 2570, 742 *paginarum, duabus manibus saec. XV. (ante a.* 1444*) cum commentario exaratus. Wisłocki l. c. p.* 611.

13) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 2571, 609 *paginarum, a.* 1439. *conscriptus. Wisłocki l. c. p.* 611.

14) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 2572, 787 *paginarum, a.* 1451. *cum commentario exaratus, olim 'Liber Nicolai de Opoczno'. In fine:* Explicit cronica Lechitica Vincenciana per manus Nicolai de Lathowycz scripta terminataque eo anno, quo festum Adalberti cecidit magna feria sexta ante carnisprivium. *Wisłocki l. c. p.* 611. 612.

15) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 2573, 665 *paginarum, quarum* 409—664. *chronica Vincentiana conscripta est, olim Nicolai Cotvicz; in fine:* Et sic est finis huius operis anno 1471. feria sabato ante Letare, hora vicesima ante completorium. *Wisłocki l. c. p.* 612.

16) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 2196, 752 *paginarum, quarum* 7—661. *chronica Vincentii legitur, p.* 297*:* Explicit secundus liber cronice Vincenciane, regrossatus ac si totus per Andream de P. in Opatow tunc morantem anno Domini 1459, finitus tempore quadragesimali die tertia ante beate Marie virginis annunciacionem. *Sequitur notitia brevis de vita auctoris. Wisłocki l. c. p.* 527.

17) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 2574, 686 *paginarum, quarum* 1—450. *Vincentii liber cum commentario legitur, saec. XV. medio exaratus. Wisłocki l. c. p.* 612. 613.

18) *Cracoviensis, bibliothecae capituli nr.* 226, *medio saec. XV. conscriptus,* 204 *foliorum, olim monasterii S. Spiritus Cracoviensis, a.* 1446. *finitus. Vide Polkowski, 'Katalog rękopisow kapitulnych Katedry Krakowskiéj' in libro: 'Archiwum do dziejów literatury i oświaty w Polsce' t. III (Krakowie* 1884*), p.* 155. 156.

19) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 229, 290 *foliorum, quorum* 84—264. *nostri chronica a.* 1471. *conscripta continetur. Polkowski l. c. p.* 157. 158.

20) *Leopoliensis bibliothecae Baworowscianae (nr.* 385*),* 209 *paginarum, demum saec. XVI. exaratus, sed magni pretii, utpote qui propius ad codicem Eugenianum (*2*) multis in locis accedat.*

21) *Olim b. m. Iohannis Muczkowski professoris Cracoviensis, saec. XV. in libris, sed non in epistolis conscriptus,* 135 *foliorum, a.* 1847. *a b. m. Bielowski collatus.*

22) *Olim eiusdem a.* 1456. *reportatus per Iohannem de Schabycze (p.* 187. *chronica Vincentii finitur). De hodierno horum duorum codicum possessore nihil constat.*

23) *Vratislaviensis bibliothecae Senatoriae (olim Rhedigeranae) nr.* 290 *(Olim S. IV,* 4*),* 263 *foliorum, quorum* 3—95ᵛ. *Vincentiana chronica continetur, a.* 1441. *conscripta. Olim Vladislaviae fuisse videtur, cum bulla Iohannis (XXIII) papae canonico capituli Vladislaviensis data volumini tegendo adhibita sit.*

24) *Matthaei de Pelczyn, nunc Cracoviensis bibliothecae Czartoryscianae* O 1315, 762 *paginarum, quarum* 1—237. *nostri textus continetur* (Finita sunt in Sglobnya a. Domini 1449. M. de P. p. ibidem) *non uno tempore diversis manibus exaratus.*

25) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae* O 1317, 293 *foliorum, quorum* 3—281. *Vincentii chronica una cum eodem epilogo, qui in codice* 17. *occurrit,*

continetur; in fine: Explicit cronica Vincenciana per manus Iacobi, *anno (saeculi XV) non apposito.*

26) ***Cracoviensis** eiusdem bibliothecae*, 514 *paginarum, quarum* 1—499. *chronica in libros et epistolas divisa continetur, p.* 495. *legitur:* Explicit cronica Vincenciana de gestis regni Polonie et successibus eiusdem et est finita feria tercia infra octavas nativitatis virginis Marie anno Domini 1481, pronunciata per discretum Theophilum de Boguslawycze protunc rectorem scolarum in Lublin. *Olim fuit bibliothecae academiae Zamoscensis.*

27) ***Cracoviensis** eiusdem bibliothecae* O 1312, 180 *foliorum, quorum* 1—168. *Vincentius in libros et epistolas distinctus saec. XV. exaratus continetur.*

28) ***Cracoviensis** eiusdem bibliothecae* O 1316, 277 *foliorum, a.* 1467. *conscriptus chronicam in libros litterasque divisam continet*[1].

Editiones Vincentii hucusque sex in publicum prodierunt:

1) *a Felice Herburto parata:* Historia Polonica Vincentii Kadłubkonis episcopi Cracoviensis. Dobromili in officina Ioannis Szeligae anno Domini 1612. 8°. *Quo codice editor usus sit, ignoratur.*

2) *Iterata est haec editio altero Dlugossii tomo Lipsiae* 1712.

3) *ab Hippolyto Kownacki:* Res gestae principum et regum Poloniae per Vincentium (Kadłubkonem) saeculo 12. et 13. enarratae: quibus accedit chronicon Polonorum per Dzierswam saeculi 13. scriptorem compositum. Editio repetita ad fidem codicum qui servantur in tabulario Societatis Regiae philomathicae Varsaviensis. Pars I. II. Varsaviae in Tipographia Congregationis Scholarum Piarum 1824. 8°. *Hic tantum codicem* 1 *adhibuit.*

4) Magistri Vincentii episcopi Cracoviensis chronica Polonorum sive originale regum et principum Poloniae, quae e codice vetustissimo Eugeniano bibliothecae Caesareae Vindobonensis accuratissime rescripta praevia de ipso codice dissertatione edidit Alexander ex Comitibus Przezdziecki. Interpretatione Polonica addita opera A. I. — M. S. Cracoviae typis Z. I. Wywiałkowski 1862. 8°. *Hic editor tantum codice* 2 *(Eugeniano) usus est.*

5) Magistri Vincentii qui Kadłubek vocari solet de origine et rebus gestis Polonorum libri quatuor. Edidit Adolphus Mułkowski Cracoviae. Typis universitatis Iagellonicae 1864. 8°. *Qui octo bibliothecae Iagellonicae codices (*4. 11 —17*) in usum suum convertit.*

6) *Omnium quos enumeravimus codicum ope fultus ultimam et sextam, quam et ipse maxime secutus sum, editionem paravit b. m. A. Bielowski Leopoli* 1872. *in Monumentorum Poloniae t. II, p.* 193—453.

Ut ex maxima codicum copia conici licet, Vincentii chronicam medio aevo in Polonia viri docti legere, interpretari, commentariis instruere non cessabant. Quicunque post Vincentii tempora de rebus a Polonis gestis aliquid memoriae tradere cupiebat, opus eius exscribere solebat, ut annalium Polonorum auctores[2] *et Dlugossius*[3]. *In epitomen Vincentii chronicam redegit exeunte saeculo XIII. Mierzwa, quem Polonorum scriptorum nonnulli (inter quos Bielowski esse dolemus) fontem Vincentii falso reputabant. Excerpta ex eo confecta codex nr.* 165. *bibliothecae Ossolinianae Leopoliensis, saec. XV. exaratus continet, tractatum ex eo politico-moralem fecit Stanislaus Zielinski a.* 1597, *cuius opus in bibliotheca imperiali Petropolitana asservatur.*

1) Codices qui perierunt Bielowski et Zeissberg in operibus suis enumerant, quos hoc loco iterum afferre longum esse videtur. 2) SS. XIX, p. 614. 615. 3) Vide A. Semkowicz, 'Krytyczny rozbiór dziejów Polskich Iana Długosza' (Kraków 1887) p. 29. 30.

De interpretatione nostri optime meriti sunt praeter eos qui editiones curaverunt ineunte saeculo nostro comes Ossolinski[1], *medio saeculo A. de Gutschmid*[2] *et Henricus de Zeissberg*[3].

Nobis hoc loco ea repetere licuit, quae b. m. Bielowski in secundo Monumentorum tomo tanta codicum multitudine adiutus condidit, quorum unum Vratislaviensem et ipsi Halas transmissum inspeximus, alterum Eugenianum nobis rogantibus V. Cl. M. Tangl denuo contulit: quo factum est, ut interdum relictis Polonorum editorum coniecturis codicum lectiones restitueremus.

M. P.

EX LIBRO II.

10. Matheus. Porro de tam generoso[a] stipite[4] surculus vegetancior[b], palma erupit fecundior, Mesconides Boleslaus; qui adhuc tenellas fidei primicias, adhuc in cunis vagientem ecclesiam tam tenero amplexu, tam adulta fovit teneritudine, ut geminam (Chr. Pol. I, 11.) metropolim instituerit[c], ut debitas suffraganeorum[d] dyoceses utrique deputaverit, ipsarum quoque[e] dyocesium[f] distincciones certis limitibus insculpsit. Nichil enim est, quod lumine clariore prefulgeat quam recta fides in principe; nichil est, quod ita nequeat occasui[g] subiacere quam vera religio[5]. Unde ad cumulum religionis patrem sanctitatis ac patronum (ib. I, 6.) beatum Adalbertum infinitis Boemorum iniuriis actum devotissime suscipit[h], reverenter[i] exhibet, omni studio veneratur. Quem sanctus ad plurima paucis informat: 'Digna', inquit, 'vox est maiestate[k] regnantis legibus alligatum principem se profiteri; adeo de auctoritate[l] iuris principum pendet auctoritas[6]. Ius vero divinum humano preiudicat; lex namque Domini irreprehensibilis, lex immaculata, convertens animas. Omnium igitur[m], (Ps. 18, 8.) fili, que[n] agis e divine[o] speculo iusticie formam mutuare. Nam re vera omni[p] maius est imperio legibus ecclesie omnem[q] submittere principatum'. Tam fidelem erudicionis formam[r] non infidelis ille auditor cordis sacrario impingit, tam se quam suos religionis scabello substernens, omnium de se a viris religiosis[s], non ab[t] assentatoribus exigens censuram, et ne ullius posset incircumspeccionis argui, ne ullum in eo locum ulla inveniret levitas, altis prudentum gaudebat occupari consiliis. Duodecim namque delegerat[u] summi (Chr. Pol. I, 13.) consilii viros, quorum sacra iugiter sugebat ubera, de quorum pectoribus[v] velut quibusdam divinis[w] fontibus omnimoda virtutum eliciebat rudimenta. Hic delinquencium culpas et districte noverat percellere[x] et pie resecare; nam nec sine ulcione fuit pius nec sine pietate districtus. Adeo ex iusticia et mansuetudine quasi electri purioris cuiusdam temperamenti rutilabat in illo[y] serenitas, ut nec rigor esset rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Tanta[z] illi aliene calamitatis fuit compassio, ut prius alienis quam propriis occurreret incommodis, et[a] in causis opressorum non iudicem se gessit, sed patronum. Si quid tamen severius iusta in aliquem[b] exegisset sentencia[c], modicelle precis interventus[d] expiabat; nonnunquam etiam sue[e] delinitus coniugis amplexibus mansuescebat. Quid plura? nichil illi defuit, quod nature amicum, quod virtuti consonum, quod honestati fuisset con-

a) generosa 3. 20. b) vegetacior 1a. 2. 23. c) institueret 4. 11—17. 23. d) suffraneorum 2. e) *ita* 1. 1a. 2; ipsarumque *celeri*. f) dyocesum 2. g) occasioni 15. h) suscepit 23. i) *ita* 1. 1a. 2; reverentiam *celeri*. k) *deest* 2. l) *ita* 1a. 2. 23. *Cod. Iust.*; iuris auct. *celeri*. m) ergo 2. n) quod 4. o) divino 2. p) omnium 4. 15. 20. q) omnen 2; *deest* 4. r) formulam 1a. 2. s) *deest omnibus codd. praeter* 1. 2. t) ab *tantum* 2; non ab ass. *des.* 1. 1a. u) elegerat 4. v) peccatoribus 23. w) divinis 1—5. 15; divis *celeri*. x) *ita* 2; coarcere 4; parcere *celeri*. y) *sic* 1. 3. 11. 13. 14. 16. 23; ipso 2; eo *celeri*. z) Tante 23. a) quare 1; quia 1a. b) in aliqu. *des.* 2. c) sentenciam 2. d) *ita* 1a. 2. 4. 11—13. 17; interventu *celeri*. e) *sic* 2; et sue 1; suade 1a; a stridendo 5; a suadendo 3. 4. 11—17. 23 *celeri*; a seviendo *corr. Ed. Dobrom. Mutk. Biel.*

1) Ossoliński, Jos. Maxim. Graf, 'Vincent Kadłubek. Ein historisch-kritischer Beytrag zur slavischen Literatur aus dem Polnischen von Sam. Gottlieb Linde'. Warschau 1822. 8°. 2) 'Ueber die Fragmente des Pompejus Trogus und die Glaubwürdigkeit ihrer Gewährsmänner' in: 'Jahrbücher für classische Philologie, herausgegeben von A. Fleckeisen. 2. Supplementband' 1856—57. et 'Kritik der polnischen Urgeschichte des Vincentius Kadłubek' in: 'Archiv für die Kunde oesterreichischer Geschichts-Quellen' XVII. Wien 1857. 3) 'Vincentius Kadłubek, Bischof von Krakau (1208—1218; † 1223) und seine Chronik Polens' in: 'Archiv für oesterreichische Geschichte' XLII. Wien 1870. 4) Mescone et Dambrovca parentibus. 5) Haec ex Cod. Iust. I, tit. 1, l. 8. 6) Ib. I, tit. 14, l. 4.

Chr. Pol. I, 6. sentaneum. Ideoque imperator Otto Rufus[1] desiderio experiendi ea, que fama de Boleslao diffuderat, Poloniam ingreditur, quasi beato martiri Adalberto votivam exhibiturus reverenciam. Qui omnibus diligenter circumspectis: 'Frustra', inquit, 'frustratorios[a] de hoc viro suspicabar divulgari rumusculos, frustra famam loquacitatis criminabar[b], quam nunc pocius mutam dixerim[c] et elinguem, invidam[d] ac tenacem, que plura, que maiora sepelit silencio, quam tuba veritatis preconetur. Unde hunc nostri amicissimum imperii non in partem vocari solitudinis[e], sed plenitudine addecet potestatis gloriari, utpote in quo ipsa potestatum celsitudo[f] gloriatur, non tam excelsis honorum gradibus quam illius excellencia sublimis'. Imperiale itaque sibi detrahens dyadema[g] capiti Boleslai non sine reverencia imponit, illius e converso galimate[h] suum caput convenustans. Et licet argenteas officinas, auream supellectilem, officiosissimos eciam officialium ornatus, licet omnia duceret admiranda, ipsius tamen virtutes non satis potuit admirari, quas velut[i] in quendam spere glomicellum in hunc solum et vidit et invidit congestas[k].

12. M. Vereor autem, ne Boleslai facta assequi non possim[2], quibus et elinguis fit disercior, et[l] laudatissimorum[m] eloquencia obmutescit. Huius namque universa supellex aut in[n] animi dotibus viguit aut in[o] armorum strennuitate resplenduit. Quibus Selen- ib. I, 6. ciam[p], Pomoraniam, Prusiam, Rusiam, Moraviam, Bohemiam sue subiciens[q] dicioni suis posteris reliquit vectigales, urbe Pragensi[r] secundariam sui sedem[s] regni constituens. Hunnos seu Hungaros, Cravacios[t] et Mardos[3], gentem validam, suo mancipavit imperio. Immo et Saxones indomitos adeo indomuit[u], ut in Sale flumine columpnam fixerit ferream quasi quibusdam gadibus[v] sui fines imperii [ab occidente[w]] disterminans[x]. . . . . . .

ib. I, 17. 14. M. Tam[y] secundis vero Boleslai successibus filius eius Mesco secundus non tam secundo successit auspicio. Quia enim[z] paterna voluit[a] esse[b] contentus gloria, quam ne attingere quidem, nedum transcendere quis poterat, nec civibus tam gloriosus nec hostibus adeo visus est terribilis[c]. Nam si qua cum quibuspiam gessit prelia, necessitatis ea fuisse constat, non virtutis, coacta, non voluntaria; non[d] quod nulla[e] illi[f] strennuitas, sed[g] quia diligencior conservandi racio quam acquirendi inerat libido. Satis enim absurdum putabat, cum in habendo certus haberi modus[h] debeat, acquisicioni tamen[i] modum non Inst. II, t. I, § 12. ponere, tametsi[k] quod[l] nullius[m] in bonis est[n] occupanti[o] concedatur[p], ab omni tamen aliena est iure alieni occupacio. Hic igitur ex imperiali Ottonis tercii sorore[q, 4] insignem Chr. Pol. I, 18. genuit Kazimirum, de quo diverso modo series texitur hystorie. Dicunt enim quidam, Iust. I, 2, 1. quod post Mesconis decessum[r] uxor eius, filio adhuc immaturo regnum credere non ausa, regni suscepit[s] gubernacula. Que quia equo violencior visa[t] est[5], immo quia patrie indigetibus[u] quantumlibet[v] primis quoslibet inquilinos et suorum lixas Teutatum[w] preponere cepit, a civibus profligata[x] in exilio consenuit[6], parvulo Kazimiro[y] sub fideli procerum tutela reservato. Qui dum in virile robur[z] evaserat[a, 7], immerita exhereditacionis[b] pena

a) frustrarios 3. b) terminabar 3. 8. 20. c) duxerim 16. d) invidiam 23. e) *sic* 4. 11. 13. 17; sollicitudinis *celeri*. f) *ita* 1. 1a. 2; plenitudo 23. *celeri*. g) sibi *deest* 4. 11—17. 23; dyadema detrahens 2; dyad. trahens 23. h) galimmace 2; gulimate 1. 3. 7. 8. 13. 14. 16. 28. *celeri (e graeco κάλυμμα BIELOWSKI)*; gulunate 4. 23; 28 *addit:* vulgariter kywyorem. i) quas dum velut 4. 11—17. k) comestas 2. l) in 1; fit dissertiorum 23. m) lautissinorum 7. n) *deest omn. praeter* 1. 2. o) in *deest* 5. 11. p) *ita* 1. 2. *Chron. Pol.;* Silentiam 7; Sleziam 4; Silesiam 20; Silenciam 11—17. *celeri*. q) *sic* 1—3; subiens 23; subigens *celeri*. r) Prabensi 8; urbem Pragensem 2. 4. s) *ita* 2. 23; r. sed. *celeri*. t) Crovacios 4; Carvacios 11. 20; Cravocios 23. u) perdomuit 2; edomuit 1a. v) cadibus 2; gradibus 4. w) ab occ. *des.* 1. 1a. 2; ab oriente et occidente 4. 11—17; origente 23. x) discriminans 4. y) Nam 2. 14 17. z) tantum 4; cum 17. a) noluit 1a. 2. b) cont. esse *omnes praeter* 1. 1a. 2. 23. c) horribilis 2. d) nam 2 e) ulla 3. 20. f) ei 15. g) sed — putabat *des.* 1a. h) modus haberi 2. i) *deest* 1. 1a. k) *ita* 2. 3. 8, tamen et si 1. 4. 5. l) qua 14. m) ullius 23. n) *deest codd. praeter* 1. 1a. 2. o) occupandi 4. p) concedatur auctoritas *omnes praeter* 1a. 2. q) *deest* 3. 4. 8. 13. 17. 23. r) discessum 3. s) susceperit 23. t) est visa 2. u) patrie indiges dicitur civis quasi inde genitus *gloss. add.* 1; indigentibus 23; patre indigentibus 4. v) *ita* 1. 2; quamlibet 23. *celeri*. w) *sic* 2; Teutarum 1, *in margine add. gl.:* id est Teutonorum; Theutorum 4; Theutarum 7. 11—17. *celeri*. x) est *add.* 1. y) *ita* 23; Ka. 2. z) virile pene robur *omnes praeter* 1. 2. a) manserat 2. b) exheredationis 2.

1) Iam Chronica Polonorum Ottonem II. (Rufum) cum Ottone III. confundit. 2) Cic. Catil. II, 6, 12: *Quod ego si verbo assequi possem.* 3) Hos duos populos noster in fonte suo, Chronica scilicet Polonorum, non inveniens, Mardorum nomen ex Iustino 41, 5. depromptum addidit. 4) Richenzam, Ottonis III. ex sorore Mathilda neptem, etiam Chronica Polonorum cum matre confundit. 5) Ovid. Met. III, 253 sq.: *aliis violentior aequo visa dea est.* 6) Chron. Polon. I, 18: *Traditores eam de regno propter invidiam eiecerunt.* 7) Boet. Consol. I, 2: *in virilis animi robur evaseras.*

multatur. Timentes enim proceres, ne maternas in ipsis[a] prosequatur[b] iniurias, ipsum quoque non dispari exsilio[c] propulsant. . . . . . .

18. . . . M. Adeo perfunctoria Boleslao[1] visa est[d] opum gloria, ut nichil in illis[e] iocundum putaverit preter dandi facultatem. Quarum[f] potissimam ait custodelam[g] saccum pertusum[h] omnique omnino indignum principatu qui se rerum[i] sacciperium[i*] esse malit quam principem. Unde Rusie partibus imperiose peragratis opibus illorum capi dedignatur, [Chr. Pol. I, 23] solo victorie triumpho contentus, donec avitarum limites bonnarum[k] in valvis Kiiev ense[l] reformaret. Ubi omni sopita rebellione quendam sui suffraganeum imperii regem instituit. Qui ut coram suis appareret gloriosior, regi supplicat Boleslao, ut eum sui dignacione occursus amplectatur, auri talenta secundum numerum passuum recepturus. Indignatur a se peti Boleslaus quod regie celsitudini non competat, absurdumque videri maiestatem ad questus inclinari, absurdius esse graciam venalitate censeri. Precibus tamen victus, non precio, factum ire[m] spondet, gracie argumentum[n] venienti exhibet. Quale putas? Regis barbam venientis apprehendit, quam divellicans creberrime concutit. 'Hoc[o]', inquit, 'est hoc tremendum[p] caput, quod vos, o Rutheni[q], contremiscere convenit'. Item itemque vehemencius concuciens ait:

'Hic vir est[r], nostro quem nos dignamur honore'.

Aspicis[t], quantum gracie in Boleslai conspectu auri gracia meruerit[s]. Ungariam hic[t] adire parat. Qui[u] primos illi aditus armis obstruere contendunt; sed corpora illorum plus impedimento fuere ingressuris quam arma. Nam cruentus ianitor ensis ianuas introitus et aperiendo clausit et claudendo aperuit. Trunci enim[v] cadaverum obices[v] gladio prostrati eciam vias fecere invias, ut[w] non sine difficultate transmeandi patuerit[x] facultas. Videns autem rex Ungarie Salomon tam sibi quam suis prelii imminere discrimen, prelium deprecatur, pacis offert conciliamina centum milia talentorum[y]. Cui Boleslaus: 'Polonos', inquit, 'aurum habere[z] non delectat, sed habentibus aurum imperare'[2]; turpiusque esse[a] precio vinci quam prelio succumbere, nec regibus convenire[b] institoria taxare commercia, quibus armis opus est, non opibus. Victus itaque Salomon tam bello quam regno[c] [Chr. Pol. I, 27] excessit, cuius in locum alumnus Polonie Wladislaus Boleslai munere[d] sufficitur. Accidit [ib. I, 24.] interea instructissimas Austrensium[e] et Bohemorum acies in campestribus Polonie castra metari, quos rex[f] impiger a tergo percipiens[g] omnem redeundi adimit facultatem. Cumque incautos occupare potuisset: 'Absit', ait, 'ne nostre titulus victorie quodam insidiarum latrocinio[h] furvescat[i]'. Sese presto nunciat, non improvidos esse iubet, crastino secum cominus[k] conflicturos. At vero ille Bohemicus leo mox a leonis feritate[l] desciscens[m], vulpina[n] induitur astucia[o]. 'Indignum est', inquit, 'ut tanti regis ad tam exiguos inclinetur dignacio[p], quin pocius in suorum tranquillitate castrorum crastinum[q] a Bohemicis prestolari non dedignetur obsequium'. Noctis ergo[r] clipeo protecti fugam ineunt pro prelio; quos trans Moravie fines insectatus aper dente consequitur fulmineo, non etati parcens, non generi, non condicioni, omnes aut[s] morti mancipat[t] aut vinculis. Rursus Pomoranorum [ib. I, 25] abigeis e confinio pene Polonie predam ac manubias agentibus preceps advolat Boleslaus, predones spaciosi fluminis interiectu iam securos conspicatur et rapidissimo inhesitanter insiliens torrenti: 'Amor', inquit, 'catulorum feras venabulis impingit!' Exclamant [Seneca, Ep. 74, 2.] singuli:

Occupet extremum scabies, michi[u] turpe relinqui. [Horat. Ars poet. 417.]

Multi ergo armorum pressi mole fluctibus involvuntur[v], perpauci[w] cum rege vix enatant et, licet[x] inermes, de armata hostium multitudine triumphant. . . . . . .

a) eis 2. b) persequatur 11. 13. 17. c) racione 2. d) visa est Boleslao 2. e) eis 12. 16. f) Quorum 23. g) *ita* 2—4. 7. 8. 11 17. 20. 25; custodiam *celeri*. h) pertrusum 2. i) *deest* 1. i*) sacciparium 12. 14—16. k) bonearum 1. 2; bouearum 4. 11 -17. 23 (signum in modum boetes *gloss.*); bonnarum *Mutk*. l) *ita* 2; Kieviensibus 1; Kievie ense 5; Kiow cnse 20; Kyow 4. 11—17. 23; Kyowense 25. m) *ita codd.* n) augumentum 2. o) hic 1. p) tremebundum 4. 17. q) o R. *tantum* 1. 2. r) Hic vir hic 1. 23. s) meruit 4. 11—17. 23; invenit 20. t) *ita* 1. 2; hinc *reliqui*. u) illi 1; Cui 4 v) *sic* 1. 2; trunci nobiles cadaverum 4. 11—13. 15—17 23; trunci nobiles obices 5. 14. 20. w) et 23. x) paluit 1. 23; patuerat 4. 11. 12. 14. 16. y) talentum 2. z) habere aurum 2. a) est 4. b) decere 3; convenit 15. c) regno quam opibus 2. d) *ita* 1 2 (mun. Bol. 2); nomine *celeri*. e) Astrensium 4. f) noster 2. g) *ita* 1—3; precapiens 4; preripiens 20; precipiens 11 -17, *celeri*. h) latr. insid. 2. i) *ita* 1. 2; furnescat *celeri*. k) quominus 2. l) ferocitate 1. m) desistens 1. 4. 17. n) volpina 2. o) astucione 4. p) *ita* 1. 2; indignatio 3, *celeri*; indignetur inclinatio 4; indignatio inclinetur 23. q) castrinium 4. r) igitur 2. s) autem 1. t) mancipantur 2. u) nisi 4. 17. v) inmerguntur 2. w) pauci 16. — cum rege *des*. 4. 11—17. 23. x) *deest* 2.

1) Secundus a. 1058 1081. 2) Cic., Cato XVII, 55: *non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed iis qui haberent aurum imperare.*

Chr. Pol. II, 1. 22. M. . . . Oritur itaque[a] sidus rutilantissimum, aurea exsculpitur columpna[b], tercius nascitur Boleslaus, cuius ex partu langore suscepto mater fatis[c] est intercepta. Fuitque gaudium merore temperatum et meror gaudio dulcoratus. In quo pater[1] didicisse potuit, coniunx esse maluerit[d] an pater. Sed ne diu illi[e] molesta esset iugalis[f] viduitas, regis Ungarie Salomonis relicte[g], tercii Henrici imperatoris sorori, coniugatur, de qua tres tantum filias suscepit. Et licet iam grandevus, torpere[h] tamen noluit ignavia, sed cum hostium undique rebellionibus militarem[i] crebrius exercitabat industriam. Et cum plerique consulerent parcendum esse etati, respondebat: 'Animus mihi de senectute controversiam facit, hunc[k] ait esse florem suum. Nam cum detrimenta[l] senciam in corpore, in animo non sencio. Aurum antiquitate probari, virtutes augeri senio, non minui, omniumque[m] rerum exercitamina virtutis esse, non etatis'. Chr. Pol. II, 2. Robusta igitur[n] manu maritimas occupat provincias[2], quibus ut rebellandi amputaret facultatem, tutissima illorum municipia concremari[o] iubet, prefectis ibi propriis[p] institutis[q]. Sed quia cervix indomita, dorsum petulans iugum detrectat, onus non sustinet, omnes Polonorum prefectos Pomorani hos excuciunt[r], illos interimunt. Qua ex re animosior Wladislaus severiore dignos animadversione revisit[s]; quorum populosiores sinus depopulatus cum infinitis captivorum milibus, cum prestantissima eorum supellectile revertitur. Cumque iam pene in portu[t] securitatis victores sibi blandiuntur, improvise Pomoranorum prosiliunt insidie. Initur prelium luctuoso utrimque[u] dispendio, cedes hora diei tercia iniciatur, vix noctis dirimitur caligine. Poloni tamen hostium dilapsis reliquiis campum victorie Drecini[v] tenuerunt[w], quos illic diucius immorari vetuit dominice inminens[x] resurreccionis religio, licet quadragesimalium tempus feriarum minus religiose coluerint[y]. Unde aliquantisper Poloni felicibus caruere ib. II, 3. successibus, ut eciam numina[z] contra ipsos visa sunt dimicare. Cum enim urbem Nakel[a] obsidione cinxissent, quedam elusiones[b] phantastice, nocturne quedam umbre universos adeo territabant exercitus, ut hostium agitari crederentur[c] assultibus. Ideo armati a castris eminus excubantes umbras hostium sepe insectantur[d], non hostes, ictus inanes ventis incuciunt stridentibus. Sic incassum labor impensus est et impensa. Quod facti[e] non ebetes tantum animos hostium exacuit, sed domesticos in Wladislaum erexit carduos et ib. II, 4. femoris eius ensem in ipsum exercuit[f]. Erat enim illi naturalis quidem[g], sed illegitimus filius, nam ex scorto susceptus, qui ob materni notam pudoris, vel ut novercales declinaret insidias, in latebris[h] exilii perdiutissime delituit, qua ex causa Sbigneus[i] est nuncupatus[3]. 2. Reg. 15, 12 Hic Achitophel consilio, ducis videlicet Bohemie Brentislai[k], in paternum subornatur[l] excidium, ultro licet se ipsam omnibus insuadeat ambicio. Auget illi fiduciam pater decrepitus, frater immaturus[m]; affluunt flagicii fomites[n], sceleris incentiva, transfuge atrocissimi; quorum quosdam levitas, quosdam invidia Setegi[o], alios truculencia fecerat extorres. Iste siquidem Setegius[p], cum Polonice[q] princeps[r] esset milicie, non satis equilibriter[s] pensa reipublice dispensabat, qui non quid[t] rectum, non quid[t] virtus[u] postulaverit, sed quid[t] iusserit pecunia, non quantum quis meruerit, sed quantum dare potuisset, inspexit. Plures ergo huius odio quam exulis amore ultroneum elegerunt exilium. Et prius[v] Silenciane[w] preses provincie, cui nomen Magno[x], huiuscemodi[y] convenitur pitacio[z]: 'Nimis crudelis, nimis miser est, quem non solum depresse, sed et amisse[a] libertatis non miseret[b]. Nec

a) namque 1. 11. 12. 14–16. b) corona 4. c) satis 2. d) maluit 1. 15. — quam p. 4. 16. 17. e) *ita* 2. 23; mol. illi *celeri.* f) coniugalis 2. g) relictam 2. h) *ita* 1. 2 (corpere 2); grandevus corpore noluit tamen (tam. nol. 23) ignavia torpere *celeri.* i) militaret 15. k) hanc 2. l) detrimenta 1. 2; decrementa *celeri.* m) que *deest* 2. n) ergo 1. o) concrepari (*gloss.:* dissipari) 23. p) *ita* 1. 2. 23; pr. ibi 4. 11–17, *celeri.* q) constitutis 23. r) excoriant 3. s) revicit 4. t) porta 12. 16; in portu pene 2. u) utriusque 23. v) Drecini 1; Dretim 2; *deest celeris;* precium *em. Przezd.* w) *ita* 1. 2; obtinuerunt *celeri.* x) inminens *tantum* 2; *deest celeris,* diesque dominice resurrectionis imminebat *Chron. Polon.* y) coluerunt 1. 11. 12. 14—17. 23. z) munia 16. a) Nakyel 20. b) *ita* 1. 2; delusiones *celeri.* c) viderentur 2. 15. d) insect. sepe 1. 4. 11—17. 23. e) *ita omnes codd. praeter* 3, *ubi* factum. f) exacuit 2; exeruit *legendum?* g) quidam 3. 7. h) latebras 15. i) Sbigneuus 2. k) *ita* 2; Brencislai 1; Vrencislai 3; Vencenaszlai 5; Wrencislai 7. 8. 20; Wenceslai 4. 15. 23; Vrancislai 12—14. 17; Vranceslai 11. 16; Bretislai *reliqui.* l) *sic* 1. 2; subordinatur *celeri.* m) ut regni rapiat gubernacula *add.* 2. n) fontes 16. 25. o) cetegi 2. p) Sethegus 1; cetegus *vel* cethegus *semper* 2, Seteginus 3. q) *ita* 1. 2; Polonie *celeri.* r) esset pr. 23. s) equilibrate 4; equaliter 15. t) quod 4. u) virtutis 23. v) prius 1. 2; primus *reliqui.* w) Silesiane 20. x) *sic* 1; Mangno 2; Magnus *reliqui.* y) huiusce 4. 23. — convenit 4. 11—17. 23, *alii.* z) pactione 1; pictatio 12. 16. 25; pictatione 7. 20; pitacium 4. a) se *add.* 3. 7. b) miseretur 1.

1) Vladislaus cognomine Hermannus 1081–1102. 2) Pomeraniam. 3) Zbigniewi nomen e voce polonica 'zbieg' i. e. 'profugus' interpretari Vincentius videtur.

filius est, qui materni[a] calamitates doloris sine dolore dissimulat. Neminem siquidem latet, quod monstrum, que bellua omnem patrie sinum occupaverit[b], quam laceros ungues intimis[c] omnium impegerit[d] precordiis vultur edacissimus. Solus matris[e] non ut materna sugens ubera, e quibus cum lac emungere[f] non potest, elicit sanguinem; qui ceteros velut (Prov. 30, 33) abortivos aut procul omnino abigit aut fastuoso supprimit potentatu.

> Quid quod[g] apex omnis, quid quod[g] decus omne sub illo
> *Prostat[h] et in questu pro meretrice sedet?* (Ovid. Pont. II, 3, 20)

Quis enim expedivit psittaco suum chere?[1] Quis omnes[i] docuit magistratus[k] arithmeticas[l] conari raciones? Magister artis ingeniique largitor Setegius[m], qui fasces, qui dignitatum gradus, qui graduum omnes minucias in artem redegit calculandi, qui tanti molem imperii in trutina venalitatis appendit. Proinde maturius tante pesti, tante cladi occurrendum. Cui enim ferenda[n] est publica pernicies, publice honestatis opprobrium? At vero nutrix[o] deliramenti etas est decrepita et ad omnia imbecillis infancie teneritudo. Ideoque nec regi nec regine[p] infantulo id oneris[q] competere, cum neuter[r] consilio, neuter[r] viribus vel sit vel videatur[s] idoneus. Nec enim annosa[t] truncus, effluens[u] carie in fabrice columpnam erigitur, nec lentisci virgulto ruina macerie suffulcitur. Talem igitur et explorari et implorari studiosissime[v] convenit, talem votis omnium expetendum, in quo et rebus afflictis extet solacium, et nutantis[w] firmamentum glorie solidetur. Cuius tam pereximie[x] felicitatis superexcellentem, Magne, te auctorem existima, si confavoraneum[y] ad nos animum[z] inclinaveris, si[a] regis primogenitum Sbigneum[b] in id propositi contineris[c]. Quem si perfecte nosse velis, fidelissimum nature ac virtutis consule testimonium, que in illo dulci altercatione contendunt, ut incertum sit, natura virtutem, an virtus naturam antecellat. Itaque Magnus diu secum deliberat, deinde contribulibus deliberatum inmurmurat et[d] insuadet[e] consilium, quod[f] cuncti incunctanter amplectuntur, et Wratislavie principem Sbigneum[g] constituunt. Quia vero id sine patris connivencia[h] presumptum est, non moveri pater non potuit, regina et Setegio[i] flammas indignacionis aggerentibus[k]. Ideo[l] sui coequivocum nominis regem Hungarie, Moravie ac Bohemorum principem[m] nec non alias Thibianorum[n] copias in Silencios contrahit. (1093.) Quibus unde imminebat excidium, inde acumulacior[o] crevit gloria. Constantissime namque illorum resistente constancia seu urgente pocius instancia fedus coactus est pacisci cum filio, quod in[p] ipso concordie vestibulo, in ipso pene pacis primordio prorsus[q] expiravit. Nam ut filialem erga[r] se pater experiretur[s] animum, extreme valetudinis languorem simulat, filium quasi quoddam fati solacium acciri iubet. Verum ille vera cordis non dissimulata leticia morbum incessu vultuque fatetur. Quippe

> qualis[t] vultus erit, talia[t] corda gerit.

Cum enim humanum sit eciam[u] aliene calamitati compati, nullum in isto intellectum est vel fictum compassionis indicium. Immo in tympanis, tibiis, symphonistarum choris et diversis hystrionum prestigiis merentem aulam pompatice ingreditur, ut ipse de ipso[v] arrogancie fastus[w] preconari videatur:

> *Filius ante diem patrios suspirat in annos[x].* (Ovid Met. I, 148.)

Agnoscit quidem[y] pater[z] egregii affectum filii, sed paterne ignoscit et omnes imprudencie arguit, qui super tam prudenti facto durius opinati sunt. Ait[a] illum ex industria in rebus iocundissimis non iniocundum patri attulisse solacium: nec enim flamma flammis extinguitur, nec merore meror exuitur, presertim cum hilaritate[b] medentis eger nonnunquam

a) matris 4; matrum 13. 17. b) occupaverat 4. 11—17. 23. c) *deest* 16. d) gerit 1. e) nostris 23. f) *ita* 2. 23; emingere 1; emulgere *celeri*; emungit *Vulg.* g) que 1. 2. 3; quid 8. h) prestat 1. 15. i) enim 20 k) *ita* 2; *deest* 1. 4; maiestatis *celeri.* l) *sic* 1; arismelbicas 2, archimetlras 4; arthimeicas 20; archimeticas 5. 13. 23; archimetricas *reliqui.* m) cetegus 2. n) ferendum 11. 12. 14—16. o) mentis 4. p) nec *add.* 1. q) honeris 3 r) neutri 4. s) indicatur 16. t) *sic* 1. 2. 5. 23. 25; annosus *reliqui.* u) confluens 4; affluens 12. v) studiosissime 1. 2; *deest cet.* w) *sic* 1. 2; micantis *celeri.* x) proxime 15. y) confavorantem 4. z) an. ad nos 2. a) magno si 3. b) Sbigneuum 2. c) *ita* 1. 3. 7; contineris 4. 8; continebis 2. 15. 23. d) inmurm. et *des.* 1. e) suadet 2. f) consiliumque 17. g) Sbigneuum 2. h) conminentia 1; alias conveniencia *add.* 2; conveniencia 4. 13 15. 17. 23. i) cethego 2. k) exagerantibus 2. l) Iam 4. m) *ita* 1. 5; princeps 2; principes *celeri.* n) Tibianeorum 4. 11 17. o) *ita* 1. 2; accumulantior *celeri.* p) vero *add.* 1. q) prorsus *tantum* 1. 2; *deest celeris.* r) *deest* 23. s) experiret 1. 2. t) talis . . . qualis 5. u) et 2. v) de ipso *des.* 1. 23. w) *ita* 2. 23; festus *celeri;* arr. fastus de ipso 1. 23. x) *in marg. add.* 4: Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes, Impia sub dulci mele venena latent. y) fidem 3; quidam 5. z) *deest* 1. a) At 2. b) hylariore 2.

1) Pers. Prol. 8: *Quis expedivit psittaco suum* χαιρε.

hilarescat. Ut autem illius tumorem superbie, si omnino explodere non posset, aliquatenus subnervaret, fiduciales illi amputat alas, robustissima illius caute solvit presidia. Nam primos Silenciorum, quos viribus ab illo sequestrare non potuit, arte subducit. Unde grassancius in patris iniuriam consurgit[a]. Wratislavia enim transfugio excedens Crusviciam se recipit[b]. Septem[c] Crusviciensium acies instruit, Pomoranorum[1] non parva[d] venatur et[e] impetrat subsidia. Cum patre congreditur, dimicat[e], succumbit et carceris[f] ergastulo mancipatur. Hic tanta hostium prosternitur infinitas, ut urbis proastia[g], campestrium amplitudo, lacuum impleta sit profunditas, adeo ut omnem inibi natatilis esum longi successione temporis nonnulli horruerunt[h].

24. M. Quanto autem ille in patrem atrocior, tanto in illum pater fuit pietate[i] pronpensior; quem non solum carceri, sed et[k] paterne potestati emancipat, coheredem instituit[l], certam illi ab herede legitimo regni portionem disterminat[m]. Igitur Boleslaus, licet adolescentulus, maturis[n] illum virtutibus anticipat, gravissima morum venustate antecellit, ut etas ulterior in mente adolescentis non immerito suam admiraretur[o] caniciem, ut viros consulares, canis albicantibus respersos verticem, ad eius consilia putares infantissimos. Quod, quantum apud prudentes[p] glorie, tantum illi apud mores improbos peperit invidie, quia virtus sese diligit aspernaturque[q] contraria[2]. Setegius[r] namque certis instructus pronosticis[s] sue in illo declinacionem[t] versucie luxisse fertur. Ecce hic positus est in ruinam multorum, et tuam ipsius, Setegi[u], animam pertransibit gladius. Itaque faccionem contrahit, sedicionis elicit scintillam, odii flammas conflat, inter patrem et filios discordie fovet incentiva; que Boleslaus non tantum sedat, sed et sementivam[v] malorum eradicat originem. Setegio[w] enim proscripcioni exposito partes regni dissidentes conciliat, et quas sedicionis occasione[x] occupaverat provincias, patri restituit, non minus in paternam pius religionem quam in patrie commoda propensus. Tantum enim virtuti, tantum paterne[y] devocioni[z] dependit, ut in aurea lamina nomen patris insculpserit[a], quam aurea catena in pectus a collo[b] dependere iussit, ut[c] quasi patre semper presente filialis iugum discipline, paterne memoriam reverencie, fugam viciorum, virtutum custodelam ubique secum circumferret, lamina crebro suggerente: 'Sic loquere, tanquam pater[d] audiat; sic age, tanquam pater[d] videat[e]!' Turpe siquidem est sub patris conspectu[f] aut agi turpia aut dici scurrilia. Tanta itaque se illi veneracione[g] astrinxit[h], ut non patrem coli, sed numen crederes adorari. Quod pietatis illi non defuit eciam patre fatis intercepto, quem, ut aiunt, in veste atra integro[i] luxit quinquennio. Et quoniam virtus est habitus mentis bene constitute, habitus vero est qualitas difficile mobilis, quidquid filiacionis patri debuerat[k], in fratrem transtulit, ut non minus devota sinceritate custodiret fraterne intemeritatis arcanum, licet illum suo nosset insidiari calcaneo. Nam ut e multis pauca perstringam, immo ut ex paucis multa coniectes, robustum Pomorani iuxta[l] Santok[m] exstruxerant municipium, quod Santocensium imminebat excidio. Quod cum expugnare contendit Sbigneus[n], ignominiose abigitur; Boleslaus vero non solum illud[o] solo adequat, sed Medirecze[p] et alias illorum[q] urbes evincit[r]. Rursus Sbigneo muliebriter[s] illacrimante Parthi[3] Polonie fines populantur; quos trans flumina[t] tandem consequitur Boleslaus, et hostes passim fundens, captivos[u] suos ense redimit et predones in prede predam convertit. Que adolescentis tirocinia cis[v] annos aucta pubertatis animo Sbignei fomitem iniecere[w] invidie. Unde fraternis corrogatus[x] interesse ac[y] preesse nupciis, que putas sponsalia, que sodalicia, quos denique paranymphos architriclinari studuit[z]? Bohemicam suscitat rabiem[a], instruit, ut Boleslao

a) surgit 1. b) recepit 23. c) septem *tantum* 1. *Chron. Pol.; celeri codd.* sex. d) non parva *des.* 1. e) et *add.* 2. f) carcerum 16. g) proascia 4. 11—17. h) *ita codd.* i) pietate fuit 1. k) *deest* 2. l) constituit 1. m) discriminat 16. n) maturius 4. o) admiraret 1; admiretur 2. p) prudentiores 1. q) aspernatur 1. 4. 11—17. r) Cethegus 2. s) prenosticis 4. 11. 15—17. 23. t) dilationem 5. u) Seteghe 1; Cethege 2. v) fomentivam 1. w) Cethego 2. x) occasiones 23. y) patrie 2; paterne memoriam dev. 5. 15. z) devotionis 2. a) inscripsit 1; insculpi iusserit 2. b) a colo *tantum* 1. 2 (a colo in pectus). c) et 5. d) semper *add.* 2. e) sic — videat *des.* 1. f) *ita* 1. 2; aspectu *ceteri.* g) *ita* 1. 2. 5; reverencia *ceteri.* h) astruxit 12. i) *deest* 1. k) licet spurcum *add.* 2. l) oppidum *add.* 2. m) Santhok 4. 11—17. 23; Zauthok 7. n) Sbigneuus 2 *plerumque.* o) id 23. p) *ita* 2; Meczirece 1; Myedczyrzecze 4. 5. 11—17. 23; Myedzirzecze 7; Medzirzecze 8; Miedzyrzecze 20. q) eorum 2. r) evicit 1. s) per invidiam *add.* 1. t) fluenta 1. u) *deest* 2. v) tyrociniatis annos 2; tirocinia trans (trans *post del.*) 20. w) micere 2. x) arrogatus 15. y) ac 1. 2; et *ceteri.* z) et instruxit *add.* 12. 20. a) et *add. omnes codd. praeter* 1. 2.

1) *Paganorum* Chron. Polon. 2) Cic. Laelius de amic. 13, 47: *cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur.* 3) De Plaucis sive Polowcis Chron. Polon. loquitur.

connubialibus feriante cerimoniis regnum eius grassancius depredentur. Sed novus illos sponsus vino cruoris inebriat. Qui ut arcius[a] hostilem compescat audaciam, tres delectorum turmas in Moraviam[b] destinat. Hi dum infinitas predociniorum agunt manubias, ducem Moravie Suanthopolc[c] a tergo conspicantur. Nec liquido[d] claret, utrumne tigridem orbacio catulorum stimulancius[e] urgeat, an leones prede aviditas urgencius instimulet[f]; lugendus tamen utrimque[g] conflictus vix multo[h] utrorumque scinditur discrimine. Hic milicie princeps Selislaus[i] manu mutilatur, pro qua ob virtutis insigne auream illi Boleslaus restituit[k]. Quod emulorum livor et maxime non fraterna[l] fratris mordacitas in ridiculi parabolam pervertit[m]. 1102. Chr. Pol. II, 25.

26. M. Tanta vero Boleslai fama undique percrebruit, ut omnes illius animositatem hostes obstupescerent[n], ut Martis alumpnus, tigridis filius, leonis rabies, draco flammivomus[o], ictus fulminis seu quovis alio feritatis vocabulo a diversis nuncuparetur. Tantus enim[p] illi animus, tantus belligerandi amor inerat, ut graviorem putaverit[q] ocii torpedinem quam morbi langorem. Nec minus illum domestice[r] fratris exercuere insidie quam hostis extraneus. Qui cum[s] fraterne virtutis odio, tum[t] insuspecto[u] nocendi desiderio amorem simulat, fidei constanciam paciscitur. Iurisiurandi execracione se invicem obstringunt, neutrum sine altero de pace vel[v] hostilitate cum quibuspiam[w] decernere, utrumque alteri salubritate[x] consilii, amminiculorum[y] promptitudine quam fidelissime suppetere. Quorum animo illud inprimis unanimiter insedit[z], ut maritimas occupent provincias, ut Pomoranorum retundatur improbitas. Itaque locum, tempus, modum[a] contrahendi, ordinandi et educendi cohortes[b] eligunt; quod in ipso pene deliberandi auspicio prodicionis ille princeps Pomoranis fertur prodidisse. Nam nec sponsionem[c] condicti[d] prestitit nec suam aut suorum copiam collibito exhibuit, immo fratris promptissimos[e] tam amicos quam obsequiales occulta persuasione a proposito distorsit. Interea Pomoranorum latrunculi Polonie conterminia manu valida insiliunt, flammas iniciunt, predas abigunt. Igitur Boleslaus nichil tale suspicatus, instupidus[f] tamen cum paucis advolat, hostes aggreditur. Quantus furor! quanta temeritas! octoginta duntaxat viri cum tribus milibus committuntur[g]. Sed quid hi sunt inter tantos? non frustra[h] tamen spicarum gelimis[i] exiguus licet igniculus involvitur. Ceduntur quidem et cedi malunt quam cedere[k] Boleslaide, sed hostium strages decuplatur. Nec cessat leo rabidus turmas transgyrare, cuneos perscindere[l], donec genitalibus fusis eius asturco[m] procubuit. Tum[n] demum plures pedestri prosternens conflictu e campo certaminis non declinavit, sed virtute indefessa fit[o] hostibus hostis infestior. Nec vero[p] sacri comes palacii Scarbimirus[q] instat segnius, tanto acrior[r], quanto cruencior, erat enim dextro lumine tenebratus[s]. Sui quoque victores per omnia hostes cedunt et sternunt; quorum quidam non victi, sed vincendo fatigati inter stratorum catervas hostium obdormiscunt. ib. II, 32. — 1107. — ib. II, 33. — Iust. II, 11. 18.

28. M. Rumore tandem prelii diffusius perstrepente fit ad principem suorum undique concursus; nec desunt[t] qui protervum, qui incircumspectum ac precipitem dicant, quod inconsulto animi calore tanto sese periculo ingesserit; nec decere ducem examinis uspiam evolare sine examine. Aliis egregie, animose actum videri, celo tenus efferendum. Aiunt cotem esse debere principem, qui suos exacuat, non obtundat. Et inter hostium cadavera equi cadaver inspectantes: 'Ecce', inquiunt, 'ecce ille[u] Alexandri Bucephalus, quem rex Indorum Porus occidit, quem deinter hostes per[v] caudam ad suos Alexander pertraxit[w]'. Sed et comiti Scarbimiro effossi luminis a patre[x] Alexandri mutuantur[y] sola-

a) acrius 1. b) in M. *des.* 1. c) *sic* 1 *et Chron. Polon.*; Swentopelcum 2; Swąthopelk 8. 17; Swathopelk 7. 20; Swienthopelg 13; Suanthopelk 23. d) a liquido 1; liquide 4. 13. 15. 16. e) *deest* 20. f) instimulat 20. g) utrumque 1. 15; utriusque 12; utrinque 23. h) multitudo 2. i) *ita* 2; Selizlaus 1; Woyslaus 8. 23; Wislaus 7. 20, Vyslaus 12; Vislaus 16, *ceteri*; Zelislavus *Chr. Pol.* k) instituit 2. l) non frat. *des.* 1. m) *ita* 1. 2; convertit *reliqui*. n) obstuperent 4; obstupescunt 15. o) ignis *add. codd. praeter* 1. 2. p) enim *tantum* 1. 2. q) putaret 1. 5. r) *deest* 1. s) tum 1. 2. t) *ita* 1. 2; cum *ceteri*. u) circumspecto 5; inspecto 7. 8. 11. 12. 14. 16. v) vel de 5. w) quibuscumque 2. x) sine sal. 5. y) adiutoriorum 4. z) *ita* 1. 2. 13. 14. 16. 17. 23; insidet *ceteri*. a) modumque *omnes praeter* 1. 2. b) choortes 2. c) *ita* 1. 2; sponsioni *reliqui*. d) condicti 1. 2. 5. 7. 8. 11—16. 23, condicte *reliqui*; fidem *addunt omnes praeter* 1. 2. 23. e) *ita* 1. 2; patrocissimos 4. 11—17, *ceteri*. f) intrepidus 20. g) *ita* 1. 2; committunt *reliqui*. h) frustratur 5. i) manipulus 20. k) ecclire (?) 1. l) *ita* 1. 8. 11. 12. 14. 16; proscindere *reliqui*. m) astrurco 2. n) Tamen 4. 7. 11—17. 20. 23. o) *deest* 2. p) non 1. q) *ita* 1. 2. 12; Scarbimirius 4. 11. 13—17. r) atrocior 2. s) orbatus alias cerebratus 2. t) aiunt 5. u) *deest* 1. v) *deest* 23. w) protraxit 1. x) parte 2. y) mutuatur 2.

1107. cium, qualiter Philippo Motanam[a] urbem oppugnante sagitta de muris iacta regis dextrum oculum effodit[b, 1]; quo vulnere nec segnior in bellum nec iracundior in hostes nec moderatus tantum, sed eciam mitis[c] adversus[d] victos fuit[e]. Boleslaus vero torrentis instar spu- (Chr. Pol. II, 34.) manciore[f] impetu rapitur, fit obice torrentior, fit correpcione animosior. Cumque ultum ire avidius[g] parat, Sbignei rursus dolo acciti Boemici pre foribus nunciantur. Utrum ergo eligendum? vetus insectandus hostis, an novo occurrendum? At hoc tucius, illud honestius: neutrum tamen negligit fidelis Machabeorum imitator[h]. Nam et quos in Pomoraniam destinat, de Pomoranis victoriam referunt, et ipse de Boemicorum[i] milibus trium- (ib. II, 36.) phat. Sic et iniuriam propulsat et patriam conservat. Est[k] autem oppidum Cozle[l] finibus conterminum[m] Bohemie, quod non ab hoste, sed presidum incuria[n] igne neglecto[o] concrematur. Veretur Boleslaus, ne ab hostibus muniendum occupetur. Illo itaque ocius[p] accelerat, fratris ope subsidiari postulat; cunctanti scribit: 'Nimis delicatus est, qui honorem appetit sine onere. Nam etsi honesta sit, certe onusta principandi sollercia. Et nos quidem eiusdem orti[q] pariter carpimus delicias, sed modo dispari hortum excolimus, cum racio exigat, ut, quem utilitas delectat, difficultas non terreat[r]. Decebat[s] enim in publicis administracionibus, in reipublice patrociniis eum principari precipue, qui primogeniture preminet principatu. Quodsi laboris sarcinam declinare pocius eligis, meorum[t] saltem ac meis confave laboribus, quos omnium commodis intellexeris accomodos[u]. Penes te itaque iubendi auctoritas, penes me sit obsequendi promptitudo. Turpe enim est luctari cum onere, quod semel susceperis!' Ad hec ille sinistrissimus[v] interpres stomachatur[w], consternatur, legatos in vinculis conicit[x], occasiones contra se queri queritur[y]. Pomoranos, Bohemos, Moravos[z] et Lemannorum duces[2] in fratrem suscitat, ut illum a regno exterminet[a]. Horret his auditis Boleslaus et hesitat:

Quos prius expectet aut quos prius impetat hostes.

(ib. II, 37) Non imprudenter[b] tamen prudentum secutus consilia Bohemicos[c] sibi conciliat, fedus ferit, fratri simul et[d] dolos et vires[e] amputat. Verum ille ritu Parthico[f] plus quam Parthus (ib. II, 38.) fugam eligit pro conflictu et Marii exemplo in Mazovie carectis delitescit. Quem Boles- 1108. laus omnibus eius municipiis interceptis urgentissime insectatur, donec humillime provolutus vix optimatum tandem impetrat interventu, ut miles saltem fratris, non regni coheres[g] estimetur[h]. Illud quoque satisdacione pollicetur, ne quas Boleslao suspectas[i] municiones aut novas erigat aut dirutas resarciat. Sed nec tunc inolite[k] fomes perfidie in illo sopiri potuit, nedum[l] extingui; non enim est facile a consuetudine revocari, cum sit con- (ib. II, 39.) suetudo altera natura. Itaque sub amoris pretextu tendit laqueos, fodit pedicas[m], torquet pendilia[n], casses iacit, hamos inescat, amenta[o] toxicat et omne dolositatis artificium experitur. Novissime fellis acerbitatem virus evomit pestiferum. Nam Boleslao in Maritima[p] profecturo cooperator ille diligens qua consuevit opera fratrem coadiuvat[q]; impietas enim sacrilega sacramentum fide[r], naturam privat pietate. Fratri suorum subtrahit adminiculum[s], hostium subsidio se ipsum impendit. Qui ut dolum tegeret, mutat arma, gregarium militem se[t] simulat, fratris castra ingreditur, quibus noctu exploratis, cum hostibus impetum facit. Erat interea Boleslaus extra castra, suorum diligenter explorans excubias. A tergo igitur[u] hostes occupat, quibus fusis magister doli casu deiecta casside deprehenditur, capitur, coram magistratu maiestatis insimulatur. 'Civium[v] castris[w] cum hoste[x] impegisti?' At ille: 'Non inficior me[y] cum hostibus, immo ante hostes ingressum, quia

a) *ita* 2; Montanam *alii;* Mothonam *Iustin.* b) *sic* 1. 2. 4; effoderit *reliqui.* c) inmitis 1. d) versus 2. e) fugit 2. f) spumaciore 2; spumacione 23. g) *ita* 1. 2. 3; avidus *ceteri.* h) inmitator 2. i) Boemorum 1. k) erat 3. 5. 7. 11. 16. l) Cozle 1; Cozli 2; Kozle 5; Coslye 7; Cosle 3. 8. 20; Coszle 23; Kosle *Chron. Polon.* m) conterminium 8. 11. 12. 14—17; continuum 4; Bohemie *deest* 23. n) iniuria 2. o) *deest* 23. p) *deest* 1. q) *ita* 1. 2. 23. r) teneat 16. s) delectat 4; dicebat 15. t) nostrorum 4. u) *ita* 1. 2; accomodatos 4. 11-17. 23. v) *ita* 1. 2; sinistrimus 4; sinistimus *ceteri.* w) stomachanter 2. x) *sic* 1. 2. 4. 16; convincit *reliqui.* y) conqueritur 3. 4. 6. 9. 10. 18—22. 24. z) *deest* 2. a) exterminent 4. 8. 13. 15. b) impudenter 23. c) Bohemicorum 1. d) et *deest* 2. e) et vires *des.* 23. f) Ruthenico 4; *alii codices ut* 7. 8. 20 *interpretationem addunt:* Ruthenico, Ruthenus. g) choeres 2. h) existimetur 4. i) susceptas 5. k) molite 3. 5. 20; insolite 12. l) necdum 1. 23. m) sloycze *addit* 8. n) torq. pend. *des.* 2. o) lora *gl. superscr.* 8; loramenta 20. p) maritimam 4. 7. 11. 12. 15. 16. q) coadunat 2. r) fidei 3. 20. 23. 25. s) ameniculum 2. t) se *deest* 2. u) ergo 23. v) Tum unde *pro* Civium 1. w) *sic* 1. 2; castra *ceteri.* x) cum hoste *tantum* 1. 2. y) me — quia *des.* 1.

1) Haec de Alexandro et Philippo ex Iustin. VII, 6. 14—16. 2) Moravos et Lemannorum duces Vincentius addidit.

impetum[a] facturos precurrere contendi[b]'. Cumque[c] rei et facti atrocitatem tota stupet concio, quidam principi[d] dignitate satrapa proximus exorditur: 1108.

Eloquar, an sileam? Dolor est siluisse dolorem;
Vulnus enim geminat vulnere spina latens.

Sed etsi omnis[e] lingua sileat, sua tamen hominis de homine non silent studia. Hic siquidem[f] non incallidus homo, quo dolum tegat, habitum dissimulat, regni ambicione se raptim ad hostes recipit, hostibus in excidium patrie subornatis[g]. Castra civium noctu[h] irrumpit, ut regni exstincto lumine et tyrannidem occupet et tyrannidem exerceat. Porro sub habitu ficto cum hostibus Sbigneum castra civilia ingressum[i], convenit mibi[k] cum adversario, quo animo id fecerit, induxeritne illos, feceritne[l] cum illis impetum, id in controversia verti videtur. . . . Accedit ad hec et[m] egregiorum[n] morum educatrix disciplina, cuius perfeccionem nunc apud Teutates[o, 1], nunc apud Praganorum[p] perfectissimos continuis sudoribus vix tandem hic[q] est assecutus:

Quem latet ambicio, fastus *cursusque*[r] *furoris* (Lucan. Phars. I, 255.)
Teutonici? gerit hunc intus hic[s] atque foris.

Aut quis ignorat, que Pragane sit ethice precepcio: Sis blandus, fili, pariter et insidiosus, quia nichil facilius quam sub medici[t] specie animam egrotantis excludere. . . . . . (Iustin IX. 8, 7.)

Sbigneus: 'Rem, patres conscripti, spectandum est, non hominem, quia facti causas ponderari convenit, non hominis ventilari[u] naturam. . . . . .'

Cumque non habeant, quid[v] in medium proferant, conspicuas nature dotes has causantur[w], illas brutorum[x] brutescere iubent; et[y] quorum in se fortasse virus gerunt, in alios transfundunt. Audet, proh pudor! effrons impudencia[z], impudentis lingue procacitas, limpidissimum honestatis fontem illambere:

Quem latet imperio, fama, virtutis odore,
Flore[a] Lemanniadas omnibus[b] antefore?
Quos animi probitas probat, auget? nonne Pragitas?
Cui primis meritis par gloria, nonne Pragitis?
Virtutumque sitis, cui soli? sola Pragitis! . . . . . .

32. M. Sbigneo ergo[c] non tam natalium suspicio quam flagiciorum obfuere piacula. Nec enim foveri debet in plantario carduus, nedum[d] aspis in gremio.

EX LIBRO III.

2. M. . . . Igitur peste sedicionis excussa, hoste[e] patrie profligato[f], serenissimum Boleslai sidus rutilanciores[g] virtutum radios expandit. Peramplissimis enim Pomoranorum municipiis his adactis, illis ultro sese dedentibus, Albenses[2] resistere contendunt. Quos urbi famosissime, que[h] est Pomoranie centrum, inclusos obsidione cingit, et obsessis duo scuta ostentans, unum album, rubeum alterum: 'Utrum', inquit, 'eligitis'? At illi: 'Album, quia hoc in se pacis blanditur candorem[i], illud terribilem cruoris minatur asperginem'. Quibus ille: 'Sane, si ergo Albani[k] vultis esse, Alba[l] dedicione candidetur; sin autem, novum illi nomen inscribat[m] cruor, ut non alba, sed cruenta nuncupetur'. Pertinaciore illi respondent contumacia: 'Immo et alba et cruenta vocetur, ut albam predicet nostre successus victorie, cruentam vero tuorum preconetur occidio'. Ad hec Boleslaus: 'Pape, proceres! audent isti plagioxipi[n] eciam probris contendere. Rideo[o], quod talpa lyncem, quod limax tigridem, quod[p] aquilam in conflictum provocat scarabeus. Sed armis, viri, non (Chr. Pol. II, 39.)

a) et imp. 1. b) intendi 2. c) Cum 12. 16. 25; cuius 20. d) principis 2. e) *deest* 15. 20. f) siquid 2. g) subordinatis 11. 14. 15. h) *deest* 1. i) *deest* 5. 7. 23. k) *ita* 1. 2. 23; nisi ut cum 20; ut cum *ceteri.* l) feceritve 5. m) *deest* 1. 23. n) egreiorum educ. (morum *deest*) 2. o) *ita* 2. 7. 8. 20; Theutates 23; Teotates 1; Teutones *ceteri.* p) Boemorum 2. q) hinc 2. r) esusque 1. s) *deest* 23. t) medicine 2. u) *deest* 2. v) *ita* 2. 11—14. 16. 17; quod *reliqui.* w) causant 2. 23. x) modo *add. Mutk.* y) et — fortasse *iterum* 2; fortasse *deest* 23. z) imprudentia 1. 23; inprudencia 2. a) *ita* 2. 23; Florere 1; Et flore 17; Floreque *alii.* b) Lemnaniadas 1; Lemanniadas moribus 2. 23; Lemannidas *reliqui.* c) Sbigneus igitur 2. d) *deest* 1. e) hosti 2. f) profugato 1. g) rutilantes 4. h) que 1. 2. 4. 11—17. 23; quod *reliqui.* i) candore 1. k) *ita* 2; Albam *reliqui.* l) albam 7. 11. 14. 20. m) scribat 1. n) *sic* 2. 11—14. 16. 17; plagioxippi 1. 8; flagioxipi 4. 15. 23; plagiosippi *reliqui.* o) Rado 2. p) quoniam 3.

1) Sbigneum 'in Saxoniam docendum monasterio monialium transmandatum esse' Chronica Polonorum tradit II, 4. 2) Oppidi Belgard incolae ('biely grod' castrum album significat).

1108. verbis, opere[a] opus est, non querela'! Proinde ante omnes evolat, vallum[b] aggeris impetu transilit precipiti. Inauditam audi viri[c] audaciam! Non hostium multitudo, non tantus armorum fragor, non vis telorum terret illum, non saxorum moles obterit[d]. Primus valvarum[e] posticum perfringit[f], primus urbem ingreditur, tot milium cohortes[g] has cedit, illas cessim[h] diffugere cogit. Omnes denique velut cuiusdam[i] terrore maiestatis perculsi, armis abiectis proni procidunt, non sibi[k], sed parvulis ignosci postulant, illorum, non suam necem deprecantur. Aiunt sese crucibus magis quam venia dignissimos. Cumque nec etati esse indulgendum nec sexui precipuorum iuberet[l] sentencia, indulgentissima tamen[m] principis clemencia omnibus parcit, omnibus ignoscit; iustiorem enim censuit esse[n] piam humanitatis indulgenciam quam districtam[o] iusticie ulcionem. Que res non modicum illi eciam apud hostes favorem peperit: sua etenim sponte tam Cholbregensium[p] quam alie Maritimorum provincie et cuncti provinciarum presides, non cervicose ut quondam, sed obnixis occurrunt[q] cervicibus et illius sese obsequele humillime substernunt[r].

Chr. Pol. II, 22.

ib. II, 46. 4. M. Imperator interea quartus[s] Henricus[1] Ungariam ingreditur. Cuius copiis rex Ungarie Colomannus[t] se longe videns disparem, Boleslai poscit fulciri[u] subsidio, huiuscemodi[v] delegata epistola: 'Invictissimo Polonorum ac Maritimorum monarcho[w] Boleslao Colomannus[x] Hungarorum rex quidquid amicissimorum intimo racio suadet, honestas[y] postulat, ut communi communiter[z] occurratur[a] incendio:

Horat Ep. I, 18, 84. *Nam tua res agitur, paries dum proximus ardet*[b].

Nec enim ob aliud Lemannorum locuste ad nos usque irrepsere, quam ut nostris, quod absit! depastis vineis vestris facilius insiliant olivetis. Quia ergo res experta experimentis non indiget, non[c] in nobis[d] amiciciam, sed amicicie vires in hostibus nos convenit experiri[e]. Etenim nocte scintillat, nocte radiat verus amicicie carbunculus'. Tum[f] Boleslaus: 'In mentem', inquit, 'veniunt illi familiares Pythagore, qui moriendi pro invicem pio contendere certamine[2]; quorum dum neuter sibi parcit pro altero, parcitur utrique[g]'. Pragitarum ergo urbes aggreditur, prosternit, populatur, quorum[h] et amminiculis[i] et studio prelia intellexit in Hungaros conflata. Sic ab amico in sese hostem distorquet[k], vias occupat, redeuntes prestolatur, intrepide confligit, victoriose triumphat. Porro livor invidie tantam Boleslai gloriam, tanti splendorem triumphi non ferens, discoloribus[l] famam[m] decolorat plumis, falsis inebriat rumusculis[n], que per Maritima[o] triviatim[p] dissultans[q] Polonos mentitur cecidisse et hostium vinculis Boleslaum coniectum. Huius figmenti et auctor et magister fuit Gnewomir[r], cui plurimum facundie, nichil inerat fidei; cuius vite Boleslaus in Albensium occidione pepercit, quem de sacro fonte suscepit, honoribus extulit, suffulsit opibus, Maritime presidem constituit. Iste, inquam, huius commenti dolo Pomoranis defeccionem persuasit et presules[s] Boleslai ab omnibus presidiis ac municipiis excussit.

Chr. Pol. II, 47.

ib. II, 48. 6. M. Meminit quidem[3], sed sero, sed coactus. Peramplissimis enim[t] rursus instauratis copiis Boleslaus non circa inutiles predociniorum occupatur sarciunculas[u], sed inaccessibiles Maritimorum urbes has occupat, illas evertit. Plurimum tamen dispendii circa Velen[v] oppidum[w] impendit, in quo ille Gnewomir[x], quia de venia desperaverat, plus ceteris resistit. Cumque illi spes indulgencie, si dedere se velit, promittitur: 'Maior est', in-

Genes. 4, 13

a) operari 4. b) vallem 1. 2. c) vim 15. d) illum *add.* 2. e) urbem vallorum 3; vallorum 13. 17. f) perstringit 4. 5. 11. 12. 15—17. g) choortes 2. h) cesim 3. 11. 13. 14. 16. 17; cesu 4; cesum 12. 15. 23. i) *ita* 1. 2; *deest* 15; quodam *alii.* k) non sibi *des.* 2. l) iubent 1. m) tanquam 3. n) *deest* 2. o) destrictam 12. p) *ita* 1. 3. 13—16; Chelbregensium 7. 11; Cholberiensium 2; Collibregensium 4; Chelbiegensium 12; Colbrensium 20; Colbregensium 8. 23, *nonnullique alii*; Cholbreg *Chron. Polon.* q) concurrunt 1. r) *sic* 1. 2; prestiterunt 4; prosternunt *reliqui.* s) quintus 4. t) *deest* 1. u) suffulciri 2. v) huiusce 1. 3. 23. w) *ita* 1. 2; monarche *alii.* x) C. 2. y) hoc res 1. z) *ita* 2; convenienter *alii.* a) *ita* 1. 2; succurratur *ceteri.* b) Et neglecta solent incendia sumere vires *(sequentem versum Horatii) add. nonnulli codd. praeter* 1. 2. 4. 11—17. c) nisi 1. d) *ita* 1. 2. 11. 12. 14—16; vobis *alii.* e) carbunculus experiri 5. f) cui 1. g) utrisque 11. 12. 15. h) qui 1. i) ammeniculis 2. k) retorquet 2. l) non decoloribus 2. m) *deest* 2. n) rivusculis 5; rumunculis 12; riwnculis 23. o) *ita* 1. 2. 23; Maritimam *alii.* p) turmatim 4. q) *ita* 2; dissulcans *alii.* r) *ita* 1. 23; Gneuomirus 2; Gnyewomir *ceteri;* Gnevomir *Chron. Pol.* s) presides 1. t) nempe 4. u) *ita* 1. 2; sarcinulas *reliqui.* v) *ita* 1. 2. 11; Weylen 3; Wyelen 5. 7; Welen 8; Vele 12; Vyelun 14; Vyelon 15; Vyeleyn 16; Vyeley 17; Velyen 13. 20; circa oppidum Wyelyen 23; Vyelun 25. w) dispendio *add.* 20. x) *ita* 1; Guemomir 2; Gnyewomir *ceteri.*

1) Vincentius lib. II, c. 22. de Henrico tertio loquitur (supra p. 480), patre huius imperatoris, quem hoc loco quartum nominat. 2) Cic. Tuscul. V, 22, 63. 3) Scil. Gnewomirus accepti beneficii.

quit, 'iniquitas mea, quam ut veniam mereri[a] possim, et sacius esse mortis iugum quam servitutis gloriosiusque vitam exponi vulneribus quam dedi suppliciis'. Quanto ergo[b] pertinacius obsistit, tanto crudeliores in se animos ac vires provocat, tanto crebrioribus illiditur assultibus. Qui tandem improbe dedicioni subactus fuste capitalem excipit sentenciam, alii omnes in ore gladii absorbentur[c]. 1108. 1. Reg 15, 8.

8. M. Sic[d] nimirum domus Domini zelus aureo inscribendos[e] calamo Simonem et Alexandrum Plocensium antistites[1] armaverat[f], qui[g] utrosque[h] hostes pervigili sollercia studiosissime ab arce dominica arcere[i] satagebant[k]. Sicut enim nec minimus loci vel temporis punctus ab invisibilium tutus[l] est insidiis, sic Mazoviensibus visibilium[i] nunquam defuit hostium incursus, nunc Prussis[m], nunc Pomoranis, nunc utrisque, hinc aperte[n], illinc subdole irrepentibus; quod non modicum illis non modo animositatis, sed et[o] industrie suggerit promptitudinem. Usus enim reddit magistrum[p], et ferrum non tam hebes quam eciam scabrosum[q] sine assiduitate exercendi[r] efficitur. Ideoque Mazoviam et consiliis esse strennuam et vernantissima milicie florere maiestate. Inter quos Alexandrum summa dignum admiracione duco[s], qui tam diversis ac summis rebus simul sufficere potuerit. Nam nostri *ecce gigantes gemunt sub aquis et qui habitant cum eis.* Res mira, idem agnus et leo, idem lupus et dux gregis, idem presul et miles, simul armatus et devotus, ut inter iuges armorum excubias nichil quod suum est devocionis neglexerit, Ambrosiane non immemor sentencie: *Arma episcopi lacrime sunt et oraciones.* Magnus in preliis Alexander, in divinis maior obsequiis. Nam ut[t] extructas ab eo basilicas cuiuslibet invidia silencio sepeliat, sub modio tamen lucerna abscondi non potest, nedum civitas supra montem sita[u]. Indevotus enim quo pacto estimabitur, qui tam conspicuum beate virginis templum[2] a primis iniciat fundamentis et consumat? cum[v] pater Salomonis, ne Domini[w] templum edificet, a Domino prohibetur[x, *]. Res ergo ipsa declarat, quam dilecta[y] illi fuerint[z] tabernacula Domini virtutum, ipsa operis[a] elegancia, forme festivitas dulcissimo illum cordis palato indesinenter ostendit masticasse: *Domine, dilexi decorem*[b] *domus tue.* Quam non tantum intrinsecis[c] ac spiritualibus[d] locupletavit studiis, sed eciam armis communivit materialibus, necessariis undique septam presidiis, ut lectulum Salomonis et[e] sexaginta ex fortissimis filiorum Israel intrinsecus et trecenti ex electissimis loricatorum extrinsecus custodirent; ut vere dici possit: *Pulchra es*[f] *et decora filia*[g] *Ierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Contigit[h] autem, Boleslao et universa pene[i] milicia procul agentibus, cruentissime[k] predacionis impetu Mazoviam Pomoranos irrumpere[l]; qui tota pene populata[m] provincia, luctuosas fastidiunt sarcinas, lamentabiles abigunt manubias. Concurrunt Mazoviensium perpauculi, consequuntur; stat hostis arena maris numerosior. Nam congressum paucitas non presumit, multitudo contemnit: istis[n] temerarium, illis[n] videtur inglorium. Cumque isti[n] fugam, recessum illi[n] meditantur, adest venerabilis[o] antistes Simon, institis[p] ac infulis pontificalium insignis[q], non tam luctu quam precum et suffragiorum devocione miserabile spectaculum prosecutus. Qui eminus exclamat: 'In[r] uno tantum, filioli, spes est vincendi, non in multis est victoria. Nec mortis metuendum est discrimen, maxime cum pro salute agitur proximorum; quia mors corporis hominem non extinguit, sed ad premium virtutis admittit!' Quo dicto suos pugne, sese oracioni

Ps. 68, 10. Chr. Pol. II, 49. Iob 26, 5. Decr. Grat. II, 23, 8, 1. Math. 5, 14. 15. Ps. 83, 2. ib. 25, 8. Cant. 3, 7. ib. 6, 3. Chr. Pol. II, 49.

*) 2 *addit:* Cui dictum est a Domino: 'Non edificabis mihi templum, quia vir sanguinum es'. 1 Paral. 28, 3. 2. Reg. 16, 8.

a) mereri 1. 2. 23; merere *reliqui.* b) enim 23. c) absorbuntur 12. d) Sic 1. 2; Hic 4. 11—17, *celeri.* e) *ita* 1. 2; inscribendus *celeri.* f) animaverat 1. g) quoniam 12. 16; quorum 1. h) utriusque 1; uterque 20. i) *deest* 2. k) satagebat 1. l) umquam tutus 4. m) Pruscis 4. 5. 7. 11—17. 23. n) parti 23. o) etiam 1; *deest* 4. 11—17. p) maysterium 3. 7. 16; magisterium 11. 14; ingenium reddit 20. q) scrabosum 2. r) sine ass. exerc. *des.* 2. s) dico 1. 4. 12. 17. qui *deest* 23. t) et 23. u) situata 12. v) ergo *add.* 23. w) dum 1. 20. 23. 25. x) prohiberetur 2. y) delecta 4. 11—17. z) fuerunt 1. 4. 15. a) *ita* 1. 2. 23; tempora 4; operum ipsa *alii.* b) *deest* 1. c) intrinsecus 2. 7. d) spiritalibus 2. e) et 1. 2. 23, *deest reliquis.* f) *deest* 1. 2. g) *ita* 1. 2. 23; sicut *alii cum Vulg.* h) contingit 4. 16. 23. i) fere 2. k) cruentissimus 1. l) irrupere 1. m) predata 12. n) ill. . . . ist. *omnes praeter* 1. 2. 23. o) *tantum* 1. 2; *deest ceteris.* p) inscitis 1; institutis 2; in stolis 20. q) insignitus 2. r) Immo in uno *omnes codd. (?) praeter* 1. 2; In uno *fortasse bis scribendum est.*

1) In Chronica Polonorum tantum Simonis Plocensis episcopi mentio fit. Alexander episcopus Plocensis diplomata monasterii Trzemesnensis anno 1145. et 1146. testatus, a. 1156. mortuus est; Ann. cap. Cracov., SS. XIX, p. 591; Codex diplomaticus maioris Poloniae I, Poznaniae 1877, nr. 11. 12. Diem mortis eius, VII. Id. Mart., Necrologium S. Vincentii Vratislaviensis tradit, 'Zeitschr. f. schles. Geschichte' X, p. 427. 2) *Id est S. Marie annunciacionis in arce Plocensi* addit glossator codicis 17.

1108. committit, nec cessat, donec omnis illa predonum numerositas succubuit[a], paucis admodum fuga elapsis. Sic[b] omni suorum excussa preda, sic hostibus prostratis letum cum suis revehit[c] tropheum. Immo postridie[d] vel amplius infelicis, immo felicis belli reliquias cecorum instar palpitanter errasse, quos a feminis asserunt[b] et comprehensos et in vincula coniectos.

10. M. Valde peccamus, si aliorum bene gesta non laudamus; sed nichil mercedis agimus, si ea, in quantum possumus[e], non imitamur. Nam cui non invidus videar, si auream huius regie columpnam, si patrem[f] reverentissimum[g], ex tuis antecessoribus quendam, mutis labiis suppressero. Erat enim eiusdem sancte Gneznensis ecclesie, cui tu presides, archipontifex Martinus[1], cuius nutu, cuius arbitrio totus huius reipublice cardo vertebatur. Huic percrebro Pomorani iuges tendere insidias, nunc toxicatis poculis, nunc iugulo, seu quavis nece clandestina, tum quia illis ritum inhibet idolatrie, tum quia decimas et primicias ab eis exigit, tum ut eo sublato regni simul et consilii caput amputent. Cumque diu dolosa nequicia[h] effudissent machinamina, eventum[i] vir prudens industrie declinabat. (Chr. Pol. II, 43.) Divinis tandem intentum obsequiis in Spicimiriensi oratorio[k] comprehendere gestiunt. Clamor attollitur, hostium impetus in ipsis nunciatur[l] proastiis[m]. Quid ergo, fugiendum? At stridens mucro coruscat in ianuis; bellandum[n]? at nulla facultas, nullum adminiculum, viribus tremulis, viris[o] imbecillibus; supplicandum? sed quando cruentos[p] luporum rictus[q] agni balatus placaverit[r]? Verum ut erat sursum contemplacione[s] porrectus, sic et corpore in altum[t] attollitur. Cuiusdam enim scale beneficio conscendens, inter laquearia delitescit:

(Vergil. Aen. VIII, 224) Sic senio vires, *pedibus timor addidit alas.*

Illi catervatim irrumpunt, sacris non parcunt, sancta diripiunt, quendam diocetem[u], qui stupore totus diriguerat, prostratum secus aram conspicantur; archipresulem rati comprehendunt, non sine tripudio asportant. Nec modo illum decimis ac primiciis abrenunciare iubent, sed omnibus catholice fidei deierare[v] muneribus; numerositatem[w] insuper metalli appendere ac pacis perpetuitatem artatur polliceri. Cuius dum vita huiusmodi taxatur (Prov. 3, 5.) commercio, nichil horum annuit. Erat enim vir Deo plenus, fiduciam habens in Domino, non tam de propriis presumens meritis quam de antistitis suffragiis, cuius virtutes diligentem discipulum latere non poterant. Presul autem[x] lacrimarum torrente[y] pronus immergitur[z], sanctuarium[a] profanatum et sancta manu contrectari[b] sacrilega luctuose deplangit[c]. Qui aram devotissime amplexus precum devocione[d] triduanam continuat inediam. (Ps. 145, 7.) Necdum e[e] sanctuario pater venerabilis gressum dimoverat, cum[f] eum[g] qui solvit (ib. 93, 1.) compeditos Dominus ulcionum libere egit. Quadam enim repentina tam ipsi quam coniuges et parvuli eorum correpti sunt vesania, ut sese invicem nunc ferro, nunc saxis aut stipite appeterent[h] et suorum carissimos non modo ut incognitos[i], sed ut[k] hostes a suis domiciliis persequenter[l] expulsarent[m]. Qui dum alios contingere nequeunt, proprios artus aut unguibus[n] dissecant aut dentibus dimordicant[o]. Qua peste, non[p] sine prodigioso rugitu, non sine horrenda iactacione plerique illorum expirant. Tamque diu vexati sunt, donec supplicii causa intellecta et sancta sanctorum cum omni supellectili pontifici remittunt[q] et quantam a diocete poposcerant pecunie quantitatem[r], violate multam immunitatis[s] pollicentur; sed et catholice characterem fidei reverencius profitentur et ecclesiasticis sese muneribus obstringunt.

a) *ita* 1. 2; succumbit *celeri.* b) *deest* 2. c) refert 2. d) post tridie 7. 20. 25; post triduum 2. e) possimus 15. f) patrum 7. 8. 12. 14. 16. g) venerandissimum 16; reverendissimum *reliqui.* h) *ita* 1. 2; dolo suam nequitiam 15; dolosam nequitiam *celeri.* i) *ita* 1; cuncta enim 2; eventuum cuncta 3 *celerique.* k) *ita* 1. 2; civitatis oraculo 4; oraculo *celeri.* l) initiantur 23. m) *glossa* suburbiis 20; proastigiis 2; proasciis 4. 11—17. n) rebellandum 1. 2. o) viribus 2. p) cruentus 2. q) *ita* 1. 2; ictus 3. 11—13. 15—17. 23 *nonnullique.* r) placavit 17. s) eo *add.* 23. t) in a. *des.* 1. u) diocetam 4; archidiaconum *addit glossator* 17. 20. v) deletare 1; degerare 23. w) *ita* 1. 2; innumerositatem *reliqui.* x) aut 2. y) torrentem 11. 14. 23. z) et *add.* 1. 23. a) et sacrarium *add.* 1. b) contractari 4. 11—13. 15—17. c) deplangens 1. d) devotioni 2; devotionem 23. e) a 4. 15—17. f) *deest* 1. g) *deest* 2. 23. h) appetunt 2; oppeterent 13; competerent 15. i) ignotos 1; cognitos 23. k) a c e r b i s s i m o s *add. codd. praeter* 1. 2. 23. l) *ita* 1. 2. 11—17; persequerentur 4; persequentes *reliqui.* m) expellerent 15. n) ungulis 11. 12. 15. o) mordicant 4. p) non — rugitu *des.* 1. q) *ita* 2. 20. 23; remittuntur *celeri.* r) pop. pecuniam 4. 15. s) emunitatis 23.

1) Martinum archiepiscopatui Gnesnensi a. 1092—1118. praefuisse demonstravit Korytkowski canonicus Gnesnensis in 'Roczniki towarzystwa przyjaciół nauk Poznańskiego' XI (Poznan 1881), p. 9. 10.

14. M. Non iniuste ergo[a] Boleslai severitas in sacrilegos idolatras incanduit[b], non[c] iniuste ulcionem adiecit ulcioni. Vix enim illa sacrilegii ultrix, pestis[d], quieverat, cum nec sacre fidei reverenciam nec pollicitis ullam tenuere fidem. Non timent[e] impudici apostate[f] salutem fugere nec abhorrent canes persordidi ad vomitum reverti. [cf. 2. Petr 2, 22] Omne itaque suorum undique robur contrahit, omnes omnium et acuit[g] vires Boleslaus et ponderat. Surgunt castra contra Maritimam, et divinam agi causam, non humanam primipilarius antecurrens predocuit. Est enim beati Viti Crusvicie basilica, in cuius pinnaculo quidam in- [1109.] estimabilis et[h] habitus[i] et forme visus est adolescens, cuius inedicibilis, ut aiunt, splendor[h] non modo urbem, sed urbis quoque[k] proastia illustrabat. Hic eo desiliens cum aureo pilo turmas eminus antecedit, non paucis claram numinis virtutem cernentibus et rei tante mysterium tacita[l] veneracione stupentibus, donec ad urbem Nakel pilum, quod gestabat, quasi vibrans disparuit. Hac ergo animatus fiducia Boleslaus obsidionibus urbem[m] in- [Chr. Pol III, 1.] cludit, fundibulis[n] circumvolat[o], tormentis concutit, arietibus pulsat, assultibus impetit; nichil roboris non attemptat, nichil ingenii[p] inexpertum relinquit[q]. Vident suos urbani numero[r] rarescere[s], senciunt sese viribus destitui, qui dum virtute nequeunt, dolo niti[t] contendunt. Treugas deliberandi orant et impetrant, suis interea intimant[u]: insidias parent[v], incautos occupent, vincula presto habeant[w], quibus, quos velint[x], vinciant. Cumque sit post laborem quies[y] gratissima, omnes pene quieti Boleslaide indulgent, quam et laborum suadent dispendia et presens beati Laurencii iubet veneracio. Improvisa ergo de veprium [Aug. 10.] densetis[z] peditum[a] prosiliunt agmina; caverant enim, ne strepitu calcis aut hinnitu caballorum proderentur insidie, et[b] ut omni spe fuge amputata non minus pro salute quam pro victoria pugnarent[c]. Quorum numerositas trans numerum locustarum omne planum operit, impetere tamen trepidant, precautas enim intelligunt excubiis insidias. Proinde confertim[d] preporrectis undique cuspidibus velut in quodam circo prelium prestolantes consistunt. Tunc[e] Boleslaus vultu serenissimo mente tranquilla: 'Capreas', inquit, 'proceres, video nostris[f] non invisas leunculis[g]; nam quis molestos estimet[h] aquilis murilegos, tigribus cornupetas[i]? Si quid tamen virium[k] habent — nota vobis[l] illorum ignavia —, nostri virtute primipilarii et hodierni gloria martyris omne illud colliquescet[m], cum causa iustior et[n] animet exanimes et meticulosissimis pariat audaciam'. Quo dicto hinc[o] ipse assilit, inde milicie[p] princeps irruit Scarbimirus. Auget leonibus famem animositas, fames animositatem irritat; damis[q] vero terror metum incutit, metus terrorem centuplat, et utrumque plus altero[r] et[s] exanimat et[t] enervat. Dedignatur leonum generositas gregis imbecillis sanguinem lingere, sola cadaverum strage delectatur[u]; turpe putant Lechite hostium occidione intermissa spoliis occupari sacrilegis. Quid ergo? Linguis omnium loquar nec tante cedis modum verbis[v] assequar[w], quia numerum occisorum non aliter scire potes[x], quam si arenas maris aut[y] celi stellas miseris in calculum; super quo, si vacat, algoristas[z] consule sive abacistas[a], quos calculandi agitat[b] sollercia. Huius rei fidem eciam hodie astruunt[c] aggeres instar[d] moncium ex inhumatis ossibus acervati. Multa insuper milia[e] suis[f] vincti[g] loramentis in Polonie colonias transvecti[g]. Extunc ergo[h] et Nakel et alie quam plures illorum[i] urbes huic regno accessere.

18. M. Adhuc ergo[k] vulnerum non detumuerat livor, nondum siccate cruoris[l] erant [Chr. Pol. III, 2.] aspergines, cum furoris impetus Lemannici Polonie limitibus irrepsisse nunciatur. Tum[m] Boleslaus: 'Hoc', inquit, 'viri, plus virium, plus animi nobis adicit[n], quam incuciat terroris.

a) igitur 2. b) recanduit 11. c) *ita* 1. 2. 23; nec *alii*. d) pestis ultrix 2. e) timet 23. — impuniti 1. f) a potestate 2. g) exacuit 2. h) *deest* 2. i) habitu 1. — et *deest* 23. k) ut aiunt proastigia (quoque *deest*) 2; queque 4. 11—17. 23. l) *ita* 2; tanta *celeri*. m) urbem 1. 2. 23; *deest ceteris*. n) fundibus 23; fudibolis 15. o) circumvallavit 4; circumvolavit 7. 20. p) ingenium 2. q) expertum reliquit 23. r) *ita* 1. 2. 23; numeros *ceteri*. s) irrarescere 16. t) *ita* 1. 2; tuti *ceteri*. u) ut *add*. 2; et *add*. 3—5. 7. 8. 11. 13. 15. 17. 23. v) parant 23. w) habebant 23. x) volunt 2. y) requies 2. z) *ita* 2; densatis 1; densentis 3; densitis 7; densitate 15. a) peditum *tantum* 1. 2. b) *deest* 16. c) pugnaretur 1. d) consertim 1. 11. 14. 15. 23; consertis 2. e) Tum 2. f) nostras 23. g) *ita* 2; leonculis *alii*. h) estimat 23. i) cornipetas 11—14. 16. 17. k) verum 4. l) nobis 1. 23; vobis est 2. m) colliquescit 2. 23. n) et an. ex. et *des*. 2. o) hin 2. p) militum 1. q) dampnis 1; dammis 3. r) alt. plus 2. 4. 11—17. 23. s) *deest* 2. 23. t) plus 2; plus et 4. 11—17. u) delectantur 16. 23. v) *deest* 1. w) nec explicare potero *add*. 20. x) poteris 11. 14. y) vel 2. z) alegoristas 4. 11—16; allegoristas 23. a) acistas 2; albacistas 4. 11—17. b) calcat 5. c) asserunt 12. d) instar — acervati *des*. 2. e) similia 2. f) *deest* 2. g) vincta . . transvecta 4. 11—14. 16. 17. 23. h) igitur 2. — et *deest* 2. 23. i) eorum 2. k) igitur 2. l) *ita* 1. 2; corporis *ceteri*; erant corp. asperg. 23. m) tunc 4. 11—17. 23. n) addicit 2.

1109. Nam si meticulosi sunt, meticulosum quis metuat[a]? si animosi, exanimis est, quem animosus non animat[b]. Quippe virtus virtutem suscitat, et animositas animositatem exercet. Stature sunt gigantee. Quid enim? Stat carectum[c] humile, cacuminatas vero pinus sua ipsa deicit[d] proceritas. Plus enim habent ponderis ad ruinam que ceteris sunt alciora. Multitudinis sunt infinite. Certe non indebiles[e] sunt qui multitudine armantur[f]; de se namque parum confidit, qui multorum eget consorcio. Esto, tamen ferrei sunt[g] roboris. Gratulor, asperam enim, non levem[h] esse convenit virtutis cotem[i]. Nonne in vobis novi? novi[k] utique in vobis robusti silicem pectoris, qui[l] quanto crebrius ferro incutitur, crebrius scintillat. Quid enim aliud loquerentur tot preliorum retro transacta insignia, tot vestra insculpti manu tot victoriarum tituli[m]? Quid huius tam recentis gloria triumphi? Quid denique tam gloriosa vestrorum[n] cruditas[o] vulnerum? Aureis vos[p] in hostes non tam urgent stimulis, quam gryphonteis ad volandum alis attollunt. Cruentis enim leonum rictibus minus audacter occurritur, cum perexigua reptilium natura et lesione ferior[q] et vulnere sepe fit audacior. Sed modestius, viri, modestius[r]! frenis, ut video, magis opus est quam calcaribus. Militaris ante omnia vos[s] in omnibus non tam strennuitatis meminisse convenit quam discipline'. Omnes etenim[t] adeo belli fervorem[u] hanelabant, ut nec vulnusculum ex conflictu nec angustiolam ex vulneribus passi viderentur.

Chr. Pol. III, 3. Iam vero imperator Henricus suscepte non immemor iniurie[1] Bithomiense[v] municipium multis conatibus attemptaverat. Quod quoniam et viris tutum et situ vidit pene inaccessibile, circa urbem Glogow[w] copias explicat, cives improvisis obsidionibus cingit et quasi quibusdam torcularibus includit[x], obsides extorquet, dedicionis diem constituit. Suas interim illi[y] Boleslao et exponunt et deplangunt angustias, obsides prestitos non tam dedendi animo quam differendi remedio. Quibus rescribit[z] Boleslaus: 'Fuco nichil ignavius, nichil micius vermiculo[a] favigena[b]; uterque tamen, iste ab alveo, ille[c] a fucinio arcet vespadios: pocius itaque obsidibus quam libertate carendum. Tucius enim est paucorum
ib. III, 4. saluti non parcere quam pusillanimitatis ignavia plurimos in[d] discrimen adducere'. Huius mandati Glogovienses informantur fiducia[e], vires colligunt, urbem hi muniunt, ruinas[f] illi resarciunt. Sed et[g] cesaris castra inde cives, illinc Boleslaus continuis sollicitant incursibus[h]. Nam qui castrorum invigilant excubiis, qui Polonie sinus explorant, qui Boleslaidis undelibet tendunt insidias, qui predocinia[i] gaudent aucupari[k], seu qui vite uspiam venantur stipendia, omnes vel vinculis coniecti Boleslao exhibentur vel mortis multantur dis-
ib. III, 8. pendio. At cesar fragoso[l] urbem turbine involvit, molibus tormentorum circumtonat, nimbis telorum obruere contendit, saxea tempestate grandinat, fulminibus ingeniorum coruscat, que illi aut industrie studio declinant aut in cesaris dampna retorquent. O vere viriles, o vere[m] ferreos animos! o transmire viros constancie! quos nec auri splendor demulcet, nec imperatorie numen inclinat[n] maiestatis; non hostium terret illos[o] impetus, non laborum frangit asperitas, non ipsa parvulorum pietas emollit. Quia enim patres obliti filiorum acerrime rebellant, nunc machinis eorum parvuli alligantur et saxis ac spiculis parentum exponuntur, nunc omni tormentorum genere paterno sub aspectu territantur, sed incassum. Stat enim inconcusso fixa robore patrum sentencia: tucius[p] esse patres prole defungi, quam patria cives exui, et honestius libertati quam liberis consulitur. Frustratis igitur[q] viribus, arte, minis[r], in divinam Silencii[s] provinciam signa surgunt bellica, sed omine infaustissimo[t] et alite sinistimo[u]. Illa enim, illa Sylenciadum[v] strennuitas, que clarissimis ubique triumphis enituit[w], que[x] Magno quondam Alexandro tributum solvit[2],

a) *ita* 1. 2; timeat *reliqui*. b) *ita* 1. 2. 23; animet *ceteri*. c) carcinum 2. d) *ita* 1. 2. 14. 15; deiecit *alii*. e) debiles 23. f) animantur 1. g) sint 4. 11. 13. 14. 17. h) lenem 2. i) dotem 1. k) novi — vobis *des.* 4. l) quod 1. 2. m) titulis 2. n) nostrorum 1. 2. o) ruditas 1. p) nos 1. 2. 12; *deest* 4. 11. 13—15. q) ferocior 2. r) *deest* 2. s) nos 1. t) enim 15. u) fervorem 2. 23; fervore 1; furorem 7. 8, *alii*. v) Bythomiense 2. w) Glogou 2. x) inducit 1. y) *deest* 4. 11—17. 23. z) *ita* 1. 2; inscribit *ceteri*. a) *deest* 4; vermiculoso 12. b) favigera 4. c) iste 1. d) ad 4. 15—17. 23. e) audacia 11. f) rimas 23. g) et *tantum* 1. 2. h) impulsibus 4. i) prodocinio 2. k) occupari 1. 2. 23. l) fragosa 2; fragose 23. m) *deest* 11—17. 23; o — animos *des.* 1. n) declinat 4. o) *deest* 1. p) reverentius 1. q) ergo 1. r) nimis 4. 15. 16. s) Silenciam 11. t) infaustimo 23. u) *ita* 1. 2; sinistrimo 4; sinistro 12. 25. v) *sic* 1. 2, Silenciana *reliqui*. w) emicuit 1. x) quod 2. 8. 23.

1) V. lib. III, c. 4, supra p. 486. 2) *Victoriosusque Graccovie ac Silencii subactis provinciis* [Alexander] Vincent. Chron. I, c. 9.

idem et Lemanno. Qui egre ferentes tantum hostem sue incubare[a] provincie, orant Boleslaum, ne prelium differat, quia mora trahit in se periculum, et sacius[b] esse semel cadere quam semper pendere. Agat intrepide; modum aiunt indubitate reperisse victorie. Mandat igitur imperatori Boleslaus rex: 'Paratus ad prelium et differens sue testis est[c] ignavie. Tributum exigis?' — exigebat enim — 'Cruentum in crastino tributum prestolare! Nam quid a quo exigere debeas, nostro[d] cras munere condisces!' Ut ergo primum dies illuxit, precurrunt[e] hinc inde velites, ut numero, sic animositate dispares; ex adverso acies consistunt[1]. Et quantum Lemannos[f] auget numerositas, tanto Polonos animosior acuit audacia. Interea Silenciorum non pauca manus a tergo prosiliunt, non paucos ex hostibus in se convertunt; fugam ex industria simulant, a turmis illos eliciunt, longius provocant, in provocatos reflectuntur[g] et obliquato cuspidum vibramine preporrectas[h] illorum lanceas simul repellunt et feriunt. Quibus prostratis advolant alii illorum subsidio et occidunt, rursus alii itemque alii, donec omnes pene extremorum[i] exercitus in eos[k] convertuntur. Unde non tam medie quam prime turbantur acies, que cum tumultus causam ignorant, suos fugere, non prosequi[l] autumant et fere diffugio dilabuntur. Quos hinc pudor, inde Boleslaus[m] consistere impellit. Ut ergo erant prime, Pragitarum phalanges[n] primo congressu succumbunt. Deinde ille gigantee Lemannorum legiones hee a Boleslao, ille a Silenciis sternuntur[o]. Alii cursu dubio inter pugnancium acies incerti, quid agant, quibus ferant auxilium, catervatim hac illac raptantur[p]. Nonnulli toxicatis Plaucorum[q] sagittis depereunt, quibus primipilarie imperatoris cohortes[r] in pedestre coguntur descendere certamen, caballis in ipso ictu virtute toxici cadentibus. Sic Dominus gloriose[s] magnificatus est, equum enim[t] et ascensorem proiecit in mare. Exiles tamen et confractas eorum reliquias mesta[u] recollegit[v] Lemannia. Qui vitam cesaris pro munere et fugam coluere pro triumpho. Superest argumento loci apellacio; ad quem tanta canum confluxerat numerositas, qui tanto cadaverum esu in quandam feritatem prorupere lymphaticam, ut nullis illo[w] pateret commeatus. Ideoque[x] caninum campestre locus ille nuncupatur[y, 2].

[Marginalia: 1109. — Exod. 15, 1. 21 — Chr. Pol. III, 15.]

20. M. Porro ducem Bohemie Z.[z, 3] indilato impetu a regno exterminat, quem quondam a suis propulsatum humanissimo Boleslaus excepit amplexu, piis ablactavit uberibus; quem prius[a] Olomucensium[b] principem, Pragitis demum[c] ducem constituit. Tantas autem vices tanti beneficii redhibuit, ut, cum in se maleficio diffideret[d], imperatoriam in Boleslaum hostilitatem exasperat. Sed sue[e] fructum perfidie non infideliter demessuit: quidam enim ex[f] suis de consueta illum obiurgans perfidia pugione transfigit. Cuius in locum dux Burivoy[g] munere Boleslai sufficitur[h], quem suorum quoque prodidit[i] invidia, immo fraterna prodidit[k] ambicio. Ideoque rursus in Bohemiam regreditur[l] Boleslaus, cruentum fratricidam expulit[m] et minorem eius fratrem principatu insignivit[n, 4]. Quod illi apud Lemannos plurimum conflavit invidie, quod imperatoriam sibi vendicaret quasi maiestatem, cum in regnis contiguis arbitratu proprio quos[o] mallet deiceret potenter, quos mallet excellenter[p] sublimaret. Et iam pene[q] cuncta finitimorum regna suo coniecerat imperio. Iam eciam[r] transfinitimos vel gracie serenitate vel quadam stuporis reverencia devinxerat, ut quo[s] vix Boleslai nomen attigisset, numen eius coleretur. . . . . . .

[Marginalia: ib. III, 16. — ib. III, 17. — ib. III, 20]

26. . . . Succedit autem[t] patri[5] Wladislaus tam primogeniture privilegio insignis

[Marginalia: 1138.]

a) incumbere 1. 5. 12. b) sancius 1. 23. c) *ita* 1. 2. 23 *multique alii;* tue t. sum 4. 11—17, *nonnulli alii.* d) noto 2. e) percurrunt 15. f) Lemanno 2. g) reflectunt 2. h) prope opere cunctas 2. i) posterorum 1. 3; externorum *corr.* 20; postremorum 4. 13. 17. 23. k) in eos 1. 2; *des. ceteris.* l) *ita* 1. 2. 4. 16; persequi *reliqui.* m) Polonus 2. n) falances 2. o) *sic* 1. 2; prosternuntur *reliqui.* p) *sic* 1. 2; reptant *ceteri.* q) Plancorum 7. 8; Clancorum 28. r) choortes 2. s) *ita* 1. 2. 8. 23; gloriosus Deus 5; gl. Dom. 16. t) *deest* 2. u) *deest* 1. v) *ita* 1. 8. 12. 13. 23; recolit 7; recolligit *reliqui.* w) nullus 23; illic 4. x) ideo 12. y) alias psyepole *add.* 4. 20 *nonnullique;* pszepole 23. z) Zeth. 7. 20. 23. 24. a) *ita* 1. 2. 23; primum *ceteri.* b) Olomuncensem 2. c) deinde Pr. 1; demum Pr. 23. d) diffiderent 1. e) *deest* 1. f) de 2. 23. g) *ita* 2, *Chron. Pol.;* Borziwoy *ceteri;* Borzywoy 23. h) perficitur 12. i) perdidit 1. 4. k) perdidit 14. l) regrediens 1. m) expulsat 1. 2. n) insignit 23. o) quos — potenter *des.* 1; pot. deic. 4. 11—17. p) potenter 2. q) bene 1. r) enim 2. s) quam 2; qua 4. 11—17. 23. t) ergo 4. 11. 12. 14—17. 23.

1) Huius pugnae nec Chronica Polonorum neque Annales mentionem faciunt. 2) 'Psepole' Polonice, 'Hundsfeld' Germanice vicus haud procul ab urbe Vratislavia distans a. 1206. a duce Silesiae Henrico I. monasterio ordinis Praemonstratensis S. Vincentii prope Vratislaviam donatus est; Grünhagen, 'Schles. Regesten' I, ed. 2, nr. 101. 103. 3) Swatopolcum Boleslaus; quod Vincentius suo more emendtitus est. 4) Hactenus Vincentius Chronicam Polonorum secutus est. 5) Boleslaus III. a. 1138, V. Kal. Nov. mortuus est; Ann. cap. Cracov. SS. XIX, p. 590.

quam regni successione sublimis, sed ambitiosus altero, reliquo fastuosus[a]. Qui eo tristius imperavit, quo iocundius uxoriis[1] indulsit amplexibus. Non enim facile[b] de uxore triumphatur, que semel triumphasse permittitur. Nec enim vicisse[c] contenta est victricis animositas, nisi queque invictissimorum colla suis suppeditet imperiis. Vocat ergo[d] virum semiprincipem, immo semivirum, qui quarta unius iugeris contentus porciuncula tot plus quam principes muliebriter sustineat. Quia vero sine difficultate perorat qui imperat, promptissime viri animum inclinat. Itaque princeps in se humanissimus uxoris atrocitate ab humanitate desciscit[e]. Nam fraterna exutus pietate hostiles animos induit et fraterculos[f] adhuc impuberes cruentissima rabie insectatur, eorumque urbibus occupatis, ipsos exhereditare[g] instituit. Qui prona supplicacione prostrati numen mulieris inexorabile[h] placare student et plus lacrimis quam lingue beneficio perorare[i] contendunt. Sed Herebi[k] milies mansuefeceris[l] inferias[m], quam femineam[n] semel exoraveris truculenciam.

1146. 28. M. O[o] infausta belli condicio! quem paterna colunt reverencia, hostem sustinent; a quo patrocinium sperari debuit, prelium infligitur. Verumtamen ex ipso vulnere nata est vulneris curacio. Ob importabile namque mulieris[p] eiusdem[q] iugum, ob inexorabiles odii causas archipontifex Iacobus[r, 2] cum procerum precipuis ad pupillos defecerunt, qui sub principe milicie, cuius non[r] longe[3] prememini[s], Wseborio[t] sepius non improspere contra Wladislaum conflixerunt[u]. Horum freti confidencia[v] non iam lacrimis indulgent pupilli, sed armorum studiis animosius insistunt. Est enim omnium arcium ubique magistra, est rudium semper eruditiva necessitas. Proinde suorum aliquantisper minus fidens Wladislaus exterorum turmas contrahit; quos[w] illi manu perpaucula fudere, ut fama sit eorum cruore flumen[x] Pilcie[y], iuxta quod conflictum est, ripas alcius inundasse. Rursus ergo numerosiores, immo innumeras barbarorum legiones, quasdam prece allicit, quasdam precio conciliat, nonnullas potestativo cogit imperatu, omnes in fraternum grassari iubet excidium. Quid faciat agnus an vitulus[z] rabidis undique luporum circumseptus excubiis? Nam quod fuge consilium? quod consilii beneficium? quod beneficii tandem remedium? ubi tanti undique stuporis atrocitas. Et iam[a] quidem[b] omnibus pene dirutis aut presidiatis illorum municipiis, iam quasi voti compos circa Poznaniensium urbem, que sola restabat eorum presidio, tam[c] suas quam Tibianeorum congesserat[d] copias. Iam obsidionum omne ingenium, omne robur explicuerat per gyrum, tanto securior, quanto milicia[e] copiosior. Delituerant interea pupilli ex industria[f] cum paucis quidem, sed armorum exercitatissimis urbi secrecius deliberantes[g] subsidium. Inter quos Mesco[4], ut erat et[h] animo prompcior et sermone torrencior: 'Sacius[i]', inquit, 'viri, sacius[k] rebus quam verbis[l] rerum consulitur angustie[m]. Nam et securi via secura est in invio et strata publica in dumetis. Nonne planum est falcis iter in carecto[n], nec strictus erit ensi cursus[o] in districto? Quis imbelle scarabonum[p] vulgus, quis salaces locustas horruerit? Libeat[q], queso, tam fortune munus quam virtutis robur experiri'. His dictis paulatim in hostem[r] procedunt, sensim surrepunt, excubias hostium procul a castris occupant, in vincula coniciunt[s], secreta castrorum fateri iubent. Agnoscunt nil suspicari et[a] inter epulas lasciva securitate torpere; sed et[m] cives eminentissime scuto e muris exerto evidens opportunitatis argumentum suggerebant. Ps. 77, 30. *Adhuc* ergo *esce erant*[t] *in ore ipsorum, et ira Dei ascendit*[u] *super eos.* Epulantibus insiliunt, incautos obruunt, stupidos obtruncant.

a) fastidiosus 15. b) de facili 23. c) devicisse 15. d) igitur 2. e) descissit 2. f) parvos *add.* 4. g) exheredare 2. 23. h) exorabile 1. i) operare 2. k) heredibus 1; herbi 2. l) mansuesceris 1. 2. 12. 15. m) in furias 2. n) feminam, trucul. *deest* 4. o) *deest* 1 *nonnullisque aliis.* p) *ita* 1. 2; vulneris *ceteri.* q) *deest* 13. r) *deest* 2. s) prememinerام 1. t) Vezeborio 23. u) confluxerunt 23. v) consilio 11. 16. w) quas 4. 11. 13—17. x) fluminis 4. 12. y) *ita* 2. 12—14. 16; Pylczye 4; Pylcze 5; Pylcie 8; Pilicze 15; Philisie 23; Pilicie *reliqui.* z) *sic* 1. 2; agniculus *ceteri.* a) *deest* 1. b) *tantum* 1. 2; *deest ceteris.* c) quam 3. 7. 8. 23. d) comesserat 2. e) milite 2; militie 23. f) ex ind. *des.* 2. g) delirantes 2; delibantes 23. h) *deest* 2. i) *deest* 7. 8. k) *deest* 4. 11—17. 23. l) viribus 5. m) *deest* 23. n) caronco 2. o) pulsus 17. p) *ita* 1. 14; scrabonum 2. 5. 8; strabonum 4. 13. 17; scabronum 7. 11; scabrorum 12. 16; stabrium 15; *deest* 23. q) libet 1. r) hostes 1. s) convinciunt 4. 20. 25; convincunt 23. t) *deest* 2. u) *ita Vulg.* 1. 2. 12. 16. 17. 23; descendit *ceteri.*

1) Agnes, filia Leopoldi III. marchionis Austriae, erat uxor Vladislai II, de qua v. Grotefend, 'Zur Genealogie u. Geschichte der Breslauer Piasten, Abhandlungen der schlesischen Gesellschaft für vaterländische Cultur' 1873. p. 53. 2) 1119—1148. V. Korytkowski in 'Roczniki przyjaciół nauk' XI, 1881, p. 10. 11. 3) Lib. III, c. 26; Mon. Polon. II, p. 359[b]. 4) Tertius filius Boleslai III.

Erumpunt valvis patulis urbani, evolant urbe[a] presidiarii[b], catervas hostium hinc inde (1146.) ventilant[c], tardiusculos premunt[d], spiculantur fugientes et quasi leones inter caprarum greges passim debriantur. Ceterum eis, qui fuga nisi[e] sunt prosperari, longe miserior occurrit calamitas. Nam cui forsitan gladii severitas[f] pepercisset, inundans undarum impetus non pepercit. Nec enim pauciores torrens profluentis[g] fluctibus involvit, quam fulmen ensis absorbuit, adeo ut pleraque illius reptilia fluminis cruore cadaverum asserantur suffocata. Nec absimiliter in hoc prelio Wladislao successit quam naufrago institori, qui vix nudus emersit naufragio. Munitissime tamen presidiatis urbibus imperatoriam adit serenitatem, cuius erat sorore uxorius[1], a quo subsidiari supplicat, et que emendicare[h] nequit, emercari[i] studet suffragia[k]. Cracoviam interim vastis obsidionibus vallant[2] non iam pupilli, sed principum strenuissimi[l], Boleslaus[3] et Mesco, illamque[m], illam tigridem, que urbis defensabat[n] presidia, dedicioni[o] accedere iubent. Que vix tandem urbe excussa et[p] opibus virum sequi compellitur, qui tamen[q] in exilii calamitatibus contabuit[r, 4].

30. M. Huius[s] religionem sentencie[5] pene supersticiose coluit frater et successor Wladislai Boleslaus. Nam etsi familiare sit Ade filiis lucra[t] sectari, consulcius tamen iste sibi consuluit[u] cupiditatum causas amputare quam occasiones ambitus aucupari. Igitur sue dignitatis primicias erga fratres plus quam fraterno consecrat[v] affectu, non ea tantum[w] deferens, que racio successionis postulasset, sed impertinentes quoque provincias sacra indulcione[x] collargiens[y], Mesconi videlicet et Henrico. Nam Kazimirum, utpote adolescentulum, quasi filium familias in sacris suis aliquantisper exhibuit, non ut illi graciam participii prorsus invideret, sed ne tenellum vitis palmitem sine paxilli[z] adminiculo vento levitatis exponeret. Nemo enim ex insipientibus sibi est relinquendus, quia quod est flamme oleum, hoc[a] adolescenti libertas[b]. Unde quidam: 'Bissinas[c]', inquit, 'infancie fascias natura texuit, aureas adolescencie catenas prudencia fabricavit'. At vero Wladislaus sui non immemor, cum sufficientem sese ulciscendi non haberet facultatem, regem Pragitarum[6] utcumque[d] sibi conciliat, cuius ope rufi[7] flammas draconis contra Boleslaum sollicitat, causam affinitatis pro se, cogentissimam sanguinis racionem pro uxore ac[e] liberis apud imperatorie culmen maiestatis allegat, presertim cum in ipso sit asylum[f] refugii, portus naufragancium, desolacionis solacium, unicum desperacionis remedium, tocius denique[g] calamitatis subsidium. Proinde non tam allegacionibus persuasus[h] quam importunis illius[i] precibus[k] illectus[l] imperator Boleslaum crebris legatorum interpellacionibus fatigat, ut fratrem non regno, sed patrimonii consorcio restituat. Qui quanto pertinacius monitis parere detrectat, tanto acrius animositatem in se imperatoris exasperat. Quia nec (Act. 9, 5.) impune contra stimulum calcitratur, nec secure contra torrentis impetum navigatur. Igitur (1157.) omne imperii robur in unum virum coniurat, manus omnium contra Boleslaum, manus (Gen. 16, 12) Boleslai contra omnes. Bicorne illi diema[m] proponitur: aut regno cedat aut campestrem belli conflictum non declinet. Sed utrumque vir industrius de die in diem procrastinans sine bello confligit, sine prelio triumphat. Amputat enim ac[n] intercludit omnia undiqueversum pabulaminum subsidia. Unde in castris hostium paulatim increbrescente[o] rerum inedia, illud invictissimarum robur legionum, ille famosissimorum phalanges famis peste contabuerunt. Non parvi denique temporis interiectu exule ultimum functo diem[p, 8], non (1159.)

a) *ita* 1. 2; ex urbe *reliqui.* b) presidiani 2. 23. c) intervolant 1. d) puniunt 4. e) visi 2. f) securitas 4. g) profluens 1; profluentes 15. h) emendare 4. 11—17. 23. i) emendicari 4. 11—17; emere 23. k) naufragia 3. 4. 23. l) serenissimi 4. m) iamque 2. n) defendebat 2. o) in deditionem 2. p) et op. *des.* 3. 5. 8. 20. 23. q) *ita* 2. 4. 5; *deest* 1; cum *reliqui.* r) contrahuntur 1. s) cuius 15. t) lucrum 1; lucta 23. u) censuit 1. v) consecratur 1. w) tamen 2. 4. x) indulsione 4. 11. 13. 17. y) relargiens 16. z) pacis 2; pauxilli 4. 16; pauxillo 11. 12. a) est *add.* 15. b) liberalitas 15. c) Busmas 1; Bissimas 5; Bissmas 3. 8. 25. d) utrumque 23. e) et 4. 11—17. 23. f) azilum 2. g) tociusque 2. h) *ita* 1. 2. 3; persuasivis *ceteri.* i) partis *add.* 1. 5. 7. 8. k) inepciis 1. 5. 7. 8. 11—17. 23. l) *sic* 2; processus 1. 4. 11—17. 23. m) *ita* 1; dileuia 1*a*: dyadema 2; diadema 4. 11—17. 23 *ceteri*; problema *Dzierzwa*; dilema *emendandum?* n) et 23. o) increbrescere 1. p) die 2.

1) Agnetem Vladislai uxorem Conradi III. regis sororem ex eadem matre genitam fuisse constat. 2) V. Ann. cap. Cracov. et Polon. ad a. 1146. 3) Boleslaus IV, alter filius Boleslai III. 4) Agnetem inter annos 1150. et 1154. mortuam et in monasterio Cisterciensium, quod Porta dicitur, prope Naumburg sito sepultam esse Grotefend l. l. docet. 5) Scil.: *Satius est malle defungi proprio quam insidiari alieno*, c. 29. 6) Vladislaum II, a. 1140—1173, cuius uxor Gertrudis soror Agnetis Poloniae ducissae erat. 7) Friderici I. imperatoris. 8) Vladislaus II. obiit IV. Non. Iun. 1159; Grotefend l. l. p. 57.

minis[a] insistit[b] imperator, sed precibus, non armis instat, sed gracia, ut sicut in fratre delinquente[c] districtus extitit, sic in reliquiis eius non impius appareat, ut saltem ipsius orphanorum ipsum misereatur[d]. Nec enim equum est paterne acerbitate[e] uve gingivas[f] filiorum obstupescere[g]. Quia vero natura pietatis est imperatrix et pietas gracie collactea[h], Boleslaus, qui ab imperatore vinci non potuit, nature non dedignatur obedire imperio et gratuito amplexu fraternos ab exilio excipit[i]. Quorum nomina: adulcioris Boles- 1163. laus, iunioris[k] Mesco[l] Loripes[m], minimi Conradus[n]. Eosque sacra Silencii donat provincia tam ob gracie insigne quam ob[o] orbitatis solacium. Nam tercium nomine Conradum cuidam cenobio coniecerat nescio [an[p]] propria professio, an[q] paterna devocio. Quia vero quasdam illius provincie urbes ad habundanciorem cautelam donacioni[r] exceperat, multorum ea res malorum peperit occasionem et fovit incentivum. Pene siquidem in ipso ingressus vestibulo non donacionis, non beneficii titulo, sed heredibus utpote legitimis successione legitima dictam sibi accessisse provinciam asserunt Wladislaide. Immo ad simili- Cod. 1. 8. t. 51 tudinem subliminio reversorum iure postliminii restitucionem petunt. Submovetur illorum intencio transaccionis excepcione: 'Renunciastis', inquit princeps[s], 'hac in parte iuri Cod. t. 1. t. 3. l 51. vestro, cum sit iuris exploratissimi omnibus licere que pro se indulta[t] sunt renunciare'. Probacionem illi excepcionis non[u] exigunt, sed[v] replicant: 'Renunciasse nos fatemur, sed Cod. 2, t. 4. l. 13. exspoliatos, sed coactos, ideoque ius restitucionis nobis competere[v*]'. Qua pendente nolunt Cod. 3, t. 7. l 1. pendere, sed exspoliatorum iure poscunt restitui, ne, quod ius non patitur, inviti[w] agere cogantur. Urgencioribus interea occupato principe, occupant illi municipia, arte muniunt, roborant presidiis. Quod pius princeps equanimiter tulit, asserens nichil honoribus, nichil utilitati reipublice hac in re detractum, si[x] que sunt aliena, reddantur. 'Nam frondium', inquit, 'robur est gloria stipitis et robur stipitis gloria frondium'. Sed non desunt[y] artifices, quorum[z] ingenio, quorum arte lux in fumum degenerat, sol furvescit[a] in tenebras. Hi percrebro candentes admovent suggestionum prunas: 'Non vides', inquiunt, 'primitiva nepotum auspicia; iam nunc in te[b] patrissare[c] gestiunt. Nam quid de radice paliuri[d], nisi spinacius[e]? quando[f] sine aculeis nascitur hericius[g]? cognati saporis esse constat lupinum cor et lupini cordis brodium'. Quibus ille non movetur quidem; nec enim sue plantacionis surculos eradicare studuisset, sed[h] ut consulentibus[i] morem gerere videretur, motum animi simulat, nec qualia potest, sed qualia cogitur, illis prelia infligit. Quovis autem animo gesta fuerint, non vulgaria credas Wladislaidas taxasse commercia, qui tociens tot principum conatus non solum exsuflavere, sed eciam[k] in parvo, probato tamen[l] milicie glomicello[m] de tot exercitatissimorum milibus persepenumero triumpharunt. Sic leonis catuli tigridum atrocitatem[n] nonnunquam exanimant[o].

Precipuum vero industrie studium in populandis[p] Getharum[1] provinciis Boleslaus impendit, quos non tam personis quam animabus[q] constat esse infestos. Quorum quibusdam vix tandem post multa bellorum discrimina subactis, hoc edictum[r] iussit promulgari, ut, qui christiane characterem religionis elegisset, absolutissima donatus libertate nullum[s] in personis, nullum in fortunis[t] pateretur dispendium; qui autem sacrilegum gentilitatis Iac. 4, 15. ritum deserere neglexisset, ultimo capitis infortunio indilate plecteretur. Sed ad modicum parens vapor illorum religio fuit, tanto videlicet brevior, quanto coaccior. Mox etenim falax[u] illa ranunculorum[v] lubricitas in apostasie[w] resilit gurgitem, inolitis idolatrie sordibus obscenius inmergitur. Quod scelus quanto segnius, quanto interpellancius[x] propulsatum est, tanto graviori Poloniam adegit discrimini. Sufficere[y] siquidem sibi arbitratus est

a) minus 1. 4. 15. 16. b) insistens 1; institit 2. c) fratrem delinquentem 1. d) *sic* 1. 2; miseret 23; miserent *reliqui.* e) acerbitatem 1. 2. 23. f) gengivas 1. 23. g) Patres nostri comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt *(Ierem.* 31, 29; *Ezech.* 18, 2) *add.* 4. h) collactanea 2. i) excepit 13. k) *ita* 1. 2; minoris *ceteri.* l) Lestco 4. m) *deest* 2. 14. n) Loripes *add.* 2. 14. o) ad 1. 4. 11—17. 23. p) *deest* 1. 2. 23. q) vel 2. r) dominacioni 2. s) principes 2. 20. 25. t) introducta 2. u) *deest* 1. v) sed — competere *des.* 1. v*) competit 2. w) nudius 1; nudi 2; invicti 3. x) si — reddantur *des.* 1. y) dicimus 2. z) quorum ingenio *des.* 1. a) furnescit 4. 11—17; fulvescit 23. b) *ita* 1; iure 2. c) pensare 4. d) paluri 12. 13; parmiri 16. e) spinancius 13. f) quandoque 23. g) *ita* 1. 2; ericius *reliqui.* h) sed — potest *des.* 2. i) consulencius 4. 11—17. k) *deest* 2. 23. — cum p. 1. l) cum 4. 11—17. m) glomello 2. n) ferocitatem 2. o) examinant 4. 11. 13. 17. p) preliandis 1. q) animalibus 1. r) *ita* 1. 2; edicto *ceteri.* s) nullum in personis *des.* 2. t) fortuna 2. u) salax 4. 11—14. 16. 17. v) ramunculorum 2. w) apostate 23. x) interpolacius 2. y) sufficit 2.

1) Scilicet Pruthenorum.

Boleslaus, si quod[a] principis est dependatur principi, licet quod Dei est denegetur Deo. Nec enim ulla exigitur apostatici ulcio piaculi, dummodo salva sit tributalium reverencia pensionum. Sed qui salutis fidem, qui salutare fidei rescindere fedus non horruit, coacte servitutis pactum qua, obsecro, devocione custodiet[b]? Omnis namque servitus in sacco miserabilis[c] est, in purpura miserabilior[c]. Nec solum tributa non dependunt[d], sed contingencia queque occupant, occupata diripiunt[e], direpta luporum instar asportant. Unde factum est, ut quem zelus Dei molliter torpentem non movit, durior saltem tribulacionis ictus stertentem excitaret. Itaque in globum coacta exercitatissimorum numerositate Geticas parat irrumpere provincias, nulla prorsus arte munitas, sed nature situ inaccessibiles. Est autem[f] lucus in ipso transmeatus vestibulo densetis[g] undique[h] confertus[i] raspalibus[k], in quo limosi abyssus bituminis sub quadam graminis vernancia delitescit. Asserunt exploratores ac duces exercituum transeundi[l] lucum exploratissimum reperisse compendium. Erant siquidem et hostium corrupti donativis et amicorum insidiis subinstructi. Hac[m] omnium electissimorum prime certatim ruunt acies per angustum semite limitem, cum ex insidiis altrinsecus hostes ebulliunt; nec eminus tantum[n], ut alias assolent[o], iaculantur[p] spiculis, sed quasi cuiusdam torcularis[q] impressos prelo[r] cominus confodiunt, ipsis ultro in cuspides more aprorum, his ulciscendi animo, illis succurrendi studio ruentibus, maiorque numerositas proprii mole impetus occidit, quam occidione[s] corruit. Nonnullos armorum pressos pondere dehiscentis abyssi profundum absorbuit, quidam ramalium nexibus ac veprium intercepti obtruncantur, omnes repentine caligo noctis[t] involvit. Sic arte proditoria ceciderunt arma bellica! Sic bello[u] imbecilli virtus inclitorum emarcuit! Quorum nomina, personas, generositatem, prosapiam[v], dignitates, strennuitatem, industriam[w], fortunas ne superficie tenus[x] quidem cursim[y] attingere, nedum[z] disserendo[a] exequi[b] omnis disertissimorum[c] sufficeret facundia; quod[d] lamentacionum varietates a diversis diverso modo deplorate usque hodie lugubriter deplangunt[e, 1]. . . . . . .

1167

EX LIBRO IV.

2. Defuncto itaque Boleslao[2] successit frater eius tercius[f] Mesco, qui sicut erat natu fratri proximus, sic non interpolata[g] regni successione continuus. Astupebant illi contingentes provincie, affavebat[h] undique remotissimorum principum sublimitas, assurgebat omnis dignitatum gloria, arridebat omnis[i] fortunarum elegancia. Nunquam illi aut votorum successus aut bellorum defuere triumphi nisi[k] tempore Kasymiri et[l] filiorum eius. In omnibus par beatissimis, si qua tamen dici potest caducorum beatitudo; super omnia beatorum vota transcenderat in utroque sexu numerose prolis prestancia. Et mascula[m] quidem prole omnibus terribilis, feminea vero[n] cunctis graciosus, utrorumque[o] affinitatibus quamplures mundi partes devinxerat. Dux Bohemorum Sobeslaus[f] gener eius[3]; dux Saxonie Bernhardus[f] gener eius[4]; dux Lotharingie Fridericus[p], imperatoris nepos, gener eius[5]; dux Maritime Boguslaus[q] gener eius[6]; ducis eiusdem filius gener eius[7]; marchio

1173.

a) quid 23. b) *ita* 2. 14; custodire 1; custodivit *ceteri.* c) miserabilior . . . miserior 1. 2. d) dependent 23. e) dirumpunt dirupta 1. 23. f) aut 2. g) densatis 1; densis 4. 17. h) utrinque 1. i) *ita* 1; consertus 2, consertis 4. 11—17. 23, *ceteri.* k) *sic* 1. 2. 5. 8. 13. 17; rasphalibus 4. 11. 15. 23; rapsalibus 7. 12. 14; repersalibus 16; repsalibus 25; respondibus 3; raspalibus *corr.* in vepribus acutis 20. l) *sic* 1; trans eundem 2; transeundum *ceteri.* m) Hinc 1; ac 23. n) *ita corr. Mutkowski;* nec amenitatis (amenit 23) *codd.* o) assolet 23. p) *sic* 1. 2; iaculant *reliqui.* q) cuidam torculari 2. r) prelio 2. s) occisione 2. t) *sic* 1. 2; mortis *reliqui.* u) bella 23. v) pros. dign. *des.* 1. w) industriam 1. 2. 23; industrias *ceteri.* x) vident *add.* 23. y) cursum 2. 23. z) necdum 1. 4. 12. 13. 16. 17. 23. a) differendo 5. b) assequi 4. c) dissertorum 23. d) quos 1. e) deplanguntur 23. f) *deest* 1. g) *sic* 1. 2; interpolleta 8; interpolita 15; interpolluata 17. h) affavebant 23. i) omnium 15. 16. k) nisi — eius *tantum* 1. 2. 3; *des. reliquis.* l) vel 1. 3. m) masculina 11. n) quoque 2. o) utrorumlibet 2; utroque 23. p) *deest* 1; Fredricus Lothoringie 2. q) *deest* 1; Boleslaus 25.

1) De hac clade Pruthenica v. Annales Lubinenses et capituli Cracoviensis ad a. 1167, SS. XIX, p. 580. 591. 2) Boleslaus IV. obiit III. Kal. Nov. 1173, Necrol. Cracov., Mon. Pol. II, p. 935. 3) Elisabeth, filia Mesconis, primum Sobieslao duci Bohemiae nupsit, deinde, marito a. 1180. mortuo, Conrado marchioni Orientali, Chronicon Montis Sereni, SS. XXIII, p. 230. 4) Iutta, Bernhardi ducis Saxoniae secunda uxor (Schultes, 'Directorium' II, p. 416. ad a. 1201). 5) Virgotslavia sive apud Lotharingos Ludmilla, uxor Friderici I. ducis Lotharingiae a. 1207. defuncti, cuius mater Iudith soror imperatoris Friderici fuerat. 6) Anastasia secunda uxor Bogislai I. ducis Pomeranorum a. 1187. defuncti, Klempin, 'Pommersches Urkundenbuch' I (Stettin 1868), p. 81—306. 7) E duobus Bogislai I.

Dedonides gener eius[a,1]; dux Galicie[b] socer filii[2]; dux Pomoranie socer[c] alterius[3]; dux Rugiane socer tercii[4]. Nam quidam filiorum eius inconiugati decesserunt. Sunt autem[d] nomina filiorum eius: Odo, Stephanus, Boleslaus, Mesco[e], Wladislaus; quorum duos, Odonem videlicet ac Stephanum, ex filia regis Ungarorum[5], reliquos ex filia regis Ruthenorum suscepit[6]. . . . . . .

7\. . . . Igitur Mesco non[f] tam fraternis eicitur armis quam suorum perfidia. Qui pene ab omnibus desertus patria[g] simul excidit[h] et regno, finitimo cum tribus filiis contentus oppidulo[i]. Circumsiliunt illum[k] undique infortuniorum agmina. Nam gener eius Sobeslaus principum strenuissimus a regno Bohemorum profligatur[7]; alter gener, dux Saxonum ac Bavarie[8], ab hostibus circumquaque impetitur. Immo a quibuscumque solacium sperare debuerat, propriis adeo necessitatibus urgentur, ut nec modicillum subsidii polliceri possint. Omnes quoque[l] Maritimorum presides non solum obsequele renunciant, sed hostilitatis in illum arma capessunt[m]. Omnes Kazimiri gaudent subesse imperio.

8\. Cui dum omnium urbes provinciarum ac municipia sine bello gratulanter patefiunt, Silenciana visa est rebellare provincia, cuius principatum Mesco Wladislaides fratre duce Boleslao abacto rapuerat. Hanc non minimis extortam conatibus Boleslao Kazimirus restituit, sed et fratris eius strennuitatem, eiusdem videlicet Mesconis, quorumdam largicione oppidorum obstringit[n], fratremque[o] ipsorum Conradum Glogoviensis marchie principem creat, Odonem vero Poznaniensi principatu insignit. Lestconi[p,9] autem provincias paterno relictas testamento confirmat, presidi earundem[q] omnibus predito virtutibus, principi Sironi[r,10], eius curam committit, eiusdem Sironis[s] nepote Samborio[11] Gdanensi[t] marchia instituto[u]. Quemdam quoque, cui nomen Boguslaus sive Theodorius[v], Maritimis ducem[12] constituit[w]. Nam Gneznensem provinciam[x], que est[y] omnium apud Lechitas metropolis, cum suffraganeis undique municipiis proprii principatus corpori connectit. . . .

9\. Fuit autem huic genti ex antiquo persolempne et quasi consuetudinis auctoritate approbatum, ut quisque potentum quorsumlibet pompatice vergens, pauperum non tantum paleam, fenum, stipulam, sed annonam horreis ac tuguriis perfractis potestative diriperent[z], nec tam depascenda[a] quam caballis proculcanda[b] profunderent[c]. Erat et[d] aliud non absimili temeritate antiquatum; quocies a[e] potente aliquid vel exilis[e] legaciuncule ad quemlibet esset instanter[f] perferendum, iussi sunt satellites veredis pauperum insilire et unius hore momento infinitissima stadiorum milia cursu citatissimo transvolare. Que res multis multo fuit periculo[g], quorumdam caballis irremediabiliter enervatis, quorumdam penitus extinctis, nonnullis, cum probati[h] essent, irrevocabiliter abductis. Unde latrociniorum, nonnunquam homicidiorum obrepsit occasio non modica. Fuit preter hec a prin-

a) *sic* 1. 2; marchio — eius *ante* dux Marit. *reliqui.* b) Gallicie gener eius 1. c) soc⁹ 1. d) aut 2. e) Myeczko 3; Myesko 23. f) *deest* 1 *(spatio vacuo relicto).* 2. g) patrie 23. h) excedit 2. 23. i) scilicet Ratiboria *add.* 8 *atque glossator codicis* 16. k) eum 1. l) omnesque 16. m) capescunt 3. 4. 11. 12. 14—17; compescunt 13. n) perstringit 15. o) fratrem quoque 2. p) Lestokoni 2. q) *ita* 1. 2. 23; earum *ceteri.* r) Syroni 2. s) Syronis 2. t) *ita* 2. 23; Gedanensi *reliqui.* u) Gd. mar. inst. *des.* 1. v) Theodoxus 2; Theodoricus 15. w) instituit 2. x) municionem 2. y) *deest* 23. z) *ita* 2; dirimperent 1; diriperet *reliqui.* a) depascendam 2. b) proculcandam 2; perconculcanda 11. 14; perculcanda 1. 4. 12. 13. 15—17. c) *ita* 1. 2; profunderet *reliqui.* d) *deest* 1. 2. e) *deest* 2. f) instanter esset ad aliquem 2. g) periculosior 5. h) comprobati 16; probitati 23.

et Walburgis primae coniugis filiis, Ratiboro et Wartislao, ante patrem mortuis natu maior Ratibor maritus Iuttae, filiae Mesconis, fuisse videtur, Perlbach, 'Preuss. poln. Studien' I (1886), p. 8. 1) Uxor Elisabeth, vidua Sobieslai ducis Bohemiae. 2) Odonis; nomina uxoris socerique non constant. 3) Nomina filii Boleslai et uxoris Dobroslavae nuper diplomate monasterii Strzelnensis a. 1229. in Codice diplomatico maioris Poloniae (1877) I, nr. 125. patefacta sunt. 4) Vladislaus Lasconogi, uxor eius Lucia, a. 1208, Cod. dipl. mai. Pol. I, nr. 64. 65, quae filia Iaromari I. Rugianorum principis fuisse videtur. 5) Elisabeth, filia Belae II. regis Ungariae; v. Liber fraternitatum monasterii Lubinensis, 'Archiv f. oesterr. Geschichte' LV (1877), p. 10. 6) Eudoxia, Album patriarchale monasterii Miechov., Cod. dipl. mai. Pol. III, nr. 2020. 7) A. 1179, Cont. Claustroneoburg. III, SS. IX, p. 632. 8) Vincentius Bernhardum cum Henrico Leone duce Saxoniae et Bavariae confundere videtur. 9) Nepoti suo, filio Boleslai IV. 10) Palatinus Masoviae 1185, Ledebur, 'Archiv für die Geschichte des Preuss. Staates' XIV, p. 73. 11) Qui a. 1178. monasterium Olivae bonis dotavit. 12) Cum Vincentius aliis locis Maritimam nominet Pomeraniam occidentalem, hoc loco Pomerania orientalis (regio Stolpensis et Slavensis) intelligi debet, cui exeunte seculo XII. Bogislaus Slavenensium dux praefuit; Klempin, 'Pomm. Urkundenbuch' I, p. 164.

cipibus pertinaciter usurpatum, ut bona decedencium pontificum quasi quodam predocinio diriperent aut principali fisco inferrent. Quod quia divini iuris est, nullius in bonis est; [Dig. 1, 1, 1. 8] quod autem nullius in bonis est, occupanti conceditur. Sed Deus non irridetur, nec irrideri [Gal. 6, 7.] debet ullius phantasie ridiculo. Igitur ne talia de cetero fiant, iubet equitatis princeps[a] sub anathematis interminacione[b] inhiberi. Assunt sacris institis[c] infulati octo sacri antistites: Sdislaus[d] Gneznensis archipontifex[1], Getko Cracoviensis[2], Ziroslaus Wratislaviensis[3], Cherubin Poznaniensis[4], Lupus Plocensis[5], Onolphus[e] Cuiaviensis[6], Conradus Pomoraniensis[7], Gaudencius Lubucensis[f, 8]. Est autem octonarius primus solidorum numerorum inter pares et numerus beatitudinum; quod signat[g] solidas esse debere constituciones et beatos fore ipsarum cultores. Omnes itaque una voce pronunciant: Qui pauperum annonam aut vi[h] aut quolibet ingenio acceperit aut accipi iusserit[i], anathema sit!

Qui legacionis occasione cuiuslibet angariaverit aut angariari iusserit quadrupedem, anathema sit! excepto uno casu, quando[k] videlicet hostes alicui provincie imminere nunciantur[l]; nulla enim est iniuria, si tunc utcumque[m] saluti patrie consulitur.

Rursus qui demortui bona presulis invaserit aut invadi iusserit, sive princeps ille fuerit sive quelibet illustris persona seu quivis[n] officialium, sine omni excepcione anathema sit!

Sed et qui spoliatum susceperit[o] pontificium, sine sublatorum integra restitucione aut certa restitucionis sponsione tamquam sacrilegii[p] eiusdem consentaneus eiusdem[q] innodetur anathematis participio.

Approbant universi et cunctis[r] gratissimas asserunt tam sacrarum prohibicionum sanciones; quibus intemerata ex eo accedit perhennitas, quod apostolico Alexandri[s] tercii privilegio roborantur[9]; divino cuius oraculo principatus Kazimiri confirmatur, ne paterna illi voluntas ullum pariat preiudicium, qua[t] cautum fuerat, ut penes maiorem natu principandi resideret auctoritas, ut in principatu litem successionis racio primogeniture dirimeret.

12. At vero Mesco ad imperatoria convertitur suffragia, querulose coram imperatoris Fredrici senatu deplangit hoc modo[u]: 'Nullo[v] actore, nullo iudice, nullis attestacionibus[w] aut instrumentorum amminiculis, non citatum, non convictum, non confessum exui primogeniture privilegio, principatus[x] destitui prerogativa, patrimonii denique possessione per vim excuti et arceri'. Cui non iuris allegacio, non dicendi acrimonia, non amicorum interventus, non precum instancia, non sponsionum fides patrocinari potuit, Kazimiri licet absentis virtutibus in contrarium allegantibus. Nam nec Polonis eligendi principem posse adimi potestatem, quia nichil interest, inutilem habeant an[y] nullum, neque Kazimirum sola virtutum invidia debere defungi principatu[x] imperatorius apex sentenciat[z]. Sic Mesco, unde speraverat solacium, retulit infortunium. Qui nondum sui penitus oblitus, etsi minus honestum, salutare tamen repperit consilium. Cuidam enim suorum, quondam questori per Maritimam[a] vectigalium, filiam matrimonio copulat[10]; cuius ope non obsequelam quidem, sed amiciciam ac favorem Maritimorum assequitur. Horum fiducia cum aliquantulis armatorum noctu surrepit[b], metropolim diluculo circumsilit[11], expugnat, victor

a) Kazimirus *add.* 14. b) intimacione 1. 15. c) infulis 2. d) *sic* 2; Scizlaus 1; Sdyslaus 3; Sdzislaus 4. 11. 13. 14. 16. 17. 25; Sdzyslaus 5; Sbislaus 7. 8. 12. 15. e) Onorsus 4; Onorfus 17. f) *ita* 2. 4. 11. 14—16. 23; Lubusensis *reliqui.* g) figurat 1. h) violenter 1. i) iussit 1. k) *ita* 2. 5. 13—15. 23; cum *reliqui.* l) nunciatur 3. m) utrumque 23. n) quis 1. o) acceperit 4. p) sacrilegus 2. q) *deest* 4. 23. r) cuncti 1. s) tercii Alexandri 2. 23. t) quia 15. u) h. m. *des.* 1. v) Nullo act. nullo iud. *des.* 2. w) instrumentis vel eorum ammeniculis 2. x) principatum 23. y) aut 12. 16. z) senteneiavit 4. 11. a) Maritima 1. b) subrepit 2. 23.

1) Zdislavus a. 1172—1180, Korytkowski, 'Roczniki towarzystwa przyjaciół nauk' XI (1881), p. 87. 2) A. 1166—1184, Ann. cap. Cracov., SS. XIX, p. 591. 593. 3) A. 1171—1198, Grünhagen, 'Regesten zur Schles. Gesch. 2. Aufl.' p. 45. 4) A. 1164—1172, Ann. Lubinenses, SS. XIX, p. 579. 580. 5) A. 1177. VI. Kal. Mai. (Apr. 26). testis donationi a duce Mescone monasterio Lubensi factae adest, Büsching, 'Urkunden des Klosters Leubus' I (1821), p. 17. 6) Onoldus Crusviciensis episcopus testis Boleslai IV. a. 1161, 21. Maii, Piekosiński, Codex diplom. minoris Poloniae II, p. 4. 7) A. 1160—1186, Klempin, 'Pommersches Urkundenbuch' I, p. 25—77. 8) Hoc tantum loco nominatur. 9) Quae a Bielowski ad hoc Vincentii capitulum Alexandri III. bulla ex apographo in archivio capituli Cracoviensis asservato affertur, dubium est, utrum Vincentii fons fuerit an ex hoc loco concinnata sit. 10) Anastasia, uxor Bogislai I. ducis Pomeraniae. 11) Gneznensem civitatem.

ingreditur. Qua presidiata omnes patrimoniales quam breviuscule[a] municiones eadem pene[b] facilitate, qua[c] perdiderat, recuperat, fratre, ut aiunt, occulciorem illi recuperandi opportunitatem suggerente. Quia vero minorum successu spes maiorum sepe concipitur, supprurit[d] illi animus principatum repetendi. Diuque[e] inter ipsos nunc verbis, nunc armis altercatur[f]; sed Mesco longe viribus inferior, plus ingenio, plus arte contendit[g]. Nam quociens intensius arma videt imminere, iurat patrimonium sibi sufficere, deierat[h] principatum; cum autem arcus belli remittitur, ait coacta iuramenta robur non habere. Interdum illa nititur industria, de qua in Libystica[i] legitur Demostenis[k, 1]: Lupi cum pastoribus de inimiciciis[l] iurgantur. Ad[m] quos pastores: 'Cur nobis molesti estis?' Dicunt lupi: 'Quia cum inimicis nostris fedus pepigistis; si ergo de pacis perpetuitate nobiscum pacisci vultis, hostes nostros, id est canes, abigite'. Similiter cum canibus paciscuntur, ut ab eorum hostibus, scilicet a pastoribus, abscedant[n], pacem cum ipsis habituri. Quo facto in strage gregis liberius debachantur. Ait itaque Mesco ad fratrem: 'Nescis Wladislaidem Boleslaum hostem nobis communem[o]? Hic namque nostram Lemannis venundare gestit libertatem, quatenus aliorum tributis suam aliquantisper apud illos alleviet servitutem. Hic semper nostro insidiatur calcaneo, tum ut paternarum a nobis iniuriarum exigat ulcionem, tum ut nobis radicitus evulsis, vacantem, quod absit, solus occupet principatum. Hinc[p] est, quod caucius inter nos aut seminat[q] discordias aut seminatarum fovet incentivum. Hunc igitur si deseris, cedo querele ac[r] omni primogeniture iuri[s] omnino renuncio'. Quem dum Kazimiri repudiat[t] credulitas, astus Mesconis[u] mox in amiciciarum sibi iura compaginat. Huius consilio filium[2] gracie reformat[v], Lemannorum principes[w] ac procerum[x] precipuos rursus circumvolat; per quos ab imperatore venia contra Kazimirum impetrata
1184. plurimos sibi conciliat et in fratris corrogat excidium. Quorum primi, dum in eminenciori cuiusdam aule suggestu de Kazimiri exterminio deliberant et coniurant, omnem[y] illis consultandi seu nocendi facultatem repentinus amputat interitus. Aula namque, licet roboris perpetui, nulla vi, nullo[z] turbine impacta, sed occulto numinis iudicio repente convulsa, pene omnes obterit, quosdam exanimat[3]. Sic inimicorum eius[a] animositas emarcuit; nec mirum, cum eius innocenciam eodem fere miraculo Dominus clarescere voluerit[b], quo matris partum dedicavit. Romani siquidem ad propagandam sue glorie perpetuitatem quoddam templum in honore[c] Apollinis exstruxerant, non minus admirabile artificio quam robore. De quo consulentibus oraculum, quamdiu permanere seu stare debeat, respondetur: 'Donec virgo pariat[d]'. Qui hoc arbitrantes in perpetuum obtingere non posse, utpote de natura impossibile, vocant illud templum Apollinis eternum. Sed eo momento, quo beata virgo peperit, eternitatis[e] illa fabrica ultro collapsa est et redacta in cinerem[4]. Vides igitur, Kazimire, quid[f] creatori, quid eius matri debeas, qui te non tam defensare quam irradiare[g] tanto dignati sunt[h] miraculo[i].

16. . . . Audito[5] siquidem Kazimirum revixisse, immo cum duce Ladomirie[k] Romano et principe Belsie[l] Wsewlodo[m] cominus imminere, noctis compendio fugam ineunt Mesconide[n]; quibus invicti Bohemorum ducis Conradi copias occurrere fama crebro intentans nonnichil formidinis[o] incusserat. Hic enim tantus ac tante virtutis princeps fuit, ut eius nutu Romani[p] cardo verteretur imperii, utpote quem victoriosus Romanorum im-
1189. perator Fredericus in atrocissimum dominici sepulcri hostem Saladinum[q] proficiscens

a) breviscule 2. b) fere 23. c) quam 1. d) superprurit 1. e) Denique 1. 3. 4. 12. 13. 17. 23. f) altercatum 2; altercantur 12. 14—16. g) contenderat 3. 4. 11—17. 23. h) deiecerat 23. i) nomen scripti *add.* 3. 5 23. 25. k) Demoscenis 1. l) inimiciis 2. m) Ad q. past. *des.* 2. n) abscindant 23. o) nobis gravem 23. p) Hinc est quod 1. 2. 12 17. 23; Hic est qui *reliqui.* q) seminet 23. r) *deest* 23. s) *deest* 3. t) *deest* 2. u) Lemannorum princeps *add.* 1. v) restituit 1. w) princeps 1. 23. x) proceres 2. y) omnes 23. z) nulla 2. a) *deest* 23. b) voluit 4. 15. 17. c) *ita* 1. 2; honorem *ceteri.* d) pariet 23. e) eternitas 3. — fabricata 3. 23. f) quot cr. quot 1. g) qu. irrad. *des.* 2. h) dignitatis sinit 2. i) remedio 1. k) *sic* 2; Laudimirie 1. 23; Laudimirro 5; Laodimirie 4. 11—17 *ceteri.* l) Balgie 1; Blesie 23. m) Vseulo 2. n) Mesconides 2; Myeskonide 23. o) fortitudinis 2. p) Romanus 23. q) Zoldanum 4. 5. 11—17. 23.

1) Isidori Etymol. I, c. 40, § 7. 2) Odo, qui Casimiri partes secutus ab eo ducatum Posnaniensem acceperat. 3) Erfordiae a. 1184. domum praepositi ecclesiae S. Mariae 7. Kal. Aug. corruisse multosque principes in cloacam praecipitatos esse cum multi rerum scriptores, tum maxime auctor Chronici Sampetrini Erfordiensis tradit, 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' I, p. 41. 4) Eandem fabulam de templo Pacis vide Add. ad Mirabilia Romae § 62, ed. Parthey p. 55; Ioh. Codagn., 'N. Archiv' XVI, p. 324 sq. 5) Cf. Ann. cap. Cracov., SS. XIX, p. 593: *Cracovia devastata est a Meskone* 1191.

imperialis coadiutorem celsitudinis filio suo regi Henrico pre ceteris principibus deputaverit[a]. Qui cum esset frater iugalis Kazimiri, nullo pacto amicissimorum intimi aut negligere debuit[b] aut dissimulare potuit iniurias. Quo tamen pernecessariis imperii detencionibus perplexo[1] nec fictas nectente moras Kazimirus Cracoviam intrepidus adit, quam eo quo obsidionibus cingit momento recuperat. . . . . . 1191.

19. Compos itaque regni Kazimirus[b] certus amicorum, sed incertus amiciciarum, Geticos magnanimiter sudores aggreditur. Quorum contiguis pernimium afflictis et per creberrima vix adactis prelia, in Pollexianorum cervicosam feritatem animosius accingitur, nullius hactenus bello vel virtute attentatam[c]. Glorioso enim visum est Kazimiro inglorium, paterna videri gloria contentum. Sunt autem Pollexiani Getharum seu[d] Prussorum genus, gens[b] atrocissima, omni ferarum immanitate truculencior, propter vastissimas solitudinum intercapedines, propter concretissimas nemorum densitates, propter bituminata inaccessibilis palustria. Horum quia latrunculos quidam Ruthenorum[e] Drohicinensis[f] princeps fovere clanculo[b] consueverat, primos[g] indignacionis excipit[h] aculeos. Urbi siquidem, que sui caput est principatus, quam Drohicin[i, 2] vocant, inclusus, obsidionum perurgetur angustiis non tam dedicionis legibus accedere quam perpetue servitutis condicioni subesse. Illa subinde[k] incommeabili heremi vastitate trium naturalium dierum cursu citatissimo vix emensa iubet quarto antelucano catholicus princeps omnem exercitum salutaris hostie ante omnia sacramento confoveri, sacri ministro sacrificii viro reverendo[l] Plocensium antistite[3]. Decebat enim contra Saladinistas[m], contra sacre professionis hostes, contra spurcissimos idolatras pugnaturos plus in armis fidei confidere quam in materialis armature fiducia. Itaque intrepidi prelium[n] querunt, diu quesitum nusquam reperiunt, cunctis hostium in delubris[o] ac speluncis delitescentibus, non tam timoris pusillanimitate quam cautele industria. Sunt enim in arto[p] exercitatissimi, sed in plano nulli, plus arte quam viribus, plus audaces temeritate quam animi virtute[q]. Quibus non repertis, ne nichil agere viderentur[r], operosiorem[s] populacioni dant operam Lechite, fana, burgos, pagos[t], celsas edium fabricas, cum spicariis horrea flammis involvunt[u], quia municipiorum nullus apud illos usus, eosdem enim urbium habent muros, quos et fere. Horum princeps Pollexius[v, 4] dolo ad Kazimirum accedit, victum se fatetur, misereri suorum postulat, famulicio[w] suscipi obsecrat, tributaria sese obsequela obstringit, in fidei pignus aliquot vades seu[x] obsides exhibet, plures exhibiturum pollicetur. Exercitus obsidum securitate solvuntur. Pollexiani[y] interim[z] prostrato nemore omnem remeatum precludunt, paccioni[a] renunciant. Aiunt obsidum salutem non debere fore libertatis impedimento[b], saciusque[c] esse filiorum vita defungi quam patrum libertate[d] destitui; quos profecto mors honestior honestioribus est invectura[e] natalibus. Est enim omnium Getharum communis demencia, exutas corporibus animas nascituris denuo[f] infundi corporibus, quasdam eciam[g] brutorum assumpcione corporum brutescere; quos instantis quoque facti subtilitas a brutorum ruditate non secernit[h]. Nam quis umquam grex hedorum[i] secum lupos caulis incluserit? . . . Non minus ergo fatua Pollexianorum[k] fuit prudencia quam gobionum simplicitas. In arto enim constituti Kazimiride grassancius in hostes deseviunt, animosius gobiunculos dentibus cuspidum[l] proscindunt aut ensium seu flammarum faucibus absorbent, donec omni pene conflagrata provincia, tam princeps illorum[m] quam magistratuum potestates ad Kazimiri scabellum pronis cervicibus prosternuntur, tam suam quam reliquiarum salutem deprecantes. Ad quorum calamitates serenissimi principis pietas mox animi compassionem

a) deputaverat 2. b) *deest* 1. c) attentam 23. d) vel 2. e) *deest spatio vacuo rel.* 1; Prutenorum 4. 12. 17. f) Drogiciensis 2; Drohiciensis 23. g) prior 1. h) excepit 23. i) Drogicin 1; Droycin 2; Drohycin 8; Drohyczyn 23. k) siquidem 16. 25. l) *ita* 2. 13 -15. 25; reverendissimo *reliqui.* m) Saldanistas 2. n) bellum 1. o) debris 2. p) arto 1. 2; arcto *ceteri.* q) animositate 2. r) videantur 4. 17. s) operosiciorem 2. t) rogos 2. u) involvuntur 23. v) Polloxius 2. w) servitio 4. x) vades seu aliquod 2. y) Pollexani *hoc loco* 2. z) iterum 1. a) faccioni 23. b) *ita* 1. 2; impedimentum *reliqui.* c) sacius 2. d) libertatem 23. e) revectura 16. 25. f) *deest* 1. g) in 1. h) senciunt 23. i) edorum 2. k) Pollexanorum 2. l) cuspidis 4. 16. — prescindunt 14. m) eorum 1.

1) Conradus Otto dux Bohemiae Henricum VI. in Italiam secutus 5. Id. Sept. 1191. apud Neapolim mortuus est. — Sequitur pars hexametri. 2) Urbs Podlachiae in ripa fluvii Bug inter Varsaviam et Bresciam Lituanorum sita. 3) Vitum episcopum a. 1187. 1190. 1191. diplomata Plocensi cathedrae praefuisse demonstrant. Codex diplomaticus minoris Poloniae ed. Piekosiński 1, p. 6. 4) Nomen gentis, non principis.

1192. inclinat, idoneaque nomine obsequele ac tributorum caucione suscepta, cum triumpho ad propria revertitur. . . . . . .

21.[1] . . . Nec impedit avita constitucio, qua cautum erat, ut penes maiorem natu semper sit principandi auctoritas, quia[a] per papam Alexandrum et per Fredricum imperatorem, qui ius habent et condendi et abrogandi iura, prorsus est abrogata, quando[b] ab 5 utroque superstite seniore, scilicet Mescone[c], in eodem est principatu Kazimirus et constitutus et confirmatus. . . . . . .

1195. 23. . . . Proinde augent ac[d] roborant illius[2] partes Wladislaide, non tam eius amore quam regni ambitu et odio pupillorum. . . . Adest iterum senis subsidio Wladislaides[e] Mesco cum nepote, filio Boleslai Iaroslao[f, 3], qui nemine pene in loco pugne[4] reperto, quia 10 iam ambe partes diverterant, quasi victoriose campum obtinuissent certaminis[g], gratulantur et signa victorie illic[h] extollunt. Cum quibus licet in pauca manu comes Govoricius[5] congreditur, confligit et frendentis instar fulminis impetum una cum viribus nequicquam effundit. Dispari namque[i] hostium numerositate tandem fatigatus non sine quadam[k] gloria succumbit. Capitur, captus[l] abducitur[m], et captivi nomine diu tentus, vix demum a capti- 15 vitate amicorum interventu[n] absolvitur.

. . . .

a) que 1. b) quin 1. 2. c) Mesconi 2. d) et 1. 4. 11—17. 23. e) enim *add.* 2. f) Yeroslao 2. g) obtin. victoriosius gratul. 23. h) illinc 23. 25; *deest* 2. i) tandem 2. k) *deest* 2. l) captusque 2. m) adducitur 23. n) interiectu 4. 23. 20

1) Mortuo Casimiro II. Non. Maii 1194. de principatu Cracoviae inter filios impuberes Lesconem Conradumque et Mesconem Casimiri fratrem altercatio exoritur, in qua Fulco episcopus Cracoviensis puerorum partes secutus verba, quae supra dedimus, concione Cracoviae habita loquitur. 2) Mesconis fratris Casimiri. 3) Postea a. 1198—1201. episcopus Vratislaviensis. 4) Pugna apud fluvium Mosgavam haud procul a monasterio Andreioviensi commissa, Id. Sept. 1195. 5) Castellanus Cracoviensis. 25

EX S. STANISLAI EPISCOPI CRACOVIENSIS VITIS ET MIRACULIS.

De Stanislao, qui ab a. 1071. *usque ad a.* 1079. *episcopatui Cracoviensi praefuit, antiquissimi rerum Polonicarum scriptores perpauca tantum tradunt.* 5 *In Chronica Polonorum, quam in aula Boleslai III. inter a.* 1112. *et* 1120. *anonymus quidam, a Polonis Martinus Gallus nominatus, condidit, verbis obscuris mors eius enarratur, e quibus id tantum conici potest, episcopum proditionis suspectum a duce membrorum (manus?) mutilatione punitum esse*[1]. *Documenta, in quibus Stanislai mentio fiat, desunt, in epistola Gregorii VII, qua res eccle-* 10 *siasticae Poloniae ordinentur, nomen eius non reperitur. Post centum quinquaginta denique annos narratio martyris Stanislai, qui innocens a tyranno propria manu ante altaris gradus occisus esset, in annalibus et chronicis Polonorum legitur. Iam Annales Camenzenses*[2], *qui ineunte saeculo XIII. scripti esse putantur, sanctum eum vocantes martyrium commemorant; fusius de hoc* 15 *Stanislai martyrio successor eius Vincentius egit in chronica sua, cuius excerpta ad Stanislaum spectantia Annalibus capituli Cracoviensis inserta sunt. Igitur inter a.* 1120. *et* 1190. *Cracoviae fama martyrii sancti Stanislai exorta esse videtur. Quo tempore res quaedam accidit animos aequalium maxime commovens et morti Cracoviensis episcopi simillima: casum dico archiepiscopi* 20 *Cantuariensis Thomae Becket, quem quatuor nobiles iracundia Henrici II. regis impulsi interfecerant. Cuius facinoris rumor cum etiam ad Polonos pervenisset, in tredecim annalibus commemoratur; neque praetermittendum esse videtur, circa a.* 1300. *in bibliotheca capituli Cracoviensis codicem miraculorum sancti Thomae asservatum fuisse*[3], *quem Thomam illum Anglicum, non Aquinatem de-* 25 *mum a.* 1324. *catalogo sanctorum adscriptum, esse oportet.*

Postquam ordines mendicantium Poloniam ingressi sunt, gloria et laus sancti Stanislai valde crevit. Diebus istis, cum imperium Germanicum bello curiae Romanae adversus Fridericum II. gesto in dies magis turbaretur, cum etiam in Polonia principes in clerum ecclesiamque saepius impetus facerent, 30 *quos maioribus privilegiis expiare mox coacti sunt — necem Iohannis scolastici Plocensis commemorare liceat —, cleri multum interfuit episcopum sanctorum choro inseri, qui contra principis tyrannidem certans cecidisset. A.* 1230. *frater quidam anonymus ordinis Praedicatorum vitam novi sancti describere conatus nonnullis Galli qui dicitur et Vincentianae chronicae capitulis* 35 *memoriam militis Petri de Potrawin a Stanislao resuscitati adnectit, ad quam*

1) SS. IX, p. 441. 2) SS. XIX, p. 581. 3) Mon. Pol. I, p. 378.

similes locos aliis legendis depromptos addidit et decem capitula de iuventute administrationeque episcopi praemisit. Decennio demum post, cum terra Cracoviensis paulatim vires impetu Tartarorum consumptas redintegrasset, post mortem Vislai episcopi Prandota, qui summopere rebus episcopatus augendis studuit, electo multa miracula ad sepulcrum Stanislai evenerunt, quae ut accuratius inspiceret, Iacobus Velletrensis ordinis Minorum frater a curia Romana Cracoviam missus testes plurimos interrogando biennio elapso rem eo perduxit, ut a. 1253. *Assisii Innocentius papa IV. testium dictis fultus Stanislaum sanctorum numero adscriberet. Canonisatione facta Vincentius quidam ordinis Praedicatorum frater, conventus ut videtur Cracoviensis, Vitae Stanislai sub a.* 1230. *conscriptae miracula addens maiorem novi sancti Vitam iussu Prandotae tribus libris, quorum priores Vitam minorem comprehendunt ordine inverso, tertius miracula, condidit.*

Hic eos tantum utriusque Vitae locos iteramus, qui ad res Germanicas aliquid afferre possint, miraculis illis additis, quae incolae Theutonici urbis Cracoviensis testati sunt.

Codicum Vitae minoris duodecim asservantur in biblothecis Poloniae, in quibus recensendis V. Cl. de Kętrzyński, qui primus eam et agnovit et publici iuris fecit, secuti sumus.

1) *Cracoviensis, bibliothecae capituli nr.* 147, *Passionale de sanctis, mbr.*[1], *saec. XIV, fol.* 163—173. *Vide Polkowski, 'Katalog rękopisów kapitulnych' p.* 103.

2) *Leopoliensis bibliothecae universitatis nr. XLI B* 5, *Passionale, saec. XV. conscriptus, olim conventus ordinis Praedicatorum Przemyslensis, octo foliorum (nr.* 73*).*

3) *Leopoliensis bibliothecae Ossolinianae nr.* 2209, *Legendae, fol.* 93—100, *eodem saeculo (ut etiam ceteri codices) scriptus.*

3*a*) *Cracoviensis bibliothecae capituli nr.* 157, *Sermones et Legendae sanctorum,* 7 *foliorum. Polkowski l. l. p.* 110.

4) *Cracoviensis bibliothecae universitatis Iagellonicae nr.* 1550. *p.* 182 —189. *Vide Wisłocki, Catalogus p.* 378.

5) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 1768, *fol.* 231—243. *Wisłocki p.* 425.

6) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 3408, *fol.* 268—273. *Wisłocki p.* 742. 743.

7) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 271, *fol.* 118—123. *Wisłocki p.* 99.

7*a*) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 4246, *Sermones et Legendae nr.* 94, 7 *foliorum.*

7*b*) *Kielciensis bibliothecae capituli, Legendae nr.* 24.

8) *Cracoviensis bibliothecae Czartoryscianae nr.* 2767, *Vitae sanctorum nr.* 5, *sex foliorum.*

9) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 3064, *Legendae sanctorum, fol.* 145—150.

Quos duodecim codices de Kętrzyński in tres divisit familias, quarum primam 1—3*a, alteram* 4—7*b, tertiam* 8. *et* 9. *efficiant*[2].

Miracula solummodo uno codice tradita sunt, scilicet rotulo e sex par-

1) Ceteri codices chartacei sunt. 2) At 4—9 ex eodem exemplari mendoso manaverunt. H.-E.

tibus confecto, quarum quaeque 65 *cm. longa et* 24 *cm. lata est, qui in archivo capituli Cracoviensis sub num.* 228. *asservatur. Initium (testis* 1—6*) et finis (inde a teste quadragesimo sexto) desiderantur. Codicem quam accuratissime descripsit Polkowski l. l. p.* 166—168.

Vitae maioris auctore Vincentio ordinis Praedicatorum fratre viginti codices innotuerunt:

1) *Cracoviensis bibliothecae capituli nr.* 148, *mbr., saec. XIII. ex., ut de Kętrzyński, ineunte proximo saeculo, ut Polkowski censet, exaratus, Legendas sanctorum continet, quarum quadragesima nostri excerpta tantum praebet.*

2) *Petropolitanus bibliothecae imperialis* ОТД. I, *fol.* 363, *saec. XIV, chart. (ut fere omnes alii codices), Sermones continens, fol.* 298—319. *Vide A. Białecki, 'Rękopisma Długosza w petersburgskich bibliotekach' (Petersburg* 1860*) p.* 102—117.

3) *Cracoviensis bibliothecae Iagellonicae nr.* 1617, *Sermones de sanctis, saec. XV, fol.* 206—216. *tantum partem I. II. et decem priora capitula tertiae continet; Wisłocki l. l. p.* 391.

4) *Vratislaviensis bibliothecae universitatis nr. I Q* 437, *olim seminarii Nissensis, saec. XV. et XVI, fol.* 354—400.

4*a*) *Kielciensis bibliothecae capituli nr.* 275, *saec. XV.* datus per dominum Stanislaum de Jankowicze canonicum Kielcziensem 1444, *Sermones magistri Nicolai Luce de magna Koszmin continens, quibus fragmentum Vitae maioris (I,* 5—*III,* 8*) additum est.*

Tantum tertiam Vitae maioris partem (translationem sancti) continent quinque codices, quorum quatuor iam in describendis Vitae minoris codicibus recensuimus:

5) *Leopoliensis bibliothecae universitatis XLI B* 5, *p.* 239.

6) *Cracoviensis bibliothecae Iagellonicae nr.* 271, *fol.* 213—223.

7) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 1767, *fol.* 195—213.

8) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 3408, *fol.* 286—295.

8*a*) *Cracoviensis eiusdem bibliothecae nr.* 4246, *p.* 242.

9) *Leopoliensis bibliothecae Ossolinianae nr.* 2015, *mbr., prima saec. XIV. parte scriptus, olim Augusti Bielowski. Desunt quatuor capitula (*19—21. 54*) partis tertiae, quinque inverso ordine leguntur (*28. 30. 31. 29. 32*).*

10) *Regiomontanus archivi regii A* 88, *saec. XV, fol.* 305—320, *olim fratrum Minorum conventus Thorunensis, vide SS. rerum Prussicarum II, p.* 436 —440.

11) *Leopoliensis bibliothecae Ossolinianae nr.* 1944, *saec. XV. Vitas sanctorum continens, fol.* 402—421. *Desunt* 17 *capitula partis tertiae (*5—7, 23—28, 40—45, 52. 53*).*

12) *Vratislaviensis bibliothecae universitatis IV Q* 156, *olim conventus sancti Vincentii, saec. XVI, fol.* 268—306, completa anno Domini 1511. feria 4. post Martini.

Reliqui sex codices non integrum textum, sed abbreviatum praebent:

13) *Varsaviensis bibliothecae Zamoyscianae, mbr., saec. XIV, celeberrimus ille Chronicae et Annalium Polonorum codex, qui iam SS. IX, p.* 421. *descriptus est, fol.* 55—74.

14) *Cracoviensis bibliothecae Czartoryscianae O* 1310, *mbr., saec. XV, olim Sandivogii de Czechel, fol.* 307—326. *Vide supra p.* 432 *sq.*

15) *Pragensis bibliothecae universitatis XII B* 2, *mbr.*, *saec. XV*, *fol.* 152—158.

16) *Pragensis eiusdem bibliothecae V A* 14, *saec. XV*, *p.* 1—5.

17) *Vratislaviensis bibliothecae universitatis I Q* 338, *eodem saeculo exaratus.*

18) *Leopoliensis bibliothecae Ossolinianae nr.* 814, *fol.* 184 *sqq.*, *eiusdem saeculi.*

Integrum maioris Vitae textum tantum codices 2. 4. 10. *servarunt. Edidit utramque Vitam et miracula primus V. Cl. W. de Kętrzyński a.* 1884. *in Monumentorum Poloniae t. IV*, *p.* 238—438, *dissertatione amplissima codicumque accuratissima descriptione praemissa.*

Textum breviatum codicum 13—18, *codicem* 14. *tantum secutus, ediderat a.* 1824 *I. V. Bandtkie in appendice ad Martini Galli Chronicon Varsaviae p.* 319—380. *M. P.*

EX VITA S. STANISLAI MINORE.

19. Rex vero Bolezlaus[1], ut erat in arcum pravum conversus, neque[a] timore Dei[b] neque[c] presenti miraculo[2] compunctus neque paterna monicione correctus[d], in suis sceleribus persistebat obstinatus. Nec putare debemus, quod hic sit[e] ille Bolezlaus, qui fuit[f] rex Polonie primus[g]. De[h] illo enim legitur in Cronica Polonorum, quod a Danubio usque ad[i] Solavam[k] dilatavit sue gentis imperium. (Chron. Pol. I, 6.) Regnum autem suum non solum viriliter gubernavit, sed et[l] sua probitate Poloniam deauravit. Ipse[m] Bohemiam et Moraviam suo dominio[n] subiugavit et in Praga sedem ducalem[o] obtinuit et frenum tributi de manu ducum Bohemie et Moravie tulit. Ipse Pomeranos et Pruthenos adhuc in gentilitatis errore positos[p] contrivit[q] et sibi tributarios fecit. Ipse (ib. I, 7.) Sclavos[r] et Ungaros sepius in certamine devicit et terram eorum usque ad Danubium possedit. Deinde descendens in[t] Rusiam et intrans Kyoviam per portam que vocatur[u] Aurea, in signum walvas eius[v] (ib. I, 6.) suo[w] gladio percussit et ibi regni Polonie fines terminavit. Ipse Saxones indomitos manu potenti edomuit et in[x] media Solava[y] columpnam figens ferream[z] fines[a] limitavit. Ipse[b] beatum Adalbertum Pragensem episcopum a rebelli Bohemorum gente multis iniuriis[c] lacessitum de longa peregrinacione honorifice suscepit[d] et eius salutaribus exhortacionibus[e] et institucionibus[f] devote obedivit. Cuius[g] eciam ille ductus[h] vite sanctitate[i] ac miraculorum operacione[k] in[l] sua[m] Gneznensi[n] metropolitana civitate cathedram instituit et eum[o] archiepiscopatus[p] honore sublimavit[3]. Qui tempore modico transacto divino inspiratus[q] consilio[r] commilitonem et socium suum fratrem Gaudencium loco sui archiepiscopum instituens[s] et per[t] Pomeraniam[u] navigio[v] in[w] Pruziam transiens et ibidem predicans verbum fidei[x], consumatus in brevi, a Pruthenis occisus optinuit a Domino palmam martirii. (cf. Chr. Pol. I, 11.) Ipse est Bolezlaus, qui episcopatus fundavit, donis regalibus dotavit ac limitavit[y].

(ib. I, 6.) 20. In diebus illis crebrescentibus[z] miraculorum signis[a] venit Otto Romanorum imperator, qui cognominatus est Rufus, in Gneznam[b] ad limina beati Adalberti martiris[c] devocionis[d] ductus[e] flumine[f], quem[g] magnifice excepit[h] rex Bolezlaus cum suis optimatibus. Videns itaque cesar inclitum Bolezlaum et circa ipsum[i] frequenciam[k] regii apparatus, opulenciam diviciarum et excellenciam ipsius admiratus[l] ait suis principibus: 'Utique decet virum tam magnificum nostre maiestatis

a) nec 4. 8. 9. b) Dei captus 5. c) nec 8. d) correptus 4. 9. e) fuit 8. 9. f) prius 4; primus 8. 9. g) *deest h. l.* 4. 8. 9. h) De — Polonorum *des.* 4. i) in 1. 3. k) Soluam 2; Zolauam 4—9. l) sed in 4. m) enim *add.* 6. n) imperio 6. o) dominicalem 6. p) *deest* 8. q) convertit 4. 5. 7—9. r) Slavos 3. s) demum 9. t) *deest* 8. 9. u) dicitur 5. 6. v) *deest* 7. w) *deest* 5. 6. x) *deest* 4. y) Zolava 4—9. z) *deest* 9. a) fines Polonie 8. 9. b) ipsum 4. c) miseriis 4. d) *deest* 8. e) hortamentis 8. 9. f) instruccionibus 4—6. 8. g) eius 3. h) decus 2. 6. 9. i) *ita* 3; sanctitatis *celeri.* k) operacionem 9. l) *deest* 2. 4—6. m) *deest* 2. 4. 5. n) *deest* 8. 9. o) in *add.* 4. p) archiepiscopum 6. q) inspirante 4—7; domino inspirante 9. r) auxilio 4. s) instituit 4—7. 9. t) *deest* 4—9. u) Pomeram 1; Pomeriam 2. v) navigium 4; *deest* 5. w) et 8. 9. x) dei 4. 6—9. y) ac lim. *des.* 6. z) crescentibus 4. 7. 9. a) miraculis 6. b) Gneszno 4. c) *deest* 6. d) devocione 4—9. e) deductus 5. f) gracia 3; *deest* 4—9. g) *deest* 1. 2. h) suscepit 6; accepit 9. i) eum 4—9. k) apparatum regium et op 4 9. l) admirans 3; est *add.* 6.

1) II. a. 1058—1081. 2) Resuscitatione Petri militis de Potrawin. 3) Cf. De S. Adalb. c. 11, SS. XV, 2, p. 1182.

fratrem et consortem fieri Romanorumque[a] imperii socium et amicum appellari ac regio dyademate insigniri'. Inde[b] est[c] Bolezlaus autem[d] consecratus in regem[e]. Secundum magnificenciam regalem tribus continuis diebus cum suis omnibus in convivio tenuit cesarem. Imperator vero[f] dedit pro regalibus insigniis regi Bolezlao lanceam beati[g] Mauricii et clavum Domini. Cui rex Bolezlaus[h] ob reverenciam imperialis dignitatis[i] et in signum mutue dileccionis ac pie[k] devocionis redonavit brachium beati[l] Adalberti martiris. Acceptis quoque[m] ab eo multis muneribus[n], vasis aureis et argenteis in patriam suam est reversus[o]. Hic est[p] ergo rex[q] ille magnus Bolezlaus, qui cognominatus est[q] Pius, istius[r] Bolezlai proavus, qui dictus est sevus, largus et bellicosus. Ille Mesconis[s] filius, qui fuit de Polonia dux primus baptizatus, iste de duce Kasimiro fuisse dinoscitur procreatus[t], qui de monasterio Cluniacensi[u] sancti Benedicti per dispensacionem pape Benedicti[1] terre[v] Polonie dux est restitutus.

21. Post mortem etenim[w] magni regis[h] Bolezlai, quasi[x] alterius Salomonis potentissimi et sapientissimi[y], surrexit Mesco[z], filius eius[a], sensu minoratus et probitate patris. Qui[b] cum deliciis[c] resolutus rem publicam segnius administraret et propriis, non communibus utilitatibus intenderet, ceperunt extere[d] naciones, que patri suo vectigales fuerant, minus timoris et honoris eidem deferre et tributa regionum denegare.

22. Quo ignominiose mortuo et Kasimiro[e], filio eius parvulo, cum matre in Almaniam expulso[f] stirps ducalis et regia in regno Polonie omnino perierat[g], et unusquisque quod sibi[h] rectum videbatur in[i] illis diebus faciebat. (Iud. 17, 6.) Tunc surrexerunt quasi lupi rapaces per circuitum reges et principes et ceperunt vastare regnum Polonie; monasteria comburebantur[k] et ecclesie, perimebantur monachi et ecclesiastice persone, senes et iuvenes gladio iugulabantur[l], virgines et vidue ac[m] maritate violabantur et in captivitatem cum ignominia deducebantur. Consumpta autem[n] per incendia subitosque[o] gentilium incursus iam pene tota Polonia, cum aliunde non esset auxilium[p], maiores natu inierunt consilium, ut[q] inquirerent[r] et invenirent[s] et[t] reducerent[u] in[p] regnum exulem et[v] eiectum ducem Kazimirum. Hic quidem dudum a matre studiis litterarum traditus et hiis competenter instructus, cum iam[w] esset iuvenis robustus, ex Almania in Gallias transiens[x] et[y], ut[z] supra dictum est, Cluniacum[a] veniens[b] sancta conversacione monachorum ibidem Deo[c] famulancium allectus[d] et spiritu Dei inflamatus vitam mutavit et sub habitu sancti Benedicti Deo militare cepit.

23. At[e] vero legati Polonorum assumpto comitatu multo[f], variis quoque muneribus[g] in auro et argento, profecti sunt ad requirendum[h] ducem Kazimirum. Tandem post longam peregrinacionem pervenientes in Cluniacum[a] invenerunt eum sub habitu monastico iam septimum ibidem[i] agentem[k] annum[l]. Expositisque[m] causis itineris[n], apertis[o] thesauris suis optulerunt ei[p] et abbati suo preciosa[b] munera, vasa aurea et argentea, subinferentes, quot[q] clades et quanta[r] mala propter ipsius[s] absenciam sustineat Polonia. Denique petunt dominum abbatem[2], ut eis ducem suum restitueret[t], supplicant nichilominus Kazimiro[u], ut

a) Romanorum quoque 1. b) autem *add.* 3; ergo *add.* 6. c) quod *add.* 4—9. d) *deest* 4—9. e) qui *add.* 3. f) ergo 4. 5. 7—9. g) sancti 8. 9. h) *deest* 8. 9. i) signum dignitatis et in s. 1; deitatis 2. k) ac p. d. *des.* 9; pie *deest* 4—7. l) sancti 5 9. m) acceptisque 4—6; acc. itaque 8. 9. n) mult. mun. *des.* 4. o) s. rediit 8. 9. p) *deest* 8. q) est *deest* 2; cognominatur 4. r) iustus pius (ist. *deest*) 9. s) Meszkonis 5; Myeskonis 8. 9. t) procuratus 1. u) Cluniacensium 1. 3; Clunacensi 7. v) t. P. *des.* 5—9; terre — est *des.* 4. w) autem 2. 4—9. x) *deest* 5. y) sapientis 1. 2. z) Meschko 3; Myesko 5. 9; Meysco 6; Meschco 7; Myeszko 8. a) *deest* 1. 2. b) Hic 8. 9. c) diviciis 4. d) *ita* 5 *et V. maior;* eicere 1—3; extranee 4. 6—9. e) Kazimirio 2. 4. f) depulso 5. 6; propulso 8. 9. g) deperierat 4—9. h) un. sibi quod 4-6. i) in i. diebus *des.* 3. k) comburebant 2. 4—9. l) *deest* 8. m) et 4. 6. 8. 9. n) itaque 8. 9. o) subditosque 1. 2. 7—9. p) *deest* 4. q) ut regem 9. r) requirerent 8. 9. s) et inv. *des.* 8. 9. t) ac 8. 9. u) introducerent 2. 4—9. v) et eiect. *des.* 6. w) iam non 6; iam *deest* 4. 7. 9. x) rediens 8. 9; rediens vel transiens 2. 4. 7; transiens vel rediens 5. 6. y) *deest* 7—9. z) ut — est *des.* 5. 6. a) Clunacum 7-9. b) *deest* 8. 9. c) Deo ibi 8; allectus Deo ibi 9. d) electus 1. 2; illectus *V. maior.* e) Ac 1. f) multorum militum 9. g) variisque universis 2; vasisque diversis 4—9. h) inquirendum 2. 4—9. i) *deest* 4—9. k) regentem 2. 4—7. l) At illi gaudio magno impleti accesserunt ad eum ac abbatem eius *add. in margine* 3. m) depositisque 6; expositis quoque 1 3. n) *deest* 7; sui *add.* 4. 6. 8. 9. o) *deest* 2; de *add.* 4—9. p) *deest* 4—6. q) *deest* 4; que 7; quante 8. 9. r) cl. quantaque 8. 9; et quanta magna 6. s) eius 4—9. t) restituat 7; d. eorum redderet 8. 9. u) Kazimirum 1—3. 6.

1) Benedictus IX. a. 1033—1044. 2) Odilonem.

Poloniam rediret et regnum gubernaret et populum[a] suum ab hostibus liberaret. Abbas autem habito prudentum virorum consilio respondit se non posse peticioni ipsorum[b] annuere et desiderio, quia is qui renunciavit[c] seculo redire non posset[d] ad seculum, nisi provida[e] summi pontificis ad hoc accederet dispensacio[f]. Tunc legati responso accepto gradu concito Romam[g] adeunt, summo[h] pontifici legacionem proferunt[i], dispensacionem petunt, allegant quoque[k] calamitates Polonie, prophanacionem fidei christiane, incendia monasteriorum, subversionem[l] urbium, violacionem virginum, oppressionem viduarum, occisionem[m] et effusionem sanguinis innocentum et multitudinem christianorum utriusque[n] sexus deductam[o] in captivitatem et redactam[p] in servitutem paganorum.

24. Denique papa Benedictus auditis Polonie desolacionibus christiane fidei compassus casibus[q] gentique[r] orbate principe miseratus[s] ducem Kazimirum ad tenenda[t] regni Polonie[u] gubernacula redire[v] decrevit. Ne vero[w] stirps regia vel ducalis[x] omnino deperiret et Polonia[y] successore careret cum eodem duce Kazimiro, ut matrimonium legittime possit contrahere, misericorditer[z] dispensavit[a]. Ob cuius dispensacionis beneficium ac recordacionis memorabile[b] signum indictum[c] est Polonis, ut[d] in tonsura rotunda conformarent[e] se moribus religiosorum. Statutum[f] est nichilominus, ut censum solverent, quod[g] vocatur swatopetrse[h], beati Petri[i] ecclesie Rome[k] pro alendo lumine. Executi[l] negocium[m], assecuti propositum[n] legati Polonorum leti ac alacres redeunt Cluniacum[o] et exinde suscipientes ducem suum Kazimirum[p] veniunt Almaniam[q] ad imperatorem Ottonem, avunculum suum. Ubi cum exercuisset magne probitatis audaciam, sexcentorum virorum armatam[r] miliciam ad eum deducendum[s] transmisit imperator in[t] Poloniam. Hinc[u] veniens, licet[v] difficultate tandem hostibus expugnatis, cum pace regnum possedit Polonie[w]. Post hec[x] accepit uxorem unam de[y] Rusie principibus nobiliorem[z], nomine Dobronegam[a] dictam[b], cognomine Mariam, ex qua genuit quatuor filios, primogenitum Bolezlaum, secundum Wladizlaum, tercium Mesconem[c], quartum Odonem[d].

(Chr. Pol. I, 19.)

. . . .

EX MIRACULIS S. STANISLAI.

27. Articulus.

Sequitur super 27. articulo, qui talis est: De visione et muliere a febre sanata.

Quod quedam domina nobilis et devota, natione Teotonica, precibus beati Stanislai a febre, quam habebat, continue liberata fuit per talem revelationem. Nam cum febrem passa fuisset per annum continue, contigit, quod ea sola matre eius vigilante, ut dicebat, quedam matrona reverenda, quam nunquam viderat, aperuit hostium camere et introivit ad eam et dixit: 'Adleta[e], surge et vade in Cracoviam ad sepulchrum beati Stanislai et dicas Troiano custodi ecclesie[1], ubi iacet corpus ipsius sancti, ut dicat episcopo, quod amodo non sinat corpus predicti sancti iacere in pulvere, sed statim levet ossa eius et

a) gub. populumque 6. b) *ita* 1. 3. *V. maior;* eorum 2. 4—9. c) abrenunciavit 2. 4—9; se seculo abr. 4. d) possit 3; potest 4. e) *ita* 9. *V. maior;* providencia *ceteri;* de prov. 4. 7. f) et disp. 8. 9. g) ad Rom. 4. h) summoque 6; et summo 8. 9. i) preferunt 2. 7; perferunt 5. k) que 9. l) subversiones 6. m) occis. et *des.* 8. 9. n) inter utrosque 4. 7–9. o) deduccionem 8. 9. p) reduccionem 8. 9. q) cladibus *add. in margine* 3. r) genti quoque 1; genti 2. 7. s) misertus 7—9. t) propter tuenda 8. 9. u) *deest* 8. 9. v) de monasterio *add.* 8. 9. w) videlicet 9. x) dominicalis 6. y) regnum Polonie *Vita mai. c.* 12. z) *deest* 4. a) relaxavit et dispensavit 5—8; relaxat et dispensat 9. b) memoriale 7—9. c) inditum 1; ind. e. Pol. *des.* 5. 6. d) et 4. e) deconformarentur 5; conformarentur 6. f) Statutumque 2. 4—9. g) qui 8. 9. h) *ita* 1. 3; swantopetrzce 2; *deest* 4—9. i) denarius *add.* 4—9. k) Romane 5–9. l) igitur *add.* 8. 9; oficium seu *add.* 4. m) et *add.* 4 9. n) *deest* 2. 4—9. o) Clunacum 7—9. p) videlicet *add.* 9. q) ad Alm. 4. 5. 7—9. r) *sic* 3. 5. 6. *V. maior;* armatum 1. 2; armatorum 4. 7—9. s) ducendum 7—9. t) *deest* 4. u) *deest* 3; hic 4—8. v) cum diff. tamen 3; l difficulter 4—9. w) *deest* 6. x) tandem 4. y) a princ. Russie 4. z) *deest* 6. a) Dobronnam 9; Dobrochnam 8. b) *deest* 4. 6. c) Myesconem 6; Myeskonem 9. d) Otthonem 4—9. e) Adleata *posteriori manu correctum in* Adleyta *c.*

1) Troianus custos a. 1244–1253. in diplomatibus nominatur, a. 1259–1268. cantor Cracoviensis, III. Kal. Ian. 1268. grandaevus obiit; Ann. cap. Cracov., SS. XIX, p. 604.

lavet in vino et aqua et ponat ea in aliquo vase super terram, et statim liberaberis ab infirmitate tua; alioquin, si hoc non feceris nec dixeris, nunquam ab ista infirmitate liberaberis'. Et hoc dicto statim non conparuit et tamen non exivit per hostium. Ipsa vero vocatis pluribus narravit eis que viderat et audierat, et postea assumpta sibi socia iter
5 arripuit ad Cracoviam et sancti sepulchrum adivit; sed que iniuncta sibi fuerunt ab illa matrona non revelavit, nec fuit ab infirmitate sanata. Sequenti autem nocte cum circa horam matutinalem surgeret et oraret et Wilberta, filia eius[a], dormiret in lecto, mater sua excitavit eam et dixit ei: 'Filia mea, nunc michi vigilanti apparuit homo venerabilis et dixit michi in Teotonica lingua: 'Adleta, sicut dictum est tibi in Nova civitate[1] a matrona
10 veneranda, vade et dicas Troyano custodi, ut dicat episcopo[2], ut corpus meum levet de pulvere, quia satis iacui in terra, et lavet ossa mea vino et aqua et ponat in vase super terram. Tu vero ad sepulchrum meum te facias cum anulo meo signari, et statim liberaberis ab infirmitate tua. Surge ergo, filia, et eamus'. Et mane facto iverunt ad sepulchrum beati Stanislai, et ipsa mater narravit omnia predicta Troiano custodi, et stans ad sepulchrum
15 beati Stanislai fecit se cum anulo ipsius sancti consignari et in continenti fuit ab ipsa egritudine sanata et postea per tres annos continue fuit sana. Probatur per istos infirmitas et sanatio, visio vero non nisi ab auditu:

ipsam Wilbertam, 1. testem 27. articuli; ponit rubricam

Conradum filium Adleyte predicte, 2. testem huius 27. articuli; ponit infirmitatem et
20 sanationem, visionem et dicit, prout retulit ei mater eius Adleta predicta.

Heylidam nobilem, 3. testem 27. articuli; ponit ut proximi.

29. Articulus.

Sequitur super 29. articulo, qui talis est: De duobus fratribus uno paralitico, altero epilentico.

25 Quod Wykerus Teutonicus duos haberet filios, quorum unus Gerardus nomine sic erat vehementer paraliticus, quod nec manus neque pedes poterat movere et officium lingue amiserat, et sic stetit tres[b] septimanis continue, quod nichil comedit, sed tantum[c] cum panno madefacto aquam ori imponebant. Alius eciam filius Richoldus nomine morbo epilentico laborabat ita, quod ter in die cadebat, et duravit ei circa duos annos. Dictus vero
30 Wikerus graviter afflictus pro dicto Gerardo, quem mortuum reputabat, sic vovit dicens: 'Sancte Stanislae[d], libera filium meum G[erardum] ab infirmitate sua, et ego eum tibi voveo et ducam eum ad sepulchrum tuum cum offertorio unius fertonis argenti'. Hoc facto reversus ad filium, invenit eum liberatum ab infirmitate ita, quod idem G[erardus] extunc cepit recte ire et recte loqui sicut sanus puer; et factum fuit circa festum beati Iacobi, erit Iul 25.
35 annus. Item quod alius filius Richoldus post septuagesimam primo preteritam post votum, quod ipse pater sancto Stanislao fecit pro eo, in continenti liberatus fuit ab infirmitate sua, quam postea passus non est. G[erardus] vero est quatuor annorum et R[icholdus] sex annorum. Probatur per ligatos:

dictum Wikerum, 1. testem 29. articuli; ponit rubricam.

40 Marotam eius uxorem, 2. testem 29. articuli; sentenciam rubrice ponit, sed non verba per omnia.

Detricum Teutonicum, 3. testem 29. articuli; de Richoldo ponit infirmitatem et sanationem et votum, cetera non dicit; de Gerardo nichil dicit.

Bogdanam matrem dicte Marote, 4. testem 29. articuli; sententiam dicit, sed non
45 verba per omnia.

Et scribunt examinatores sic: 'Et nos inquisitores vidimus eum G[erardum] sanum'.

a) *manu posteriori corr.* sua. b) *manu posteriori corr.* III c. c) tamen *c.* d) Stanislaue *c.*

1) Korczyn. 2) Prandota episcopus Cracoviensis.

EX VITA S. STANISLAI MAIORE.

EX LIBRO I.

1. Incipit processus in Vitam beati Stanislai.

Vita minor c. 1

Beatus[a] Stanislaus, ut annales gestorum Polonie tangunt historie, nacione Polonus ex[b] provincia Cracoviensi[c] processit oriundus[d]. Est autem regio rebus[e] opulenta[f], Polonia communiter dicta, in partibus orientis posita, ambitu spaciosissima[g], quam[h] plurimis et magnis provinciis distincta, quondam famosissima princeps provinciarum et domina. Hec enim[i] olim[k] fuit multorum[l] fecunda parens natorum, quos proceritate[m] stature, virium[n] robore, aspectus venustate natura inibi[o] solita est[p] dotare. In descripcionibus quoque suorum annalium sub rege victoriosissimo Boleslao Pio[q], christiano, filio Mesconis, qui primus fuit[r] christianus*, adaucta felicibus incrementis, inclitis[s] illustrata triumphis, amplissimum[t] profecisse traditur[u] in regnum, a Danubio siquidem magno flumine[v] regni Hungarie[w] usque ad Solavam[x] fluvium Saxonie, a[y] Kyoviensi[z] quoque civitate, que[a] est metropolis Ruzzie[b], usque ad montes Karintie sui imperii extendens palmites, longe a se positas quondam suo[c] sceptro regebat exteras[d] naciones.

Thren. 1, 1. — V. minor c. 19.

2. Quomodo primus rex Boleslaus pervenit ad coronam.

ib. c. 20

In diebus eiusdem[e] illustrissimi[f] principis Boleslai[g].* crebrescentibus beati Adalberti pontificis[h] miraculorum[i] signis venit Otto Romanorum imperator, qui cognominatus est Rufus[k], in Gneznam[l] ad limina predicti martiris[m] devocione ductus. Quem princeps inclitus Boleslaus honorifice suscepit et munificentissime pertractavit cum suis optimatibus. Cernens vero cesar circa[n] Boleslaum frequenciam et excellenciam regii apparatus, opulenciam quoque diviciarum ipsius admiratus ait suis principibus: 'Decet utique virum tam magnificum nostre maiestatis fratrem et consortem fieri[o] Romanorumque[p] imperii socium et[q] amicum appellari ac[r] regio diademate insigniri. Deinde de capite suo[s] coronam deposuit et capiti regis Boleslai imponens[s] ipsum in regem Polonie et omnium circumadiacencium[t] regionum[u], quas suo subiugaverat imperio, consecrari precepit. Deditque imperator Boleslao regi[v] pro regalibus insigniis lanceam beati Mauricii et clavum Domini. Hec autem regalia insignia, corona videlicet, sceptrum et lancea, usque in hodiernum diem in armario[w] Cracoviensis[x] ecclesie ad[y] memoriam posterorum iacent[u] recondita. Rex autem Boleslaus ob reverenciam imperialis dignitatis et in signum mutue[z] dileccionis ac devocionis redonavit imperatori brachium beati Adalberti martiris. Quo cum magna reverencia assumpto[a] multisque muneribus acceptis reversus est Alemaniam[b] cum principibus suis.

cf. Chr. Pol. I, 6. V. minor c. 20.

3. De Meskone, filio Boleslai, et eius exitu.

ib. c. 21.

Denique[c] post mortem[d] magni regis Boleslai anno[e] Domini 1025.[f] Mesco, filius eius[g], regnavit pro eo. Hic[h] fuit sensu minoratus ac probitate patris, licet habuerit uxorem nobilem, sororem videlicet Ottonis imperatoris. Qui cum desidia et deliciis resolutus rem publicam segnius administraret[i] et propriis, non communibus utilitatibus intenderet[k], ceperunt extere[l] naciones, que patri suo vectigales fuerant[m], minus timoris[n], reverencie et honoris eidem impendere et tributa regionum[o] denegare. Quo ignominiose mortuo et Kazimiro[p], filio eius parvulo, cognominato Karolo[q], per nobiles Polonie cum matre in Alemaniam expulso stirps[r] ducalis et regia in regno Polonie omnino perierat, et unusquisque in illis diebus[s] quod sibi rectum videbatur faciebat. . . . . . .

ib. c. 22.

*) baptizatus cum (tota 3) gente Polonica anno domini 966. (866. 3) *add.* 2. 3

**) Huius regni exordium in cronicis Polonorum taliter invenitur descriptum *praemittit* 9—11.

***) anno nongentesimo nonagesimo septimo dominice nativitatis (natum 9) *add.* 9—11.

a) Sanctus 9. b) ex — oriundus *des.* 9-12. c) ut *add.* 2. d) de nobili Polonorum processit origine 9—11. e) satis 9—11; regio *deest* 9. f) vergens ad polum *add.* 12. g) speciosissima 9. h) atque 2. — pluribus 9. 10. i) *deest* 2. 4. 9. 10. k) *deest* 2; olim fuit *des.* 3. 11. l) nimirum 3. m) pro teneritate 9. n) virginum 9; *deest* 11. — robore *deest* 3. o) viribus 11. p) *deest* 12. q) primo 2. r) fuit primus 9. s) felicis 2. t) ill. amplissimis 2. u) traditur profecisse 12. v) fluvio 4. w) Pannonie nunc Hungarie 2. 3; Ungarie 9-11. x) Salavam 9. y) et 2. z) Cracoviensi 9. a) que — Ruzzie *des.* 9. b) Russie 4. 10. 12; Rusie 11. c) a suo 9. d) extraneas 3. e) cuiusdam 3. f) *deest* 9—11. g) Bolezlai 9—11. h) martiris 9—11. i) miraculis 3. k) ruphus 2—4; ruffus 12. l) Gnesnam 2. 4. 12; ad limina sepulchri in Gnisnam 9—11. m) eiusdem sancti pontificis 9—11; eiusdem mart. 12. n) *deest* 9. o) magnificum non principem, sed regem censeri 9—11. p) ac Romanorum 9—11. q) ac 9—11. r) et 9—11. s) *deest* 3. t) circumquaque adiacencium 3; circumiacencium 12. u) nacionum 9—12. v) regi Boleslao imperator 9—11. w) armariis 3; armatorio 9. x) Cracoviensi 2. 12; eccl. Cracovie 9. y) et ad 2. 12. z) nimie 3. a) suscepto 9. b) ad Almaniam 4; in Almaniam 10. c) Deinde 12. d) *deest* 12. e) nativitatis *add.* 9-12. f) obitum *add.* 9. g) filius eius Mescho 9-12. h) Et licet habuerit in coniugio sororem Ottonis imperatoris sensu tamen fuit minoratus ac probitate (probitatis 9) patris 9—11; (Mesco) cognominatus Lambertus probitate patris et sensu minoratus regnavit pro eo, licet habuerit in uxorem sororem Ottonis imperatoris 12. — a probitate 4. 11. — habuit 2—4. — uxorem *deest* 3. i) administraverat 2. k) intenderent 9. l) exire 3. m) qui vectigales patri suo fuerunt 9. n) et *add.* 12. o) religionum 2. p) Kasemiro 9. q) Karulo 2. 4. 12. r) stirpis 3. s) un. diebus illis 9; q. s. r. v. in i. dieb. *des.* 12.

EX LIBRO II.

9. Quomodo rex Kazimirus et Stanislaus sunt contemporanei.

Iste[a] Kazimirus, de quo supra premisimus et[b] nunc ad prosequendum[c] historie ordinem de ipso subicimus[d], quod fuerit[e] in Alemaniam pulsus, beati Stanislai fuit contemporaneus. Uterque enim eorum in puericia traditus fuit litteris imbuendus, Stanislaus quidem in Polonia, Kazimirus vero in Alemania litterarum apicem attigisse cognoscitur, sicut in cronicis declaratur[f].

10. De clade Polonie, que accidit tempore eius.

Vita minor c. 22.

Eodem quoque tempore clades illa Polonie[g] accidit, quod stirpe ducali et regia in Polonia deficiente naciones, que tributa solite erant reddere regi Polonie, consurrexerunt quasi lupi rapaces, per circuitum vastantes regnum Polonie; monasteria comburebantur[i] et ecclesie, perimebantur monachi et ecclesiastice persone, senes et iuvenes gladio iugulabantur, virgines ac[k] vidue et[l] maritate violabantur et in captivitatem[m] cum ignominia deducebantur[n]. Consumpta autem[o] per incendia subitosque gentilium incursus[p] iam pene tota Polonia, cum aliunde non esset auxilium, maiores natu inierunt consilium, ut requirerent et invenirent et reducerent in regnum exulem et eiectum Kazimirum[q]. Hic enim competenter instructus et iuvenis factus robustus ex Alemania[r] in[s] Gallias transiens[t] et in monasterium Cluniacense[u] veniens, sancta conversacione monachorum Deo ibidem famulancium illectus et spiritu Dei inflammatus vitam mutavit et sub habitu sancti Benedicti Deo militare cepit.

11. De recuperacione regis Kazimiri de claustro Cluniacensi.

ib. c. 23.

Ac vero legati[v] Polonorum assumpto comitatu multo variisque[w] muneribus in auro et argento profecti sunt ad requirendum ducem Kazimirum[x]. Tandem post longam peregrinacionem pervenientes Cluniacum[y] invenerunt eum ibidem[z] sub habitu monastico iam septimum agentem annum. Expositisque causis itineris et apertis thezauris suis obtulerunt ei et abbati suo munera[a], vasa aurea et argentea subinferentes, quot clades et quanta mala propter ipsius absenciam sustineat Polonia. Denique petunt dominum abbatem, ut eis ducem[b] suum restitueret, supplicant nichilominus Kazimiro[c], ut in Poloniam rediret regnumque gubernaret et populum suum ab hostibus liberaret. Abbas autem habito prudentum virorum[d] consilio respondit se non posse annuere peticioni ipsorum[e] neque satisfacere desiderio[f], quia is qui renunciavit seculo redire non posset[g] ad seculum, nisi provida summi pontificis[h] ad hoc accederet dispensacio. Tunc legati Polonie responso[i] abbatis accepto[k] gradu concito Romam adeunt, summo pontifici Benedicto nono legacionem proferunt[l], dispensacionem petunt, allegant quoque[m] calamitates Polonie[n], profanacionem[o] fidei christiane, incendia ecclesiarum, subversionem[p] urbium, violacionem virginum, oppressionem viduarum, effusionem sanguinis innocentum et multitudinem christianorum utriusque sexus deductam in captivitatem et redactam in servitutem paganorum.

12. De dispensacione regis Kazimiri, de denarioque sancti Petri.

ib. c. 24.

Auditis autem papa Benedictus Polonie desolacionibus christiane fidei compassus casibus gentique orbate principe misertus ducem Kazimirum ad tenenda regni Polonie gubernacula redire decrevit[q]. Ne ergo stirps regia vel ducalis omnino deperiret et regnum Polonie successore careret, cum eodem duce[r] Kazimiro, ut matrimonium legitime posset contrahere, misericorditer dispensavit. Ob cuius dispensacionis beneficium ac recordacionis memorabile[s] signum indictum[t] est Polonis, ut in tonsura rotunda conformarent se moribus religiosorum. Statutum est nichilominus, ut pro alendo lumine ecclesie beati[u] Petri Rome censum solverent, quod vocatur Swatopetre[v], id est sanctum[w] beati[b] Petri. Executi negocium, asseculi propositum legati Polonorum[x] leti et alacres redeunt[h] Cluniacum[y] et exinde excipientes ducem[z] suum Kazimirum veniunt in[a] Alemaniam[b] ad imperatorem Ottonem[c], avunculum suum. Ubi cum exercuisset magne probitatis audaciam, sexcentorum virorum armatam miliciam ad eum deducendum et in regnum introniazandum transmisit imperator[d] in Poloniam. Hinc[e] veniens, licet cum difficultate ac bellorum certamine tandem hostibus expugnatis, cum pace possedit regnum Polonie.

a) Iste Kaz. cognominatus Karolus, de quo supra prem., quod fuerit cum matre in Alemanniam expulsus, beati Stanislai 12; Ad ordinem historie prosequendum, de quo supra memoravimus, notandum est, quod Casimiro parvulo per nobiles Polonie cum matre in Alemanniam expulso, et beato Stanizlao puero ipsius contemporaneo in Polonia iam litterarum studiis occupato, ipso eodem tempore *pergunt in cap. sequenti* 9–11. b) *deest* 2. c) nunc prosequendo 4*a*. d) subiturus 2. 3. e) qui fuit 2–4. f) legitur 4*a*. g) cl. in Polonia acc. 9; cl. i. in Polonia 12; cl. illa acc. Pol. 10. 11. i) comburuntur 12. k) et 9–11. l) ac 9; *deest* 12. m) captivitate 2. n) *ita* 9–12. *Vita minor*; ducebantur 1–8. o) *deest* 4. p) incursus gentilium 9. q) inv. et req. et red. ei. ex. Casimirum in regnum 9; ducem K. 12. r) Alamania 10; Almania 11. s) *deest* 2–4. t) trans in Gall. 9. u) Dirmacense 9; Climacense 11; *deest* 10. v) letati 3. w) variis et 9. x) ad ducem Cazimirum requirendum 9; regem 2–4. y) Diviciacum 4*a*; Dirmacum 9. z) eum ibidem inveniunt 12. a) ei munera sua et abbati 9. b) regem 9–11. c) Kazimirum 9. 11. d) virorum prudentum 9; prudenti virorum 12. e) eorum 4–12; eorum pet. ann. 9; *cf. V. minor.* f) ipsorum *add.* 4. g) n. p. r. 9. h) *deest* 9. i) repulso 2. k) accepto responso abbatis 9. l) perferunt 2. 3; preferunt 10. m) autem 4. n) cal. Pol. *des.* 9. o) prostracionem 10. p) subversiones 2. 11. q) precepit 9. r) *deest* 9; rege 10. 11. s) memoriale 10. 12. t) inditum 3; iniunctum 4*a*. 10. u) censum sancti 12. v) Suatopetre 4. 9; Swantopetre 10; Suiatopetre 11; Suatupetre 12. w) censum 12. x) Polonie 9. y) Dumacum 9. z) regem 9–11; dominum suum ducem 12. suum *deest* 9. a) ad 10; *deest* 12. b) Alamaniam 10; Almaniam 11.* c) *deest* 9. 12. d) *deest* 9. e) Hinc — Polonie *des.* 12.

13. Quomodo rex Kazimirus de dispensacione uxoratus est.

Post hec accepit uxorem de Rusie[a] principibus nobiliorem, nomine Dobronegam[b] dictam, cognomine Mariam, ex qua genuit quatuor filios, primogenitum Boleslaum, secundum Wladislaum, tercium Mesconem[c], quartum Odonem[d].

14. De archiepiscopatu Cracoviensis ecclesie.

Eodem tempore anno 1046.[e] Aaron monachus Tinciensis in episcopum Cracoviensem postulatur[f]. Assumptus autem[g] ad peticionem[i] regis[k] Kazimiri per eundem papam Benedictum Colonie consecratur et privilegio archiepiscopatus insignitur. Forma autem posicionis eius talis in cronicis reperitur[l]: *Pro reverencia principis apostolorum, sub cuius velamento te staturum constituisti, et pro amore regis Kazimiri, qui et Karoli, domini vestri*[m], *eiusque coniugis Marie eorumque filii Boleslai tociusque regni vestri*[n] *statuimus, stabilimus, dicamus, benedicimus in perpetuum archiepiscopatum apud*[o] *civitatem Cracoviensem, que*[p] *hactenus erat episcopatus. Cui eciam subicimus omnes omnium episcopatuum parrochias, que in toto regno sunt*[q] *Polonico, ut archiepiscopali more*[r] *universis presideat. Tibi quoque, archiepiscope, concedimus pallium diebus sollempnibus deferendum.*

Ann. cap. Crac. 1058. Denique anno 1058. rex Kazimirus vita excessit, et Boleslaus, filius eius, in regnum successit. ib. 1059. Anno quoque[s] 1059. Aaron archiepiscopus Cracoviensis obiit, cui Lambertus[t], qui et ib 1061 Zula[u] dictus, succedens archiepiscopatus insignia petere noluit[1]. Hic est Lambertus[v], qui ib 1072 beatum Stanislaum ecclesie Cracoviensis canonicum instituit[w]. Quo mortuo anno 1072. Stanislaus successit et octavo sui episcopatus anno sub rege Boleslao ad martirii palmam[x] Apr. 11. pervenit 3. Ydus Aprilis, luna 6, feria quinta, post octavas pasche, qua[y] cantatur[z]: *Surrexit*[a] *pastor bonus,* sub Gregorio papa VII.[b] . . . . . .

EX LIBRO III.

5. De visione cuiusdam matrone de Nova-villa.

Mir. S Stan. art. 27

Ad mulierem Theutonicam[c] bonam ac devotam, febrem per annum cottidie perpessam[d], sola matre[e] presente et circa infirmam invigilante, quedam matrona reverenda et sibi penitus facie[f] ignota per hostium[g] camere, in qua iacebat, intravit et ad eam per visum dixit: 'Adleheyta[h], surge et vade Cracoviam ad sepulchrum beati Stanislai et dicas Troiano ecclesie custodi, ubi iacet[i] corpus sancti, ut dicat Prandote episcopo Cracoviensi, quatenus non sinat corpus electi Dei amodo in pulvere iacere, sed statim ossa eius vino[k] et aqua lavet et reponat ea super terram in aliquo mundo vase cum honore, et[l] statim liberaberis a tua infirmitate. Quod si non feceris nec hec[m] dixeris, ab egritudine tua non liberaberis'. Itaque[n] infirma filiam, que presens erat, et alios pueros de domo advocat[o] et que viderat et audierat eis enarrat, et ut ad sepulchrum beati Stanislai ducatur[p], iniungit et rogat[q]. Et quidem[r] ad sepulchrum sancti[s] pervenit[t], sed[u] que custodi dicenda fuerant minime revelavit, et idcirco desideratam sanitatem eo tempore non percepit[v]. Sequenti autem nocte cum ad matutinalem horam surgeret et oraret et filia sua Willebertha dormiret, vidit hominem venerabilem ante se stantem et lingua Theutonica[w] sibi dicentem: 'Adelheyta[x], sicut dictum est tibi[y] in Novo-loco a matrona illa veneranda[z], vade et dic Troiano custodi, et ipse annunciet episcopo, ut ossa mea levet[a] de pulvere, quia satis iam[b] iacui in terra, et lavet ea vino et aqua et ponat ea in vase mundo super terram. Tu vero ad sepulchrum meum[c] vade et anulo meo facias te signari, et statim liberaberis[d] a tua infirmitate'. Tunc mater excitans filiam visionem ei[e] exposuit et[f] cum ea ad sepulchrum beati Stanislai venit[g] et omnia sibi imperata custodi enarravit. Anulo quoque ipsius faciens se[h] signari statim perfecte restituta[i] est sanitati.

a) Rusye 9; Ruszie 10; Rusia 11; Russie 12. b) Dobrgnevam 2; Dobroneam 4*a*. c) Meschonem 9. d) Ottonem 9. e) 1066. 2. f) postulatur in ep. Crac. 9. g) qui ass. et 9. i) peticiones 3. k) ducis 12. l, invenitur 9. m) nostri 2. 3. 12; vestri dom. 9; dominum 11. n) nostri 2. 3. 12. o) circa 9. p) ubi 9; qui 11. q) sunt regno 12; regno Polonie sunt 9. r) iure 10. s) domini *add.* 9. t) Lampertus 2. 4. 10. u) Zela 12. v) Lampertus 4. 10. 12. w) inst. can. 9. x) palm. mart. 9. y) que 3; quo 12. z) canitur 4. a) alleluia surrexit 12. b) III *perperam codices.* c, Theutunicam 5. 12. d) passam 4. e) filia 9. 13. f) facie penitus 9. g) hostiumque 12. h) Adlcheyta 2; Adelheyda 5. 9; Adilheyda 12. i) iaceat 9. k) vino — reponat ea *des.* 9. l) elevare et 9. m) hoc 2 n) quod *add.* 2. o) vocat 2; convocat 9. p) adducatur 5. q) orat 5. r) cumque 9. s) beati Stanislai 5. t) advenit 5; pervenisset 9. u) *deest* 9. v) recepit 12. w) Theotonica 9. x) Adelleytha 1; Adelytha 4; Adelhedis 9; Adilheyda 12. y) tibi dictum est 9. z) *sic* 1. 6. *Mirac.;* reverenda *reliqui.* a) lavet 3 4. 9. b) iam satis 9. c) *deest* 9. d) a tua liberaberis infirmitate 9. e) sibi 5. f) quod 3. g) pervenit 4. h) *deest* 1. 4. i) reddita 5.

1) Aaronem episcopum, non archiepiscopum fuisse bullamque Benedicti IX. falsam (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 4119a) temporibusque Ivonis episcopi confectam esse docuit de Kętrzyński, Mon. Pol. III, p. 323—327.

7. De negocio et processu canonizacionis.

Talibus igitur[a] ac[b] similibus revelacionum oraculis[c] et virtutum preconiis provocatus venerabilis pater Prandota Cracoviensis episcopus cum consilio sui capituli ossa beati martiris Stanislai de terra levavit[d], vino et aqua[e] lavit et in vase mundo super terram reverenter collocavit[1]. Extunc autem[f] crebrescentibus uberioribus miraculorum[g] signis prefati episcopi[h] et capituli[i] ecclesie Cracoviensis[k] dignum duxit devocio[l], ut hec omnia Salvatoris magnalia, que per martirem suum operata[m] est sua[n] potencia, cum fideli prelatorum Polonice[o] ecclesie testimonio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici deferentur Innocencio; qui reverendis et discretis viris domino Fulconi Gneznensi[p] archiepiscopo et domino Thome Wratislaviensi episcopo ac domino abbati Lubensi[q] Cisterciensis ordinis[2] dedit in mandatis, ut de veritate vite et morum honestate ac[r] miraculorum operacione beati Stanislai diligentissime inquirerent[s] et habita super premissis sollerti indagacione sedi apostolice hec[t] eadem cum fide dignorum testimonio firmata et conscripta intimare curarent[u]. Inquisitores vero et[v] delegati in multorum religiosorum et aliorum virorum proborum presencia cum produccione iuratorum[w] quam plurium testium diligenter examinata et sufficienter approbata[x], tribus sigillis signata eidem apostolice sedi beati Stanislai per suos nuncios direxerunt miracula. Dominus vero papa Innocencius hiis non contentus, multam servans[y] maturitatem in negociis talibus, fratrem Iacobum, virum litteratum et religiosum de ordine fratrum[z] Minorum, a latere suo in Poloniam[a] direxit. Qui cum primorum inquisitorum, qui nichil obmiserant de contingentibus, diligenter examinasset, processum rursus optime informatum domino pape et toti curie Romane[b] velut legatus fidelis beati Stanislai retulit negocium.

Hec sunt autem miracula, que in conspectu sedis apostolice et tocius Romane ecclesie sunt[c] recitata et fide dignorum testium[d] testimonio firmata et communiter tunc[e] ab omnibus approbata.

8. De filio Richardi a morte suscitato.

Cum[f] Richardus Lombardus[g] cum uxore pregnante Cracoviam venisset beati Floriani festivitate invitante, tercia nocte uxor ipsius[h] bene natos gemellos masculum et feminam[i] est enixa. Sed masculus sequenti die nativitatis sue[k] sine baptismi[l] gracia est defunctus. Quod cum nunciatum esset patri, dolor cordis apprehendit eum non tam pro[m] defuncta prole, sed pro morte anime. Qui consurgens ad Deum cum omni fiducia supplicat[n] Deo[o] prece cum lacrimis importuna, ut per beati Stanislai gloriosa merita resuscitare dignaretur filium suum ad percipiendum duntaxat nove regeneracionis sacramentum[p]; unde et[m] mortuum puerum ab hora matutinali usque ad horam diei terciam non permisit sepeliri. Hora vero[q] tercia nunciatum est patri, quia[r] 'filius tuus[s] vivit'. Qui gaudio repletus sine mora utramque prolem in ecclesia beate virginis[t, 3] cum sollempnitate debita in Christo ex aqua et spiritu sancto regenerari procuravit[u]. Verum[v] puer, qui resuscitatus fuerat, illa die tota et nocte sequenti[w] supervixit, sed circa auroram temporaliter moriens ad vitam et requiem eternam migravit. O mira Salvatoris clemencia! Mortuus filius ire et sub perpetue salutis relictus discrimine non ob aliud suscitatur a morte, nisi ut renato ex aqua et Spiritu sancto per[x] beati Stanislai merita, ut pater pecierat[y], filiacionem mereretur adopcionis divine.

Maii 4.

a) ergo 2. 5; *deest* 1. 9. b) et 2. c) revelacionibus 4. d) et *add.* 9. 12. e) aqua et vino 9. f) *deest* 2. 11. g) miraculorum uberioribus 12. h) prefatus episcopus 5. i) capitulum 5. k) cap. Crac. episcopi 9; Crac. Christi 10. l) *deest* 5. m) operatus 9. n) *deest* 9; sua pot. *des.* 5. o) Polonie 12; Polonorum 9. p) Gniznensi 9. q) Lubuscensi 4. 4*a*; Lubicensi 9; Lubensi episcopo ac domino abbati Cyst. 6. r) et 9—12. s) inquirerentur 2. t) et hec 1. u) curarent intimare 9 12. v) et *deest* 7. 8. — legati 12. w) iuramentorum et 4; miraculorum 9. x) probata 9—12. y) senciens 4. z) et religionis fratrum ordinis 9. a) Poznaniam 5. b) capitulo Romano 9. c) recitata sunt 9. d) *deest* 9. e) tunc communiter 9. f) Dum 3. 10—12. g) Lumbardus 4. 9. h) eius 9. i) femellam 5. k) *deest* 12. l) baptismali 10. m) *deest* 2. n) consurgens cum omni fiducia ad Deum supplicavit 2. o) *huc usque* 4*a*. p) sacrum 10. q) autem 2. r) quod 9. s) eius 9; *deest* 4. t) b. v. in eccl. 9. u) curavit 9. v) tamen *add.* 10. w) sequenti nocte 9. x) et 9. y) patri pacienti 9.

1) A. 1243; v. Miracula s. Stanislai art. 8, Mon. Pol. IV, p. 286. 293. 2) Henricus, qui a. 1239 1258. in diplomatibus occurrit. 3) Ecclesia parochialis in foro Cracoviensi.

19. De apostemate sanato.

Illustris princeps Opoliensis Wladislaus[1] cum ad colloquium ad ducem Cracovie Boleslaum[2] ex condicto pergeret festinanter, horridum in femore suo apostema sub una nocte emersit, quod eum de cepti itineris consummacione[a] omnino desperare fecit. Verum cum se sopori dedisset, dictum est ei per visum: 'Invoca beatum Stanislaum et assequeris beneficium sanitatis optatum'. Quod et fecit, et evigilans[b] se ab omni[c] dolore liberatum cognovit. Cicatrix tamen vel signum apostematis in eius corpore sine omni dolore postmodum diucius perduravit. O virum sanctum per omnia laudabilem, qui in sompnis invocatus[d] in beneficiis prestandis invenitur munificus!

29. De quodam ceco sacerdote illuminato.

Sacerdos quidem Theutonicus[e] multo tempore lumen oculorum amiserat et visum[f] penitus. Hic[g] sine previo ductore nec passum quidem[h] pedis in via poterat ponere[i]. Quadam igitur[k] nocte, dum desolatus iaceret et de suo statu cogitaret, incidit ei in mentem[l] sentencia villici illius[m] evangelici, quod fodere non valeret et[n] mendicare erubesceret. (Luc. 16, 3.) Qui dum se sopori dedisset, apparuit ei quidam homo[o] canus et reverenda facie[p], dicens sibi[q] in visione: 'Compacior mendicitati et[r] desolacioni tue. Igitur[s] consulo tibi, ut devoveas te beato Stanislao Cracoviensi episcopo ac sepulchrum eius visites, quam cito[t] tempus opportunum reperies[u]. Verumtamen ad presens quidquid pecunie poteris penes te[v] invenire, per primum peregrinum, qui occurrerit[w] tibi hodie, ad tumbam sancti[x] Stanislai martiris studeas offerre devote[y]'. Respondit sacerdos[z]: 'Domine, per animam meam! nullam penes[a] me puto habere pecuniam'. At ille: 'Quere', inquit, 'et invenies'. Presbiter itaque consurgens mane narravit cuidam parrochiano socio[b] suo, alteri presbitero[c], quod sibi dictum fuerat in visione. Quia vero hec omnia[d] sibi acciderant imminente beati Stanislai canonizacione, requisivit a sepedicto[e] plebano, quis esset ille novus[f] sanctus, qui Cracovie haberetur[g] in magna veneracione[h]. Respondit ille, quod is[i] esset[k] sanctus[l] Stanislaus Cracoviensis episcopus. Tunc presbiter ait: 'Licet sciam, quod circa[m] me nullam pecuniam habeam[n], tamen ad marsupium meum manum meam[o] mittam, ut secundum mandatum, quod dictum est michi per sompnum, si quid forte reperiam, peregrino, qui michi primo[p] occurrerit, hoc offerendum[q] beato Stanislao tradam[r]'. Deinde proferens duos de bursa[s], quos insperatos[t] reperit[u], denarios, subito Deus per merita martiris[v] ad videndum eos ipsius aperuit oculos, et exclamans ait: 'Benedictus Deus et pontifex[w] ipsius Stanislaus, qui aperuit oculos meos. Ecce enim et denarios, quales sunt, video et imaginem[x] et[y] inscripcionem[z] ipsorum[a] optime conspicio[b]'. Deinde predicto[c] plebano[d] et figuram imaginum et inscripcionem denariorum plene distinxit[e]. Dumque[f] cum eodem[g] iam sine ductore ad ecclesiam letus[h] curreret, ut Deo ac[i] beato Stanislao pro beneficio accepto gracias[k] debitas[l] redderet[m], ecce occurrit eis quidam peregrinus stans ante fores ecclesie, qui ibat ad limina beati martyris[n] cepto itinere[o]. Cui sacerdos predictos duos[p] denarios ad sepulchrum sancti[q] pontificis[r] offerendos supplex[s] obtulit et se ipsum ibidem cito profecturum[t] devovit; puerum vero quondam[u] sue cecitatis ductorem ad amicos suos

a) continuacione 2. b) evigilatus 13. c) *deest* 2. d) advocatus 4. e) Theolonicus 9. f) et v. penitus *des.* 5—9. 11; usum 2. g) Hic quidem 9 11. 13. h) *deest h. l.* 9—11. 13. i) ponere poterat in via 9. k) ergo 9. l) memoriam 8; in m. *des.* 9—11. 13. m) illius vill. 9. n) *deest* 2. 4. 9. o) *deest* 9. p) persona 9. q) ei 9—11. 13. r) tue et des. 9. s) consulo itaque 9 11. 13. t) quando tempus (cito *deest*) 9. u) recipies 4. v) p. te pot. 9. w) occurret 9. x) *deest* 2; s. St. *des.* 9—11. 13. y) dev. st. off. 9—11. 13. z) Dei sacerdos 2. a) *deest* 9—11; puto penes me 2. b) *deest* 9. c) alt. pr. *des.* 9—11. 13. d) *deest* 9—11. 13; sibi hoc acciderat 9; hoc sibi accidunt 11. 13; quod hoc vero sibi acciderat 10. e) prefato 9—11. 13. f) *deest* 2. g) esset 2. h) reverencia 9. i) *deest* 9—11. k) est 9. l) beatus 9—11. 13. m) penes 9 11. 13. n) habeam pecuniam 2. o) *deest* 9. 10. p) *deest* 9—11. 13. q) offeram 13. r) *deest* 13. s) de bursa duos 13. t) insperatus 10. 13. u) invenit 9—11. 13. v) sui mart. 2. w) beatus *add.* 9. 11; benedictus 10; sanctus 13. x) ipsorum *add.* 9. y) ac 2. z) conscripcionem 2; superscripcionem 4—7. a) *deest* 9. b) video 4. c) sepedicto 4—8; prefato 9—11. 13. d) socio suo *add.* 9—11. 13. e) imaginum expressit et inscripcionem legit 9—11. 13. f) Cumque 5. 6. 8. g) tempore *add.* 9. h) iam letus s. d. ad eccl. 9. i) et 9. 10. k) graciarum 4. l) *deest* 2. 4. m) ageret 5—8; r. acciones 4. n) b. Stanizlai 7—11. 13. o) cepto it. *des.* 9. p) duos pred. 9 11. 13. q) beati 2; *deest* 9—11. 13. r) martiris 9—11. 13. s) duplex 2; *deest* 9—11. 13. t) iturum 9 11. 13. u) quendam 2. 5—8. 11.

1) A. 1246—1281. 2) Forsan de bello Oppaviensi, quod Boleslaus Cracoviensis, Vladislaus Opoliensis, Daniel Haliciensis adversus Ottocarum Bohemiae regem a. 1254. moverunt, hoc loco agitur. V. Szaraniewiecz, 'Die Hypatios-Chronik', Lemberg 1872, p. V.

transmittere[a] curavit et hoc, quod circa ipsum meritis beati Stanislai[b] acciderat, eisdem[c] cum gaudio nunciare[d]. Ipse vero post[e] modicum[f] tempus preparatis necessariis viam arripuit et ad sepulchrum[g] beati Stanislai[c] martiris perveniens votum devotus[h] persolvit, gracias egit et de cetero optime vidit.

5 30. De duobus fratribus, uno paralitico et altero epilentico. *Mir. c. 29.*

Wikerus[i] Theutunicus[k] habuit duos filios; unus fuit vocatus[l] Gerhardus et erat[m] quatuor annorum; alter[n] Richoldus[o] et[p] erat sex annorum; et ambo gravissimam paciebantur infirmitatem. Gerhardus siquidem paralisi percussus nec pedum nec manuum nec lingue usum habebat, sed quasi truncus aridus iacebat; per tres quoque septimanas nichil comedit, aquam tantum aliquando[q] cum panno lineo 10 madefacto vix suxit. Cumque pater eius anxius foris quadam vice deambularet[r] et de vita filii iam desperaret, votum vovit dicens: 'O beate Stanislae, libera filium meum ab hac infirmitate, et ego modo voveo eum tibi et ducam ipsum[s] ad limina sepulchri tui cum offertorio unius fertonis argenti'. Et cum reversus fuisset in domum, ut filium suum videret, invenit eum iam liberatum, ambulantem et loquentem, licet adhuc corpore debilem. Richoldus[t] similiter, alter filius, qui morbo epilentico laboraret et quando- 15 que[u] ter vel quater[v] in die cadebat, hic post votum emissum patris a sua infirmitate eciam in continenti fuit liberatus ita, quod predictum morbum numquam de cetero fuit passus. Pater vero pre gaudio pro liberacione filiorum in illa die notis et amicis fecit convivium magnum, glorificans Deum et sanctum Stanislaum. Deinde veniens cum uxore et ambobus filiis ad beati martiris[w] sepulchrum devote[x] solvit, quod promiserat, votum.

20 46. De ea, que se simulabat virginem, deprehensa.

Quedam puella Theutonica iam nubilis[y] et adulta, corrupta per quendam iuvenem[z], amiserat pudiciciam[a] ac virginitatis florem, unde et non velato capite incedebat simulans se quod non erat[b]. Hec aliquando sollempni[c] festivitate invitante[d] cum matre conscia sceleris venit ad limina beati[e] Stanislai martiris; et dum[f] essent ad pedem montis[1], puella 25 cepit deponere peplum, quod in via portaverat propter estum. Mater vero monebat filiam[g], ut velato capite beati Venceslai intraret ecclesiam[h]; at illa contempsit monita matris et sertum ferens in capite accessit ante[i] sepulchrum martiris. Cumque in oracione procumberet[k] et caput ad terram tunderet[l], sertum cecidit, et puella serto de terra resumpto[m] surrexit. Volens autem crines suos comere et iterum sertum capiti imponere, 30 totam simul comam capitis[n] abstraxit et veluti novacula acutissima rasa in multitudine populi calva stetit. Que videns se esse deprehensam, ignominia et confusione plena[o], penitencia ducta reatum suum publice coram omnibus est fassa[p]. Ecce per beati Stanislai merita verum esse reperitur in hac puella, quod cuiusdam viri sapientis declarat prudencia: *Est*, inquit, *confusio*[q] *adducens gloriam*[r], *et est confusio adducens ignominiam*[s]. Per *Eccli 4, 25.* 35 ignominiam enim confusionis pervenitur ad penitenciam vere humilitatis secundum illud[u] psalmiste: *Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, Domine!* Perfecta vero *Ps 82, 17.* humilitas penitentis non solum[t] stabilem operatur salutem[u] peccatoris, sed eciam acquirit gloriam exaltacionis secundum illud: *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, et qui se humiliat,* *Math 23, 12.* *exaltabitur.*

40 47. De puella submersa et puero.

Andreas miles, filius nobilis viri[v] Semiani[w, 2], dum cum familia sua per aquam Odram

a) cur. trans. 2. b) sancti Stanislai meritis 9—11. 13. c) *deest* 9—11. 13. d) nunciavit 9; nunciaret 13. e) postea 9. f) temp. mod. 4; modico tempore 9; temp. *deest* 13. g) tumbam 9—11. 13. h) devote 8; *deest* 9—11. 13. i) Uilberus 2; Vicherus 9; Tuykerus 13. k) Theutonicus 9. 13. l) vocatus fuit 9. m) et er. 45 *des.* 9. n) et alter 9. o) Richolfus 9; Bertholdus 11. p) qui 9; et hic 13. q) al. tant. 9. r) deamb. quad. vice 2. s) eum 9. 10. t) Richolfus 9; Bertholdus 11; Richordus 13. u) *correxi*; quinque *ed.* v) v. qu. *des.* 9. *Mir. S. Stan.* w) Stanizlai *add.* 9. x) *deest* 9. y) nobilis *codd.* z) per quend. iuv. corrupta 2. a) vultus *add.* 9—11. 13. b) quod esset virgo 5—8; quod non esset corrupta 11. c) sollempnium 2; festivitate sollempni 9. d) iminente 1. e) sancti 13. f) cum 4. g) *deest* 9. h) ut beati Wentzezlai ecclesiam velato 50 capite intraret 9. i) ad 13. k) persisteret 11. l) tenderet 9; se *add.* 13. m) resumpto de terra 9; sumpto 4. n) *deest* 13. o) *ita* 2. 3; plenam *reliqui.* p) confessa 9. q) confessio 2. r) ignominiam 7—11. 13. s) gloriam 7—11. 13; ignominias 2. t) ad *add.* 9. u) salutem stabilem (stabilitatem 9) operatur 9—11. 13. v) nobilis viri filius 9. w) Seniani 5. 11.

1) Wawel mons, in quo ecclesia cathedralis S. Ven- 55 ceslai Cracoviae sita est. 2) Semyanus castellanus Ratiboriensis a. 1239. inter testes ducis Oppoliensis Mesconis occurrit, Grünhagen, 'Schles. Regesten' ed. 2. I, nr. 528.

de una villa ad aliam deberet transire, fecit nutricem cum pueris precedere et ascensa navi ultra fluvium transfretare. Erant autem duo pueri cum nutrice in navi, unus masculus adhuc in cunabulis, qui forte habebat a nativitate[a] annum unum, et puella erat trium vel quatuor annorum. Cumque nauta minaret navem cum nutrice et pueris[b] et esset ad medium fluminis, impetus aque impulit navem super truncum cuiusdam arboris, subitoque eversa nave periclitabantur pueri cum nutrice, et nauta quidem natando evasit. Nutrix vero iam de sinu suo elapsis pueris ambabus manibus tenuit se ad proram navis. Infantulus nichilominus divina virtute custoditus vagiens in cunis ferebatur super aquam[c] iuxta descensum navis; et cum iam mergeretur puellula et preceps cum impetu aque[d] tenderet ad ima, clamor attollitur in ripa: 'O beate Stanislae, adiuva!' et ex aqua erepta[e], que iam[f] ad iactum[g] unius sagitte descenderat, ad litus exponitur prefocata[h]. Infans eciam cum nutrice extrahitur illesus[i], meritis beati Stanislai protectus[k]. Parentes vero[l] cum lacrimis et eiulatu magno cum hiis qui aderant supplicant beato Stanislao, ut vitam restituere dignaretur suffocato puero. Iacuit autem[m] puella mortua[n] a prima hora usque ad horam[o] terciam. Cumque parentes eius instarent[p] oracioni et devocioni et voverent[q] eam, si vivam redderet, deducendam[r] in Cracoviam ad tumbam beati[s] Stanislai, in[t] continenti de corpore[t*] puellule multa aqua erupit, et illa oscitavit et oculos aperuit; salvam[u] et sanam posthec[v] ad tumbam cum voto, quod voverant, adduxerunt[w].

48. De puero submerso.

Quidam puerulus trium annorum ludebat cum sodalibus suis in ponte ante castrum Gdanense[1], qui casu precipiti in aquam Visle de ponte cecidit[x] et suffocatus ab aquis subito[y] ad ima profundi descendit[z]. Diu vero quesitus et tandem sub aquis inventus ad pontem, unde corruerat, extrahitur defunctus. Nunciatur parentibus casus pueri[a]; accurrunt cum lacrimis invocantes patrocinium beati[b] Stanislai. Puer vero luridus et inflatus ab hora nona usque ad vesperam iacuit extinctus. Fit ad clamorem parentis[c] pueri concursus populi[d], et interpellantur magnalia beati Stanislai; cumque omnes pariter[e] cum lacrimis et devotis precibus[f] sancti martiris subsidium flagitarent, ut suffocato puero vitam redderet et parentum desolacionem adimeret[g], subito de corpore mortui aqua erupit, et puer suspirium[h] traxit. Conclamantibus autem omnibus, qui aderant, Iesu Christi potenciam atque sui pontificis gloriosa merita, puer quasi de gravi sompno excitatus oculos aperuit atque a parentibus sursum erectus[i], velut fatigatus resedit[k]. Denique[l] domum deductus dormivit, comedit[m], bibit atque deinceps sanus fuit. Ex hoc autem tam evidenti miraculo in tota Pomorania in terra et in mari beatus Stanislaus invocatur in auxilio opportuno.

49. Frater Vincencius de navis periclitacione in mari.

Comes Ianussius, vir nobilis, filius Iaroslai, et Petrus frater meus[n], filius fratris Henrici, ambo fide digni sub fidei iuramento et aliquorum[o], qui tunc[p] cum eis comitabantur, testimonio retulerunt michi rem, quam[q] refero. Hii enim probi viri ac[r] plures Romipete alii[p] tendebant ad limina beati Petri[s], predictus vero Petrus clericus[p] ad lucrandam scienciam ibat cum eis Bononiam[t]. Hic erga beatum Stanislaum devocione ductus rogavit me in recessu[u], quatenus sibi darem[v] de reliquiis eiusdem sancti, ut esset tutor et ductor vie peregrinacionis ipsius. Cum ergo habuissent viam prosperam, tandem pervenerunt[w] Aquileiam[x], ubi conducta navi cum multis aliis ascenderunt mare[y], navigantes[z] Venecias[a].

a) a nativitate habebat 9. 10. b) puellis 5; parvis 9. c) aquas 13. d) tenderet aque 9. e) excepta puella 9. f) *deest* 9—11. 13. g) tractum 4. 10. 11. 13. h) suffocata 2. i) extrahuntur illesi 13. k) protecti 13; *deest* 2. l) *deest* 13. m) Iacuitque 2. n) *deest* 4. 5. 9. o) *deest* 2. 5. 9. p) intrarent 1. q) dev. voverunt 9. r) deducere 9; adducendam 11. s) sancti 5. 9. t) *deest* 13. t*) corde puelle 9. u) salvamque 4. 9—11. v) posthoc 1. w) voverat adduxit 2. 4; tumbam adduxit et quod voverat implevit 5. 6; tumulum adduxerunt eam et votum adimplerunt 7. 8 x) cecidit de ponte 2. 9. y) subito ab aquis 9. z) cecidit 4. a) cas. pueri *des.* 6. 8; At illi *add.* 6. 8. b) sancti 13. c) parentum 10. 11; pereuntis 4; *deest* 9. d) cuncti *add.* 9. e) *deest* 5. 9. 11. f) devotione pariter 5. 6. g) adinpleret 2; adiuvaret 5—8. h) subsidium 2. i) atque manibus sursum erectis 9. k) sedit 2. l) Deinde 13. m) et *add.* 2. 5. 9. n) frater meus *des.* 6—8. 13. o) aliorum 13. p) *deest* 9. q) vobis *add.* 9. r) et 2. 11. s) beatorum apostolorum Petri et Pauli 9. t) Boloniam 13. u) ipsius *add.* 9. v) darem sibi 9. w) venerunt 4. 10. x) Aquilegiam 10. y) navem conscenderunt 5. 6. 8. z) navigaturi 9—11. 13. a) Vanacias 8.

1) Danzig.

Timentes autem, ne[a] in alto mari inciderent in procellas et fluctus, legebant iuxta litus quasi ad quinque vel ad sex sagitte tractus[b], et dum[c] essent prope de quadam civitate[d], que vocatur Caureola[e, 1], forte ad octo vel decem[f] miliaria Longobardica[g], subita[h] oborta tempestate videbantur positi in ultimo vite discrimine. Mare namque magis ac magis[i] intumescebat, et naute fortissime contra vim ventorum ad litus properabant; procelle nichilominus aquam in navem impellebant[k], et illi qui in navi erant fere usque ad genua in aqua stabant. Iam vero de vita desperati, alii sanctum Nicolaum, alii sanctum Martinum[l], Poloni vero sanctum[m] invocabant Stanislaum. Petrus quoque[n] prolatis in publicum reliquiis beati Stanislai martiris: 'En', inquit, 'est[o] presens[p] nobiscum, cuius patrocinium invocetis[q]'. Et cum[r] clamor omnium tolleretur in celum, ut sanctus Dei pontifex ferret eis opportunum auxilium, venit una supereminens[s] aliis[t] procella navemque sustulit et eam de profundo pelagi quasi in ictu oculi in quoddam arundinetum proiecit. Eversa vero navi solidam terram pedibus attigerunt, et alii quidem[u] usque ad cingulum, alii vero[u*] usque ad pectus, nonnulli autem usque ad brachia salvis rebus et personis[v] in aqua steterunt. Tempestate autem sedata et navi preparata navigaverunt[w] Venecias, ubi solventes vota sua laudabant Salvatoris magnalia, qui per gloriosum martirem suum[x] Stanislaum non solum in celo et in terra, sed in aquis et mari operatur mirabilia[y].

52. De quodam nobili de flammis liberato.

Vir nobilis Andreas[p] de Moravicz[z, 2] pro remedio suorum peccaminum aliquando cruce signatus ivit in Pruziam[a]. Hic a suis progenitoribus de beati Stanislai sanctitate[b] ac[c] eius multa miraculorum[d] operacione percipiens[e] semper[f] eum dilexit et[g] in magna reverencia habuit[h]. Cumque plurimi cruce signati illuc[i] pergerent, ut inimicos crucis Christi expugnarent[k] et eos iugo Christi subigerent[l], victoriam obtinuerunt et multam stragem hostium fecerunt. Christiani vero domos eorum[m] et sata combusserunt et bona ipsorum[n] diripuerunt. Accidit autem eo tempore, ut idem vir nobilis ad curiam quandam pulchram[o] et bene munitam cuiusdam potentis[p] Prutheni cum suis comitibus deveniret, et monebatur, ut eam igne supposito[q] concremaret. Et cum ei[r] domum intrandi[s] nullus aditus pateret, tandem quandam porticum satis strictam et parvam invenit, per quam curiam subintrans, nullum omnino in domo[t] reperit; et cum domum[p] incendisset et flammis in giro undique circumdatus esset, iam de vita desperabat, quia[u] flamma subito consurgens omnem introitum et exitum clauserat. Sui vero cooperatores domo incensa iam foris stabant et existimantes[v] eum esse in comitatu, de casu, qui ei acciderat, penitus ignorabant. Tunc ille stans in medio flamme ex intimo cordis ad Deum ingemuit et beati Stanislai oportunum auxilium importunis precibus flagitare cepit. Et cum hinc inde anxius prospiceret[w], quod prius nequaquam viderat, flammam divisam in modum unius camere contra illam porticum vidit et effugiendi periculum viam sibi[p] preparatam per merita martiris[x] intellexit, et per quam primitus[y] trahens equum post se vix armatus intravit, modo sedens in equo cursu veloci quasi per portam latissimam, ut[z] sibi videbatur, penitus illesus exivit. Sic beatus Stanislaus pontifex et martir gloriosus in celo et in terra et[a] in igne et[b] in aqua omnibus se invocantibus[c] in veritate est adiutor in opportunitatibus, in tribulacione. Ps. 9, 10.

a) *deest* 4. b) iactus 2; tractus sagitte 9. c) cum 9. d) civitate quadam 9. e) Cureola 5; Coreola 7; Cauriola 9; Taureola 11. f) ad decem 9. g) Lumbardica 9. 11; Lombartica 10; Lombardica 13. h) subito 9. i) m. magisque 2. k) pellebant 9. l) Marcum 9—11. m) beatum 2. 11. 13; invoc. sanct. 9. 10. n) vero 9. 10; vere clericus 11. o) est, inquit 9. p) *deest* 9. q) invocatis 2. 13. r) *deest* 2. s) fortiter eminens 13. t) *deest* 2. 5. 11. u) vero 9. u*) quoque 9; usque *deest* 2. v) et pers. *des.* 9. w) navigarunt usque 10. x) suum martirem 2. y) miracula et mirabilia 5. z) Moraviz 2; Moravis 4; Moravia 9. a) in Pruziam ivit 9—11. 13. b) percipiens *h. l. add.* 9. c) et 2. d) op. mir. 9. e) *deest h. l.* 9. f) supra modum 9. g) ac 9. h) eum habuit 9. i) illic 9. k) expugn. — Christi *des.* 2. 4; et — Christi *des.* 8. l) subicerent 9. m) eorum domos 9. n) eorum 9. o) pulcherrimam 9. p) *deest* 9. q) subito 13. r) sibi 5. s) adeundi 5. t) nullum penitus domi 5. u) quia — intr. et *des.* 5—8. v) estimabant 4; estimantes 9. 10. w) prosperaret 9. x) beati m. 9. y) prius 5 8. z) ut — penitus *des.* 9. a) et *deest* 2. 10; et in mari et in igni 9. b) et in aqua *des.* 9. c) memorantibus vel invocantibus 5.

1) Caorle apud Venetias. 2) A. 1238. Id. Ian. testis occurrit in diplomate monasterii Andreiovensis, Piekosiński, Codex diplom. minoris Poloniae I, nr. 22.

55. **De modo canonizacionis beati Stanislai et sanacione domini Reynaldi Hostiensis episcopi, videlicet domini pape Alexandri.**

Recitatis igitur[a] in conspectu sedis apostolice prefatis et aliis quam plurimis beati Stanislai miraculis ac instantibus ecclesie Cracoviensis[b] nunciis pro sui canonizacione pontificis[c], licet sui martirii evidens causa et tantorum signorum frequencia id[d] ipsum pro ea allegaret, papa tamen Innocencius hesitabat, quid faceret[e]. Cum ergo tractatus frequentes[f] super hoc negocio inter cardinales haberentur, dominus Reynaldus[g], tunc quidem Hostiensis[h] episcopus, post hoc vero[i] papa Alexander IIII.[k] ecclesie Romane[l] pontifex summus[m], antiquitatem temporis allegando, ne in canonizacione[n] ipsius procederetur, inter alios forcius obsistere videbatur[o]. Tunc stupefactus Iohannes presbiter cardinalis, qui erat datus auditor cause beati Stanislai martiris, quod non esset admissa tanta congeries miraculorum cum tanta nube testium, dixit ad magistrum Iacobum ecclesie Cracoviensis nuncium[p]: 'Necessarium habet sanctus vir[q] finale operari miraculum, quod discordantes cardinales[r] in[s] miraculis mirabiliter[t] faciat concordare[u] in unum'. Dum igitur[v] negocium sic in pendulo maneret et tempus tempori succederet, placuit divine[w] dispensacioni, cuius voluntati nemo[x] potest resistere, predictum Reynaldum[y] Hostiensem[z] episcopum gravi infirmitate corripere et flagellatum ad suum beneplacitum[a] erudire. Qui cum ad extremum vite sue iam[b] se crederet appropinquare[c], famulos suos et eos qui ad eum gracia visitandi convenerant de camera, in qua egrotabat, iussit abscedere, ut sibi vacaret[d] et[e] conscienciam de statu suo consuleret et animam suam in exitu suo Deo commendaret. Curavit nichilominus suum nuncium[f] ad papam Innocencium transmittere rogans[g], quatenus ad ipsum veniret et[h] sibi sacramentum unccionis conferret ac beneficium absolucionis apostolice[b] dignaretur impendere. Cum igitur[i] solus in domo iaceret et nullus alius adesset, ecce beatus Stanislaus pontificalibus indutus[k] ante lectum eius visibiliter astitit et eum, an vigilaret, requisivit[l]. At ille: 'Vigilo', inquit. 'Quis enim es tu?' Et ille: 'Ego sum[m] Stanislaus Cracoviensis[n] episcopus, cuius tu fuisti hactenus[b] adversarius'. Eger vero resumpto spiritu ait illi[o]: 'Presul sancte, michi, obsecro[p], ignosce! Penitet enim me fecisse[q], quod tue canonizacioni nisus[r] sum obviare'. At ille: 'In hoc', inquit, 'me Christi martirem et electum Dei recognosce[s]. Surge iam sanus[t] a lecto egritudinis tue et noli de cetero bonum negocium impedire, quod Deus decrevit saluti multorum proficere'. Hec[u] cum dixisset, ab oculis eius[b] evanuit. Eger vero continuo plenam sanitatem recepit; vocatis autem servis suis[b] ait: 'Preparate michi', inquit, 'quod[v] comedam, ut ascensis equis, antequam huc veniat[w] in itinere, domino pape festinus occurram'. Mirantur famuli subitam mutacionem domini sui, Deum[x] benedicunt et imperata perficiunt. At ille sanus et validus de lecto surgens vestes induit[y], comedit et[z] bibit ascensisque equis domino pape ad se properanti obvius venit. Quo agnito papa obstupuit, quia, quem iam premortuum[a] putabat, vivum et sanum vidit et, cum ab eo inquireret[b], quomodo tam insperatam[c] sanitatem recuperasset[d], respondit: 'Sanctus Stanislaus Cracoviensis episcopus, missus a Deo salutis medicus, meam ignoranciam increpuit et me pristine saluti[e] restituit; unde sicuti[f] nescius[g] voluntati Dei et consilio restiti, sic canonizacionem a vestra paternitate supplex[h] imploro beati martiris et pontificis Stanislai'. Quod ubi compertum est et celebri[i] sermone vulgatum[k], subito cardinales, qui prius fuerant discordes, ad conformitatem concordie unanimiter convenientes beatum Stanislaum et per ea que fecit mirabilia, quorum exstat probacio luculenta, veraciter astruunt esse sanctum[l] ac[m] per evidens miraculum decernunt[n] canonizacione dignissimum[o].

a) ergo 4. b) Cracoviorum 9; Cracoviensibus 11. c) sui sancti pontificis canonizacione 2. d) ad 4. 10. e) quid faceret hesitabat 9. f) frequencius 4. g) Rignoldus 4; Regnaldus 5; Reynoldus 9; Renaldus 11. h) Ostiensis 9. i) nunc vero 9—11. 13. k) Al. papa 4. 5; IIII. *deest* 9—11. 13. l) eccl. Rom. *des.* 9—11. 13. m) summus pontifex 9. n) canonisacionem 4. o) ob. vid. *des.* 9. p) Iac. Cracoviensem nuncium 10; Iac. eccl. Cr. n. *des.* 11. q) noster 13. r) *deest* 9—11. 13. s) *deest* 13. t) inmirabiliter 9. u) concordantes 9. v) ergo 4. 11. 13. w) disp. divine 9—11. 13. x) nullus 5. y) Renaldum 5. 9; Rinaldum 4; Reynoldum 9. z) Ostiensem 9. a) placitum 9. b) *deest* 9. c) propinquare 9. 10. 13. d) vocaret 2. 5. 9. e) qui 2; que 5; *deest* 9—11. 13. f) nuncium suum 9. g) rogatus 2. h) *deest* 4. i) ergo 9. k) St. pontifex indutus pontificalibus 9. l) inquisivit 4. m) inquit *add.* 10. 13. n) ep. Crac. 9. o) dixit ei 5. p) *deest* 13. q) fecisse me 9. r) visus 5. 8. 9; ausus 10; *deest* 4. s) cognosce 2. t) iam s. *des.* 9. u) Hoc 9. 11. v) ut 2. w) hinc veniam 13. x) Dominum 13. y) et *add.* 9. z) ac 13. a) propemortuum 2. b) requireret 5; quereret 13. c) prosperatam 9. d) recepisset 5. e) sanitati 9. f) sicut 9. g) inscius 7. 9—11. 13. h) *deest* 4. i) *deest* 9. k) divulgatum 9. l) beatum 13. m) et 10. 11. n) decreverunt 9. 11. o) dignum 9. 10.

56. De canonizacione et vexillo.

1253. — Sept. 8.

Nec mora, dominus papa regrediens[a] civitatem Assisianam[b] cum cardinalibus consenciendo[c] diffinivit canonizandum esse tante sanctitatis virum, quem credebat[d] iam in celis probabilibus testimoniis, gloria et honore coronatum, prefixitque ad hec peragenda locum superiorem, basilicam[e] videlicet beati Francisci, terminum vero nativitatem beate virginis[f], in[g] quo consenserunt pariter universi. Nativitatis igitur[h] die[i] beate Marie virginis imminente[k] nata[l] est cunctis[m] qui aderant congratulacionis immensitas tantaque[n] spiritualis tripudii leticia, quod[o] de nullo sanctorum, quem auctoritas[p] canonizavit Romana nostre novitatis tempore, consimilis est audita. Ingresso namque basilicam[q] patre communi[r] et confluente de cuiuslibet natura climatis copiosa multitudine populi, luxerunt luminaria[s] in media testudine per girum ordinata[t] proporcionabiliter[u], ut appareret locus[o] voluptatis amenissime. Nec vacabat a misterio[v] luminositas tanti splendoris, sed figurabant celeste lumen, quod apparuit in custodia gloriosi corporis, quando[w] quatuor convenerunt aquile de quatuor mundi partibus a Deo misse, ut glebam sancti servarent immunem a tactu bestie cuiuslibet feritatis[1]. Post hec vero cum Romanus pontifex ascendisset pulpitum ad pronunciandum tante sanctitatis eulogium[x], apparuit coram eo[y] decens vexillum, habens nomen et impressam imaginem beati Stanislai protomartiris Polonorum. Cuius vexilli rubor[z] representavit[a] effusionem preciosi sanguinis, et imago gloriosum antistitem sive personam individui pacientis. Deinde facto sermone de vita ipsius et martirio, recitatisque signis et prodigiis divine virtutis, que Deus operatus est per merita sui martiris, in presencia universalis ecclesie qui tunc aderant prelatorum, ipsum catalogo sanctorum adscripsit ac[b] venerabilem eius memoriam inter preclaras martirum festivitates octavo[c] Idus Maii sollempniter agi instituit. Angelorum quoque laude et hymno inchoato a summo pontifice facta est per ecclesiam generalis candelarum distribucio, qualis numquam visa est fieri in aliquo sollempnitatis officio. Post hec[d] vero[c] dominus papa oracionem pronunciavit, quam ipse de glorioso martire et pontifice dictavit; celebratisque missarum sollempniis[e] facta est indulgencia grandis. In die vero[f] festivitatis[g] ipsius devote concurrentibus et ad honorabilem martiris sepulturam annuatim accedentibus, omnibus vere penitentibus et confessis unum annum et quadraginta dies de iniuncta penitencia misericorditer relaxavit. Quibus omnibus rite peractis remansit illud vexillum in[c] ecclesia sancti Francisci pro testimonio completi operis. Altare insuper constructum est in eadem basilica ad honorem eiusdem martiris, cuius materiam superat[h] opus artis, ut sit in[i] signum et[k] titulum[l] ac memoriale perpetuum[m] ipsius mirifice[c] sanctitatis.

Hoc quoque silencio pretereundum non est, quod sicut sub persecucione regis Boleslai, filii Kazimiri, beatus Stanislaus Cracoviensis episcopus[n] anno dominice nativitatis 1079. felici martirio consummatus est[o], sic eciam sub tempore Boleslai[p], filii Lesconis[q], eiusdem Cracovie ducis, idem sanctus[r] martir et pontifex Stanislaus multis coruscans[i] miraculis a papa Innocentio IIII. anno gracie eiusdem domini nostri Iesu Christi 1253.[s] canonizatus est[t].

a) rediens 11. b) Assissanam 2. 4. c) discuciendo vel cons. 5. d) cernebat 13. e) vid. basil. 9. f) Marie virg. 10. g) in — pariter *des.* 9. h) ergo 4. 13. i) *deest* 2. k) veniente 8—11. 13. l) ex quo orta 5. 6. 8. m) tunc 9. n) tamquam 2. o) *deest* 9. p) q. can. Rom. curia 9. q) patre bas. 9. r) comitate 9; omnium 2. s) lumina 2. 9 (lum. lux. 9). t) ornata 5; et *add.* 2. u) proporcionaliter 9—11. 13. v) ministerio 7. 9. 11. w) quoniam 2. x) euloium 4. 9; eulolium 11. 13. y) Deo 2. z) vexillum (rubor *deest*) 9. a) presentavit 10. 11. 13. b) et 2; ne 9. c) *deest* 9. d) hoc 2; postea 9. e) sollempnitatibus 9. f) autem 9. 11. 13. g) sollempnitatis 5. h) exsuperat 5. 6. 8. i) *deest* 13. k) et in 4. l) tytulus 13. m) sempiternum 5. 6. 8. n) pontifex 5. 6. o) martirium suscepit 5. 6. p) sub duce Boleslao 5. q) Lestconis 13; Meschonis 9. r) et gloriosus *add.* 4. s) *ita* 5. 13; *ceteri perperam* 1254. t) Boleslai prefatus canonizacionem meruit sub papa Innocencio anno gracie eiusdem domini nostri Iesu Christi 1253. 5.

1) V. Bullam canonisationis a. 1253, Sept. 17. ab Innocentio IV. datam, Piekosiński, Cod. dipl. S. Venceslai t. I, nr. 38.

EX NARRATIONE DE MORTE WERNERI EPISCOPI PLOCENSIS.

Codex chart. bibliothecae Zamoyscianae Varsaviensis nr. 557. *saec. XV. exaratus continet inter Iacobi de Varagine Vitas sanctorum sub titulo chronicae Plocensis f.* 463 *sqq. narratiunculam mortis et miraculorum episcopi Masoviensis Werneri, quam iam anno* 1848. *a b. m. Bielowski detectam descriptamque nuper demum V. Cl. de Kętrzyński in Monumentorum Poloniae t. IV, p.* 750—754. *edidit. Cuius opusculi auctorem Iohannem decanum Plocensem fuisse ex ipsa narratione editor nescio an recte coniecerit, qui munere suo inde ab a.* 1245.[1] *(secundum diplomata* 1250.[2]*) fortasse usque ad a.* 1293.[3] *functus est. Libellus post mortem episcopi Plocensis Petri III, quem inter annos* 1271.[4] *et* 1275.[5] *diem obiisse supremum constat, compositus est. Wernerus episcopus Plocensis, quem anno* 1165. *legatum ad Friderici imperatoris iram adversus Poloniam placandam missum esse e miraculis S. Henrici scimus*[6], *breve post tempus — de anno dubitandum est — a viro nobili gentis suae propter avariciam occisus, per saeculum fere totum in ecclesia cathedrali Plocensi sepultus atque ab omnibus neglectus iacuerat, donec illo tempore, quo Cracoviae Stanislaus episcopus sanctorum choro iunctus est, sanctaeque mulieres e regali prosapia ortae Kynga ac Salomea floruerunt, Masovia quoque, ut suo sancto gauderet, studuit, in cuius honorem auctor narrationem mortis atque miraculorum apud Werneri sepulcrum factorum conscribere iussus est. Priorem huius opusculi partem hoc loco negligere nolui, praesertim cum in illa Prutheni nominentur, miraculis tamen plane relictis, quae quidem nihil ad res Germanicas illustrandas afferunt.*

Unicum codicem me rogante denuo inspexit V. Cl. A. Pawiński archivo Varsoviensi praefectus. *M. P.*

Anno Domini 1245. dominus Petrus dictus Brevis pontificatus sui anno primo quendam virum reverendum, nomine Iohannem, quondam Conradi ducis Mazovie cancellarium, ad ecclesiam Plocensem in beneficium decanie vocavit. Qui omnibus diebus mansit in ecclesia, sepulcro reverendissimi patris domini Verneri[a] Plocensis episcopi tantam reve-

a) Veneri *c.*

1) Ut ipse annotavit. 2) 'Kodeks dyplomatyczny księstwa Mazowieckiego' (Warszawie 1863) nr. 19. 3) 'Urkundenbuch des Bisthums Culm, bearb. von Woelky' (Danzig 1887) nr. 132. 4) 'Urkunden zur Geschichte des Bisthums Breslau, hrs. von Stenzel' (Breslau 1845) p. 39. 5) A. 1275. successor Petri Thomas nominatur, Ulanowski, 'Dokumenty Kujawskie i Mazowieckie' (Kraków 1888) p. 53. (Scriptores rerum Polonicarum XII, p. 161). 6) SS. IV, p. 815.

renciam exhibuit, quod nunquam[a] egressus fuerit de ecclesia, nisi prius orasset ad sepulcrum eius, asserens cunctis, quia indubitanter idem venerabilis pater meriti eximii apud Deum omnipotentem existit, quem constat interemptum per[b] potentissimum satrapam Mazovie nomine Bolestam pro Deo et pro iusticia et pro defensione sue ecclesie eo modo et hac causa: Qui cum hereditatem sue ecclesie dictam Szarsko[1], quam predictus Bolesta violenter occupaverat, iure recuperatam ingressus fuisset possessione corporea[c], ut ius ecclesie sue plenius[d] declararet, interim revertitur de castellania Visnensi[2], cuius honore tunc fungebatur[e] dictus Bolesta, ad domum propriam et cum eo Prutenorum non modica multitudo[f], qui ad ipsum interdum mittebantur treugarum causa, quandoque vero cum querela pro diversis spoliis vel furtis et nonnunquam ad honorem ipsius portantes exenia[g], quod pro eis decuplum deportarent. Cumque igitur vesperam vel verius noctem expenderent epulantes, notum fit de ingressu antistitis ad villam. Unde versus ad vesaniam Bolesta fratri suo uterino Benessio cum exprobracione ait: 'Tu', inquid, 'cur tam in proximo nostra occupantem sacerdotem non extinguis?' Ille vero continuo acceptis Prutenis qui tunc aderant festinavit ad predium[h]. Ubi inveniens reverendum patrem in caminata sive dormitorio cum religioso viro fratre Benedicto ordinis Cluniacensis, id est sancti Benedicti, sine quo vel aliis religiosis non consueverat quiescere, in cubile irruit et utrumque interemit sevo ferro[i] anno Domini 1180. die tercio post diem purificationis sancte Marie, et proiectis super eos tapetibus[k] sive et straminibus abscesserunt. Clientulus vero, qui curam gerebat de calciamentis antistitis[l] et lectisterniis, sub lecto se metu mortis absconderat et universa que in nece antistitis contingerant[m] pluries[n] pluribus declaravit. Benessius vero patricida extunc a nemine visus est, eciam nec a suis, ita quod vulgus fuerat opinatus, quod ob vindictam famuli Dei eum terra absorbuit vivum. Ipse autem et Bolesta auctor sceleris ab inclito principe domino Boleslao duce[3] pro ipso patricidio personaliter accersitur, per sentenciam, quam tulit contra eum coram satrapis tocius terre Polonie, circumvolutus tela tincta[o] cera et crematus est in Gneszdna civitate. Et quia lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, famuli sui merita sue pietatis magnaliis dignatus[p] est et dignatur misericorditer et mirabiliter illuminare, dignum est, ut servus non taceat, quod Dominus suis mirabilibus predicat et declarat. Itaque cum decanus antedictus observans, ne sepulcrum ipsius antistitis irreverenter calcaretur, procurasset comparari lapides, ut tumulum monumenti in modum sepulcri sublimius elevaret, perfecissetque, quod ipse tumulus sepulcri per annos aliquot sic stetisset[q], ecce vir venerandus in visione fratri cuidam de ordine Predicatorum nomine Conrado, qui nunquam antea civitatem Plocensem intraverat, dicens apparuit: 'Vade ad maiorem ecclesiam Plocensem et clero toti dicas, ut meum sepulcrum erigant et ornent'. Et hanc visionem, quam in nocte habuerat, mane consurgens fratribus qui tunc aderant apperuit, requirens diligenter, utrum aliquis pontifex, qui Vernerus vocaretur, ibi[r] sit sepultus, et petens licenciam visitandi sepulcrum, de quo iam certificatus fuerat per fratres. Cumque licenciatus iter arriperet et esset in itinere, ante domum habuit obvium probum virum Iacobum ipsius ecclesie maioris subcustodem, quem quidem[s] eadem nocte vox eiusdem venerabilis patris arguerat pro eo, quod sepulcrum eius non ornaverat. Qui consurgens mane eis qui presentes erant in ecclesia publicavit. Opportebat itaque eundem subcustodem querere apta ligna in domo eorumdem fratrum Predicatorum pro sepulcro iam dicti antistitis, et sic convenientes in unum cum memorato fratre Conrado, quid[p] eis contingerat[p] in nocte, narrabant et concordabant in id ipsum, firmissime asserente eodem fratre Conrado antistitis eiusdem sanctitatem[t]. Volentibus

Febr. 4. — Ioh. 1, 9.

a) nunquam si *c.* b) pre *c.* c) corpora *c.* d) plenus *c.* e) fugebatur *c.* f) multitudine *c.* g) exuia *c.* h) prelium *c.* i) senuo fro̅ *c.* k) capetibus *c.* l) antistis *c.* m) *ita c.; cf. infra l.* 46. n) plures *c.* o) cincta *c.* p) *ita c.* q) fecisset *c.* r) eciam *c. (i in* T̄ *corruptum videtur).* s) quia *c.* t) sanctitate *c.*

1) Forte Skarzyce, villa episcopalis districtus Pultusciensis. 2) Wizna oppidum ad fluvium Narew situm. 3) Boleslao IV. iam a. 1173. mortuo, Boleslaus filius Mesconis tandem post mortem Lesconis ducatus Cuiaviae et Masoviae adeptus est, anno 1180. nullus Polonorum princeps nomine Boleslaus Masoviam gubernavit; quae cum ita sint, V. Cl. de Kętrzyński annum 1172. substituendum esse censuit.

itaque clero et non paucis castrensibus probis viris aptare locum ad sepulcrum, dum lapides removerent, tanta odoris fraglancia suavissimi inde redoluit, ut omnes stupefacti sese invicem conspicerent et mirarentur vehementer de odore insolito, in quo Dominus mirabilis sanctum suum glorificare dignatus est.

Decanus autem prius dictus nocte subsequenti in visione duos canonicos Plocenses 5 vidit portantes et deponentes in maiori altari kathedralis ecclesie Plocensis duo capita, unum Verneri[a] episcopi et aliud comitis Cristini[b] magni palatini, qui eciam accusantibus emulis prius excecatus, postmodum iugulatus [est[c]] per Cunradum ducem[1]. Iste Cristinus tante strenuitatis fuit, ut mirabilem miliciam exercuerit ultra mare et Prutenos ac alios gentiles hostes Mazovie compescuerit, ut plena securitate reddita Mazovie tributarii ex- 10 isterent Polonorum. . . . . . .

a) Veneri *c.* b) emulis *add. c.* c) *deest c.*

1) Cf. Ann. cap. Cracov. ad a. 1217, SS. XIX, p. 595.

EX RERUM UNGARICARUM SCRIPTORIBUS

SAEC. XIII.

EDIDIT L. DE HEINEMANN.

EX SIMONIS DE KEZA GESTIS HUNGARORUM.

Pervulgata scriptorum medii aevi erat opinio, Ungarorum gentem ferocissimam Hunorum esse progeniem, tantumque aberat, ut Ungarici auctores hanc sententiam impugnarent, ut in libris suis maximo studio et fervore eam prosequerentur. Quo factum est, ut etiam magister Simon de Keza, natione Ungarus, qui inter a. 1282. et 1290.[1] *Gesta Hungarorum conscripsit ac Ladislao IV. regi Ungariae*[2]*, cuius ipse fuit 'clericus fidelis', dedicavit, 'libro de reditu' Ungarorum, in quo res a populo suo inde ab invasione in Europam facta usque ad tempora sua gestas enarravit, 'librum de introitu' praemitteret, in quo Hunorum bella praeclareque facta quasi in memoriam abavorum exposuit. Quibus in conscribendis auctor Iordanem, Pauli Historiam Romanam, Gotifredum Viterbiensem*[3]*, Chronicon quoddam Venetum*[4] *necnon Annales Ungaricos deperditos secutus est, quibus historiam Ungaricam inde ab invasione usque ad saeculum XI. ex. sive XII. in., Reginone eiusque Continuatore, Annalibus Altahensibus, traditione populari in usum vocatis, tractatam fuisse alio loco uberius exposuimus*[5]*. His excerptis quaedam ex carminibus heroicis Germanorum, quae in libro qui dicitur 'Der Nibelunge nôt' sunt asservata*[6]*, necnon fabulas ex ore populi aut aliunde desumptas admiscens, Keza ridiculam sane Hunorum historiam confecit, in qua omnia ita conturbata, adulterata, perversa sunt, ut nihil fere cum vera rerum gestarum ratione conveniat.*

Nec minus vituperanda sunt quae Hunorum gestis absolutis de Ungarorum felicibus actis auctor affert. Nam cum usque ad saeculum XII. in. maxime Annales laudatos, quibus Reginonis et Annalium Altahensium narrationem impudentissime corruptam et depravatam fuisse constat, summa negligentia excerperet[7]*, nonnulla tantum atque levissima addens ex traditione vulgari vel ex ipsius arbitrio, non mirum est, quod et haec Gestorum pars erroribus et mendaciis scateat. Porro cum annales illi circa saec. XII. in., ut videtur, desinerent, usque ad tempus quo ipse vixit nihil fere nisi nomina regum Ungariae regiminisque tempora praebere potuit. Attamen in enarrandis rebus a Ladislao IV. gestis*

1) Opus finitur in descriptione magni illius proelii, quod Ungari a. 1282. cum Cumanis commiserunt. 2) Qui a. 1290. mortuus est. 3) Fortasse Iordanis Getica et Pauli Historiam Simon de Keza non ipse evolvit, sed ex chronico quodam universali quae illi scripserunt sumpsit. Hoc ex eo cognoscatur, quod auctor (infra p. 529, l. 26) de obitu S. Ursulae et undecim milium virginum quaedam narrat, quae ex Vita S. Ursulae, in qua ea exstant, non hausisse videtur, immo forte ex Sigiberto, qui a. 453. similia praebet, vel ab alio auctore, qui illum exscripsit. 4) V. infra p. 530, n. 6. 5) 'Neues Archiv' XIII, p. 63—74. In prima libri parte ex his annalibus ea sumpsit Keza, in quibus Iustini et Reginonis vestigia retegere possumus; cf. l. c. p. 67 sq. 6) Cf. Grimm, 'Die deutsche Heldensage' ed. 3. p. 181—184. 7) Cf. 'Neues Archiv' l. l. p. 66.

uberiora et non spernenda memoriae tradidit, sed in his etiam, ut gloriam populi sui augeret, veritatem excessit.

Quod Kezae opus in tribus tantum apographis saec. XVIII. nobis esse asservatum valde lugemus. Quorum 1) codex bibliothecae Universitatis B u d e n s i s *nr.* 70, *chart. fol.*, 14 *paginis a Gabriele Hevenesy 'ex manuscripto super membrana quod extat in biblioteca Palatini Ung. (sc. princ. Esterhazy) Kismartonii a.* 1701, *Mai.* 26.'[1] *descriptus et* 1[a]*) apographum, quod exstat in bibliotheca Telekiana Maros-Vásarhelyini a.* 1705.[2] *confectum, eiusdem codicis exemplaria sunt. Econtra* 2) *codex bibliothecae Academiae Ungaricae* B u d e n s i s *saec. XVIII. ex manuscripto P. Eugenii Kóza descriptus est. Ex hoc codice a.* 1781. *Alexius Horanyi Kezae librum edidit*[3]. *Cum uterque codex non pauca menda habeat, editionis nostrae via atque ratio ea fuit, ut, nonnullis omissis, quae ad res Germanicas minime faciunt, codicem Hevenesianum, quem in nostros usus V. Cl. Ludovicus de Szádezky Budensis benigne evolvit, ope alterius emendaremus, collata editione Horányiana, cuius lectiones numero* 2 *signavimus. Scribendi rationem saec. XIII. usitatam restituimus.*

Post Horányium ediderunt Kezae librum Iosephus Podhradczky, Budae 1833, *ex codice Hevenesiano, tum Endlicher, Monumenta Arpadiana, Sangalli* 1849, *p.* 85—130, *ut ipse contendit, 'e codice chartaceo seculi XV. bibliothecae palatinae Vindobonensis', revera editionem Horányianam impudentissime repetens*[4]. *Nuper M. Florianus, Hist. Hungaricae Fontes domestici I,* 2, *p.* 52—99, *iterum Kezae opus pervulgavit, usus, ut videtur, duobus illis apographis, quae Budae in bibliothecis Universitatis et Academiae asservari commemoravimus.*

Kezae Gesta Hungarorum cum Andreas Dandulus[5], *tum auctor chronici Ungarici circa a.* 1330. *conscripti*[6], *quod periit, Minorita, ut videtur, Budensis*[7], *in suos usus verterunt. Quorum hic, ut loco iam saepe laudato docuimus, praeter Kezam, quem initio pedetemtim sequebatur, traditionemque popularem etiam annales illos Ungaricos, quos supra memoravimus ex Reginone et Annalibus Altahensibus maxime compilatos, inspexit saepiusque hos accuratius expressit quam Keza. Quare ex chronicis Ungarorum posterioribus, quae omnia opere illo circa a.* 1330. *Budae confecto nituntur et inter se sicut codices duarum classium cohaerent*[8], *quaedam ad historiam Germanicam spectantia in notis asteriscis signatis textui Kezae addere placuit. Editionis huius subsidia fuere haec:*

A 1) *Cod.* V i n d o b o n e n s i s *nr.* 3374. *(Hist.* 96*), olim Sambuci, chart. fol.,* 50 *fol., saec. XV. ex. sive XVI. in. in Italia, ut videtur, exaratus, qui praebet prologum Kezae et finitur a.* 1342. *Codicem huc transmissum ipse exscripsi.*

A 2) *Cod.* V i n d o b o n e n s i s *nr.* 545, *mbr. fol.,* 34 *fol., saec. XIV, prima*

1) Haec Hevenesy societatis Iesu sacerdos (1656–1705) in margine codicis addidit. 2) Cf. Florianus, Fontes I, 2, p. v. 3) M. Simonis de Keza presbyteri Hungari scriptoris saeculi XIII. Chronicon Hungaricum, quod ex codice membranaceo nunc primum et ad fidem apographi Vindobonensis et Budensis chronici sparsis quibusdam notis ac variantibus lectionibus excitat Alexius Horányi etc. Viennae (1781); cf. praef. p. 5. de codice Eugenii Kóza ab Horányi adhibito. 4) Cf. Florianus l. c. p. v. 5) Forte Dandulus Kezam non ipse adhibuit, sed frater Paulinus, quem ille exscripsit (v. Simonsfeld, 'Andreas Dandolo' p. 115). 6) Chr. picti Vindobonensis auctor praeter chronicon circa a. 1330. confectum, sed deperditum, etiam Kezae opus adiisse videtur. 7) Cf. Marczali, 'Ungarns Geschichtsquellen' p. 51. et 'Neues Archiv' l. l. p. 65. 8) Chr. pictum Vindob. ceteris uberius est; v. de hac re 'Neues Archiv' XIII, p. 64. 65, ubi et de aliis codicibus sive chronicis a nobis non adhibitis disputatum est; cf. etiam Huber in 'Mittheil. d. Instituts f. oesterr. Geschichtsforschung' IV, p. 128—137.

parte mutilus. Incipit regnum illud Hungarice Erdelew[1] *et desinit a.* 1342, *quibusdam locis plura quam codex A* 1 *praebens.*

B) Chronicon **Budense** *usque ad a.* 1458. *continuatum, quod a.* 1473. *Andreas Hess Budae prelo subiecit et a.* 1838. *Ios. Podhradczky ex prima editione recudi fecit*[2].

C) Chronicon **pictum Vindobonense**, *quod exstat in cod.* **Vindobonensi** *nr.* 405, *mbr. fol., a.* 1358. *nitide exarato variisque picturis splendidissime exornato. Quod opus, quamvis nonnullis fabulis aliisque additamentis*[3] *textus chronici circa a.* 1330. *conscripti ampliatus sit, tamen plerumque cum laudatis codicibus sive chronicis arcte cohaeret et in his partibus, quas Kezae addere placuit, communem fontem accuratius expressit. Editionem paraverunt Toldy sub titulo: Marci chronica de gestis Hungarorum ab origine gentis ad annum* 1330. *producta, Pestini* 1867, *et Florianus, Fontes I,* 2, *p.* 100—245.

Codices A 2 *et C exscripsit V. Cl. A. Riegl Vindobonensis.*

Verborum scribendorum rationem ita institui, ut propius ad formam codicum antiquiorum A 2 *et C accedat.*

Adiunximus etiam nonnulla ex opusculo illo famosissimo, quod magister P. Belae regis notarius de Gestis Hungarorum fabulis ineptissimis refertum composuit nosque uno tantum codice asservatum esse dolemus, **Vindobonensi** *scilicet nr.* 514, *saec. XIV, mbr.* 4°, *qui* 24 *fol. hunc librum ex autographo, ut videtur, descriptum continet*[4]. *Et haec ante omnia hic inserenda esse duximus, quae ex Annalibus Hungaricis deperditis supra memoratis auctor hausisse videtur*[5]. *Quem postquam alii notarium Belae I. regis (a.* 1060—1063*)*[6], *alii Belae II. (a.* 1131—1141*) aut III. (a.* 1173—1196*)*[7], *alii Belae IV. (a.* 1235—1270*) fuisse censuerunt, ex quo Rössler in libro suo, qui inscribitur 'Rumänische Studien', Leipzig* 1871, *amplo et dilucido commentario opus notarii Belae explicavit*[8], *hodie etiam inter Ungaros historiae patriae peritos multi nostris assentiuntur, qui auctorum Gestorum notarium Belae IV. quondam fuisse librumque post a.* 1270, *quo rex ille obiit, conscripsisse suo iure contendant. Quin etiam H. Marczali in commentariolo, quod scripsit de fontibus historiae Ungaricae Arpadianis*[9] *tempus accuratius definire conatus est, cum notarium inter a.* 1278. *et* 1282. *opus suum composuisse censeat. Quae opinio quamquam vaga neque certis argumentis fulta videtur, tamen quae idem vir doctus de nomine auctoris coniecit, magis mihi arrident. In diplomatibus enim Belae IV. regis eiusque filii Ladislai IV. nonnunquam Pous quidam notarius commemoratur, quem Gesta condidisse Marczali arbitratur*[10].

Editiones libri scriptoribus medii aevi, ut videtur, prorsus ignoti paraverunt primus Schwandtner, SS. rerum Hungar. I, p. 1—38, *deinde St. L. Endlicher, Anonymi Belae regis notarii de Gestis Hungarorum liber, Viennae* 1827,

1) Chr. pict. Vindob. cap. 37, Florianus, Fontes II, 2, p. 140.
2) Codices qui exstant sunt apographa editionis primae.
3) Et Kezam ipsum auctor chronici adhibuisse videtur.
4) De codice accuratius egit Daniel Cornides, Vindiciae Belae regis notarii ed. I. C. Engel, Budae 1802.
5) Notarii Belae opus, quippe quod in uno tantum codice exstet, aut imperfectum aut mutilum ad nos pervenit, Ungarorum res gestas fere usque ad Ottonis I. tempora describens.
6) Praesertim S. Cassel, 'Magyarische Alterthümer', Berlin 1848.
7) Horum praecipuus Cornides l. l., qui quidquid de hac quaestione eousque disputatum fuit, accuratissime recensuit et diiudicavit.
8) Cf. praesertim p. 147—230.
9) 'Ungarns Geschichtsquellen im Zeitalter der Arpaden' 1882. De notarii opere v. p. 84—102. Iam antea Marczali eadem exposuerat in 'Forsch. z. D. Gesch.' XVI, p. 623—638.
10) Cf. 'Geschichtsquellen' p. 101. et 'Forsch.' l. l. p. 636. Nuper Florianus in editione, quam paravit II, p. 258 -300, auctorem Gestorum notarium Belae III. regis fuisse contendit; neque tamen ad probandam suam sententiam nova, quae mihi persuadere possint, argumenta attulit.

idemque in Monumentis Arpadianis p. 15—54. *Nuper M. Florianus Gesta edidit, Historiae Hungaricae fontes domestici I, Scriptores II. Chronica Hungarorum, Lipsiae* 1883, *p.* 1—51.

Codicem contulit V. Cl. A. Riegl.

Berolini, mense Ianuario 1887. *L. de Heinemann.* 5

PROHEMIUM[a] QUODDAM DE GESTIS ET FACTIS HUNGARORUM.

Invictissimo et potentissimo domino Ladislao tercio gloriosissimo regi Hungarie[b] magister Simon de Keza, fidelis clericus eius, ad illum aspirare, cuius pulchritudinem mirantur[c] sol et luna. Cum vestro cordi affectuose adiaceret Hungarorum gesta cognoscere, et id michi veraciter constitisset, nationis eiusdem historias, que diversis scartabellis[d] per Italiam, Franciam ac Germaniam sparse sunt et diffuse, in volumen unum redigere[e] procuravi, non imitatus Orosium, qui favore Ottonis cesaris, cui Hungari in diversis[f] preliis confusiones plures intulerant, multa in libellis[g] suis apocripha confingens, ex demonibus incubis Hungaros asseruit generatos. Scripsit enim[1], quod Filimer, magni Aldarici regis Gothorum filius, dum fines Scitie armis impeteret, mulieres, que[h] patrio nomine Baltrame[2] nominantur, plures secum in exercitu suo dicitur deduxisse. Que dum essent militibus infestissime, retrahentes plurimos per blandicies[i] a negotio militari, consilium regis ipsas fertur de consortio exercitus eapropter expulisse. Que quidem pervagantes per deserta[k] littora paludis Meotidis[l], tandem descenderunt. Ibique diutius dum mansissent private solatio maritali, incubi demones ad ipsas venientes concubuisse cum ipsis[m] iuxta dictum Orosii[n] referuntur. Ex qua quidem coniunctione dixit Hungaros[3] oriundos. Sed ut eius assertio palam fiat falsissima, primo[o] per textum comprobatur euangelicum, quod *spiritus carnem et ossa non habet*[p], et quod est de carne, caro est, quod autem de spiritu, spiritus est. Contrarium quoque naturis rerum dixisse iudicatur, et penitus adversatur veritati, ut spiritus generare possint[q]; quibus non sunt concessa naturalia instrumenta, que virtutem ac officium dare possint generandi, valentes perficere veram formam embrionis. Quocirca patet, sicut mundi nationes alias, de viro et femina Hungaros originem assumpsisse. In eo etiam idem satis est transgressus veritatem, ubi solos sinistros preliorum eventus videtur[r] meminisse ipsorum Hungarorum, felices preteriisse silentio perhibetur, quod odii manifesti materiam portendit evidenter. Volens itaque veritatem imitari sic inprosperos ut felices interseram, scripturus quoque ortum prefate nationis, ubi et habitaverint, quot[s] etiam regna occupaverint et quoties immutaverint sua loca, illius tamen adiutorio et gratia ministrante, qui rerum omnium, que sub lunari circulo esse habent et ultra, vita quoque fruuntur creatione habita, est Deus opifex, creator idem et[t] redemptor, cui sit honor et gloria in secula sempiterna! 35

Luc. 24, 39. (10, 15, 20, 25, 30)

EXPLICIT[u] PROLOGUS.

INCIPIUNT[v] HUNGARORUM[w] GESTA.

Cap. 1. Multifarie multisque modis olim in veteri testamento et nunc sub[x] etate sexta seculi diversas[y] historias diversi descripserunt, prout Iosephus, Isidorus, Orosius et[z] Gotfridus[4] aliique quamplures, quorum nomina exprimere non est opus[a]. 40

a) *sic A* 1; Simonis de Keza chronicon Hungaricum elegans opusculum 1. b) Hungarorum 1. c) miratur 2. d) sparse bellis 1. e) redigi 2. f) suis *add.* 2. g) inlebilis *A* 1. h) que generatio nomine Baltucme n. 1; quaedam nomine 2. i) blanditias 2. k) loca sive *add. A* 1. l) Meotide *A* 1. m) eis *A* 1. n) Orosium 2. o) porro 1. p) habent 2. q) possit 2. r) *deest A* 1. s) quod 2. t) ac 2. u) E. pr. *des. A* 1. v) Incipit prologus in cronica Hungarorum *rubro A* 1. w) Hunorum 2. x) in *A* 1. *Chr. Poson.* y) diversas diversi hist. *A* 1. *Chr. Poson.* z) *deest Chr. Poson.; post in marg. add. A* 1. a) Ego autem in illo tempore illius mundi illud opus incoavi, quando caritas refriguerat, iniquitas abundaverat, et omnis caro ad malum quam ad bonum pronior erat *add. A* 1. *Chr. Poson.* 45

1) Orosium auctorem laudat Iordanes, Getica c. 24, eodem capite, ex quo Simon sequentia sumpsit. Qui hoc loco etiam Gotifredi Viterb. Pantheon XXII, 11, SS. XXII, p. 183. in usum vocasse videtur, ubi: *Que gens . . . ex incubis et meretricibus est procreata.* H.-E. 2) *Haliurunnae* a Iordane vocantur. 3) Potius Hunos ex illis mulieribus originem duxisse refert Iordanes Get. c. 24, 121. 4) Viterbiensem procul dubio dicit Simon. H.-E. 50

. . . .

Cap. 2. . . . Deinde Sosdaliam, Rutheniam et Nigrorum Comanorum terras ingressi[1], tandem usque Tize[a] flumen salvis rebus, invitis gentibus prefatis pervenerunt. Qua quidem regione circumspecta, omni cetui complacuit non incedere ulterius cum armentis et familia. Cum uxoribus etenim, tabernaculis et bigis descenderant de eorum terra. Cumque eo tempore Pannoniam, Pamfiliam, Frygiam, Macedoniam Dalmaciamque tetrarcha Macrinus, natione Longobardus, urbe Sabaria[2] oriundus, gubernaret, armis bellicis informatus, audito, quod Huni super Tizam[b] resedissent et de die in diem lacerarent regnum eius, cum alumnis regni sui ipsos aggredi reformidans, ad Romanos suos nuncios destinavit, contra Hunos petiturus gentem et auxilium commodari. Ex gratia[c] etenim Romanorum in predictis patriis imperabat. Tunc Romani Ditricum Veronensem, Alamannum natione, illo in tempore super se regem prefecerant voluntarie, quem petentes, ut Macrino subsidium importaret. Ditrico ergo animo gratanti[d] annuente, egressus cum exercitu Italico, Germanico ac[e] ceteris mixtis gentibus occidentis, pervenit in Zazholm[3], ubi ipsi Longobardi convenerant[f] ad Potentianam civitatem[4], pertractans cum Macrino consilium[g], utrum Hunos in eorum descensu Danubium transeundo[h] vel in alio loco congruenti[i] invadere oporteret. In istis itaque consiliis[k] et tractatibus Ditrico Macrinoque residentibus, noctis silentio super utres Huni Danubium in Sicambria transierunt[l], exercitum Macrini et Ditrici, quem capere Potentiana[m] non potuit, in tentoriis, campis commorantem crudeliter trucidarunt. Pro qua enim invasione Ditricus acerbatus in campum Tawarnucweg[n. 5] exivit, cum Hunis committens prelium[o] cum suorum et Macrini maximo interitu ac periculo, fertur tamen Hunos in hoc loco potenter devicisse. Hunorum autem residuum in sua est reversum, arrepta fuga, tabernacula. In eo enim prelio ex Hunis virorum centum milia et viginti quinque milia corruerunt, Cuwe[p] etiam capitaneo ibidem interfecto. De militia vero Ditrici et Macrini, exceptis illis, qui in suis tentoriis ante urbem memoratam fuerant trucidati, ducenta milia et decem milia perierunt. Videns ergo Ditricus tantam cedem suorum accidisse, die altera post congressum prelii perrexit versus Tulnam civitatem, [que[q] tunc erat civitas Latinorum inter urbes Pannonie computata[6]], cum Macrino. Tunc Huni intellecto, quod Macrinus et Ditricus de loco certaminis removissent sua castra, reversi ad locum certaminis sociorum cadavera, que poterant invenire, Cuwemque capitaneum prope stratam, ubi statua est erecta lapidea, more Scytico sollempniter terre commendarunt, partesque illius territorii Cuwe-azoa[7] post hec[r] vocaverunt. Cognita itaque armorum et animi occidentis nationis qualitate et quantitate, Huni animum resumendo, exercitu resarcito adversus Ditricum et Macrinum versus Tulnam pugnaturi perrexerunt. Quorum adventum Ditricus ut cognovit, in Cezunmaur[s. 8] eis convenit, et a mane usque nonam prelium est commissum tam vehemens ac hostile, ut Wela[t], Rewa[9] et Caducha, Hunorum illustres capitanei, cum aliis quadraginta milibus in ipso certamine interirent. Quorum etiam cadavera abinde removentes apud statuam memoratam cum ceteris sociis subterrarunt. Occubuit quoque Macrinus ex Romano exercitu ipso die et quamplures principes Germanorum, Ditrico per iaculum in fronte letaliter vulnerato[10], et quasi toto exercitu occidentis interempto[u] et fugato. Postquam vero exercitus se dispersit, Romano more Huni super se Ethelam regem preficiunt, ipseque Budam[11] fratrem suum de flumine Tiza[v] usque Don super diversas[w] exteras nationes principem constituit ac rectorem. Ipse autem seipsum Hunorum regem, Metum orbis, Flagellum Dei a subiectis suis fecit appellari[12]. Erat enim rex Ethela colore teter, oculis nigris et furiosis, pectore lato, elatus incessu, statura brevis, barbam prolixam cum Hunis

a) Tizam 2. b) Tysciae 2. c) *sic* 2 *et cet. chr.*; parte 1. d) *sic* 2 *et cet. chr.*; constanti 1. e) et 2. f) evenerant 2. g) *deest* 2. h) transiendo 2. i) congruente 2. k) c. et *des.* 2. l) transiverunt 2. m) Potentia *h. l.* 1. n) Tavarnucveg 1. o) plures 2. p) Cuve 1 *semper.* q) que — computata *des.* 1. r) hoc 1. s) Cesummaur 2. t) Vela, Reva 1. u) *ita* 1 *et cet. chr.*; intercepto 2. *Chr. Poson.* v) Tize 2. w) divisas 2.

1) Scil. Huni. 2) Stein am Anger in comit. Eisenburg. 3) Száz-holum seu centum colles. KATONA. 4) Ubi hodie Hansabék stetisse videtur. KAT. 5) Tárnok völgy. KAT. 6) Tuln. [Uncis inclusa non auctoris, sed ab alio inserta videntur. H.-E.] 7) Forte Túrkewi in Cumania maiori. 8) Zeiselmauer in Austria inferiori. 9) *Roas* patruum Attilae commemorat Iordanes Getica c. 35. 10) Cf. Grimm, 'Die Deutsche Heldensage' ed. 3. p. 182. 11) Bledam revera vocatum. 12) Hoc ex Gotifr. Viterb. Panth. XXII, 17, p. 188. H.-E.

deferebat[1]. Audacie quidem temperantis erat, in preliis astutus et sollicitus, suo corpore competentis fortitudinis habebatur. In voluntate siquidem magnanimus, politis armis, mundis tabernaculis cultuque utebatur. Erat enim venereus ultra modum. In arca sua aes tenere contempnebat, propter quod ab extera natione amabatur, eo quod liberalis esset ac communis. Ex nimia[a] vero severitate[b], quam habebat, a suis Hunis mirabiliter timebatur. Nationes ideoque regnorum diversorum ad ipsum de finibus orbis terre confluebant, quibus pro posse liberaliter affluebat. Decem enim milia[c] curruum falcatorum in suo exercitu deferri faciebat cum diversis generibus machinarum, quibus urbes et castra destrui faciebat. Tabernacula etiam variis modis regnorum diversorum habere consueverat operata. Unum habebat sic celebre et sollempne, ut ex laminis aureis mirifice coniunctim solidatum modo solvi et nunc reconiungi ad tendentium staret voluntatem. Columpne eius[d] ex auro laborate, habentes iunctiones opera ductilia, in medio tamen vacue, in iuncturis suis preciosis lapidibus iungebantur mirabiliter fabricate. Sed etiam sua maristalla, dum pergeret in exercitum, equis diversarum patriarum replebatur, quos quamvis visus esset habuisse, largiter egentibus tribuebat, ita quidem, ut vix duos haberet aliquando pro usu equitandi. Iste ergo maristalle ex purpura et bysso habebant paraturam[e], selle vero regales ex auro et lapidibus preciosis fuerant laborate. Mensa autem eius erat tota aurea, vasa etiam coquinarum[f]. Thalamus quidem eius ex auro purissimo laboratu mirifico in exercitu secum ferebatur. Expeditio autem eius preter exteras nationes decies centenis armatorum milibus replebatur, ita quidem ut, si unum Scyticum decedere contigisset, alter pro ipso confestim ponebatur. Sed arma gentis eius ex corio maxime et etiam metallis variis diversimode fuerant laborata, ferens[g] arcus, cultros et lanceas. Banerium quoque regis Ethele, quod in proprio scuto gestare consueverat, similitudinem avis habebat, que Hungarice 'turul' dicitur, in capite cum corona. Istud[h] enim banerium Huni usque tempora ducis Geiche, dum se regerent pro communi, in exercitu semper secum gestavere. In istis itaque et aliis pompis[i] huiusmodi Ethela rex Hunorum pre ceteris regibus sui[k] temporis gloriosior erat in hoc mundo. Civitatum, castrorum[l], urbium dominus[m] fieri cupiebat et super illas dominari, habitare[n] vero in ipsis[o] contempnebat. Cum gente enim sua in campis cum[p] tabernaculis et bigis incedebat, extera natio, que eum sequebatur, in civitatibus et in villis. Indumentorum vero modus et forma sua et gentis[q] modum Medorum continebat.

Cap. 3. Postquam vero in prelio Cezunmaur[r] Romani corruissent et fuissent dispersi usquequaque, rex Ethela est conversus in castra gentis sue et ibi in descensu ultra Tizam paucis diebus habitavit. Tandem in Scewen[s] curiam sollempnem celebrare procuravit. Ad quam Ditricus de Verona cum principibus Germanie accedens omne homagium Ethele et Hunis fecisse perhibetur[t]. Suggessit regi, ut invadere debeat regna occidentis. Cuius quidem consilium amplectendo exercitum statim proclamari iussit. Egressus de Sicambria, primo[u] Illyricos subiciens, deinde Renum Constantie pertransivit. Abinde vero Renum inferius descendendo, rex Sigismundus[2] apud Basileam cum ingenti[v] exercitu suo convenit, quem devincens cum impetu suo fecit imperio[w] obedire. A loco autem illo egressus obsedit Argentinam civitatem, quam primitus Romanorum cesar[x] nullus potuit expugnare, Metus orbis expugnavit diruendo murum eius, ut cunctis adeuntibus via libera haberetur, edictum faciens, ne vivente eo muraretur. Propter quod eadem civitas postmodum[y] Strozburc[z], non Argentina, usque hodie est vocata. Amoto autem de loco illo exercitu[a] suo Luxovium, Bizanciam, Chalon, Masticoniam, Lingonensem et Lugdulum Burgundie destruxit civitates. Descendens tandem[b] iuxta Rodanum adversus Cathalaunos, ubi etiam diviso suo exercitu terciam partem sue gentis contra Miramam-monam, soldanum scilicet Marroquie, cum electis capitaneis destinavit. Quo audito Mirama de urbe Sibilie fugiit[c]

a) natura 1 *et cet. chr.* b) severitatem hab. 1 *et Chr Poson.*; serenitatem quam h. *cet. chr.* c) millium 2. d) cuius 1. e) paratam 1. f) conquinarum 2. g) ferrens 2. h) Illud 1. i) *ita* 1 *et cet. chr.*; populis 2. k) suis 1. l) et *add.* 2. m) domos 1. n) habitationem 2. o) ipsa 2. p) tum 2. q) gente 2. r) Caesunmaur 2. s) Sceven 1. t) perhibebatur 2. u) porro 1. v) egenti 2. w) in principio 2. x) *ita* 1 *et cet. chr.*; caesarum 2. y) *deest* 2. z) Strozbur 1; Strosburc 2. a) s. ex. 2. b) autem 2. c) fugit 1.

1) Cf. Iordanis Getica c. 35, 182, ed. Mommsen p. 105, [et Gotifr. l. l. H.-E.], quae auctor suo sensu mutavit. 2) Burgundionum, qui a. 516—523. regnavit. Attila Gundicarum regem vicit; Pauli Hist. Rom. XIV, 5.

ante Hunos in Marroquiam[a], brachio Sibilie transpassato. Tunc interea regem Ethelam Romanorum patricius dictus Ecius cum decem regibus occidentis invasit ex abrupto. Et dum subitum insultum niterentur facere super Ethelam, per nuncios preliandi inducias ab ipsis[b] postulavit, ut copia sue gentis, que absens fuerat, iungeretur. Sed illis renuentibus, inter utrosque exercitus a mane usque noctem in campo Beluider[c] prelium est commissum. Erat enim inter utrosque exercitus fluvius discurrens tam parvissimus, ut, si capellum in ipso quis iactasset, fluvii plano cursu vix poterat inferius removeri. Prelio autem iam confecto, animalium sanguine et humano talis torrens efficitur, ut aurigam cum curru introtraheret et armatos, fieretque mortalitas per torrentem in exercitu valde[d] magna. Istud ergo prelium, quod commissum extitit inter Hunos ac reges occidentis in loco memorato, omnibus preliis huius mundi[e], que commissa sunt uno loco et uno[f] die, per veteres maius esse perhibetur. In quo quidem conflictu Gothorum rex Aldaricus[g, 1] miserabiliter intercipitur. Cuius quidem obitum alii reges ut cognoscunt, in fugam convertuntur. Ab illo itaque die elevatum est cor Hunorum et regis Ethele, timorque percussit orbem terre, et plura regna hoc audito censu ac tributo eis servierunt[h].

Tercia vero exercitus societas, que fuerat contra Miramam-monam[i] destinata, propter moram interesse non valens in prelio remansit usque vitam Ethele Katalaunis, habitatores tandem Katalaunie sunt effecti. Erant enim soli Huni preter exteras nationes trecenta milia triginta milia et triginta duo Huni. Ex his etiam Hunis plures fuerant in exercitu capitanei[k] constituti, qui Hunorum lingua spani vocabantur, ex quorum nominibus tota Ispania postmodum est vocata, cum primo vocati essent Katalauni. Dimorantibus[l] siquidem Ethela et Hunis in Beluider[c] aliquamdiu, tandem regressi cum victoria intraverunt Tolosanam civitatem, ubi a civibus cum laude summa sunt suscepti. Indeque recedentes Remensem civitatem Gallicorum, que Ethele in eundo restiterat, igne concremarunt, militia et civibus, qui[m] se in ea recluserant, omnibus trucidatis. Taliterque Francia et Flandria demolita, Renum Colonie pertransivit, ubi sanctam Ursulam Brittanorum[n] regis filiam cum undecim milibus virginum Hunorum feritas crudeliter iugulavit[2]. Abinde Thuringiam introgressus, in Isnaco[o] curia celebrata, super Dacos, Norvagios, Frisones, Lituanos et Prutenos exercitum magnum destinavit, quibus devictis et humiliatis, sibi fecit subiugari. Ab Isnaco[o] autem[p], curia celebrata, egrediens Sicambriam introivit, ubi Budam fratrem suum manibus propriis interfecit[3], proici faciens corpus eius in Danubium, eo quod, ipso[q] Ethela in partibus occiduis preliante, inter eum et fratrem[r] eius metas stabilitas transgressus fuerat dominando. Fecerat etiam Sicambriam suo nomine appellari[s, 4]. Et quamvis Hunis et ceteris suis gentibus interdictum rex Ethela posuisset, ut urbs Ethele vocaretur, Teutonici interdictum formidantes eam Echulburc[t, 5] vocaverunt[u]. Huni vero, curam parvam illud reputantes interdictum, usque hodie eam[v] vocant Oubudam sicut prius. His itaque sic peractis, quinque annis continue in Sicambria requievit, speculatoribus suis in mundi quatuor partes distributis. Speculatorum siquidem prima societas ordinatim de Sicambria, in quantum unius clamor ad alium audiri potuisset, Colonie Germanie civitate die ac nocte stare consueverat, altera usque Lituam[6], tercia in Don fluvii littore, quarta vero Iadre civitate Dalmacie stationes faciebat. Quorum voce et clamore, quid Ethela ageret seu quali exercitationi deditus esset, mundi partes quatuor potuissent experiri.

Cap. 4. Incidentia.

Pannonie, Pamfilie, Macedonie, Dalmacie et Frigie civitates, que crebris spoliis et obsidionibus per Hunos erant fatigate, natali solo derelicto, in Apuliam per mare Adriaticum, de Ethela licentia impetrata, transierunt, Blachis[w], qui ipsorum fuere pastores et coloni, remanentibus sponte in Pannonia. Repausato autem rege Ethela Sicambrie 5 annis, defectum tercie partis sui exercitus, que remanserat Catalaunis[x], resarcire procuravit[y],

a) Maroq. 2. b) ipso 2. c) Belinder 2. d) valde valde 2. e) modi 2. f) una 2. g) *sic* 1 *et cet. chr.*; Adalricus 2. h) serviverunt 2. i) Marimammonam 2. k) capitaneis 1. l) Demor. 1. m) quod se ita recluserat 2. n) Britanorum iam 2. o) Isenaco 2. p) ante 2. q) ipse 2. r) *sic* 1 *et cet. chr.*; fratres 2. s) Budanara *add. cet. chr.* t) Echulbuer 1. u) nominarunt 2. v) *sic* 2 *et cet. chr.*; eandem 1. w) Blackis 1. x) Kat. 2. y) *sic* 1 *et cet. chr.*; pertentavit 2.

1) Theodoridus rex Gothorum occisus est in proelio Catalaunico; Iord. Get. c. 40. 2) Cf. Sigibert. ad a. 453; Gotifr. Viterb. p. 188. 3) Cf. Iord. Get. c. 35. et Pauli Hist. Rom. XIV, 2. 4) Buda. 5) Ezelenburc in carmine Nibelung. 6) Leitha.

curiaque sollempni celebrata, egressus est de Pannonia, per Styriam, Carinthiam et Dalmaciam pertransiens, apud urbem Salonam mari Adriatico et Spaletum[1] se coniunxit, ubi ambas urbes dirui fecit et concremari[a]. Egressus tandem circa mare, Traguram[b. 2], Sebenicum, Scardonam[c], Iadram, Nonam, Senam, Polam, Parentiam, Capoistriam[d], Terestinam[e] civitatem ac cetera multa oppida occupans, in montanis pervenit tandem Aquilegiam, 5 cuius magnitudine circumspecta stupefactus, se[f] confusum reputabat, si dictam civitatem inexpugnatam reliquisset, pro eo maxime, quia quamplures Longobardi de Pannonia, qui Hunorum dominium et Ethele contempserant[g], confugisse in ipsam ferebantur. Quos quidem a civibus per nuncios repetens, et dum[h] tradere recusarent[i], expugnare cepit civitatem machinarum diversis instrumentis. Quam dum capere nullatenus potuisset, obsedit 10 eam anno uno et dimidio. Accidit ergo die uno, ut eandem circuiret civitatem, multis fitonicis[3] eius lateri adherentibus, in quibus iuxta sue opinionem fidei spem maximam apponebat, et videns ciconiam de mari evolantem et in pinnaculo unius palatii, in quo habebat nidum suum, resedisse, acceptoque in rostro pullo suo, in maris arundines visibiliter deportavit. Reversa tandem et alios pullos suos simul cum nido transtulisse per- 15 hibetur. Quo viso, rex Ethela suis militibus ad se convocatis ait: 'Cernite ergo, socii, quod ciconia ista futurorum fatorum sentit indicia urbemque per nos diruendam, ad fugam, ne cum civibus pereat, se communit. Estote ergo die crastina in prelio fortiores, videbitis civitatem ruituram'[4]. Tunc edicto proclamato, machinarum omni[k] genere adhibito, cum non potuisset machinis expugnare, ingenio Scythicorum tandem usus, ex de- 20 cies centenis milibus sellam unam de quolibet postulavit, et facta congerie ex[l] sellis, iuxta murum iussit incendi sellas ipsas, quarum flamma ac ardore murus se dissolvens corruisse in terram cum turribus perhibetur. Quo viso, omnes cives, urbe derelicta, in insulam maris fugierunt[m. 5]. Eandem etenim insulam intraverant eterno permansuri, sed in ipsa paucis annis dimorantibus[n], tandem propter metum regis Ethele in paludes Realt, ubi nunc 25 morantur, intraverunt. Unde etiam eadem[o] insula usque hodie Venetica lingua Vecca[p] Venesia nominatur. Veneti siquidem sunt Troiani, ut canit Cronica Venetorum[q. 6]. Post excidium enim Troie Aquilegie permanserunt, quam et fundasse referuntur. Quidam autem Venetos de Sabaria fuisse opinantur. Sabaria vero habitata fuerat Longobardis, in qua erat generalis scola orbis terre nationi poetarum musis et dogmatibus philosophicis 30 elucenter[r] illustrata idolorumque erroribus diversis mancipata. Quam quidem[s] rex Archelaus primitus devastavit, sed postea per Hunos de Pannonia expelluntur, nuncque littora fluvii Tycini habitare dinoscuntur, qui et dicuntur Papienses. Postquam autem rex Ethela Aquilegiam expugnavit, inde venit[t] in Forum Iulii, ubi civitate Concordia occupata, in marchiam intravit Lombardie, in qua Tervisium[u], Brixiam, Paduam, Cremonam, Veronam, 35 Mantuam, Pergamum, Mediolanum[v], Ferrariam aliasque plures urbes Italie suo dominio subiugavit[7]. Post hec Ravennam appropians[w], Arianorum archipresul, qui in dicta civitate contra sedem apostolicam fecerat elevari duodecim cardinales suam sectam imitantes, thesaurum habens copiosum, civibus ignorantibus Hunos in urbem occulte intromisit, catholicos, qui erant in ea potiores, per ipsos fecit trucidari, promittens[x] Ethele, 40 quod, si sue secte adheserit fueritque christianos persecutus, absque fatiga sue gentis et expensis Romanam urbem, totam Italiam et Affricam eius imperio subiugaret[8]. Cumque Ethela annuisset plus amore dominii quam secte memorate, cognito Romani periculo, quod exinde poterat christicolis suscitari, Leonem[y] Romanum antistitem ad Ethelam transmiserunt, petentes, ut exiret de finibus Lombardorum, propter quod ei et censum 45 persolverent et gentem darent, quando[z] vellet. Apostolico itaque ad Ethelam cum crucibus[a]

a) cremari 2. b) Tragurium 2. c) Scardenam 2. d) Campstiriam 1. e) Triestinam 2. f) conf. se 2. g) contemserunt 2. h) dein 2. i) recusassent 2. k) omnium 2. l) de 2. m) fugerunt 2. n) demor. 1. o) eamdem insulam 2. p) Vuca 2. q) *coniect*; Veterorum 1; veterum 2, *ubi iterum add.*: Veneti siquidem sunt Troiani *etc.* r) eleganter 2. s) Gothorum nomine *add.* 2 (?). t) exp. introivit 2. u) Tarvisium 2. v) Alexandriam 50 *add. cet. chron.* w) adproperans 1; appropinquans *Hor.* x) permittens 2. y) *deest* 1. z) quam 2. a) comitibus 2.

1) Spalato. 2) Traú, Sebenico, Scardona, Zara, Nona (Nin), Zengg, Pola, Parenzo, Capo d'Istria, Triest. 3) Gotifr. Viterb. p. 187: *per fitones eventum rei perquirit*, scilicet in campis Catalaunicis. H.-E. 4) Cf. Iordanis Getica c. 42. et Pauli Hist. Rom. XIV, 9. 5) Ad haec cf. Gotifr. Viterb. p. 187. H.-E. 6) Antiqua erat traditio Venetos de Troianis descendere; cf. Chr. Venetum (Altinate), SS. XIV, p. 33. 7) Cf. Pauli Hist. Rom. XIV, 11. 8) Attilam petitione Iohannis archiep. Ravenn. urbi Ravennae pepercisse, Agnellus c. 37, SS. rer. Langobard. p. 299—302, narrat. 55

et clero Romano properante[a], convenerunt in campo ante Ravennam locuturi. Dumque in equis uterque mutuo loquerentur, graveque[b] videretur regi admittere que[c] Romani postulabant, inter colloquia contigit Ethelam sursum aspicere superque caput suum in aere hominem pendere[d] gladium tenentem versatilem, qui[e] caput eius auferre minabatur[1]. Unde quidem corde perterritus universas petitiones annuit Romanorum. Et sic apostolicus cum gaudio Romam rediit, et rex Ravennam est ingressus. In qua quidem archipresulem Arianum cum omnibus sequacibus et complicibus captivari faciens, extorsit ab eo sexaginta marcarum milia auri; quos postea fecit omnes iugulari. In his etiam diebus, dum Ethela Ravenne moraretur, Zoard capitaneus, princeps militie regis, cum Hunorum exercitu intrat in Apuliam et Calabriam, ubi Reginam civitatem et Cathonam, in qua Catho natus habitavit, demolitur, et deinde[f] Terra Laboris demolita, usque Montem Cassinum exercitus vastat, inde tandem cum victoria Ravennam est reversus. His itaque sic peractis, de Italia rex Ethela rediit in Pannoniam. Dum ergo per occidentem, orientem, aquilonem ac meridiem longe lateque imperando extendisset suum posse, vertebat[g] in animo transfretare[h], ut Egyptios, Assirios subiugaret[i] et Africam. . . . . . .

Divulgato ergo eius[2] obitu, obstupuit orbis terre, et utrum plangerent inimici eius[k] vel gauderent, hesitabant, multitudinem filiorum formidantes, qui quasi populus vix poterant[l] numerari. Unum etenim ex filiis post ipsum credebant regnaturum. Sed Ditrici astutia Veronensis ac principum Alamannie, quibus rex Ethela in collo residebat imperando, in partitas diversas Hunorum communitas est divisa, ita quidem ut quidam Chabam, regis Ethele filium ex Grecorum imperatoris filia, scilicet[m] Honorii[3], genitum, alii vero Aladarium, ex Cremildi Germanie principissa procreatum, preficere in regem post Ethelam nitebantur. Quia vero pars sanior Chabe adherebat, extera autem natio Aladario, eapropter[n] uterque inceperunt imperare. Tunc Ditrici astutia, qui favebat Aladario, prelium inter ambos suscitatur. In primo ergo prelio Aladarius superatur, in secundo autem, quod Sicambrie per 15 dies continue committitur, exercitus Chabe sic devincitur et prostratur, quod perpauci filii Ethele et[o] Huni remanerent. Istud enim est prelium, quod Huni prelium Crumhelt usque adhuc nominantes vocaverunt. In quo quidem prelio tantus sanguis Germanicus est effusus, quod, si Teutonici ob dedecus non celarent et vellent pure reserare, per plures dies aqua[p] bibi in Danubio non poterat nec per homines nec per pecus, quoniam de Sicambria usque urbem Potentie sanguine inundavit. Fugiit ergo Chaba cum 15 milibus Hunorum in Greciam ad Honorium; et quamvis retinere voluisset et Grecie incolam efficere, non permansit, rediens in Scythiam ad patris[q] nationem[r] ac cognatos. Qui dum Scythiam introisset, mox incepit suadere, quod penitus redirent in Pannoniam, ultionem de Germanicis accepturi. Remanserant quoque de Hunis virorum tria milia ex prelio Crimildino erepti per fuge[s] interfugium, qui timentes occidentis nationes in campo Chigle usque Arpad permanserunt; qui se ibi non Hunos sed Zaculos[t, 4] vocaverunt. . . . . . .

Postquam autem filii Ethele in prelio Crumhelt cum gente Scythica fere quasi deperissent, Pannonia extitit 10 annis sine rege, Sclavis tantummodo, Grecis, Teutonicis, Messianis et Vlachis[u] advenis remanentibus in eadem, qui vivente Ethela populari servicio sibi serviebant. Surrexit tandem Zuataplug[v], filius Morot, princeps quidem in Polonia, qui Bracta subiugando Bulgaris Messianisque imperabat, incipiens similiter in Pannonia post Hunorum exterminium dominari. Hunc quidem Hungari de fluvio Hung variis muneribus allectum et nunciis explorantes, considerata militia illius immunita, ipsum Zuataplug irruptione subita prope fluvium Racus[w] iuxta[x] Banhida[5] in quodam oppido, cuius interrupta adhuc eminent, cum tota militia peremerunt[y, 6], et sic Pannonie populis, qui superius sunt notati, inceperunt dominari. Tradunt quidam, quod Hungari Morot, non Zuataplug, in secundo eorum reditu in Pannonia reperissent principantem[7]. Hoc idcirco esse habet,

a) pro parte 2. b) congrueque viderentur 1. c) quod 2. d) pendentem 2. e) quo 2. f) demum 2. g) versabat 2. h) *deest* 2. i) et Afr. subi. 2. k) *deest* 2. l) potuit 2. m) seu 1. 2. n) eapropter — Aladario *des.* 2. o) Hunique 2. p) in Dan. aq. bibi 2. q) patres 1. r) nationes 2. s) er. profugae 1. t) Zatulos 2. u) Vlackis 2. v) Zuatapolug *hoc loco* 1. w) Ratus 1. x) mox 2. y) *sic* 1 *et cet. chr.*; perveniunt 2.

1) Cf. Pauli Hist. Rom. XIV, 12, ed. Droysen p. 204. 2) Attilae. 3) Cf. Iord. Get. c. 42. et Pauli Hist. Rom. XIV, 13. 4) Szekler. 5) Bán-Hida in comit. Komorn. 6) Hanc fabulam ex ore populi, ut videtur, haustam et posteriora chronica tradunt, sed multo fusiora. 7) Cf. Not. Belae c. 19 sq.

quia Morot, pater eius, nomine maior erat, sed confectus senio repausabat in castro, quod Bezprem[1] nominatur. Audito infortunio, quod filio acciderat, morte subita ob dolorem finivit vitam suam, filius vero in dominando novus erat.

EXPLICIT LIBER PRIMUS DE PRIMO INTROITU.

INCIPIT SECUNDUS LIBER[a] DE REDITU. 5

Cap. 1. Digestis ergo Hunorum natalibus, preliis felicibus et sinistris, quotiensque sua loca immutaverint[b], nunc videndum est, quo tempore redierint in Pannoniam iterato, et qui fuerint redeuntium capitanei, quantusque numerus armatorum, presenti opusculo apponere dignum duxi.

Imperante ergo Ottone Suevo in Germania et Italia, in Francia Ludovico rege, Lo- 10 tharii filio, et Greciam Antonino Duro, filio Theodori, gubernante, 872. anno ab incarnatione Iesu Christi Huni sive Hungari denuo ingressi in Pannoniam transierunt[2] per regna Bessorum, Alborum Comanorum et civitatem Kyo[3] et deinde in fluvio Hung vocato, ubi castrum[4] fundavere, resederunt. A quo quidem fluvio Hungari a gentibus occidentis sunt vocati. Cumque et alia sex castra post hunc fundavissent, aliquamdiu in illis partibus per- 15 mansere. Tandemque Zuataplug interempto, quemadmodum superius est narratum, in 7 exercitus sunt divisi, ita quidem, ut unus exercitus sine centurionibus decurionibusque unum haberet capitaneum, cui tamquam duci deberent unanimiter intendere ac parere. Habebat enim unus[c] exercitus 30 milia virorum armatorum, exceptis decurionibus ac prefectis. Egressi ergo vexillis erectis cum uxoribus, liberis et armentis Danubium in Pest et 20 in portu Zub transierunt, ubi castrum quoddam circa Danubium, in quo erant milites Zuataplug recollecti, qui fuere erepti per fugam, quando dominus ipsorum interierat[d], expugnarunt. In quo quidem affinem Morot nimis vetulum cum aliis perimentes, usque hodie fabulose Morot ipsum fuisse asseverant. . . . . . .

Lel ergo exercitus sexti ductor fuerat. Iste circa Golgocha[e, 5] primitus habitans, exinde 25 Messianis et Boemis extirpatis, tandem in partibus Nitrie[6] sepius fertur habitasse. Ex isto Zuard oritur tribus et cognatio. Septimi siquidem[f] exercitus Werbulchu* dux est dictus.

*) *Iuvat hic ad sequentia illustranda quae Notarius Belae refert subiungere:*

53. De successione Zulte ducis.

. . . Transactis quibusdam temporibus, dux Zulta cum esset 13[cim] annorum, omnes pri- 30 mates regni sui communi consilio et pari voluntate quosdam rectores regni sub duce prefecerunt, qui moderamine iuris consuetudinis dissidentium lites contentionesque sopirent. Alios autem constituerunt ductores exercitus, cum quibus diversa regna vastarent, quorum nomina hec fuerunt: Lelu, filius Tosu, Bulsuu vir sanguinis, filius Bogat, Botond[g, 7], filius Culpun. Erant enim isti viri bellicosi et fortes in animo, quorum cura nulla fuit alia nisi 35 domino suo subiugare gentes et devastare regna aliorum. Qui accepta licentia a duce Zulta cum exercitu Caranthino[h] decreverunt. Et per Forum Iulii in marchiam Lombardie venerunt, 899. 900. ubi civitatem Paduam cedibus et incendiis et gladio et rapinis magnis crudeliter devastaverunt[8]. Ex hinc intrantes Lombardiam multa mala facere ceperunt. Quorum violentie ac belluyno furori Reg. 901. cum terre incole in unum agmen[i] conglobati resistere conarentur, tunc innumerabilis multitudo Lombar- 40 dorum per Hungaros ictibus sagittarum periit, quam plurimis episcopis et comitibus trucidatis. Tunc Lutvardus episcopus Vercelensis ecclesie, vir nominatissimus, Caroli minoris quondam imperatoris familiarissimus amicus ac fidelissimus consiliarius a secreto, hoc audito, assumptis secum opibus atque incomparabilibus thesauris, quibus ultra quam estimari potest habundabat, cum omnibus votis effugere laboraret

a) *deest* 1. b) immutaverunt 2. c) *deest* 2. d) intererat 2. e) Golgotha 2. f) quidem 2. g) Bonton *c.* 45
h) *fort. legendum:* Caranthiam devastare. i) augmen conglebate *c.*

1) Veszprim prope Balaton lacum. 2) Temporis indicia prorsus confusa esse apparet. Antoninus Durus nusquam inter imperatores Constantinop. invenitur. Primus Ungarorum incursus in Pannoniam a. 894. factus est; Dümmler, 'Ostfr. Reich' ed. 2. III, p. 442. 3) Kiew civ. Hungaros expugnasse etiam not. Belae c. 8. tradit, neque Nestoris Chr. ad a. 6406. mundi (898. p. Chr.) eis obstat, quippe qui Ungaros ad civ. dictam apparuisse, sed sine proelio iter continuasse referat. 4) Unghvar civ. ad Ungh fl. in comit. Ungh; cf. Not. Belae c. 13. 5) Fortasse Galgocz sive Freistadtl ad fl. Waag in com. Neutra inferiore. 6) Neutra ad fl. Neutra. 7) De Botond cf. Marczali, 'Ungarns Geschichtsq.' p. 87 sq. 8) Incursiones Ungarorum a. 901. in 50 Carinthiam (cf. Ann. Fuld. 901; Herim. Aug. 901) et a. 899. 900. in Italiam (cf. Dümmler l. l. III, p. 507 sqq.) factas auctor dicit. Eo tempore Patavium venisse Ungaros etiam Iohannis Chr. Venet, SS. VII, p. 22. refert; cf. chron. posteriora: *ubi* 55 *civitatem Paduam igne ac gladio consumpserunt.*

Hic in Zala[1] circa lacum Bolotun[a] descendisse perhibetur. Pro eo enim Werbulchu[2] est vocatus, quia, cum[b] avus eius in prelio Crimildino per Teutonicos fuisset interfectus, et id ei pro certo constitisset, volens recipere vindictam super eos, plures Germanos[c] assari fecit super veru, et tanta crudelitate dicitur[d] in eos exarsisse, quod quorundam quoque sanguinem bibit sicut vinum. Isti quidem capitanei loca descensumque ut superius est dictum sibi elegerunt, similiter et generationes alie ubi eis placuit eligentes.

Cum autem resedissent Pannonia occupata, tandem Moraviam et Boemiam bonis omnibus spoliarunt, Waratizlao[e] eorum duce in prelio interfecto[3]. Post hoc vero Carinthiam [901.] hostiliter adeuntes, ultra castrum Leopah Meranie dux Gotfridus nomine duxque Eberhardus[f] cum Aquilegiensi patriarcha ipsis occurrentes, atrociter insimul pugnaverunt[4]. Et quamvis ex Hungaris plures corruissent in prelio memorato, utrique duces occiduntur, patriarcha per fugam liberato. Abinde spoliata Carinthia[g], Styria et Carniolia cum maxima preda in Pannoniam revertuntur. Conradus vero imperator, ut audivit lacerationem[h] gentis sue, exiens de Italia intravit Augustam Suevie civitatem, ut exinde in Hungariam introiret, Hungaros invasurus[5]. Sed interea Rome bellum generatur intestinum, et cesar Romam redit. Tunc Hungari exeuntes intrant[i] in Bulgariam, ex qua armenta et captivos extrahunt infinitos[6], redeuntes tandem cum victoria in Pannoniam. Tempore iterum[k] alio [900.] per Forum Iulii intrant Lombardiam, ubi Luitardum Wercellane[l] civitatis episcopum, imperatoris Caroli consiliarium fidissimum, occidentes[7], ex ipsius ecclesia thesaurum maximum

---

eorum cruentam ferocitatem, tunc inscius super Hungaros incidit et mox ab eis captus interficitur, et [Reg. 901.] thesaurum existimationem humanam transcendentem, quem secum ferebat, rapuerunt. Eodemque tempore Stephanus, frater Waldonis comitis, cum in secessu residens super murum castri in nocturnis alvum purgare vellet, tunc a quodam Hungaro per fenestram cubiculi sui sagitte ictu graviter vulneratur, de quo vulnere eadem nocte extinguitur.

54. De devastatione Lotoringie, Alemannie et Francie.

Deinde Lotoringiam[m, 8] et Alemanniam devastaverunt, Francos quoque Orientales in confinio [cf. C. Reg. 909. 910.] Franconie et Bavarie, multis milibus eorum cesis ictibus sagittarum, in turpem fugam converterunt. Et omnia bona eorum accipientes ad ducem Zultam in Hungariam reversi sunt.

55. De morte Lelu et Bulsuu[n].

Postea vero anno 5, regnante Counrado imperatore, Lelu, Bulsu, Botond, incliti quondam et gloriosissimi milites Zulte ducis Hungarie, missi a domino suo partes[9] Alemannie irrupuerunt[o] [C. Reg. 913.] et multa bona eorum acceperunt. Sed tandem Bavarorum et Alemannorum nefandis fraudibus Lelu et Bulsuu capti sunt et iuxta fluvium Hin in patibulo suspensi occiduntur[10]. Botondu et alii Hungarorum milites, qui ex eis residui fuerant, videntes se malo dolo inimicorum coartatos, audacter et viriliter steterunt. Et ab invicem non sunt alienati, sed alter alteram partem mensuram[p] in periculum precipue sumpserunt adiuvare, et vulneratorum more leonum in media arma fremebundi ruentes in hostes suos, gravissima cede prostraverunt, et quamvis erant victi, tamen victores suos forcius et victoriosius vicerunt et gravissima cede

a) Bolotim 1; Boloton 2. b) Cun 2. c) germanicos 2. d) in eos dic. 2. e) Waratislao 2. f) Eberchardus 2. g) St. Car. 2. h) latrocinationem 2. i) in Bulg. intr. 2. k) item 2. l) Vercellene 1. m) lotorigiam *c.* n) *in marg. suppl. c.* o) *sic c.* p) *sic corrupte c.*

1) Zala in comit. Zala prope Balaton lacum. 2) I. e. Sanguinarius; 'ver' Ungarice = 'Blut'. 3) Brazlavonem ducem, cui Arnulfus imp. a. 896. Pannoniam tuendam commisit (Ann. Fuld. a. 896), Keza falso ducem Maravorum vocat. Ante a. 900. Brazlavo iam Ungarorum incursibus succubuisse videtur; Dümmler l. l. III, p. 510. 4) Leopah forte est Laibach in Carinthia. Haec fortasse spectant ad incursum a. 901. in Carinthiam factum (A. Fuld. 901; Herim. Aug. 901), quem non prospere Hungaris evenisse constat. Fridericum (*Gothfridum* eum vocant posteriora chronica) patr. Aquileg. (901—902) Hungaros devicisse in Carinthia et Chr. Aquileg. ap. Muratori, SS. rer. Ital. XVI, p. 10, et eiusdem epitaphium comprobat, Liruti, 'Notizie del Friuli' III, p. 256; cf. Dümmler l. l. III, p. 530, n. 3. 5) Tunc Ludowicum regnasse, Conradum nunquam Romam adiisse nemo nescit. 6) Cf. Liudpr. Antapod. II, c. 7. 7) Iunii die 24; cf. Necrol. Aug. et Sangall., Necrol. Germ. I, p. 277. 476. 8) Primam Lotharingiae invasionem per Ungaros factam Ann. Laubac. a. 911. 912. commemorant. Econtra Ann. S. Vincentii Mett. a. 917: *Ungari primitus regnum Lotharii ingressi sunt.* 9) Cont. Regin. a. 913 (ed. F. Kurze p. 155): *Ungarii partes Alamanniae vastaverunt et iuxta In fluvium a Bawariis et Alamannis occisi sunt.* 10) Proelium a. 913. ad Oenum fl. Ungaris ab Erchangero et Bertholdo comitibus commissum auctor cum pugna ad flumen Lech a. 955. facta confundit, cum Lel et Bultzu iam a. 913. patibulo suspensos esse commemoret, quod post proelium ad Lech fl. demum factum esse constat; cf. Koepke et Dümmler, 'Otto d. Grosse' p. 261.

rapuerunt, totaque pene Lombardia demolita, cum maxima preda in Pannoniam revertuntur[1]. Post hec Saxoniam, Thuringiam, Sueviam, Reno circa Maguntiam transpassato, Orientalem Franciam[a] et Burgundiam demoliti, ecclesias etiam plures destruxerunt[2]. Et (913.) cum Renum in Constantia in reditu pertransissent et cum maximo honore venissent in Bavariam, circa castrum Abah Alamannicus exercitus ipsos invadit ex abrupto[3]. Quibus viriliter resistentibus, prelio confecto Teutonici sagittis devincuntur, ubi capitur Hertnidus[b] de Suarchunburc, imperatoris mariscalcus[c], id est militie sue princeps, et alii quamplures nobiles cum eodem; et licet inestimabilem pecuniam pro redemptione eorum tradidissent, ante Ratisponam in signum positi sagittis crudelissime, civibus in muro stantibus et admirantibus, perforantur[4]. Et sic tandem cum victoria et preda maxima ad propria revertuntur.

(955.) Transactis ergo paucis temporibus[d] Lel et Bulchu per communitatem Hungarorum in Teutoniam destinantur, et cum Augustam pervenissent, ultra fluvium Lyh in prato fixere sua castra, civitatem diuturnis et nocturnis bellis molestantes. Cumque subitis saltibus capere non valerent, obstinati nolentes recedere de suburbio, Urricus[5] episcopus cum civibus ad cesarem missis nunciis animant eum, ut succurrat civitati, quia Hungari obsidentes eos, licet sint plurimi, non se custodiunt, qui[e] facillime poterunt debellari. Egressus itaque imperator de Ulmensi curia, veniens celeriter, et absconse explorato processu et exercitu Hungarorum, in hora tercia, cum plueret, irruit super eos et unum[f] exercitum viciniorem civitati festinanter debellavit[6]. Quo viso, Lel et Bulchu fuge remedium queri-

---

prostraverunt. Felix igitur Hungarorum embola, multa periculorum experientia iam securior et exercitatior, de ipsa continua exercitatione preliorum viribus et potestate prestantior, (C Reg. 915. 917.) totam Bavariam et Alemanniam ac Saxoniam et regnum Lathariense igne et gladio consumpserunt. Et (ib. 926.) Erchargenum atque Bertoldum duces eorum decollaverunt[7]. Hinc vero egressi Franciam et Galliam expugnaverunt, et dum inde victores reverterentur, ex insidiis Saxonum magna strage perierunt[8]. (933.) Qui autem ex ipsis evaserunt, ad propria redierunt. Sed de morte Lelu et Bulsuu aliorumque suorum militum dux Zulta et sui primates non modicum sunt conturbati et inimici Theotonicorum sunt facti. Tunc dux Zulta et sui milites propter illatam iniuriam inimicorum contra eos inspirare ceperunt et quolibet modo possent eis vices[g] reddere tractaverunt[h]. Sed divina gracia adiuvante dux Zulta anno dominice incarnationis 931. genuit filium, quem nominavit Tocsun, pulchris oculis et magnis, capilli nigri et molles, comam habebat ut leo, ut in sequentibus audietis[9].

56. De inimicis Athonis regis.

Eodem anno inimici Athonis regis Theotonicorum in necem eius detestabili facinore machinabantur, qui cum per se nichil mali ei facere potuissent, auxilium Hungarorum rogare ceperunt, quia sciebant, quod Hungarii essent insuperabiles in assuetis bellorum laboribus, et plurimis regnis Deus per eos furoris sui flagella propinasset. Tunc illi inimici Athonis regis Teothonicorum miserunt nuncios suos ad Zultam ducem, virum bellicosum, et rogaverunt[i] eum dato auro multo, ut adiutorio Hungaro predictum regem Athonem invaderent[10]. Dux vero Zulta iracundia ductus tam pro eorum prece[k] et precio quam etiam pro morte Lelu et Bulsuu gemebundo pectore misit exercitum magnum contra Athonem regem Teothonicorum. Quibus principes et ductores fecit Botundium, filium Culpun, et Zobolsum, filium Eleud, nec non Ircundium,

a) Traciam 2. b) Hertindus de Suarchunbat 2. c) mariscaltus 1; maristaltus 2. d) diebus 2. e) quod 2. f) unum *perperam corr.* Hunorum 1. g) vincere *c.* h) *correxi H.-E.;* non tacerent *c.* i) rogavit *c.* k) *correxi H.-E.;* pace *c.*

1) De hoc loco v. quae scripsi in 'Neues Archiv' XIII, p. 67. 2) In Burgundiam Hungari a. 913. testibus Ann. S. Quintini Veromand. et a. 917. Basileam pervenerunt. 3) Proelium a. 913. inter Baioarios et Hungaros ad fl. Oenum commissum; cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' ed. 2. III, p. 591. — Abah forte est Aschpach ad Oenum fl. KATONA. 4) Fabulosa. 5) Udalricus; cf. Gotifr. Viterb. p. 234. 6) Imperatorem ex civ. Ulma egressum Augustam pervenisse, alibi non traditur, neque tamen offendit eis quae auctores nostri tradiderunt; Dümmler, 'Otto I.' p. 254, n. 3. 7) Ridiculum auctoris errorem Erchangerum et Bertholdum ab Ungaris, non a rege Conrado, turpi poena esse multatos, ex Cont. Reginonis narratione male intellecta provenisse constat. 8) Haec ad victoriam Heinrici I. regis ab Ungaris a. 933. iuxta locum Riade reportatam spectare videntur. 9) Sicut in aliis, ita in describenda Toxun ducis effigie notarius Daretem Phrygium, Hist. excidii Troianae urbis c. 13, imitatus esse videtur. 10) Haec fabulosa narratio ex Cont. Regin. a. 954. orta esse videtur, quo loco Ungaros *ducentibus inimicis regis* in Galliam pervenisse narratur. Neque tamen praeterea desunt, qui similia atque noster hac de re tradant scriptores; cf. Dümmler, 'Otto d. Grosse' p. 231.

tantes in navem se colligunt, submittentes se per Danubium, ut fugiant in Hungariam. 955.
Qui quidem in transitu Ratispone captivati cesari transmittuntur. Quos cesar iudicio suspendii condempnando Ratispone fecit occidi in patibulo[1]. Quidam vero ipsos aliter dampnatos fabulose asseverant, quod cesari presentati unus illorum cum tuba in caput ipsum
5 cesarem occidisset feriendo[2]. Que sane fabula[a] verosimili adversatur, et credens huiusmodi levitate mentis denotatur[b]. Nam persone criminose ligatis manibus conspectui principum presentantur. Verum quidem est, et liber[c] continet cronicarum, ut blasphemati audacter cesari iniuriose[d] sunt locuti, asserentes, quod, si ipsos occidi fecerit, de gente sua de cetero nullus captus vivere poterit, sed vel[e] in perpetuam tradetur servitutem aut
10 nullo iudicio precedente occidetur. Quod et factum est, quia, ut Hungari audierunt, ut cesar sic ipsos occidisset, omnes captivos Teutonicos, tam mulieres quam parvulos, usque ad viginti milia iugularunt. Alius vero exercitus, qui distabat ab Augusta, impetum cesaris ut persensit super[f] socios, in unam silvam se collegit, et ut eius exercitum dispersum recognovit, persecutus est maiorem aciem gentis sue[3], que tendebat versus Renum.
15 Quam in campo coniungens cursitando, se insimul adunavit sicut apes; quam[g] sagittis vulnerando nec descendere nec recedere permiserunt, qui se tandem velut mortuos in manus dederunt Hungarorum. Quos quidem ut ceperunt, omnibus caput detruncarunt pro exequiis[h] sociorum. Fuerant[i] autem numero milites et scutiferi quasi octo milia[k], quorum capita sunt truncata. Abinde egressi postmodum Danubii fluvium in Ulma transierunt, et 915.
20 ad Vultense[l] cenobium cum venissent[4], thesaurum magnum exinde rapuerunt, et post hoc, tota Suevia demolita, Renum Wormatie transierunt, ibique duos duces, scilicet[m] Lotaringie et Suevie, cum maximo exercitu contra eos venientes invenerunt[5]. Quibus devictis et fugatis, tandem Franciam intraverunt, ubi christianis et cenobitis persecutio valida 954.
facta est per eosdem. Exinde autem egressi, usque fluvium Rodanum[n] venientes, duas
25 civitates, scilicet Segusam[o] et Taurinam, spoliarunt, per Alpes Italie sibi[p] viam prepa-

---

filium Eusee. Qui cum egressi essent a duce Zulta, rursum Bavariam, Alemanniam et Saxoniam atque Turingiam in gladio percusserunt. Et exinde egressi in[6] quadragesima transierunt C. Reg. 954. Renum fluvium et regnum Latariense[q] in arcu et sagittis exterminaverunt. Universam quoque Galliam atrociter affligentes, ecclesias Dei crudeliter intrantes spoliaverunt. Inde per ab-
30 rupta Senonensium, per populos aliminos[7] ferro sibi viam et gladio apperuerunt. Superatis ergo illis bellicosissimis gentibus et naturali situ locorum tutissimis, montes Senonum transcenderunt et Segusam[8] ceperunt civitatem. Deinde egressi Taurinam civitatem opulentissimam expugnaverunt[r], et postquam planam regionem Lambardie aspexerunt, totam pene Italiam bonis omnibus affluentem et exuberantem concitatis[s] cursibus spoliaverunt. Deinde vero Botond, filius Culpun,
35 et Urcun, filius Eusee, superatis omnibus gentibus prememoratis, felici victoria fruentes, ad propria regna revertuntur. Tunc Hoto rex Teothonicorum posuit insidias iuxta Renum fluvium 955. et cum omni robore regni sui eos invadens, multos ex eis interfecit. Botond et Urcun ac reliqui exercitus[t] magis volentes mori in bello, quam appropriatam sibi victoriam amitterent, tunc hostibus pertinaciter insistunt et in eodem bello quendam magnum ducem, virum nomina-
40 tissimum, interficiunt[9]. Et alios graviter vulneratos in fugam convertunt, quorum spolia diripiunt. Et exinde ad propria redeunt regna cum magna victoria. Et cum Bothond et Urcun in terram Pannonïe leti reverterentur, tunc Bothond longo labore belli fatigatus miro modo infirmari cepit, ex luce migravit et sepultus est prope fluvium Vereucea. Sed istud notum sit omnibus scire volentibus, quod milites Hungarorum hec et huiusmodi bella usque ad tempora
45 Tucsun ducis gesserunt.

a) fabella 2. b) notatur 2. c) libri continent chronicorum 2. d) muriose 1. e) ultra *corr.* vel 1. f) superos 2. g) quia 2. h) exsequia 2. i) Fuerunt 2. k) mille 2. l) Wiltense 2. m) seu 1. n) Rodani 1. o) Segulam 1. p) suam 2. q) latariensem *c.* r) ceperunt *expunct., et superscr.* expugn. *c.* s) conscit. *c.* t) exercitum *c.*

50 1) Eadem narrant alii rerum scriptores; Dümmler l. l. p. 261. 262. 2) Cf. Chr. pict. Vindob. c. 33, ap. Florianum II, p. 135, et ceteras Hungar. cronicas; cf. 'Neues Archiv' XIII, p. 69; Dümmler l. l. p. 262, n. 1. 3) Ottonis. 4) Cf. Cont. Regin.
55 a. 915. 5) Duae invasiones a. 917. et 937. factae coniunctae esse videntur; cf. Cont. Regin. a. 917. et Ann. Aug. 937. Posteriores Hungarorum chronicae *Ekhardum ducem Lothoringie et Pertoldum ducem Brabancie* Hungaros decollasse tradunt. Quae, sicut ea quae Simon' narrat, ex eodem fonte a notario Belae c. 55. exscripto fluxerunt. 6) Cont. Reg. a. 954: *in quadragesima Rheno transito pervadentes Galliam inaudita mala in ecclesias Dei fecerunt et per Italiam redierunt.* 7) Valde remotos hoc verbo auctor significare videtur. 8) Susa. 9) Conradum ducem Lotharingiae, Ottonis I. imp. generum. Cf. Cont. Reg. a. 955.

954. rando. Et cum planum vidissent Lombardie, concitatis cursibus spolia multa rapuerunt, et sic tandem ad propria revertuntur[1]. Postquam vero Lel et Bulchu, ut superius est narratum, interissent, exercitus siluit, non intrans ulterius in Germaniam. Nam Francia et Germania unanimiter concordantes, simul in unum adunati[a] venientibus Hungaris deberent resistere usque vitam. Propterea Hungari in Alamanniam usque tempora regis Ste- 5 phani semper ire dubitabant, ne gens occidentis eos invaderet simul adunata. . . . . . .

Cap. 2. Regina vero Kysla[2] consilio iniquorum[3] Petrum Venetum, filium sororis sue, cuius pater dux fuerat Venetorum[4], regem fecit super[b] Hungaros, ut pro libitu posset motus sue voluntatis perficere, regnumque Hungarie[c] amissa libertate Teutonicis subderetur[d]. Postquam autem Petrus regnare incepisset, omnem mansuetudinem regie abiecit maie- 10 statis et furore Teutonico deseviens regni nobiles contempnebat, cum Alamannis[e] et Latinis bona terre superbo oculo et insaciabili corde devorando. Munitiones autem, castra et omnes regni dignitates ab Hungaris auferens tradebat Teutonicis et Latinis. Erat quoque idem lascivus ultra modum, cuius satellites turpitudinem intemperate libidinis operantes uxores filiasque Hungarorum, ubicumque Petrus rex ambulabat, violenter opprimebant. 15 Nullus etiam eo tempore de uxoris filieque castitate certus erat propter insultus aulicorum Petri regis. Videntes ergo principes et nobiles regni mala gentis sue, que fiebant contra legem, communicato consilio, rogaverunt regem, ut suis iniungeret a tam detestabili opere desistere sine mora. Rex vero elationis fastu inflatus ac furore maliciam, quam in corde gerebat occultando, cum toto veneno effudit in publicum ita[f] dicens: 'Si aliquamdiu sanus 20 ero, omnes iudices, spectabiles, centuriones, principes et potestates statuam Teutonicos et Latinos terramque Hungarie regni hospitibus adimplens in dominium tradam Teutonicis'. Hoc itaque fuit discordie seminarium inter Petrum regem et Hungaros[5]. Anno ergo regni 1041. Petri tercio principes et nobiles regni Hungarie episcoporum consilio in unum convenerunt contra Petrum, querentes sollicite, si aliquem de regali genere possent reperire, qui esset 25 idoneus regnum gubernare eosque a Petri tyrannide potenter liberare. Cumque in regno talem invenire potuissent nullo[g] modo, ex semetipsis quendam comitem nomine Aba, sororium sancti regis Stephani, super se regem prefecerunt[6]. Aba vero rex congregato exer-

---

57. De constitucione regni[h].

Dux vero Zulta post reversionem militum suorum fixit metas regni Hungarie ex parte 30 Grecorum usque ad portam Wacil[7] et usque ad terram Racy, ab occidente usque ad mare, ubi est Spaletina civitas[8], et ex parte Theotonicorum usque ad pontem Guncil[9]; et in eisdem partibus dedit castrum construere Ruthenis, qui cum Almo duce, avo suo, in Pannoniam venerant. Et in eodem confinio ultra lutum Musun[10] collocavit etiam Bissenos non paucos habitare pro defensione regni sui, ut ne aliquando in posterum furibundi Theotonici propter iniuriam 35 sibi illatam fines Hungarorum devastare possent. Ex parte vero Boemorum fixit metas usque ad fluvium Moroa[11] sub tali condicione, ut dux eorum annuatim tributa persolveret duci Hungarie. Et eodem modo ex parte Polonorum usque ad montem Turtur[12], sicut primo fecerat regni metam Borsu, filius Bunger. . . . . . .

a) *sic* 1. 2. b) per 2. c) Hungarorum 2. d) subiiceretur 2. e) Alem. 2. f) *deest* 2. g) ullo 1. 40
h) *in marg. suppl. c.*

1) Haec quoque ex eodem fonte, quem not. Belae 56. secutus est, sumpta sunt. 2) Uxor S. Stephani regis, soror Heinrici II. imp. 3) *Cum Buda satellite* posteriora chronica. 4) Petrum filium Ottonis Urseoli ducis Venetorum ex filia Geizae ducis, patris S. Stephani regis fuisse Andreas Dandulus, Chr. Venet., Muratori, SS. rer. Ital. XII, p. 235, narrat, neque est, cur haec in dubium vocemus; Steindorff, 'Heinrich III.' I, p. 116, n. 2. Fabulosa praebent posteriora chronica; Chr. Bud. p. 75: *Vilhelmus autem, pater Petri regis, fuit frater Sigismundi regis Burgundionum, sed post interemptionem sancti Sigismundi venerat ad imperatorem. Quem imperator collocavit Venetiis et dederat ei sororem suam nomine Gertrud in uxorem, de qua genuit Keyslam reginam. Mortua autem Gertrud, Vilhelmus duxit in uxorem sororem sancti regis Stephani, de qua genuit Petrum regem.* 5) Prorsus alia de his rebus Ann. Altah. a. 1041, SS. XX, p. 794, tradunt; cum nostro et reliquis chronicis aliquatenus 45 facit Albricus, SS. XXIII, p. 786; cf. 'Neues Archiv' XIII, p. 71. 6) Aba rex, a Germanis plerumque Ovo appellatus, Samuel nominatur in nummis (cf. Steindorff l. c. I, p. 119, n. 1) et a Belae regis not. c. 32: *ex quorum (sc. Ed, Edumen, Pota) etiam* 50 *progenie longo post tempore rex Samuel descendit, qui pro sua pietate Oba vocabatur.* Abam sororium fuisse sancti Stephani alibi non traditur; *Alba comes palacii* Vita S. Gerardi c. 17. 7) Szörényvar? ENGEL. 8) Spalato. 9) Czillendorf 55 ad Leitham fl.? 10) Wieselburg. 11) March. 12) Tátra?

citu Hungarorum processit contra Petrum pugnaturus. Cernens autem Petrus Hungarorum 1041 adiutorio se privatum, fugiit ad Henricum cesarem in Bavariam, petiturus auxilium sibi dari[1].

Petro itaque de regno effugato, illi tyranni, quorum consilio afflicti erant Hungari, sunt detecti. Ex quibus unum[2] in frusta conciderunt, oculos duorum filiorum eiusdem A. Altah. 1041. eruentes, alios vero in manganis ferreis confregerunt, quosdam lapidibus obruentes. Sebus vero, qui Wazul[3] oculos eruerat, pedibus confractis ac manibus in rota peremerunt. Aba vero in regem consecrato, ea que Petrus statuerat in irritum revocans, Hungarorum scita iussit observare[4]. Tercio autem anno Aba regis decendit Petrus rex cum Henrico cesare ducens maximum exercitum contra Abam. Quod*) Aba dum scivisset, nuncios mittens ad ib. 1042. cesarem, probavit, si cum eo pacem posset ordinare vel minime. Cui cesar in respondendo se ostendit inimicum. Intellectoque, ut intenderet[5] restituere Petrum Hungaris, iratus invasit[6] Austriam et usque in fluvium Trense[a. 7] spoliavit et post[b] hec est reversus. Tandem quoque misso exercitu in Carinthiam pro spolio faciendo, cum inde redirent honerosi[c], Gotfridus Austrie marchio[8] circa Petoviam[9] insultum faciens super eos, eorum spolia fertur abstulisse. Tunc enim Austria non duces, sed habebat marchiones[10]. Cumque**) eo tempore Colonie degeret imperator, audito, quod Hungari lacerassent Teutonicos sine causa, cum principibus Alamannie consilium iniit, qualiter ab Hungaris illatam sibi iniuriam iniuria simili propulsaret***). Movit itaque expeditionem ingentem et[d] consilio ducis Ratislai Boemorum ex aquilonali parte Danubii venit ad Hungarie[e] confinia. Legati vero Abe regis et Hungarorum promittebant cesari, ut in omnibus satisfacerent, nisi[f] quia Petrum in regem non susciperent, quod cesar summopere perficere affectabat. Obligatus enim erat ei iura-

*) *Pro* Quod Aba — honerosi *praebent posteriora chronica haec:* Rex igitur Aba, audiens Petrum ab A. Altah. 1042. Hungaris derelictum et ab Henrico[g] rege Theutonicorum benigne susceptum, anno Domini 1042. misit nuntios[h] ad[i] cesarem, ut perquireret, an inimicaretur ei pro eo, quod Petrum de regno expulerat, an etiam pacem stabilem cum eo posset habere. Cui cesar in respondendo se inimicum esse ostendit dicens: 'Quia meos iniuriis lacessuit, quid[k] vel quantum possum, ipse sentiet'[11]. Rex Aba hiis auditis intellexit, quod cesar intenderet Petro regnum restituere. Inflammatus ira, congregato[l] exercitu magno, invasit Austriam et Bavariam et[m] ex utraque parte Danubii fluminis bipertitis[n] alis[o] pugnatorum fortium percussit eos in ore gladii. Tulit itaque spolia eorum, et plurimos captivos ex eis secum trahens, a flumine quod vocatur Treysama[p] pertransivit captivando usque civitatem Tulinam[q. 12], in qua pernoctavit. Factum est autem hoc secunda feria sexagesime[r] a crepusculo usque[s] noctem. Mane autem facto, cum innumerabili multi- Febr 15. tudine captivorum in Hungariam reversi sunt gaudentes[13]. Post hec misit bellatores fortes in Carinthiam, qui plurimos captivos[t] ceperunt[u] et in Hungariam redierunt.

**) *Pro* Cumque — principibus Alamannie *praebent haec posteriora chr.:* Eo[v] tempore cesar pasca Apr. 11. Domini Colonie celebravit et cum principibus suis.

***) *Addunt posteriora chr.:* Qui[14] concorditer ei[w] consuluerunt, ut Hungaros, qui sine causa regnum[x] suum hostiliter irruperant, armis invaderet et captivos suos ab eorum servitute liberaret.

a) Cremse 1. b) Petrus hic 2. c) honorosi 1. d) cum 2. e) Hungarorum 2. f) *sic* 2 *et cet. chr.*; non 1. g) Herrico *C*; rege Herrico *A* 2. h) nuncium *B*. i) Herricum *add. A* 2. k) quod *A* 1. l) congregatoque *B*. m) *deest A* 2. n) bipart. *A* 1. o) aliis *A* 2. p) Traysama *C*. q) *ita A* 1. 2. *Altah.*; Tulli *B*; Tulnam *C*. r) *deest C*. s) ad *add. A* 2. t) ibidem *add. B*. u) receperunt *B. C*. v) autem *add. C*. w) cons. ei *C*. x) h. s. r. *A* 2.

1) Ann. Altah. a. 1041. alio has res ordine narrant, qui Abam Petro iam effugato ab Ungaris regem esse electum narrant. 2) *Budonem* Ann. Altah.; *Budam* cet. chr.; de quo v. supra p. 536, n. 3. 3) Filium patruelis S. Stephani, quem hic post se regem facere voluisse dicitur; cf. Keza II, 2, 24, Florianus p. 78. Sebus idem videtur, de quo Ann. Altah. ad a. 1039: *Schebis marchio Ungariae eodem anno est defunctus.* 4) Posteriora chronica tradunt in his gerendis praecipuos fuisse principes Wisce, Toyzlau, Pezli, *qui libertatem gentis sue querebant et regnum regali semini restituere fideliter nitebantur.* Ztoizla et Pezili etiam in Ann. Altah. a. 1041. commemorantur. 5) Heinricus III. 6) Petrus rex. 7) Traisen. 8) Filius Arnoldi de Lambach, marchiae Carantanae praefectus; cf. Steindorff l. c. I, p. 151. 9) Pettau ad Drau fl. 10) Nota haec multo post a. 1156. scripta esse, ut Kezam haec adiecisse fonti, quem sequebatur, conieceris. 11) Suo more Ungarorum scriptores verba Ann. Altah. l. c. p. 796: '*Si quidem ille me et meos cavet iniuriis lacessere, ego nolo inimicicias incipere, sin vero ipse inceperit, quid possim, Deo auxiliante sensurus erit*', mutaverunt. 12) Tuln. 13) De clade Ungarorum exercitus a Danubio in septentrionem missi, de qua referunt Ann. Altah. l. c. p. 797, tacent chronica Ungarorum. 14) Principes Theutonici.

mento, ut ipsum in regnum Hungarie iterato collocaret[1]. Cum autem Hungari Petrum non admitterent, missis muneribus dataque fide, quod captivos Teutonicorum libere permitterent remeare, cesar* consilio inductus ducis Lotaringie[a] et plus allectus muneribus rediit Bizantiam[2] Burgundie civitatem. Exhinc ergo rex Aba, securitate accepta, cepit esse insolens et seviebat superbe in Hungaros**, nobiles contempnens, sed et iusiurandum pro nichilo reputabat violare. Hungari vero nolentes id ei sustinere, conspirarunt, ut eum morti traderent et occiderent. Sed quidam prodidit consilium, ex quibus quos capere potuit sine iudicii examine interfecit, quod ei extitit in summum maxime detrimentum. Nam*** viros quinquaginta consiliandi causa in unam domum evocavit, quibus in eadem inclusis, crimen non confessos nec convictos legibus, caput fecit detruncari. Unde beatus Gerardus[3] Chenadiensis episcopus canonica severitate regem corripiens predixit sibi periculum imminere[4]. Tunc quidam ex Hungaris fugientes ad cesarem locuti sunt contra Abam, dicentes, quod pro nichilo iuramentum reputaret violare nobilesque, qui eum regem fecerant, contempnebat†. Quibus dixit imperator: 'Oportet†† ergo, ut captivos reddat, dampna emendando'. Cesar igitur[b] Hungarorum animatus consilio cum exercitu Norico et Bohemico††† Austriam introivit, dissimulans se in Hungariam intraturum, sed simulans se[c] cum Aba concordare. Tunc nuncii Abe[d] regis repetebant incessanter a cesare Hungaros, qui ad cesarem fugerant, conquerentes ac dicentes predones et latrones ipsos esse guerreque[e] inter cesarem et Hungaros precipuos incentores[f], ideoque huiusmodi iniquitatis artifices in manus Abe regis tradi oportere. Quod facturum se cesar promisit nullo[g] modo. Concitato igitur[b] cursu invasit

*) *Pro* Cesar — Burgundie civitatem *posteriora chronica haec narrant:* Cesar[h] rediit festinanter contra insultus[i] Gothfridi[5] ducis Lothoringorum, filii ducis Gozzilonis.

De[k] Aba rege qui fuit.

Sequenti anno Aba rex missis legatis ad cesarem que pacis sunt querebat[l], promittens captivorum dimissionem, quos habebat. Eorum autem[m], quos reddere non poterat, condignam compensationem[n]. Cesar vero noluit[o] componere, donec in Bavariam veniret, ut qui per Hungaros iniuste lesi fuerant compositioni pacis interessent. Venit ergo cesar ad terminos Hungarie et in crastinum expugnare disposuit obstacula, quibus Hungari fluvium Rapcha[p, 6] concluserant. Interim vero a legatis Abe regis rogatus est cesar, ut competentem terminum figeret, in quo omnes captivos ei remitteret et donaria insuper[q] ei donaret[7]. Cesar itaque, allectus muneribus et aliis gravioribus negotiis prepeditus[r], rediit Bizancium, quod est oppidum Burgundie.

**) *Pro* nobiles — violare *haec praebent chr.:* Arbitrabatur enim, ut omnia communia[s] essent dominis cum servis, sed et iusiurandum violasse pro nichilo reputabat. Nobiles enim regni contempnens, habens semper cum rusticis et ignobilibus commune.

***) *Pro* Nam — detruncari *haec in chr.:* Cum enim rex quadragesimam[t] Chanadini celebraret, in eadem quadragesima circiter quinquaginta viros nobiles sub pretextu consiliandi in quadam domo conclusit et ab armatis militibus fecit eos obtruncari nec contritos nec confessos.

†) *Post. chr. add.:* et cum rusticis ac[u] ignobilibus ederet, equitaret et continue loqueretur.

††) *Pro* Oportet — emendando *haec praebent chr.:* 'Ista etenim[v] consuetudo non est nobilis hominis[w], sed eius oppositi'. Ipsum ergo[x] cesarem efficaciter instigaverunt, ut super Abam regem iniuriam vindicaret, quia nec captivos suos remiserat, sicut cesari iuraverat, nec illata dampna resarciret[y].

†††) *Post. chr. add.:* falangibus[z] aulicorum suorum[a].

a) Loter. 1. b) ergo 2. c) *deest* 1. d) Aba 1. e) quaerereque 1. f) intentores 2. g) ullo 1. h) C. r. *bis scr. C;* autem *add. A* 2. i) insultum *A* 1. k) *sic A* 1; *rubra deest A* 2. *B*; Adventus cesaris in Hungariam contra Abam *C.* l) querebant *A* 1. 2, *corr.* querebat *A* 1. m) vero *B.* n) facere *add. A* 2. o) pacem *add. B.* p) Racha *A* 1; Rabcha *C.* q) ei ins. *B.* r) *deest A* 2. s) e. c. *A* 2. t) Ch. q. *B.* u) *deest A* 1. *C;* et *B.* v) enim *A* 2. *B.* w) *deest B.* x) igitur *B.* y) resarcivit *A* 2. z) flangribus *A* 1 (*in marg. add.:* Flandris). *C;* flagrinbus *A* 2; Flandris *B.* a) bellicosissimis *add. B.*

1) Quae Ann. Altab. p. 798. addunt de captione novem civitatum, quas Heinricus III. imp. rogatu Bratizlai et consensu incolarum fratrueli Stephani regi dedit, Ungarorum scriptores omittunt. 2) Besançon. 3) Cuius Vitam v. ap. Endlicher, Mon. Arpad. p. 205 sqq. 4) Fusius hac de re Vita S. Gerardi c. 17, quae in his enarrandis ex eodem fonte, quem Keza et posteriores chronistae secuti sunt, hausisse videtur; cf. 'Neues Archiv' XIII, p. 70. [Mihi quidem haec ex Vita Gerardi sumpta esse persuasum est, sive ea, quam habemus, sive antiquiore. H.-E.] 5) Qui post mortem patris (a. 1044, April.) etiam inferiorem Lothoringiam fratri Gozziloni traditam usurpavit; cf. Steindorff, l. c. I, p. 201. Haec male hoc loco inserta sunt, cum ad a. 1044. pertineant, sub quo Ann. Altab. de Gotefridi rebellione referunt. 6) Ann. Altab.: *Rapinza*, Repcze, qui influit in flumen Raab. 7) Veras condiciones pacis v. Ann. Altab. p. 798.

A. Altah. 1044.

fines Hungarie, intrans per Supronium[a, 1]; et cum vellet in Bobut[2] pertransire*, non poterat propter aquas. Hungari ergo, qui erant cum cesare et Petro rege, duxerunt cesaris exercitum sursum iuxta** flumen Rebche et utraque flumina, tota nocte equitando, orto sole facili vado transierunt. Occurrit autem ei[b] rex Aba in Menfeu[c, ***, 3] cum multitudine armatorum, nimis presumens de victoria, quia[d] Bavari quidam nunciaverant ei cesarem cum paucis introisse. Et[e], ut dicitur, Aba rex victoriam habuisset, nisi quia Hungari quidam amicitiam Petro reservantes super terram sua vexilla proiecissent et fugissent†. Commisso igitur[f] prelio diu et acriter, tandem cesar divino fretus adminiculo[g] victoriam est adeptus[4]. Aba vero rex fugiit versus Tizam et in villa quadam in scrobe veteri ab Hungaris, quibus regnans nocuerat, iugulatur et†† iuxta quandam ecclesiam sepelitur[5]. Post aliquot autem annos, cum esset effossum corpus eius de sepulcro, sudarium ac vestimenta[h] ipsius invenerunt incorrupta et loca vulnerum resanata, sepelieruntque tandem corpus eius in proprio monasterio†††. Ex Teutonicis etenim in illo prelio sine numero ceciderunt, unde idem locus, ubi prelium est commissum, eorum lingua usque hodie Florumpaiur[6] est vocatus et Weznemut[i] nostra lingua.

Cap. 3. Cesar*† vero, obtenta victoria, descendit Albam civitatem, ubi Petro restituit

*) *Pro* pertransire — aquas *chr. praebent haec:* Rabcha[k] pertransire, fluvium Rabcha[k] stagnantibus aquis et densissimis nemoribus et scaturientibus[l] paludibus impermeabilem transire[m] non potuit. (A. Altah. 1044.)

**) *Pro* iuxta — transierunt *haec habent chr.:* iuxta fluvios Raaba[n] et Rabcha[k], quos illucescente sole facili vado[o] transierunt.

***) *Post. chr. add.:* iuxta Iaurinum.

†) *Chr. add. haec:* Tradunt autem[p] Theutonici, quod, cum ad prelium appropinquassent[q], cum celesti signo nebula tenuis apparuit, turboque vehemens divinitus incitatus terribilem pulverem obtutibus ingessit Hungarorum, quos iam pridem, ut dicitur, quia Petrum suum[r] regem dehonestaverunt[s], dominus apostolicus anathemate dampnaverat feriendo. (ib.)

††) *Pro* et — sepelitur *chr. praebent:* Cuius quidem corpus est sepultum in ecclesia que fuerat prope ipsam[t] villam.

†††) *Post. chr. add.:* in Sarus[7]. Cesar autem reversus ad castra ante sacrosanctum lignum salutifere crucis se humiliter ac devote prostravit, discalciatus[u] pedes, cilicio ad carnem indutus, una cum omni populo suo misericordiam Dei glorificavit, quod ipsum illo die liberavit de manibus Hungarorum. (ib.)

*†) *Pro* Cesar — Ratisponam *posteriora tradunt chr.:* Ob fetorem namque mortuorum per duos menses homo non poterat bono modo per partes illas pertransire[v], sagittarii[w] enim occiderant illos[x]. Interea Hungari congregati[y] supplices venerunt ad cesarem, veniam et misericordiam implorantes. Quos cesar placido vultu et[z] benigne suscipiens, quod rogabant concessit. Indeque cum omni multitudine sua Albam venit, que Theutonice Veizimburg[a] dicitur, que[b] est principalis sedes regni Hungarie. Ibi ergo cesar imperiali honore et[c] latissimo preparatu ab Hungaris honoratus[d] Petrum regem regali corone plenarie restitutum et sacris insignibus sancti regis Stephani more regio decoratum, in regali trono manu sua deducens, in basilica gloriose[e] genitricis Dei semper virginis Marie regaliter[f] sedere fecit et ibidem regem Hungaris et Hungaros regi reconciliavit. Concessitque petentibus Hungaris Hungarica[g] scita servare et consuetudinibus iudicari. Hiis itaque taliter[g] ordinatis cesar Petro rege cum presidio suorum in Hungaria relicto, cum optata prosperitate Ratisponam rediit. (ib.)

De adventu cesaris in Hungariam[h]. Sequenti quoque[i] anno reversus est cesar in Hungariam, cui Petrus rex in ipsa sancta sollempnitate regnum Hungarie cum deaurata lancea tradidit coram Hungaris simul et Theutonicis. Multis etiam insuper et magnificis muneribus cesar honorificatus a rege ad propria rediit cum gloria. (ib. 1045.)

a) Supriniura 2. b) *deest* 2. c) *ita* 2 *et cet. chr.;* Menfeo 1. d) *ita* 2 *et cet. chr.;* quod 1. e) Ei 1. f) ergo 2. g) *ita* 1. 2. *A* 2; auxilio *cet. chr.* h) i. v. 2. i) Veznemut 1. k) Raabcha *A* 1. l) nem. scaturientibusque *B*; scarientibus *A* 2. m) pertransire *A* 2. n) Raab *B. C.* o) modo *A* 1. p) enim *A* 1. q) apropinquasset *A* 1. r) r. s. *B.* s) dehonestaverant *A* 2. t) illam *A* 2. u) discalceatus ac *B.* v) transire *B.* w) sagittari *A* 2. x) eos *C.* y) in unum *add. B.* z) et b. *des. A* 2. a) Peizinburg *A* 2; Veyzmburg *C*; Weyzenburg *B.* b) et *B.* c) *deest A* 1. d) est *add. B.* e) *deest B.* f) legaliter *A* 1. g) o. t. *A* 1. h) secundario *add. A* 2; De reversione imperatoris in Hungariam *C.* i) vero *C*; a. q. *A* 2.

1) Sopron y sive Oedenburg. 2) Babot in comit. Oedenburg. Hi loci non dicuntur in Ann. Altah. Oedenburg *(Sempronium literati vocant)* etiam Aventinus, Ann. Boior V, c. 7, ed. Riezler II, p. 53. commemorat, eodem fonte, ut videtur, ac noster usus. 3) Ménfö a Raab civ. meridiem versus. 4) Dies proelii erat 5. m. Iulii; Herim. Aug. a. 1044; cf. Steindorff l. c. p. 207, n. 7. 5) Alia tradunt de morte Petri regis Ann. Altah. p. 800. 6) l. e. 'Vloren Paier' (perditi Baioarii), et eandem fere vim habet vox Ungarica, scilicet perditi Germani. 7) Saar abbatia S. Benedicti in confinio Gyöngyös civ. 8) *Teutonica* Ann. Altah. p. 800; Herim. Aug. a. 1044: *Ungarios petentes lege Baioarica donavit.*

A. Altah. 1044. regnum, et sic tandem reversus est Ratisponam. Rege ergo Petro et Hungaris, qui eum in regnum reduxerant, vires et potentiam resumentibus, ceperunt[a] esse insolentes. Qua de causa omnes Hungari sollicite intendebant, qualiter amoto Petro filios Zarladislai[1] reducere potuissent. Dum autem ista ita fierent, Andreas, Bela et Leventa[b] de[c] Boemia in Poloniam transeuntes a Misca Polonorum duce[2] amicabiliter sunt recepti, ubi Bela Pomeranie[3] ducem duello devincens, filia Miske sibi datur in uxorem. Quod Andreas et Leventa egre ferentes, ne ipsius nomine viverent in Polonia, in Rutheniam transierunt. Et dum ibi a duce Lodomerie propter Petrum regem suscepti non fuissent, ad terram vadunt Comanorum. Qui cum eos perimere cogitarent, credentes ipsos exploratores regni sui, tandem per captivum Hungarum recogniti, optime deinceps pertractantur[4]. Interea vero Petrus rex Hungaros priori gravamine cepit molestare[5]. (cf V. Ger. c. 19.) Tunc in Chenad[6] omnes in unum convenerunt, consilioque habito communiter pro filiis[d] Zarladislai transmittunt, ut[e] ad regnum remearent. (1046.) Qui cum in Pest advenissent absconse, sicut poterant, statim in curia Petri regis una nocte in equis velocibus per nuncios trium fratrum proclamatur, quod omnes Teutonici et Latini ubicumque inventi perimantur, et resumatur ritus paganismus[7]. Mane ergo facto sciscitatus Petrus facti causam, pro certo recognovit ipsos esse in Hungaria. Et licet immenso dolore tactus esset, se letum demonstrabat. Tunc clam mittens suos nuncios, ut Albam occuparent, revelato consilio, Hungari per omnia loca incipiunt rebellare, occidentes uno tempore Teutonicos et Latinos, mulieribus quoque, infantibus et[f] sacerdotibus, qui per Petrum fuerant prepositi plebani et abbates, non parcentes. Et cum in Albam nequisset introire, arrepta fuga ivit versus Musun[g.8], ubi exercitus venisse contra eum perhibetur, indeque declinans equitavit festinanter versus Albam. Cives etenim demandaverant, quod rediret, et civitatem sibi darent[9]. Cum vero in quandam villam[10] circa Albam pervenisset, subito exercitus ipsum circumdedit; ubi captivatus, oculi eruuntur; licetque superviveret, in merore animi finiens vitam suam Quinqueecclesiis[11] subterratur, quam fundasse perhibetur.

Tunc tres fratres Albensem ingressi civitatem ab omnibus episcopis, nobilibus omnique populo cum summa laude sunt suscepti. Et Andreas evo potior in regni solium sublimatur. Quidam[12] autem istos fratres ex duce Wazul progenitos asseverant ex quadam virgine de genere Tatun, non de vero thoro oriundos, et pro tali missitalia[h.13] illos de Tatun nobilitatem invenisse. Frivolum pro certo est et pessime enarratum. Absque hoc namque nobiles sunt et de Scitia oriundi, quia[i] isti sunt filii Zarladislai[*].

ib. Gerardus ergo episcopus de Chenad[k] in istis casibus in Pest per Hungaros de[l] monte submissus in biga martyrio coronatur, qui monachus prius fuerat de Rosacensi abbatia, que est de territorio Aquilegie[14]. Deinde Pannoniam ingressus in Beel[15] fuit diutius heremita.

*) *Notarius Belae c.* 15: Sed terram illam, que nunc Ketelpotaca vocatur, posteritas eius usque ad tempora Andree regis, filii Calvi Ladizlay, habuit.

a) ceperant 2. b) Lewenta 2. c) de — Leventa *des.* 2. d) filio 2. e) unde 2. f) ac 2. g) Musum 2. h) missitalia 2. i) quare 1. k) Chanad 1. l) in 2.

1) De filiis Ladislai Calvi sive Zarladislai (cf. Cassel, 'Magyarische Alterthümer' p. 56) cf. Steindorff l. c. p. 115, n. 3. contra Strehlke l. c. p. 4, n. 5. 2) Mescone II, filio Boleslai Chabri. 3) A. 1046. erat Zemuzil dux Pomeranorum; Ann. Altah. ad a. laudatum. 4) Ampliora de Andreae, Belae et Leventae in exilio eventibus tradunt posteriora chronica, quae tamen, cum ad historiam Germanicam minus pertineant, notis indicare omisimus. 5) Magnates enim, ut narrant chronica posteriora, *Visca, Bua et Bulma . . ., qui semper cum suspiriis et gemitibus expectabant oportunum tempus, quando Andream, Belam et Leventam possent reducere in Hungariam . . ., Petrus rex . . . fecit comprehendi et in eculeo suspensos interfici, quosdam autem effossis oculis tormentari.* 6) Csanad ad Maros fl. in com. Csanad. 7) Seditionem illam posteriora chronica, praesertim Vita Gerardi c. 19. 20. nisa, accuratius narrant. Cum Ann. Altah. a. 1046. Keza in paucis hoc loco convenit. 8) Wieselburg. In Austriam inde Petrum regem profecturum fuisse, sed dolo regis Andreae per legatum sub praetextu pacis revocatum esse cetera chronica narrant. 9) De civibus Albae civ. Petrum revocantibus alibi nihil exstat. 10) *Zamur villa* (fortasse Zomor in Albensi comitatu), habent posteriora chronica, quae post triduanam pugnam Petrum captum, obcecatum et Albam deductum esse tradunt. 11) Fünfkirchen in comit. Baranya. 12) Cf. V. S. Gerardi c. 19, ap. Endlicher, Mon. Arpad. p. 227; Chron. Zagabriense et Varadiense, ap. Florianum, Fontes I, 3, p. 251. 13) Verbum quid significet, nescio. 14) Rosazzo inter Cividale et Palmanuova, ubi ecclesia ab Udalrico patr. Aquileg. inter a. 1085—1121. in honorem S. Petri consecrata est; v. de Rubeis, Mon. eccl. Aquil. p. 565 sq. 15) Bakonybél; cf. Vita Gerardi c. 9.

Cum igitur Andreas diadema regni suscepisset, cum Noricis, Boemis et Polonis guerram dicitur tenuisse, quos superans debellando tribus annis fecisse dicitur censuales[*,1].

*) *De invasione Henrici III. imp. a.* 1051. 1052. *in Ungariam facta posteriora chronica uberiora praebent haec:* De[a] rege Theutonicorum. Eo tempore Theutonicorum rex cum magno exercitu obsedit [1052.] castrum Poson[b], volens iniuriam Petri vindicare et Hungariam suo dominio subiugare. Extruxit autem multas machinas bellicas[c] ad expugnandum[d] castrum[e], et per octo ebdomadas obsidendo[f] nichil proficiens[g], effeminatus enervatusque viribus rediit ad propria. [Venerat[h] enim predictus rex navigio ad obsidendum castrum Poson. Tunc Hungari, qui in castro erant, natatorie prudentissimum invenerunt hominem, nomine Zothmund, quem noctis in[i] silentio ad naves imperatoris miserunt, qui sub aqua veniens omnes naves perforavit, que subito aqua plene facte sunt[2]; et potencia Teutonicorum contrita est, et sic effeminati enervatique viribus reversi sunt ad propria. Multi enim milites erant in Poson, sed precipui erant inter eos Woytech, Endre, Vylungard, Vrosa et Martinus, qui cottidie cum Teutonicis dimicabant acriter.] Sequenti vero [1051.] anno[3] cesar cum magna multitudine bellatorum[k] ob easdem causas venit in Hungariam, iuxta fontes rivorum Zala et Zelice[4], sed et naves victualibus[l] oneratas per Danubium misit in Hungariam prefecitque eis[m] episcopum Guebarth[n], fratrem suum[o,5]. Hiis autem[o] auditis, Andreas rex et dux Bela[p] omnes acervos segetum et tirsos herbarum igne combusserunt, habitatores quoque[q] cum universis animalibus eorum de partibus illis, per quas cesar erat transiturus, procul abduxerunt. Cumque cesar intrasset ad Hungariam et venisset in[r] regiones combustas, neque militibus suis[s] invenire potuit[s] victualia nec equis, et nesciebant[t], ubi naves eius essent, nullumque subsidium ex eis poterat habere. Transiens autem silvas appropinquavit montibus Bodohot[u] omni victualium penuria[v] laborans. Interea vero[w] Guebarth episcopus venit in Iaurinum[x], et mittens epistolam ad Herricum[y] cesarem sciscitabatur ab eo, ubi deberet ipsum expectare. Is autem, qui ferebat litteram, Deo sic volente, captus est a latrunculis Andree regis et ad eum ductus. Cumque, Nicolao episcopo[6] interpretante, tenorem litterarum percepissent, rescripserunt episcopo Guebarth[z] litteras, quas per[a] quendam[b] hospitem eidem miserunt. Ille autem, simulans se a[c] cesare missum, obtulit litteras Guebarth episcopo talia continentes: *Noveris, optime Guebarth episcope, quod magna et ardua negocia nostri imperii nos ab Hungaria in Theutoniam ire*[d] *compellunt, nam inimici nostri imperium nostrum hostiliter occuparunt. Ergo age, festina, et destructis navibus quam citius poteris nobis Ratispone occurras, nec enim tibi tutum est amplius*[e] *in Hungaria commorari.* Hiis itaque cognitis[f] Guebarth episcopus festinanter fugit in Theutoniam. Cesar igitur spe sustentacionis, quam a navibus expectabat, frustratus, ad mortem incepit egere, similiter et[e] universus exercitus eius cum equis et subvectoribus[g] miserabili[h] fame periclitabantur. Insuper etiam Hungari et Bisseni[i] singulis noctibus acriter eos infestabant toxicatis sagittis eos interficiendo et funes extendentes inter papiliones[k] eorum quam plures[l] aliqua servitia facientes rapiebant. Pre timore autem imbrium sagittarum, quibus Theutonici compluebantur[m] et consumebantur, fodiebant[n] sibi terram et desuper insertis clipeis suis[o] etiam[p] vivi cum mortuis iacebant in sepulchris. Nam sepulchrum, quod mortuo fodiebatur[q], vivus iacebat in eo de nocte; et[r] quod vivo fodiebatur pro nocte, mortuus sibi vendicabat de die. Cesar ergo videns tot et tantis periculis[s] se esse perplexum, misit ad Andream regem et Belam[t] ducem, rogans perpetue pacis firmitatem; dicebat enim, quod, si rex Andreas securum ei iter preberet ad revertendum et exercitui[u] suo fame oppresso subsidia vite largiretur, ipse nunquam Andree regi et successoribus eius inimicaretur et nunquam amodo regem Hungarorum dictis vel factis aut consilio ledere attemptaret, sed etiam, si quis de successoribus suis ad debellandam[v] Hungariam arma moveret, indignationem omnipotentis Dei incurreret et perpetuo eius anathemati subiaceret. Filiam quoque suam Sophiam[w] Salomoni, filio regis Andree, daret

a) De tercio adventu imperatoris *A* 2. b) Posson *A* 1. c) macchinas bellichas *A* 1. d) pugnandum *A* 1. *C*. e) *deest B. Chr. Dub.* f) obs. — effem. *des. A* 2. g) profecit *ceteris usque* propria *omissis C.* h) *haec uncis inclusa solum habet C.* i) in s. ad n. *bis scr. C.* k) *deest B.* l) victuales *C.* m) *deest A* 2. n) Gebarth *semper C.* o) *deest C.* p) Beela *A* 2. q) habitatoresque *C.* r) ad *B.* s) *deest A* 1. t) nesciebat *B. C.* u) *ita A* 1. *C*; Bodohoth *A* 2; Bodouch *B.* v) genere *B.* w) autem *C.* x) Geurinum *C.* y) Henricum *B.* z) Guerbarth *h. l. A* 2. a) quend. per hosp. *B.* b) quandam *A* 2. c) ad *A* 1. d) redire *B.* e) *deest B.* f) cognatis *corr.* cognitis *C.* g) subventionibus *A* 1. h) miserabiliter fama *C.* i) Biseni *A* 1; Besseni *B.* k) pampiliones *C.* l) plura *A* 2. m) affligebantur *B.* n) fodebant *B.* o) *deest C.* p) et *A* 1. q) in die *add. B.* r) et — nocte *des. A* 2. s) *deest A* 2. t) Beelam *A* 2. u) exercitu *A* 2. v) debellandum *C.* w) nomine *add. C.*

1) Bellum a. 1050. ab Ungaris cum Baioariis gestum auctor significare videtur. De Polonis cum Andrea rege dimicantibus alibi nihil exstat. 2) Cf. Aventin., Ann. Boiorum V, c. 8, ed. Riezler II, p. 70: *auxilium obsessis praecipuum erant qui procul hostium conspectu aquam subibant occultoque lapsu ad naves usque penetrabant easque terebrabant. Hae ita perforatae aquas recipiebant atque submergebantur.* 3) Annorum ordo turbatus est. 4) Szala et Kerka. 5) Haec omnia dubiae fidei sunt. Gebehardus episc. Ratispon., Konradi II. imp. frater ex matre, a. 1050. expeditioni contra Ungaros susceptae praefuit; cf. Steindorff l. c. p. 109. 6) Forte episcopo Iaurinensi, qui sedit a. 1052—1064. et Andreae regis notarius fuit.

1051/2. Propter quod Henricus imperator descendens usque Bodoct[1] 5 mensibus Albam obsedit civitatem, ubi tandem sic viribus et potentia dicitur defecisse, ut ipsius Teutonici et Latini in suis tentoriis noctis tempore se vivos sepelirent[2]. Nam Hungari in obscuris in eorum castra descendentes eos crudeliter sagittis enecabant. Tandem vero cesar ille ductus penitentia a rege Andrea et Hungaris veniam cepit postulare, quod omnia onera[a] dimitteret in Hungaria preter equos, faceretque iusiurandum, ut deinceps nec ipse nec ipsius successores contra regnum Hungarie hostili manu in Hungariam introirent, nec etiam de Bodoct moveret interea pedes suos, donec Sophiam[3] suam filiam Salomoni regi, de Alamannia ductam, traderet in uxorem, quam primitus filio regis Francie cum maximo dederat sacramento[4]. Rex vero habito consilio misericorditer eidem dicitur indulsisse. Qui amoto suo castro primum descensum in monte Barsunus fecisse comprobatur. Quia vero fame ac siti defecerant, in eodem loco ex parte regis potus et cibus in maxima copia fuit ministratus. Indeque crapulati quamplurimi, cum cesaris vigiles incautis obtutibus Hungaros vidissent hinc inde equitantes, in pactis fraudem interesse crediderunt, quod exercitui declarantes dixerunt, ut ad persequendum eos advenisset. Et quamvis plures in feretris[b] habentes purpurea lectisternia egritudine fatigati ducerentur, dimissis feretris[b] et lectis purpureis, equos ascenderunt, orto sole villam Urs coniungentes. Et cum castellanus, qui in porta erat, cognovisset, quod gens armata per asperas et immeabiles indagines, dimissa via regia, pertransiret, cum suis se armavit. Dumque transeuntem turmam a longe[c] aspiciens tueretur, egroti, qui, dimissis feretris[b] et lectisterniis, in monte Barsunus in equis equitaverant[d], allocatis[e] curribus per indagines transiebant. Quorum scutiferi, ut retro viderunt aciem castellani, derelictis curribus et dominis super currus[f], sicut melius potuerunt, abfugerunt. Tunc rustici venientes, currus auferendo, dominos in curru occiderunt, cadavera in aquas[g] abiectantes. In quibus quidem egrotis quidam milites, aliqui comites, nonnulli fuere et[h] marchiones. Unde usque hodie in transitu ipso equorum ferramenta, gladii et plura his similia aquis exsiccatis solent

---

1051/2. in uxorem[i] propter perpetue pacis federa firmius roboranda. Hec[k] autem omnia fideliter servaturum iurisiurandi religione interposita confirmabat. Rex itaque Andreas et dux Bela magis amatores pacis quam discordie seminatores esse volentes pacem cum cesare composuerunt. Cesar autem in propria persona sua iureiurando confirmavit omnia, que dixerat, fideliter se[l] facturum. Tunc rex Andreas solita regum Hungarie largitate utendo misit cesari quinquaginta corpora immensorum usionum[m, 5] et duo milia lardorum[n, 6] et[o] de panibus[p] plus quam secum ferre poterant[q], oves quoque et boves seu pecudes pascuales et vini copiam supereffluentem[r]. Teutonici[s] ergo a faucibus mortis miseratione Hungarorum liberati, relictis tentoriis et clipeis et universis supellectilibus suis abiectis, adeo concitato cursu in Theutoniam redire properarunt[t], quod nec retro respicerent[u]. Ex hoc autem eventu locus ille, unde Theutonici tam turpiter dedecorati, abiectis clipeis, fugerunt, usque hodie[v] Vertes-hege[w] nuncupatur[7].

De[x] fuga regis Theutonicorum. Postquam autem cesar[y] cum tanto dedecore fugit in terram suam de Ungaria, rex Andreas mittens ad eum[z] legatos petivit ab eo, ut Sophiam, filiam suam, Salomoni, filio suo, matrimonio copulandam, ut promiserat, concederet. Cesar autem, quemadmodum iureiurando promiserat, fideliter complevit. Regalibus itaque nuptiis[a] iuxta fluvium Morwa[b] celebratis, et[c] federibus pacis firmiter roboratis, cesar et rex cum[d] gaudio sunt reversi. . . . . . .

a) *deest* 2. b) feretis 2. c) longis 1. d) equitabant 2. e) colloc. 2. f) curribus 2. g) aquis 2. h) *deest* 1. i) quam primitus filio regis Francie cum maximo dederat sacramento *add. C ex Keza.* k) Hic *C.* l) *deest A* 2. *C.* m) usiones *A* 1. 2; husonum *B*; usonum *C.* n) mille tauros ingentes *add. C.* o) *deest C.* p) autem *add. C.* q) poterat *B.* r) superflu. *B.* s) Plurimi eciam Teutonicorum de immoderata ciborum ingestione (gestione *c.*) et potus ingurgitacione crapulati et infusi. Residui vero *add. C.* t) procurarunt *A* 1. u) retrospicerent *B*; retro prospicerent *C.* v) modo *B.* w) *ita A* 2; Virtushege *A* 1; Werteshege *C*; Vertes Hegye *B.* x) *rubra deest A* 2; De coronacione Salomonis, patre suo Andrea rege adhuc vivente *C*; De nuptiis Salamonis cum domina Sophia, quomodo in pueritia per patrem coronatus est *B.* y) Herricus *add. C.* z) eos *A* 2. a) numptiis *A* 1. b) Morva *B. C.* c) et — robor. *des. A* 2. d) cum — reversi *des. A* 1.

1) Partem silvae 'Bakonywald' dictae; Meyndt, 'Beitr. z. Gesch. d. älteren Bezieh. zw. Deutschl. u. Ungarn' p. 45, n. 136. Econtra Podbradczky, Chr. Bud. p. 110, n. 8: *nostra aetate Badatson in Szaladiensi comitatu.* 2) Fabulosa. De oppugnatione Stuhlweissenburg civ. nihil apud alios invenitur. Keza obsessionem Posonii castri a. 1052. factam in mente habuisse videtur. 3) Alias Iuditha vocatam, quae demum a. 1058. tempore Heinrici IV. Salomoni desponsata est. 4) Hoc etiam Keza commentus est. 5) Piscium genus v. Ducange-Henschel s. v. *husones.* 6) Lardum est porcus saginatus, ustulatus et salitus; v. Ducange-Henschel s. v. 7) Cf. Not. Belae c. 50: *Dux Arpad . . dedit . . silvam magnam, que nunc Vertus vocatur propter clipeos Theotonicorum ibi dimissos.* — 'Vertesbege' Ungar. = 'Schildberg'.

inveniri. Mons vero Barsunus propter lectisternia sic relicta, que fuere purpurea, de terricolis extitit nominatus[1]. . . . . . .

Cap. 4. . . . *Tandem vero inter Salomonem, Ladislaum et Geicham[2] gravis discordia

*) *De expeditione a. 1060. in Ungariam suscepta et de restitutione Salomonis per Heinricum IV. facta haec tradunt posteriora chronica:* 1060. Quo[a] audito[3], rex Andreas, timens illius[4] machinamenta, filium suum Salomonem transmisit ad imperatorem Theutonicorum[b, 5], socerum suum. Secuti sunt autem eum plurimi primates Hungarie. Interea dux Bela omnem iniuriam, quam ei frater suus rex Andreas intulerat, notificavit socero suo duci Polonie[6]. Dux autem Polonie auxiliatus est ei fideliter et efficaciter. Dux itaque Bela tribus agminibus soceri sui munitus reversus est in Hungariam. Rex autem Andreas prenoscens eum[c] cum exercitu intrasse in Hungariam, ab imperatore Theutonicorum duos duces, videlicet Villelmum[7] et Poth[8], in auxilium suum fecit adduci. Ducem quoque Bohemorum[9], qui consanguinitate eidem attinebat[10], mercede conduxit, et confidebat in multitudine conductorum, Hungaros autem non multos habebat, quamplurimi enim Salomonem, filium suum, secuti fuerant, et ex his, qui in regno remanserant, plurimi ad ducem Belam confluxerant. Nunciatum est autem Bele duci[d], quod rex[d] Andreas maximam haberet multitudinem conductorum, elegitque magis mori in bello quam sine pugna ab exercitu regis declinare. Tunc intrepidus concitatum duxit exercitum super Andream regem versus Tysciam. Villelmus vero et Poth duces Theutonico[e] furore concitati cum agminibus suis festinanter Tysciam transierunt, et commisso prelio ab utraque parte fortiter est pugnatum[11]. Sed adiuvante Deo[f] dux Bela victoriam optinuit, fere omnibus Theutonicis ibidem interfectis et ducibus eorum comprehensis. Porro Hungari, qui erant apud regem Andream, videntes victoriam fecisse ducem Belam, dimisso rege Andrea, versi sunt ad ducem Belam. Rex autem Andreas fugit versus Theutoniam, sed evadere non potuit, captus est enim ad portas Musun et negligenter detentus in silva Bocon, ad villam[g] suam, que dicitur Sciryc[h, 12], mortuus est. Sepultus est autem in monasterio sancti Aniani confessoris[i], quod idem rex construxit in Tyhon[k] iuxta lacum Balaton[l, 13]. Sed et dux Bohemorum captus est et cecatus[m, 14]. Villielmus vero et Poth duces adducti sunt ad Belam ducem, qui eos liberos abire permisit. . . . .

1063. De adventu imperatoris[n]. Rex autem Salomon, audita morte Bele regis, accessit ad socerum suum imperatorem Theutonicorum rogavitque eum, ut regnum Hungarie sibi restitueret[15]. Cuius precibus imperator gratanter[o] acquievit et cum illo nobili Romane artis[p] exercitu et illustri cetu imperialis glorie Salomonem in Hungariam reduxit. Interim Geysa, filius regis Bele, sicut erat prudens et circumspectus, cum duobus fratribus suis[16] adolescentibus assumsit se seorsum in partes Polonie, non enim poterat impetum Salomonis[q] tunc sustinere. Rex itaque Salomon[r] sine difficultate intravit in Hungariam rege orbatam et securus venit in civitatem regiam Albam, ibique ab omni clero et populo totius Hungarie honorificentissime susceptus est. Concionatus est autem imperator ad universum cetum Hungarorum pro genero suo rege Salomone pacemque inter eos reformatam iurisiurandi[s] religione interposita confirmavit, regem autem Salomonem in paterno solio gloriose[t] coronatum cum assensu et clamatione totius Hungarie sedere fecit. Ipse[u] imperator divite gaza Hungarie a rege Salomone largissime remuneratus[17] prospere rediit ad propria.

a) Quod audiens *C.* b) *deest C.* c) *deest A* 1. d) *deest B.* e) Theutonicorum *C.* f) domino *B.* g) crucem *C.* h) Scirioch *B*; Sciro *C.* i) confexoris *A* 1. k) Tihon *C.* l) Balaton *C.* m) sine scitu ducis Bele exoculatus *C.* n) quinta vice *add. A* 2; cum rege Salomone genero suo *add. C.* o) libenter *C.* p) arcis *B.* q) et Teutonicorum *add. C.* r) cum imperatore *add. C.* s) iusiurandi *A* 1. 2; iusiurandum *C.* t) glorie *C.* u) vero *add. C.*

1) Per malam etymologiam Barsunus mons iungebatur cum verbo Ungarico 'barsony' = 'sammet', itaque fabula hic tradita orta esse videtur. 2) Salomon, patre Andrea adhuc vivente in regem coronatus, primum contra Belam patruum, deinde contra Ladislaum et Geyzam, huius filios, regnum suum ut defenderet, erat coactus. 3) Belam, fratrem Andreae regis, in Poloniam ivisse, ut inde regnum Ungariae expugnaret. 4) Belae. 5) Henricum IV, fratrem sponsae Salomonis; cf. Lamberti Ann. a. 1061. et Ann. Altah. a. 1060. 6) Boleslavo II, qui tamen non socer Belae fuit, sed filius Kasimiri, cuius sororem Bela in uxorem duxerat. 7) Marchionem Misnensem. 8) Ex comitibus palatinis Bavariae. Cf. Ann. Altah. l. c., qui utrumque commemorant, et Ekkehard a. 1104. 9) Spitihnew, quem et Lambertus l. c. interfuisse tradit. 10) Frater eius Bratislavus II. erat gener Andreae regis. 11) Cf. Ann. Altah. l. c.: *summaque vi utrimque bellatur*, qui tamen, ut Lambertus, Belam Andream et Germanos, cum Ungariam relinquere vellent, *in ipsis faucibus viarum, quas portam regni vocant*, adgressum esse tradunt. 12) Zircz urbs in Bakonywald. Ann. Altah. econtra: *rex vivus capitur, sed eodem momento, equis et curribus conculcatus, moritur.* 13) Tihany abbatia. 14) Fabulosa. 15) Heinricus IV, Bela adhuc vivente, expeditionem movit contra Ungariam, iamque prope Wieselburg exercitus Ungarorum et Theutonicorum ad proelium committendum stabant parati, cum Bela rex subita morte m. Oct. est ereptus; cf. Ann. Altah. a. 1063, l. c. p. 813; Meyer v. Knonau, 'Jahrb. Heinrich IV.' I, p. 344 sqq. Lambertus a. 1063. et Ann. August. a. 1063. cum nostro auctore errant, quippe qui expeditionem post Belae mortem factam esse affirment. 16) Ladislao et Lamberto. Fugit Geysa cum fratribus post mortem Belae. 17) Cf. Ann. Altah. l. c. p. 813: *muneribus regiae munificentiae dignis eum* (Henricum IV.) *honoravit* (Salomon), *nec quisquam principum decenter non donatus abivit.*

suscitatur, alumni patrie inter se dividuntur. Quidam enim Salomoni, aliqui Ladislao et Geiche adheserunt. (1074.) Rex autem Salomon cesarem, suum socerum, contra Ladislaum et Geicham per Nitriam[a][1] cum exercitu maximo introducit. Qui Vaciam[2] perveniens, Ladislai exercitu speculato, finxit se infirmum, per Posonium in Austriam est reversus, dimisso de Boemis et Noricis sufficienti auxilio Salomoni[3]. Tunc cesare retrogresso, prelium in Munorod inter ipsos est commissum[4]. Et quid[b] ultra? Salomon devincitur, prostrantur Teutonici et Boemi. Et dum se suosque devictos cognovisset, fugam iniit, Danubium in Scigetfeu[c][5] pertransiens, inde in Musunium se collegit. In prelio autem Munorodino non solum Teutonici et[d] Boemi ceciderunt, sed etiam maior pars de militia regni periit. Salomon ergo, metuens fratres suos, cum tota familia in Styriam introivit, ubi in Agmund monasterio familia sua derelicta, in Musunium est reversus, volens colligere exercitum iterato[6]. Sed cum de die in diem deficeret, illorumque processus reciperet felicia incrementa, confusus rediit ad cesarem, adiutorium petiturus. Et licet pro militia solidanda affluentem pecuniam tradidisset, Teutonici ob timorem Hungarorum recipere noluerunt. Unde spe omni destitutus rediit in Agmund ad reginam, cum qua dies aliquos cohabitans, in veste monachali deinde Albam venit. Et cum Ladislaus, frater eius, in porticu ecclesie beatissime[e] virginis manibus propriis pauperibus elemosinam erogaret, ipse ibi inter eos dicitur accepisse. Quem mox cognovit Ladislaus, ut inspexit. Reversus autem Ladislaus a distributione elemosine, inquiri fecit diligenter, non quod ei nocuisset[7], sed ille malum presumens ab eodem, secessit inde versus mare Adriaticum, ubi in civitate vocata[f] Pola usque mortem in summa paupertate, in penitentia finiens[g] vitam suam, in qua et iacet tumulatus, nunquam rediens ad uxorem (1087.) usque mortem[8]. Regina vero Sophia, uxor eius, in maxima castitate perseverans, nunciis frequentibus maritum visitabat, mittens ei expensam, ut habere poterat, invitando nichilominus, quod eam videre dignaretur usque mortem. Qui quamvis in corde habuisset, ob nimiam egestatem tactus verecundia ire recusavit. Quem cum de medio sublatum cognovisset, licet multi principes de Germania sibi copulari matrimonialiter voluissent, spretis omnibus, que habebat secularia faciens venumdari, egenis est largita. Ipsa vero monialis effecta, artissimam vitam deducendo, migravit ad Dominum, et in prefato monasterio tumulata, sicut sancta veneratur. . . . . . .

(1095.) Iste[9] quoque in regnum Dalmacie misso exercitu occidi fecit regem Petrum, qui Hungaris in montibus qui Gozd dicuntur occurrens est devictus in montibus memoratis et occisus, unde iidem montes usque hodie[h] in Hungarico Patur Gozdia[10] nominantur. Sedes enim huius regis[i] in Tenen erat civitate[11]. Hoc ergo facto et regno Dalmacie conquestato[k], galeas, naves et teritas[l] cum Venetis solidavit, mittens cum eis exercitum Hungarorum in Apuliam, ubi Monopolim et Brundusium civitates[12] occuparunt, civibus

a) Nitram 2. b) quo 2. c) Szigetfeu 2. d) aut 2. e) beate 2. f) *deest* 1. g) finens 1. h) *deest* 2. i) et solium *add.* 2. k) conquistato 2; conquestrato *A* 2. l) territas 1.

1) Neitra in com. Neitra. 2) Waitzen. 3) Geisam ducem imperatoris principes, imprimis Sigehardum patriarcham Aquilegiensem pecunia corrupisse posteriora chronica narrant, quae verbis paululum uberioribus has res meliore ordine narrant. 4) Proelium apud Mögyorod prope Budam civ. initio a. 1074. commissum est; cf. Büdinger, 'Ein Buch Ungarischer Gesch.' p. 38. Keza falso hanc pugnam post alteram Heinrici IV. expeditionem in Ungariam factam ponit; potius Salomon, infelici illo proelio commisso, imperatorem adiit et cum eo in Ungariam est reversus. 5) Szigetfó prope Verötze. KAT. 6) Keza confundit Sophiam, uxorem Salomonis, ad fratrem Heinricum IV. profectam, cum Sophia, Belae II. regis filia, quae in Stirensi monasterio Admunt piam vitam duxit; cf. Herbordi Vita Ottonis Bamberg. c. 38 sq., SS. XX, p. 718 sq.; Katona, Hist. regum Hungariae II, p. 335 sq. 7) Cf. Chron. Dubnicense ed. Florianus I, 3, p. 96: *Quadam vice veste monachali, duobus solum contentus famulis, Albam regalem venit, ibique de manu Ladizlai, fratris sui, elemosinam sumpsit. Quem cum Ladizlaus cognovisset, timuit eum et diligenter requiri faciens, potuerunt eum invenire nullo modo.* Quae cum in ceteris chronicis non inveniantur, auctor Chronici Dubnic. e Kezae opere sumpsisse videtur. 8) Salomon a. 1087. Cumanorum exercitum contra Graecorum regnum ducens in proelio occubuit; cf. Büdinger l. c. p. 74. Quae Keza hoc loco de eius ultimis eventibus tradidit, fabulosa sunt; cf. Katona l. c. II, p. 516 sq. et Büdinger p. 74, n. 4. 9) Colomanus rex Ungariae. 10) Petrowa Gora, Petersberg. De Petri regis morte praeter Kezam et posteriora chronica nullus fons refert. Colomanum pacifice cum Croatiae magnatibus pactum esse, ex conventione inter utrosque facta apparet, quae addita est operi Thomae episc. Spalat. ap. Schwandtner III, p. 634. 11) Kinen. Keza errasse videtur; cf. Büdinger l. c. p. 130, n. 1. 12) Monopoli, Brindisi. Cf. Andreae Danduli Chron. IX, 10. 11, ap. Muratori, SS. rer. Ital. XII, p. 259, qui Kezam, ut puto, secutus est, addens, nescio ex quo fonte, Petrum regem occisum esse iussu Colomani.

quibusdam fidem Venetis observantibus. Cumque easdem civitates ad tenendum Venetis reliquissent, concitatis cursibus planum Apulie in quibusdam locis devastantes tribus mensibus in ea permansere. Tandemque ad naves redeuntes per mare in Dalmatiam revertuntur, capitaneo Hungaro et regis Hungarie banerio ibidem cum Venetis derelictis. Quas quidem civitates Guillelmus iunior rex[a] Sicilie per auxilium Pisanorum cum magnis sumptibus postmodum vix rehabuit. . . . . . .

Post hunc autem regnavit Bela, filius eius, apud fratres Minores Strigonii[1] tumulatur. Istius quidem in diebus Mongli[b] sive Tartari de tribus partibus regni in Hungariam adeunt 1241. cum quinquies centenis milibus armatorum, habentes adbuc[c] centuriones et decuriones ad milia quadraginta. Quibus in Soio[2] rex prefatus conveniens a Monglis[d] devincitur anno Apr. Domini 1241; ubi fere tota regni militia est deleta, ipso Bela coram eis ad mare[3] fugiente. Quo quidem de mari revertente, per ducem Fridericum de Austria bello impetitur. Quem 1246. ante Civitatem Novam Hungari cum lancea in maxilla transfixum peremerunt[4].

Postea regnavit Stephanus rex, filius eius, qui Boemie regem nomine Otacarum ante 1271. fluvium Rebcha[e, 5] contra eum venientem, cum Boemis videlicet, Australibus, Styriensibus, Brandeburgensibus et ceteris mixtis gentibus expulit virtuose[6]. . . . . . .

Cap. 5. Post hunc regnat Ladislaus tercius, filius eius. Hic enim puerulus in regni solium, Domino disponente, coronatur. Istius ergo diebus rex Otacarus Boemorum, qui de iure imperii plura sibi usurpaverat de facto et iniuste, unde vires resumpserat ac potentiam inauditam, in confiniis Hungarie laceraverat in diversis locis maximam portionem, pro qua ex ipso eius genitor nondum receperat dignam vindicte ultionem, eo quod preventus esset morte insperata. Sed cum inter ista Alamannie principes Rudolphum comitem de Habs- 1273. burc in curia Francvurtensi in regem sibi prefecissent[7], ut imperii iura, que erant occupata, deberet revocare, ipse tamquam pheudorum imperialium redintegrator, in Austriam, que fuerat per Otacarum invasa et possessa, primitus introivit. Quo quidem Vienne diutius residente[8] ac iura sua de Boemis requirente, rex Boemicus contra eum tam immensum commovit exercitum ac prevalidum[f], quod propriis viribus Alamannie princeps ei resistere dubitaret. Propter quod ergo[g] Hungarie regem magnificum tamquam filium sancte eccle- 1278. sie catholice sibi postulavit humiliter in auxilium, perpetua amicitia seipsum eapropter eidem obligando. Adiciens insuper, ut in eo quoque sancte ecclesie Romane summum servitium exhibere videretur. Ipse vero auxilio simili, quandocumque[h] a rege Hungarie foret requisitus, deberet subvenire[9]. Quia vero Ladislaus Hungarie[i] rex in corde et animo occultabat Otacari presumptionem temerariam contra patrem et ipsum attemptatam, eo quod tener esset viribus corporis et etate, petitioni principis Alamannie satisfacturum se disposuit. Egressus ergo de Albensi civitate velut Martis filius, cuius quidem constellatio conceptioni nativitatique[k] eius die in[l] audacia et ceteris[m] naturalibus virtutibus subministrat, in virtute Altissimi et proavorum suorum, sanctorum Stephani, Emerici atque Ladislai regum, ac sanctorum votivis presumens confidensque suffragiis, erecto banerio regie maiestatis Rudolphum in Marhec[10] coniunxit cum exercitu, qui ipsius adventum et auxilium 1278. Aug. 26. sicut Dei expectabat[n]. Sed quoniam gens Rudolphi in motu gravis erat propter arma graviora nimisque timorata ad resistendum tam valide multitudini, ut Otacarus conducere ferebatur, pro eo contraire et[o] moveri dubitabat. Hoc autem Ladislao rege viso et percepto, Otacaro ad prelium properanti ac parato circa castrum Stilfrid[11] prope fluvium Morowe[p] adpropinquat, Boemicum exercitum convallando circumquaque. Quorum quidem equos et etiam[q] semetipsos sagittis Hungari et Comani regis sic infestant vulnerando, quod Milot[12]

a) Sic. rex 2. b) Mong Lisive 1; Lisiuae Tartari 2. c) ad haec 2. d) Mongalis 2. e) Rebeba 2. f) perval. 2. g) *deest* 2. h) quocumque 2. i) Hungarorum 2. k) nativitatisque 1. l) *sic corrupte* (*pro* omne in? laudem in?) 1. 2; *corr.* deinde 1. m) aud. ceterisque 2. n) expectabant 1; exoptabat 2. o) ac 2. p) Morove 1. q) *deest* 2.

1) Gran. 2) Sajo fl., qui influit in Tisciam. 3) Adriaticum, postquam in Austria fuerat; cf. Roger. c. 32, infra p. 560. 4) In proelio ad Neustadt a. 1246, Iun. 15, commisso. 5) Repcze (Rabnitz). 6) A. 1271, Mai. 21; cf. Huber, 'Gesch. v. Oesterreich' I, p. 559. 7) A. 1273, Oct. 1. 8) A. 1276, Oct. 18. – 1278, Aug. 12. Rudolfus Wiennae residebat. 9) De veris foederis conditionibus cf. epist. Rudolfi ap. Gerbert, Cod. epist. p. 149, l. III, nr. 7, et Busson, 'Der Krieg von 1278. und die Schlacht bei Dürnkrut' in 'Arch. f. oesterr. Gesch.' LXII, p. 10. 11. 10) Marchegg. Cf. Busson l. c. p. 37. 11) Stillfried ad March. fl. Proelium inter Dürnkrut et Drösing commissum esse videtur. 12) Milota de Diediz, qui Otacarum prodidisse fertur; cf. Busson l. c. p. 137—141.

1278. militie sue princeps, in quo copia exercitus presertim confidebat, sustinere non valens Hungarorum impetum ac sagittas, cum suis fugam dedit, et post ipsum Poloni conducticii dissoluto exercitu fugierunt[a] cum Boemis, Comanis vero inter ista prelia onera et arnesia Boemorum regis suique exercitus sustollentibus dissipando. In isto igitur[b] prelio rex Otacarus dispersa mente et confusa vagando in exercitu captus occiditur. Filius vero eius dux 5 Nicolaus[1] in Hungariam deducitur captivatus cum aliis captivis baronibus, comitibus et militibus sine numero. Mortuorum autem numerum in[c] prefato prelio potuisset estimare sola divina sapientia. Rudolphus ergo[d] Teutonie rex atque Romanorum cum suis stabat inspiciendo que fiebant. Facta igitur hac victoria, rex Germanicus Ladislao regi egit grates, quod per eum Austria et Styria sibi fuit restituta illo die. Et sic Ladislaus rex Hun- 10 garie rediit cum victoria, rege Alamannico in Austria remanente. Hec est enim Ladislai regis victoria primitiva[e], quam divina clementia ei tribuit in etate adolescentie constituto. In quo quidem exercitu ipso die comes Renoldus, filius Renoldi, banerium regis tenuit viriliter et potenter, de genere Bastech oriundus, adstantes domino regi fratres eiusdem Andreas, Salomon, Ladislaus et alii regni Hungarie nobiles sicut stelle celi absque numero. 15 Ut igitur[f] in memoriam redeat regis Ladislai tam gloriosa triumphalisque victoria, in opprobrium sempiternumque dedecus Boemorum, Polonorum Moravorumque scuta et vexilla in Albensi ecclesia, sede regni ac solio, in pariete suspensa in eternum perseverant. . . . . . .

a) fugerent 2. b) ergo 2. c) in pr. pr. *des.* 2. d) *deest* 2. e) primitima 1; primitia 2. f) ergo 2.

1) De Troppau dictus, filius naturalis Otakari regis. 20

ROGERII MISERABILE CARMEN SUPER DESTRUCTIONE REGNI HUNGARIAE PER TARTAROS FACTA.

Inter scriptores, qui de incursione Tartarorum a. 1241. *in Poloniam et Ungariam facta retulerunt, multo praestat magister Rogerius, qui postea in archiepiscopum Spalatensem est promotus. Cuius opus, quamquam res tantum in Hungaria a Tartaris gestas continet, quoniam clades illa Tartarica ad nostras quoque partes pervenit, huic tamen collectioni ut insereretur, statutum est.*

Rogerius Apulus genere fuit oriundus 'ex oppido, quod Turris-cepit vocatur', ut refert Thomas archidiaconus Spalatensis[1]. *Anno circiter* 1230.[2] *Romam venit et in curiam pontificalem admissus, capellanus Iohannis presbyteri cardinalis S. Laurentii in Lucina factus est, qui cum ei res et internas et exteras ecclesiasticas necnon privatas agendas commisit, tum in Ungariam eum 'pro suis et ecclesiae negotiis procurandis mittere solitus erat'*[3]. *Quibus negotiis occupatus a.* 1241. *Tartaris Ungariam valida manu irruentibus, Rogerius ab hostibus immanissimis captus est et 'inter ipsos sub specie alicuius vilis et pauperis servi delitescens, vix evasit mortis incursum'*[4]. *Romam reversus Rogerius et Iohanni cardinali et curiae papali valde utilis fuit atque Innocentium IV. papam in Galliam abeuntem Lugdunum est secutus*[5]. *Quare apostolicus ille capellanum, 'quem de dono scientiae et honestate morum et conversatione laudabili experta familiaritas reddebant multipliciter commendatum'*[6], *altius provehere studuit. Anno igitur* 1249, *cum legati Spalatenses ad sedem apostolicam missi essent Iohannem Scardonensem electum in archiepiscopum Spalatensem postulantes, 'iniuncto tamen eis, si postulationem huiusmodi a sede apostolica contingeret non admitti, ab eadem sede de pastore ipsi ecclesiae peterent provideri'*[7], *Innocentius papa Iohanne repudiato Rogerium ecclesiae Spalatensi praefecit*[8], *qui Lugduni 'consecratus et palliatus', a.* 1250, 20. *die Februarii Spalatum advenit*[9] *munusque sibi commissum suscepit. Quo optime functus, 'in augendis rebus temporalibus multum sollicitus et intentus'*[10],

1) Hist. Salonit. c. 48, Schwandtner, SS. rer. Ungar. III, p. 629 (et infra). 2) Thomas l. l. narrat de Rogerio a. 1250. ecclesiam Spalatensem accipiente: *Viginti fere annis in Romana curia commorando non parvam cumulaverat pecunie summam.* 3) Thomas l. l.; Innocentii IV. papae epist. ad Spalatenses, Cod. dipl. Hungar. IV, 2, p. 57: *attendentes, quod dilectus filius magister Rogerius capellanus dilecti filii nostri I. tit. sancti Laurentii in Lucina presbiteri cardinalis, canonici Zagabriensis* etc. 4) Thomas Spalat. l. l.; Rogerii Carmen, praesertim c. 35. 36. 40. 5) Thomas l. l. 6) Innocentii epist. supra (n. 3) laudata. 7) Ibid. 8) Ibid. Thomas l. l. 9) Thomas l. l. Cf. Illyricum Sacr. III, p. 275. 10) Thomas l. l.

in victu cultuque splendidus et magnificus Rogerius a. 1266, *Apr.* 14. *obiit*[1]. *De cuius vita fusius Thomas archidiaconus Spalatensis (c.* 48—51*) scripsit, qui usque ad Rogerii mortem historiam archiepiscoporum Spalatensium perduxit*[2].

Non multo postquam a. 1242. *e Tartarorum servitute elapsus est, Rogerius, quae inter Tartaros vivens ipse expertus est necnon 'ingressus et processus Tartarorum Hungariam intrantium'*[3] *memoriae tradere constituit. Quod opusculum mediae aetatis scriptoribus ignotum*[4], *cui* carmen miserabile *inscripsit, quia* de tristi materia et horrenda flebilis inire compulsus *erat* moestos modos[5], *Iohanni Pestheniensis ecclesiae*[6] *episcopo dedicavit.*

Codex, qui unicus quod sciam exstabat in tabulario ecclesiae cathedralis Gandavensis saec. XV. scriptus[7] *frustra ibi nunc quaesitus est*[8], *ut editionem principem solam sequi coacti essemus. [Quae chronico Iohannis de Thwrocz adnexa typis Erhardi Ratdolt a.* 1488. *Augustae Vindelicorum impressa est*[9] *impensis Theobaldi Feger concivis Budensis; cuius editionis lectiones littera A signavimus. Cum haec editio a.* 1488. *tertio Nonas Iunii finita sit, exstat altera editio typis impressa Brunnae Moraviae, quae in subscriptione a.* 1488. *die* 20. *Martii finita esse dicitur. Sed hoc fraudulenter scriptum esse apud me constat, cum mihi persuasum sit hanc editionem ex ea Ratdolti recusam esse*[10] *cum multis mendis typographorum, lectionibus paucis temere immutatis, ut fraus tegeretur*[11]. *Quae quidem editio perpaucas lectiones emendatiores habet quam ea Ratdolti, hae autem a quocunque facile corrigi potuerunt. Ut lector cognoscat, quae ratio intercedat inter editiones Augustanam et Brunnensem, huius etiam variam lectionem, mendosam quidem nulliusque momenti, praeter orthographica*[12] *adnotavimus littera B signatam. Praeter editionem principem Bongarsius, qui Rogerii libellum inter Script. rerum Hungar. p.* 177—198. *Francofurti* 1600. *edidit, suum codicem se adhibuisse dicit. Sed saepe praebet variam lectionem deteriorem, rarissime meliorem quam editio princeps, quam num ex codice ms. sumpserit, an ex coniectura scripserit, dubitare licet. Temere quidem permultis locis latinitatem Rogerii ut expoliret studuit*[13], *certe non codicem ms. secutus, sed temerario libitu suo ductus. Quare rarissime eius variam lectionem adnotavimus. H.-E.] Bongarsii editionem recudi fecerunt Schwandtner,*

1) Thomas c. 51. 2) Cf. infra p. 568. 3) Prolog. infra p. 549. 4) Ne Thomas Spalatensis quidem librum Rogerii legisse videtur; quae habet cum Rogerio communia ex colloquiis cum archiepiscopo habitis haurire potuit; cf. Thomas c. 38 (infra): *prout ab his audire potui, qui rem curiosius indagarunt.* 5) Infra in epist. dedicat. p. 549. 6) Quae Paesti ecclesia esse videtur, cuius sedes tunc fuit Capite-aquae, hodie Capaccio; sed episcopum huius nominis eam tunc rexisse alibi non relatum est; cf. Gams, Series episc. p. 866. SACKUR. 7) 'Archiv' VIII, p. 553. [Auct. antiq. V, p. LXIX. Ut in editione principe Iohannis de Thwrocz Chronica Hungarorum in hoc codice carmini praecedit. H.-E.] 8) V. Cl. H. Pirenne me petente summam dedit operam, ut codicem reperiret, sed eum periisse aut alio delatum esse nobiscum doluit. H.-E. 9) Bongarsius quidem in prologo Scriptorum rerum Ungaricarum dixit se usum editione Augustana a. 1483. impensis Theobaldi Feger impressa. Sed hoc errore quodam exortum esse patet, nescio an ex eo quod in subscriptione editionis a. 1488. pro *octogesimooctavo tertio nonas Iunii* perperam legerit 1483. *nonas Iunii.* Constat enim Ratdoltum a. 1483. officinam suam Venetiis, non Augustae habuisse, nec quisquam unquam Bongarsium editionem a. 1483. vidit (cf. M. Belius in praefat. ad Schwandtneri Script. Hung. I, p. XVI); quod Bongarsius de hac editione dixit Potthast, Bibl. p. 395. falso retulit. H.-E. 10) Prologus Theobaldi Fegher Budensis ad Mathiam regem Ungariam directus editionis Ratdoltianae, qua is queritur, quod Ungarorum chronica tuncusque edita non sint, in editione Brunnensi non repetitus est. Hoc prologo iam probatur editionem Ratdoltianam priorem esse. H.-E. 11) Aliae quaedam lectiones, falsissimae sane, quomodo exortae sint, difficile est cognitu; cf. p. 563, n. H.-E. 12) Rationem scribendi editionis Augustanae satis antiquam et bonam secuti sumus exceptis paucis verbis more modernorum scriptis, ut *proiicere, chariores.* H.-E. 13) Saepissime pro *quod* cum indicativo *ut* cum coniunctivo posuit, pronominibus personalibus et possessivis *(se, sibi, suum)* more scriptorum medii aevi usitatis secundum veterum scriptorum regulam demonstrativa *(eum, ei, eius, eorum)* substituit et multa alia simili modo adulteravit more editorum illius temporis, latinitatis medii aevi ignarorum. Sane mihi non persuasit se revera codice ms. usum esse. Omnia habet menda editionis A, si aliud non adnotavi. H.-E.

SS. rer. Hungar. (Vindobonae 1746*) I, p.* 292—321.[1] *et Endlicher, Rer. Hungar. Mon. Arpad. p.* 255—296*; Florianus, Hist. Hungar. Fontes domestici IV (Budapestini* 1885*), p.* 45—87. *ex duabus editionibus a.* 1488. *suam paravit.*

Berolini, m. April. a. 1888. *L. de Heinemann.*

EPISTOLA MAGISTRI ROGERII IN MISERABILE CARMEN SUPER DESTRUCTIONE REGNI HUNGARIE PER TARTAROS FACTA EDITUM AD REVERENDUM DOMINUM IOHANNEM PESTHENIENSIS ECCLESIE EPISCOPUM FELICITER INCIPIT.

Licet, ut liqueat dominationi vestre ingressus et processus Tartarorum Hungariam intrantium in ignominia Crucifixi, perniciem stragemque non minimam populi christiani per presens opusculum vestro nomini reddi, de gestis ipsorum sine falsitatis admixtione collectum, quod cum diligentia perlegatis. Multa quidem invenietis in eo, que meo subiacuerunt aspectui, plurimaque propriis palpavi manibus, nonnullaque a fide dignis didici, in quorum illa fuerunt presentia perpetrata. Si autem interdum reperietis aliqua, que sensui hominum cernantur terribilia et horrenda, me scriptorem et res minime admirentur, sed gratias referant Regi regum, qui sue oblitus misericordie suo angariato populo non pepercit. Nam a regalibus sedibus in exterminii terram prosilientibus, limo eorum oculos non (Sap. 18, 15. Ioh. 9, 6.) linivit, immo exacuit gladium velut fulgur. Visitavit iniquitates eorum non in baculo, sed in (Ps. 88, 33.) virga, et peccata non fomentis lenibus, quibus suos consueverat consolari, sed in verberibus et in ira, subsannando[a] eos, cum ingruit[b] calamitas repentina, sic quod Hungaria plena populo (Prov. 1, 26. 27.) sedet sola. O dira crudelitas! facta est Hungaria libera sub tributo. Proch dolor! non fuit (Thren. 1, 1. 2.) in tanto exitio, qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Rogo igitur et affectuose deposco, quatenus, cum de vita et ipsorum moribus atque pugna describere voluerim veritatem, si de tristi materia et horrenda flebilis inire compulsus sum mestos modos, vos vel quisque lector rectam conscientiam falsis opinionibus non supponat[c], quod presumptuosa temeritas patefecit aditum illicitis ausibus vel nocivis, quia non ad deprehensionem cuiquam vel derogationem, sed ad instructionem id potius examinavi, ut legentes intelligant et intelligentes credant, credentes teneant et tenentes percipiant[d], quod prope sunt dies perditionis, (Deut. 32, 35.) et tempora properant ad non esse. Et sciant cuncti hec me temere non referre, quod quisquis ad manus ipsorum devenerit Tartarorum, si natus non fuisset, melius esset ei, et sen- (Math. 26, 24.) tiet se non a Tartaris, sed in tartaro detineri. Hoc refero ut expertus. Fui enim per tempus et dimidium temporis[2] inter eos, in quo mori solatium extitisset, sicut supplicium fuit (Dan. 7, 25.) vita.

1. De intentione regis Bele.

Cum Bela rex Hungarie inter principes christianos zelator katholice fidei nosceretur ad instar progenitorum suorum Stephani, Emerici, Ladislai et Colomani[3] regum, qui sanctorum cathalogo sunt ascripti, inter alia pietatis opera, que ipse in propatulo, ut benefaciendi exemplum preberet, et alia, que in conclavi, ut ora iniqua loquentium contra eum obstrueret, exercebat, in mente gessit assidue pravas et extraneas nationes ad gremium ecclesie (Ps. 62, 12.) matris attrahere, ut animabus Deo quam plurimis lucrifactis[e] suam facilius deduceret lucrifactam ad eterna gaudia beatorum.

2. Quomodo rex Bela introduxit regem Comanorum[f] in Hungariam.

Igitur anno millesimo 200. quadragesimo[g] secundo ab incarnatione Domini[4] sic evenit, (1239.) quod Kuthen Comanorum rex ad dictum regem solemnes nuncios destinavit, asserens[h] se

a) subsanando *A. B.* b) *emendavi H.-E.;* irriguit *A. B; cf. Prov.* 1, 27: cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit. c) supponant *B.* d) *sic B. Bong.;* percipient *A.* e) lucrefactis *h. l. A. B.* f) romanorum *B.* g) quadrasimo *B.* h) afferens *B.*

1) Prima pars operis Schwandtneri recusa est sub titulo: Scriptores rerum Hungaricarum, in tribus partibus Vindobonae 1756. et denuo Tyrnaviae 1765. 8°. 2) Quantum temporis Rogerius hoc dicto Danielis indicare voluerit, non constat. Infra c. 36—40. apparet eum a mense Iulio a. 1241. circiter usque in ver a. 1242. inter Tartaros vixisse. Thomas Spalat. c. 48 (infra) falso dicit eum fere per biennium in captivitate Tartarorum fuisse. H.-E. 3) Colomanum inter ecclesiae sanctos esse receptum alibi non est traditum. [Rogerius regem Ungaricum cum Cholomano sancto Hiberno confudisse videtur. H.-E.] 4) Potius a. 1239. haec facta sunt; cf. Huber, 'Gesch. Oesterreichs' I, p. 446.

1239. multis annis cum Tartaris pugnavisse ac obtinuisse duabus vicibus victoriam contra eos, tercia vero vice, cum existeret imparatus[a], terram suam subito intraverunt, ita quod, ipso habere exercitum nequeunte, eum dare terga oportuit Tartaris sceleratis[b]; et sic magnam partem terre ipsius hominibus interemptis hostiliter destruxerunt. Propter quod, si vellet ipsum suscipere ac in libertate tenere, se et suos paratus esset sibi subdere ac cum consanguineis fratribusque et amicis suis rebusque et bonis mobilibus omnibus in Hungariam intrare et ipsum in fide katholica imitari. Quo audito rex repletus est gaudio magno valde, tum pro eo quod talis princeps, sibi quasi par hactenus, sue se volebat subicere ditioni, tum quia poterat ad effectum ducere preconcepta, lucrifaciendo tot animas Ihesu Christo. Et sic licentiatis nunciis non minimis muneribus honoratis, ad dictum Kuthen regem transmisit suos nuncios et fratres Predicatores cum eisdem, mandans, quod ipsum et suos paratus esset recipere et petita concedere iuxta sue beneplacitum voluntatis. Quid plura? nunciis hinc inde sepius destinatis, predictus Kuthen cum suis iter arripuit in Hungariam veniendi. Rex vero in potentatu mirabili usque ad confinium terre sue obvius sibi fuit, tot eximia et tot honores sibi et suis faciens, quod ab incolis terre illius a tempore, cuius non extabat memoria, factum non fuerat neque visum. Tandem, cum propter multitudinem in loco comode morari non possent, pro eo quod erat gens dura et aspera, subdi nescia, ne offenderent Hungaros vel offenderentur ab ipsis, dabat eis de principibus suis unum, qui eos conduceret et expensas omnibus, qui preter ipsorum familias circa quadraginta milia dicebantur, faceret exhiberi usque ad meditullium[c] terre sue.

3. Sequitur de odiis inter regem et Hungaros, et primo de causa odii prima.

Cum autem rex Comanorum cum suis nobilibus et rusticis cepit Hungariam peragrare, quia iumentorum habebant armenta infinita, in pascuis, segetibus, ortis, virgultis, vineis et aliis Hungaros graviter offendebant. Et quod horribilius erat eis, cum essent silvestres homines, virgines pauperum abhominabiliter opprimebant et thorum potentium, quando comode fieri poterat, maculabant, licet mulieres ipsorum tamquam viles ab Hungaris prostrarentur[d]. Et si in rebus vel in persona Comanum Hungarus offendebat, statim de ipso fiebat iusticie complementum, sic quod alius similia facere non audebat. Si vero a Comano Hungarus ledebatur, sibi de ipso iusticia non fiebat, et si quando instare volebat, pro verbis interdum verbera reportabat. Et sic inter populares et regem odium est generatum.

4. Secunda odii causa inter regem Belam et Hungaros.

Licet digressionem[e] faciam aliquam, tamen, ut legentes intelligant et audientes non ignorent destructionis Hungarie fundamentum, revertar quantotius ad stilum incepte mate-
1235. Oct. rie prosequendum. Bone memorie rege Andrea, genitore istius Bele regis, mortis debitum[f] persolvente[1] subito rex cum regni principibus et nobilibus venit Albam[2] regiam civitatem, et ibi, postquam per manus Strigoniensis archiepiscopi[3], prout moris est, regali diademate extitit coronatus, quosdam[g] de suis baronibus, qui patri adheserant contra eum[4], compulit exulare, quosdam carcerali custodie, quos habere potuit, mancipavit; quendam de maioribus, Dionisium palatinum, privari fecit lumine oculorum. Quedam autem statuta ibidem faciens, iussit[h] promulgari, ut terra malis hominibus, qui habundabant plurimum, expurgaretur. Baronum quoque[i] presumptuosam audaciam reprimendo precepit[k], quod exceptis suis principibus, archiepiscopis et episcopis, si aliquis baronum sedere in sede aliqua in sua presentia auderet, debita pena plecteretur, comburi faciens ibidem ipsorum sedes, quas potuit invenire[5]. Quod cognati exulum et captivorum amici, sibi etiam timentes in posterum, pro malo non modico habuerunt. Exinde inter eos scandalum est ortum.

a) *sic Bong.*; imperatus *A*; impatus *B.* b) sceleritatis *A. B.* c) *emendavi H.-E.*; mediculum *A. B.* d) *sic A. B, quod corruptum censeo, vim inesse patet huic voci verbi* spernerentur (*sed cf.* c. 27. prostrando) *H.-E.*: prosternerentur *Bongars.* e) disgressionem *B.* f) debito *B.* g) quosdē *B.* h) *deest B, ubi* prouulgari. i) *deest B.* k) precipiens *B.*

1) A. 1235, m. Sept. 2) Stuhlweissenburg. 3) Innocentii. 4) De dissensione inter Andream II. et Belam filium orta v. Huber l. c. p. 435. 436. 5) Cf. Ottonis Frising. Gesta Friderici I, c. 32, ed. Waitz p. 40: *ad curiam regis sui, singulis ex primoribus sellam secum portantibus, conveniunt* (sc. *Ungari*).

5. Tercia odii causa exhinc secuta est.

Preterea nobiles cum cordis amaritudine referebant, quod, cum ipsi vel progenitores eorum contra Ruthenos, Comanos, Polonos et alios in expeditionem a regibus sepius essent destinati, et aliqui essent ibidem gladio interempti, aliqui fame mortui, aliqui carceribus mancipati et aliqui diversis tormentis afflicti, reges, qui pro tempore fuerant, revertentibus vel captivorum propinquis[a] recompensationem et remunerationem congruam faciebant, villas, possessiones et predia concedendo eis in perpetuum possidenda. Hic autem non solum eis non addidit aliquid, sed concessa ad ius et proprietatem sui ipsius[b] sine diminutione aliqua revocavit. Hic est dolor, hic est gladius, qui transfixit animas Hungarorum. Nam qui erant divites et potentes et secum habebant multitudinem effrenatam, vix se solos poterant sustentare[1].

6. Quarta odii causa inter regem Belam et Hungaros.

Item sepius conquerebantur, quod rex contra regni consuetudinem in depressionem eorum, prout voluit, ordinavit, quod, qualiscumque eminentie fuerint nobiles, in sua curia negocium movere aut sibi oretenus[c] loqui nequirent[d], nisi supplicationes cancellariis porrigerent et exinde finem negocii expectarent. Propter quod plerique pro minimo tantum in curia tenebantur, quod equos et res alias pro expensis expendere cogebantur, et multotiens non expeditis negociis recedebant. Nam cancellarii, ut dicebant, pro eo quod nisi per ipsos requisitos regi loqui non[e] poterant, deprimebant et sublevabant aliquos, ut volebant. Propter quod illos suos reges esse generaliter et publice fatebantur et regem alium non habere se dicebant.

7. Quinta odii causa exhinc orta est.

Hoc aliud referebant, quod preter vel contra eorum consilium et ad depressionem et confusionem eorum Comanos adduxerat. Quod patebat ex eo, quia, quando ipsi vocati vel non vocati ad curiam accedebant, copiam videndi regem non habebant, nisi a remotis, et illi solum per interpretem loquendi[f] habebant facultatem. Et si minimus Comanus accederet, statim ut[g] patebat aditus, intrabat; et Comanos tam in sessionibus et[h] in consiliis et in omnibus Hungaris preferebat[i]. Propter quod tanta indignatio erat eis, quod vix poterant tolerare; et licet non exprimerent, ad ipsum tamen bonum cor et animum non habebant nec pro ipso pacis consilia cogitabant.

8. Responsio ad primam odii causam.

Fautores autem et faventes regi iustificare ipsum in omnibus nitebantur, sic ad premissorum singula respondentes. Comanis introductis, cum per fide dignos ad regis noticiam pervenisset, quod per Comanos Hungari gravarentur[k], principibus, baronibus, comitibus et Comanis omnibus circa monasterium de Kew circa Ticiam convocatis, deliberatione diligenti, communi consilio est sancitum[l], quod nobiles Comanorum cum suis famulis divisim per singulas Hungarie provincias mitterentur, et moram quilibet in provincia traheret sibi assignata, et ita, cum multi simul non essent, gravamen inferre Hungaris non valerent. Et si Comanus Hungarum vel Hungarus Comanum offenderet, comites, quibus hoc sub pena gratie regis iniunctum fuerat, iusticiam facerent equivalentem; licet Comanis hoc, quod separari[m] deberent, plurimum displiceret. Et sic ipsi postea sine offensione cuiusquam cum suis tentoriis filtreis, iumentis, pecoribus terram vacuam Hungarie peragrabant. Et cum essent multi et pauperes inter eos, habebant Hungari de eis quasi pro nihilo servientes; et sic status eorum magis ad commodum quam incommodum erat eis. Cessare igitur debebat in hoc malivolentia populorum.

9. Responsio ad secundam odii causam.

Si rex, mortuo genitore, suscipiens gubernacula regni sui quosdam de maioribus fecit questionibus subici et tormentis, sane mentis non debet aliquis admirari. Nam iidem[n] inter ipsum regem et patrem suum sepius seditionem et scandalum procuraverunt, ita quod

a) in *add. A. B, quod delevi H.-E., deest Bongars.* b) propr. cuiusque *Bongars.* c) horetenus *B.* d) nequiverint *Bongars.* e) *supplevi H.-E.; deest A. B.* f) loqui *B.* g) *deest B.* h) quam cons. *Bongars.* i) preferebat(ur) *B.* k) *sic Bong.;* grauerentur *A. B.* l) sanctitum *B.* m) separare *B.* n) *sic B. Bong.;* idem *A.*

1) De his rebus cf. Huber l. c. p. 443. et diplomata, quae ibid. n. 3. citata sunt.

hinc inde sepius militia congregata dimicare ad invicem voluerunt, nisi per tenentes medium inter eos essent pacis federa reformata. Cum et ipse rex ad patris curiam accedebat, iidem in nullo sibi penitus deferebant, immo dehonestare ipsum verbis et factis, in quantum poterant, nitebantur; quod celari non potest. Et contra vitam patris et filiorum nequiter conspiraverant[1], ut, illis gladio interemptis, facilius quilibet posset de Hungaria, quam sibi per partes diviserant, portionem sibi debitam sine conditione cuiuslibet obtinere. Et cum concepta nequirent effectui mancipare, aliud nequius cogitarunt. Duci Austrie[2] litteras cum certis pactis et conditionibus destinando, domino Frederico Romanorum imperatori coronam[a] regni et Hungariam dare promittebant. Sed nuncius in via captus regi fuit cum litteris presentatus. Unde conservando ipsos ad vitam misericordia[b], que superexaltat iudicium, usus est contra eos. (Iac. 2, 13.) Si vero statuit, quod terra malis hominibus purgaretur, quam iniquitatem continet hoc statutum? Si sedes baronum cremari fecerit, que iniquitas fuit ista? Numquid debent domini subditis esse pares? Igitur non erant iusti Hungari in hac parte.

10. Responsio ad terciam odii causam.

De tercia causa odii regem taliter excusabant. Est omnibus non ignotum, quod LXX duos habet Hungaria comitatus; hos reges Hungarie bene meritis conferebant et auferebant[c] sine iniuria possidentis. Ex his comitatibus[d] habebant delicias, divitias et honores, potentiam, altitudinem et munimen. Sed per prodigalitatem quorundam progenitorum suorum iura comitatuum erant adeo diminuta, ut, meritis et demeritis[e] personarum non discussis[f], eisdem possessiones, villas et predia ad comitatus pertinentia in perpetuum contulerant; ex quo viros comites non habebant, et cum incedebant, simplices milites propter diminutionem comitatuum putabantur. Qui autem potentiores erant, sicut thavernicorum[g, 3], qui et camerarius dicitur, ac dapiferorum, pincernarum nec non agasonum[h] magistri et ceteri, qui habebant in curia dignitates, exinde in tantum incrassati erant, quod reges pro nihilo reputabant. Hic autem cupiens reintegrare coronam, que pene parve potentie facta erat, licet plurimis displiceret, male tamen alienata studuit revocare ad ius et proprietatem comitatuum tam a sibi contrariis quam a suis. Licet non faciendo iniuriam alicui iure suo in omnibus uteretur, tamen de regalibus bonis bene ac fideliter servientibus remunerationem congruam faciebat[i]. Unde, quia[k] usus fuit iure suo, cessare debebat malivolentia Hungarorum.

11. Responsio ad quartam odii causam.

Cum esset propter diversitates multiplices et ritus diversos pene totum regnum Hungarie deformatum, et rex ad reformationem eius totis viribus anhelaret, et implicitus rebus arduis nequiret singulis audientiam benivolam exhibere, duxit deliberatione provida statuendum, quod negocia suorum regnicolarum deberent ad instar Romane curie per petitiones in sua curia expediri[4], suis cancellariis ita mandans, quod per se levia et simplicia negocia expedirent quantotius possent, ad suum auditorium ardua et gravia perferentes[l]. Hoc ideo faciebat, ut negocia finem debitum velociter sortirentur. Sed malivoli, quod ad levamen oppressorum fuerat adinventum, ad iniquum compendium retorquentes, nodum in stupa et pilum in ovo invenire mendaciter satagebant.

12. Responsio ad quintam odii causam.

Illud asserebant penitus falsum, quod rex introduxisset Comanos ad depressionem et odium Hungarorum, sed solum propter hoc, ut cultus divini nominis in Hungaria suis temporibus augeretur; et sic, quando ipsum adversus inimicos corone guerram habere contingeret, contra eos cum eis fortius et durius dimicaret. Si autem Comanos plus quam Hun-

a) corā *B.* b) minima *B.* c) aufferebatur *B.* d) comitibus *B.* e) imeritis *B.* f) discusset *B.* g) thauarnicorum *B*; Thauarnicus *Bongars. falso.* h) *sic Bongars.*; agalonum *A*; agazonum *B.* i) favebat *B.* k) *deest B.* l) *sic Bongars.*; p̄ferentes *A. B.*

1) Bela in diplomate a. 1229. dato (Fejér, Cod. dipl. Hungar. III, 2, p. 193) hoc nequissimum consilium ipse commemorat. 2) Friderico II. Bellicoso. Haec a. 1234. facta esse videntur; cf. Ficker, 'Herzog Friedrich II. der letzte Babenberger' p. 42; Huber l. l. p. 409. 3) Praefectus iudiciorum de liberarum civitatum controversiis; Ducange s. v. 4) Simon de Keza II, 4, Florianus, Fontes II, 2, p. 89. de Bela III. perperam pro IV. tradit: *Hic quidem fures et latrones persecutus est petitionibusque loqui traxit originem, ut Romana habet curia et imperii.*

garos honorabat, hoc ipsi egre ferre non poterant nec debebant. Nam decebat[a] regiam dignitatem introductos hospites honorare, maxime cum hoc eis promiserit iuramento, et ipsum in fide sua ceperint imitari; et cum essent eis Hungari odiosi, solum regem habebant in Hungaria protectorem. Nam Kuthen rex Comanorum per regem, et quamplures 5 alii per maiores et nobiles regni fuerant baptizati, ita quod iam cum Hungaris connubia contrahebant. Et si rex eis favorabilis non fuisset, ipsi in Hungaria non stetissent. Auditis autem hinc inde propositis, scriptor finem huius negocii non imponit. Lector, si valeat, causam terminet, iusticia mediante.

13. Interloquium ad continuandam narrationem.

10 His interpositionibus expeditis, scriptor stilum dirigit ad tractandum incepte materie prosecutionem. Et si qui ipsum lingua mordere voluerint toxicata dicentes, quod interpositiones huiusmodi nil ad rem pertinerent, et bene poterat esse sine illis, non est verum, quia hec discordia potissimus fomes fuit, quare Hungaria sic velociter est destructa.

14. De vulgari Hungarorum opinione.

15 Anno igitur Domini evoluto Hungaria ad regem in malivolentia existente, circa nativitatem Domini fama fuit, quod confinia Hungarie Ruscie continua[b] Tartari devastabant. Et quia rex de hoc per suos nuncios certus erat, ad custodiendum portam Ruscie, que Montana dicitur[1], per quam in Hungariam patebat aditus, misit maiorem suum comitem cum exercitu palatinum[2] et fecit per totam Hungariam proclamari, quod tam nobiles quam[c] qui servientes 20 regis dicuntur quam castrenses et pertinentes ad castra superius nominata se ad exercitum prepararent, ut essent, quando rex mitteret, preparati. Cum autem hoc per totam Hungariam clamaretur, Hungari pre nimio gaudio non credebant, asserentes, quod de Tartaris multociens insonuerat talis rumor, et sic semper viderant illum esse nullum, unde dicebant: 'Multa renascentur, que iam cecidere'. Alii asserebant, quod quidam[d] de prelatis 25 ecclesiarum rumores huiusmodi procurabant, pro eo quod tunc temporis[e] Romam non irent, ad concilium vocati a Romano pontifice[3] celebrandum; et talis opinio erat eis. Fuit tamen omnibus manifestum, quod Ugolinus Colocensis archiepiscopus pro se ac quibusdam suffraganeis suis Venetias miserat pro galeis, et fuerunt per regem contra voluntatem eorum ab itinere revocati[4]. Alii vero quamplurimi fatebantur, ut haberent de rege materiam obloquendi, quod 30 Comani societatem contraxerint[f] cum Ruthenis, ut simul contra Hungaros, a quibus multa mala perceperant et sepius destructi fuissent, dimicarent; et propter hoc plus quam per annum eos predictus Kuthen cum suis prevenerat, ut conditiones terre addisceret et linguam faceret sibi notam; et cum introitum illorum perciperet, pugnam inciperet contra regem; et sic facilius illi portam poterint[g] obtinere et ad ipsius Kuthen auxilium festinare et ita 35 citius aliquam partem Hungarie poterint[h] devastare; gaudendo et mordendo regem, pro eo quod Comanos introduxerat, ut superius est expressum. Et in hac opinione quamplurimi concordabant.

1240. Dec. 25.

15. De consilio regis contra Tartaros.

1241. Febr. 13— Mart. 24.

Cum ergo postmodum versus quadragesimam pergeret iter suum, magis ac magis fama 40 huiusmodi crebrescente, rex ad quandam villam, que Buda dicitur, super ripam Danubii positam, in qua consueverat quadragesimam celebrare, pro eo quod dicebatur locus communior, properavit. Et archiepiscopis, episcopis et aliis regni maioribus convocatis, deliberabat assidue, qualiter posset de tanto negocio providere, monens et hortans eos sepius, quod quilibet haberet suos stipendiarios milites preparatos. Kuthen vero, qui cum uxore, 45 filiis, filiabus et quibusdam suis maioribus, tamquam suspectus et sceleris conscius, a rege fuerant convocati, communi deliberato consilio curialiter, ne possent manus ipsorum effugere, custodie fuerunt mancipati.

a) dicebat *B.* b) *sic A. B (etiam infra c. 20)*; contigua *corr. Schw.* c) *deest Bongars.* d) quidem *B.* e) tempore *B.* f) contraxerant *B.* g) poterant *B*; possent *Bong.* h) poterant *B*; *deest Bong.*

50 1) Fauces de Veretzke sitae in comit. Bereg. 2) Dionysium (?). 3) Gregorio IX. 4) Cf. epist. Gregorii IX. papae d. d. 1241, Febr. 26, Potthast nr. 10995; Epp. pont. sel. I, p. 708. H.-E.

16. Quid fecit rex Bela, cum per palatinum de introitu Tartarorum certificatus fuit.

[1241. Mart.] Circa vero medium quadragesime venit ad regem cursitando unus de militibus palatini, ex parte ipsius referens, quod iam ad portam Ruscie pervenerant et indagines[1] destruebant, et non credebant, quod palatinus posset eis resistere, nisi rex mitteret sibi auxilium festinum. Rex adhuc incredulus secum armatos milites non habebat. Et dum in anxietate huiusmodi permaneret, quarto die postea venit idem solus, qui nocte dieque cursitaverat, palatinus, dicens, quod duodecimo die intrante Marcio [Mart. 12.] in porta congressum habuerat cum eisdem, et suis pene omnibus sagittis et gladiis crudeliter trucidatis, cum paucis evaserat; et que facta erant sibi venerat nunciare. Sed licet rex de malis rumoribus non modicum obstuperet, licenciavit tamen archiepiscopos, episcopos et alios suos comites et barones, eis precipiens firmiter et districte, ut quilibet aggregata sibi milicia iuxta posse redire ad ipsum[a] sine dilatione temporis festinaret, prout urgens necessitas et manifesta utilitas exigebat. Et precepit magistro Stephano episcopo Waciensi[2], Orodiensi[3] et Sancti Salvatoris Chanadiensi[4] prepositis, quod ad reginam[5] festinanter accederent et ad confinium Austrie properarent, ibidem finem huius negocii expectantes. Item per suas litteras rogavit ducem Austrie[6], quod ad ipsum accederet festinanter, et iussit Comanis omnibus, quod venire ad ipsum aliquatenus non differrent. Ipse enim de Strigoniensi et Albensi[7] civitatibus, que ad unam tantum dietam distabant, exercitu congregato confestim transivit Danubium[a], in magna et ditissima Theutonica villa, que Pesth dicitur, Bude opposita ex altera parte Danubii, moram traxit, suos ibidem cum exercitu expectans principes, comites et barones.

17. Alia interlocutio.

Pater et domine, advertite, reverende[8], quia[b], cum multa simul occurrerint, nequeunt dici simul; oportet igitur, quod uno dimisso negocio in dicendo aliud assumatur.

18. Sequitur rursus interlocutio.

Notate itaque nomina dominorum Tartarorum, et qualiter intraverunt in Hungariam, et astuciam eorundem, quia non dimittetur indiscussus articulus, quin quilibet sensus debitus imponatur.

19. Nomina regum Tartarorum in Hungariam intrantium.

Rex regum et dominus Tartarorum, qui Hungariam intraverunt, Bathus suo nomine vocabatur. Rector erat sub ipso in militia potentior Bochetor appellatus. Cadan in probitate melior dicebatur. Coacton, Feycan, Peta, Hermeus, Cheb, Ocadar maiores reges inter Tartaros censebantur[9], quamquam essent inter eos alii reges quamplurimi, principes et potentes, qui cum quinquies centenis milibus armatorum regnum Hungarie invaserunt.

20. Quomodo Tartari Rusciam et Comaniam destruxerunt.

Hi[c] autem, quando Rusciam et Comaniam[d] totaliter et unanimiter destruxerunt, retrocedentes ad quatuor vel quinque dietas, intacta confinia Hungarie continua dimiserunt, ut, cum reverterentur, tam pro equis quam pro se victualia invenirent, et rumores ad Hungaros minime pervenirent. Cum quidem[e] victualia dictorum regnorum consumpsissent et Hungariam proponerent occupare, Bathus maior dominus, dimissa tota familia, solus cum suis militibus et non multis ad dictam portam Ruscie, que propior erat ad locum, in quo rex congregabat exercitum, recto tramite properavit, et expugnato exercitu comitis palatini, eandem portam obtinuit et intravit. Peta rex per Poloniam dirigens gressus suos, uno ab ipso de ducibus Polonie[10] interfecto, et destructa Vratislavia[f] civitate nobilissima et strage facta mirabili, ac[g] terram ducis Moravie, aliis ducibus prestare sibi auxilium nequeunti-

a) et *add. Bong.* b) *correxi H.-E.;* et quia *A. B.* c) Sic *B.* d) camoniam *B.* e) *sic B;* qdam *A;* quidam *Bong.* f) wratisl. *B.* g) in *add. A. B, quod delevi H.-E.*

1) Cf. quae Thomas Spalat. c. 37 (infra) narrat. 2) Waitzen. 3) Arad. 4) Csanad. 5) Mariam. 6) Fridericum II. 7) Stuhlweissenburg. 8) Alloquitur auctor Iohannem episc. Pestheniensem, cui opus dedicavit. 9) De his nominibus vide Wolff, 'Gesch. der Mongolen' (Breslau 1872) p. 289, n. 41. H.-E. 10) Heinrico duce Silesiae inferioris, qui 9. die Aprilis prope Liegnitz occubuit.

bus, simili crudelitate pervadens, ad portam Hungarie festinavit[1]. Rex Cadan inter Rusciam (1241.) et Comaniam[a] per silvas trium dierum habens iter sive viam, pervenit ad divitem Rudanam[2], inter magnos montes positam Theutonicorum villam, regis argentifodinam, in qua morabatur innumera populi multitudo. Sed cum essent homines bellicosi et armorum penuriam non haberent, audito ipsorum adventu, extra villam per silvas et montes eis obviam exierunt. Cadan vero respiciens multitudinem armatorum terga dedit, fingens fugam ante eos. Tunc populi cum victoria revertentes, armis depositis, inebriari vino, prout Theutonicorum furia exigit, inceperunt. Sed ipsi Tartari subito venientes, cum fossata, muros et munitiones aliquas non haberent, villam ex multis partibus intraverunt. Et licet hinc inde fieret magna strages, videns populus, quod eis resistere non valebat, se ad fidem eorum totaliter reddiderunt. Sed Cadan, sub sua protectione villa recepta, Ariscaldum comitem ville cum electis sexcentis armatis Theutonicis suis militibus associavit sibi, venire cum eis incipiens citra silvas. Bochetor autem cum aliis regibus fluvium qui Zerech dicitur[3] transeuntes, pervenerunt ad terram episcopi Comanorum[4], et expugnatis hominibus, qui ad pugnam convenerant, ceperunt terram totaliter occupare. Revertar igitur ad regem Hungarie, qui erat in dicta villa Pesth, ut processus eius plenius describatur.

21. Qualiter Tartari processerunt, postquam portam habuerunt.

Postquam autem maior dominus Bathus portam habuit, cepit villas comburere, et suus gladius non parcebat sexui vel etati, et ad regem quantum poterat festinabat. Et cum prope ad Pesth ad mediam dietam ante dominicam de passione Domini die Veneris (Mart. 15.) pervenisset, statim quosdam usque ad villam misit, comburendo, interficiendo, prout eis innata malicia ministrabat. Sequenti die misit alios vel eosdem, qui peragebant similia vel (Mart. 16.) peiora. Sed rex exire ad eos[b] aliquos ad faciendum congressum nullatenus dimittebat. Et illi, dum credebantur ire, revertebantur, et dum putarentur reverti, iterum ibant[c], diem in ludo totaliter expendentes. Cumque die dominico facerent illud idem, Ugolinus Colocensis (Mart. 17.) archiepiscopus hoc grave ferens quam plurimum, quod quidem[d] quasi predones tot bonos homines confundebant, et gravius, quod rex sibi et suis pusillanimus videbatur; propter quod contra mandatum regis cum paucis de suis foras exiens congressum habere voluit cum eisdem. Sed illi terga vertentes paulatim retrocedere inceperunt. Hoc archiepiscopus intuens, incepit eos equorum insequi pleno cursu. Tandem terra paludosa reperta, illi[e] velocius transierunt paludem. Hoc[f] archiepiscopus non advertens, cum proximus illis esset, festinus intravit, et[f] cum esset cum suis armorum pondere pressus, transire vel retrocedere nequierunt. Sed illi ad eos velocius revertentes circumdederunt paludem et in ipsos sagittas velut pluviam[g] emittentes, eosdem ibidem totaliter necaverunt. Cum tribus autem[h] vel quatuor evadens archiepiscopus, sic confusus remeavit ad villam, non modicam iram habens tam de suis perditis quam de eo, quod rex non fecit aliquem in sui subsidium properare.

22. Quomodo fuit destructa civitas Waciensis.

In dominica de passione pars exercitus Bathi regis regum accessit ad Waciam civita- (Mart. 17.) tem positam super ripam Danubii ad mediam dietam prope ad villam Pesth, in qua rex cum exercitu morabatur. Et capta civitate penitus et debellata, qui ad ecclesiam et ad pallacia ecclesie, que erant quasi castrum munita, recursum habuerant tam de civitate quam de circumpositis villis innumera populi multitudo, eos viriliter expugnaverunt, et thesauro ecclesie habito, canonicos et alias personas, dominas et puellas, quas noluerunt[i] interimere gladio[b], in igne totaliter cremaverunt. Et ita in dominica de passione Wacienses passi sunt, ut cum domino Ihesu Christo partem habere mererentur.

23. Quomodo dux Austrie insultum fecit in Tartaros.

Illud non est aliqualiter obmittendum, quod dux Austrie rogatus a rege venerat, sed

a) camoniam *B.* b) et *add. B.* c) veniebant *B.* d) quidam *emendandum videtur. H.-E.* e) huc *add. B.* f) *deest B.* g) pluvia *B.* h) tr. aut quattuor *B.* i) voluerunt *B.*

1) Qui exercitus Ungariam circiter Apr. 21. intravit, ut tradit fragmentum infra editum. H.-E. 2) Rodna in comit. Bistritz ad Szamos fl. [Quod oppidum captum est die paschatis, Mart. 31; cf. Cont. Sancruc. II, SS. IX, p. 640, et notitiam SS. XXIV, p. 65. editam. H.-E.] 3) Sereth fl. 4) Sc. Moldaviam.

1241. cum paucis, tamquam facti nescius, et inermis. Et cum aliqui ex Tartaris ad villam Pesth more solito advenissent, armis et equis sibi assumptis, obvius eis fuit. Et cum simul congredi[a] debuissent, illi terga dantes, prout assueverunt, abibant[b]. Sed dux, submisso equo subdens calcaria[1], quendam attigit[c], percutiens eum cum lancea taliter, quod lancee hasta fracta de equo ipsum prostravit ad terram. Alteri vero ipsorum canesio, id est maiori, volenti prostrato succurrere, armato more[d] iuxta sellam confestim arrepto mucrone, uno ictu brachium illius amputavit. Qui statim de sella corruens expiravit. Aliis in fugam conversis, prostratum ceperunt, ipsum vinctum cum equis ad exercitum adducentes. Propter hoc Hungari, assumpta materia, exprobrare regem ac exaltare ipsum ducem unanimiter inceperunt.

24. Quomodo Kuthen rex Comanorum extitit interfectus.

Cumque publica fama esset, quod Kuthen, qui cum suis, ut dictum est, prope ad regem in custodia tenebatur, esset tanti sceleris non immunis, et adhuc qui venerant Comani, non Tartari crederentur, clamabat totus populus contra eum: 'Moriatur, moriatur! ipse est qui destructionem Hungarie procuravit'. Et[e] pro ipso regi sepius exprobrantes dicebant: 'Pugnet rex noster, qui Comanos in nostrum odium introduxit'. Alii clamabant: 'Pugnet rex cum illis, quibus nostra predia sunt collata'. Rex, exprobrationibus frequenter auditis, misit hominem ad Kuthen, quod ad ipsum accedere non differret. Sed Kuthen, qui crebro acclamationes populi audiebat, timens penam, licet esset immunis a culpa, mandavit regi, quod ad ipsum nequaquam accederet, nisi sibi talem hominem destinaret, cui esset potentia ipsum ad eundem ducere[f] ac ipsum eruere de manibus populorum. Hoc regi nuncio referente, clamor factus est magnus in populo: 'Moriatur, moriatur'! Ac sic subito Hungari et Theutonici armati intrantes palacium, in quo erat, violenter ad ipsum accedere voluerunt. Kuthen vero cum suis, arreptis arcubus et sagittis, ad se ipsos accedere non sinebant. Sed populorum multitudine accedente, ceperunt eosdem, et cunctis in instanti capitibus amputatis, ea in populos per fenestras de palacio proiecerunt. Quidam autem volunt hoc facinus duci Austrie imputare[2], ab aliis vero de mandato regis dicitur esse factum. Tamen, postquam pro certo est compertum, quod Kuthen huius nequicie est expers, asserunt hoc verisimile non esse, quod rex, qui ipsum de sacro fonte levaverat et securitatem sibi dederat prestito iuramento, tantum facinus perpetrasset. Nolo quidem ego, qualiter hoc actum est, diffinire; diffiniat ille qui novit, et penam vel graciam unicuique iuxta opera sua reddet.

25. Quid fecerunt Comani audita morte regis ipsorum, et qualiter rex Bela contra Tartaros processit.

Tartaris itaque die noctuque in circuitu villas comburentibus, instabat Colocensis archiepiscopus apud regem, ut exiret cum exercitu contra eos. Igitur duce Austrie recedente, maxime cum maior regni exercitus advenisset, rex cum exercitu motus exiens, incepit paulatim procedere contra eos. Cumque Comani vocati contra Tartaros, ubicumque essent, in regis subsidium unanimiter advenirent, audita morte sui domini Kutheni turbati sunt graviter et commoti, quid deberent agere, ignorantes. Cum autem rumor de morte eiusdem increbruisset, Hungari villani, odiosi eis, ubique contra eos insurgere ceperunt, spoliando et interficiendo eosdem sine aliqua pietate. Qui cum taliter inspicerent se perimi[g], insimul congregati, non solum se defendere inceperunt, sed villas comburere et rusticos viriliter expugnare.

26. Quomodo evasit Chanadiensis episcopus manus Comanorum.

Sed cum Bulzo[3] Chanadiensis episcopus et Nicolaus, filius Bore, cum nobilibus multis uxores, filios et filias et familias ad partes superiores conducerent, ut postmodum ad regis exercitum festinantes accederent, obviantes Comani[h] inceperunt pugnam durissimam contra eos, et eis resistere nequeuntibus, sunt quasi omnes gladio interempti. Episcopus

a) *sic Bong.*; congregi *A. B.* b) abiebant *B.* c) attinxit *B.* d) *hoc corruptum quomodo emendandum sit nescio, vis vero loci fuisse videtur* a halteo, a cinctorio. *H.–E.* e) *deest B.* f) ducem *B.* g) peremi *B.* h) *correxi H.–E.*; Comanos *A. Bong.*; Comanis *B.*

1) Cf. Ovid. Ex Ponto II, 6, 38: *admisso subdere calcar equo.* H.–E. 2) Cf. Cont. Sancruc. II, SS. IX, p. 640: *rex nomine Gutan se ipsum interfecit . . prae timore ducis Austriae, qui domum illam impugnabat et tandem expugnabat.* 3) Alias Basilius dictus.

1241.

tamen cum paucis, in curru iacens infirmus, dum pugna fieret, est longius asportatus. Comani vero ut Tartari terram postmodum destruentes et convenientes in unum, ex ista parte Danubium transierunt, et sic destruendo inceperunt ad Marchiam properare. Illi autem de Marchia hoc scientes convenerunt in unum, et eis obviam exeuntes, congressum cum eis in finibus Marchie habuerunt. Et superati ab eis, preveniebant[a] unus alium fugiendo; et sic Comani ceperunt Marchiam nequiter expugnare, mortem sui domini crudeliter vindicantes. Nam cum interficiebant Hungaros, sic dicebant: 'Hunc ictum sufferas pro Kutheno'. Et destructis melioribus villis, scilicet Franka villa senatoria Sancti Martini[1] et aliis, et recepta multa pecunia, equis et pecoribus, destruendo terram in Bulgariam transierunt.

27. Quomodo Waradiensis episcopus per Tartaros extitit deceptus.

Benedictus quidem Waradiensis episcopus, per se de mandato regis magno exercitu congregato[b], volens in ipsius subsidium accedere, intellexit, quod Tartari civitatem Agriensem[2] destruxerant, hominibus de civitate et aliis, qui ad defensionem ipsius convenerant, aliis combustis, aliis gladio interemptis, spolia, thesaurum episcopi et ecclesie exinde asportabant. Unde sumens audaciam, pro eo quod paucis diebus elapsis congressum cum paucis eorum habuerat et prevaluerat contra eos, incepit post ipsos dimisso exercitu festinare, ut sibi posset fragmenta colligere, ne perirent. Hoc Tartari prescientes finxerunt se ire longius et steterunt. Et cum haberent equos plurimos, et ipsi pauci existerent, figmenta talia ordinaverunt. Fecerunt autem larvas et monstra quam plurima, ea super equos vacuos, tamquam si essent milites, ordinando, et equos illos sub quodam[c] monticulo paucis cum eis relictis servientibus dimiserunt, mandantes eisdem, ut, cum ipsi cum Hungaris congrederentur[d] ad pugnam, ipsi exirent acie ordinata et paulatim procederent versus eos. Et ipsi in planicie Hungaros expectabant. Quibus advenientibus, Boch comes et quidam[e] alii, qui de melioribus militibus Hungarie putabantur, qui cum episcopo venerant, ipsis visis, habenis equorum dimissis congressum habuerunt durissimum cum eisdem. Et cum essent Tartari numero pauciores, terga eis dare fingentes, versus monticulum retrocedere inceperunt. Et dum ipsi cum larvis exierunt sub monte[f], ut condictum erat, acie ordinata, Hungari hoc videntes et opinantes eis insidias factas, terga dederunt et fugam velociter inierunt. Tartari autem, mox in illos conversi, illos sequebantur eosdem prostrando[g], interficiendo, prout nequius crudelitates poterant exercere. Episcopus autem cum paucis reversus est Waradinum, et aliquantula mora facta, collectis aliquibus militibus transivit Danubium et evasit.

28. De infelici bello regis Bele cum Tartaris commisso.

Cumque rex, ut dictum est, egressus de villa Pesth progrederetur contra Tartaros cum multitudine armatorum, illi de combustionibus villarum reversi et subito insimul congregati per viam, per quam venerant, retroibant. Et sicut isti paulatim persequebantur eosdem, sic et illi tantum ante ipsos se fugere simulabant. Et cum ad quandam[h] aquam, que Sayo[3] dicitur, que non multum longe de Agriensi civitate fluit et intrat Ticiam, pervenissent, post aque transitum, qui fiebat per pontem, castrametati sunt et steterunt, ponentes in ponte custodes, qui noctis vigilias custodirent. Tartari quidem post transitum eiusdem paludis circa aquam se in planicie posuerunt. Et cum aqua magna existeret et lutosa[i], non erat eis credulitas[k], quod sine ponte transitus alicui esse posset. Rex suos interim hortabatur, ut ad pugnam viriliter se haberent, vexilla non pauca manu propria maioribus assignando. Hungari autem habebant hec omnia in derisum, de multitudine confidentes, ad pugnam tamen propter rationes superius assignatas cor et animum non habebant. Volebant quidem, quod rex perderetur[l], ut ipsi cariores postmodum haberentur, credentes plagam huiusmodi particularem quibusdam[m] et non omnibus generalem, sicut audierant quandoque in Hungaria esse factum. Nam intrabant Comani subito et aliquam partem terre, antequam convenirent Hungari, destruebant, festinantes postmodum ad recessum; et

a) *sic A;* pveniebant *B.* b) et *add. B.* c) quadē *B.* d) *emendavi H.-E.;* ingrederentur *A. B.* e) quidem *B.* f) et *add. A. B, quod delevi H.-E.* g) *sic A. B;* prosternendo et *Bong.* h) quādē *B.* i) quod *add. B.* k) crudelitas *B.* l) *sic vel* periret *corrigendum H.-E.;* perderet *A. B.* m) quibusdem *B.*

1) Quod Bonfinius et Wolff l. l. p. 294, n. 49. censent, duas villas hoc loco dictas esse, alteram Friburg ad fl. Pincam, alteram Sabariam, valde dubium videtur. H.-E. 2) Erlau. 3) Sajo fl.

1241. interdum Hungari idem[a] de Comania faciebant. Sed non sic, quia hec ultima primis minime responderunt. Tamen mille milites omni nocte ad custodiam exercitus ponebantur. Quid plura? Tartari vadum invenientes, longe ab exercitu[b] una nocte unanimiter transierunt, (Apr. 11?) et in aurora[1] totum regis exercitum circumdantes, sagittas emittere in exercitum sicut grandines ceperunt. Hungari vero[b], quia fuerunt taliter occupati et illorum preventi astucia, cum armati equos suos ascendebant, nequibant milites suos dominos et domini suos milites invenire. Et cum ad pugnam accederent, tepide ac remisse accedebant. Tanta enim[c] erat crebrosa emissio sagittarum, quod fere umbram pugnantibus faciebant, et sagitte, sicut (cf. Ps. 104, 34) locuste et brucus congregatim vadunt, per aera volabant. Et sic sagittarum ictus minime sufferre valentes infra circulum exercitus retroibant. Rex vero acies non poterat ordinare. Et si mixtim ex quacumque parte ibant Hungari ad pugnam, illi eis cum sagittis obviam venientes ipsos infra exercitum retrocedere faciebant, ita quod ipsi ex calore nimio et angustia maxima ad tantam lassitudinem venerant, quod rex et Colocensis archiepiscopus[2] qui anxii formidabant nec minis neque adulationibus ac monitionibus iam ad pugnam poterant aliquos destinare, ab aurora usque ad meridiem in tali angustia existentes. Tandem, iam cum deficere viderentur, dux Colomanus, frater regis, cum suis, quos in tanta pressura habere potuit, conflictum durissimum ex una parte exercitus habuit cum eisdem, pugne per magnum spacium diei insistendo; et dum crederet se per residuam exercitus partem adiuvari, deceptus est. Nam cum ex altera parte ad pugnam plurimi ire crederentur, ad pugnam non[d] ibant, sed Tartaris ultro parum secedentibus, illis per sui medium viam absque aliquali sagittarum emissione dabant. Quare Hungari plures et plures tali via potiti ab exercitu se subtrahebant. Et quanto plures transibant[e], tanto latior via per Tartaros illis dabatur; et in tanto conflictu non erat rumor vel verbum aliquod inter eos. Et cum rex illos ad conflictum ire crederet, ipsi exibant ad fugam potius quam ad pugnam. Tartari vero expectantes regis exercitum nullatenus se movebant. Et cum iam de multis partibus exercitui regio exitus pateret, rex ab illis incognitus cum paucis viam habuit versus silvam. Dux autem Colomanus direxit per aliam partem exercitus suum iter die noctuque in equis plurimis usque ad dictam Pesth, non per viam publicam, per quam Hungarica natio lubricabat, sed per devium laxatis equorum habenis ad portam Danubii festinabat. Et quamquam a burgensibus rogaretur, ut morulam faceret, quousque saltem pararentur naves ad transitum dominarum uxorum illorum, teneri tamen non potuit nec ad id induci; dicebat enim, quod de se quilibet cogitaret[3]. Adventum enim persequentium metuens solus confestim transivit et fugit in Simigium, ad quendam locum, qui dicitur Segusd[f, 4]. Et licet burgenses de Pesth cum familia ad transitum festinarent, prius tamen supervenerunt Tartari, et qui non fuerunt in Danubio suffocati de burgensibus, extiterunt gladio interempti.

29. De fuga episcopi Quinque-ecclesiensis.

Intuens autem Bartholomeus episcopus Quinque-ecclesiensis destructionem exercitus et advertens, quod quidam[g] de Tartaris in exercitum irruentes castra plurima comburerent, similiter non per viam publicam, sed per campum cum multis militibus fugam iniit. Et cum pauci de Tartaris equos post eos mitterent pleno cursu, Ladislaus comes, qui ad regem multis vexillis extensis cum sua milicia veniebat, nil de gestis ipsis presciens supervenit. Episcopus Hungarica vexilla cognoscens ad comitem declinavit. Tartari vero, multitudinem advertentes, abierunt retrorsum et alios insequi curaverunt. Et sic ipse comes cum episcopo abeuntes ab ipsorum manibus evaserunt.

30. De episcopis et aliis clericis in dicto bello interfectis.

De fugientibus quoque per amplam viam versus Pesth et in exercitu remanentibus facta est tanta strages, totque[h] milia sunt hominum interempta, quod estimatio fieri non valet,

a) iidem *B.* b) et *add. B.* c) *deest B.* d) non tamen ad p. ibant *B.* e) transiebant *B.* f) fegusd *A. Bong.* g) quidem *B.* h) que *deest B.*

1) Die Apr. 11. hoc proelium commissum esse tradit notitia edita SS. XXIV, p. 65. Wolff l. l. p. 308, qui eam nondum legerat, hoc Apr. 27. factum esse coniecit. H.-E. 2) Ugolinus. 3) Aliter haec et meliora de Colomano tradit Thomas Spalat. c. 37. infra. Rogerius etiam non dixit Colomanum in proelio graviter vulneratum esse, ex quo vulnere non multo post obierit. H.-E. 4) Segesd in comitatu Somogy.

nec referentibus fides propter innumeram cladem leviter adhibetur. Maiores tamen de clericis cecidere: Mathias Strigoniensis archiepiscopus, quem rex tum propter fidelitatem, tum quia insimul nutriti erant, magis diligebat et eius consiliis magna sub confidentia in rebus arduis utebatur; Ugolinus Colocensis archiepiscopus, nobilissima ortus prosapia, magna et ardua mundi negocia obmissis minimis disponens; hic erat, sub cuius fiducia nobiles Hungarie respirabant, hic erat, sub cuius fiducia maiores et mediocres humiles se reddebant; Georgius episcopus Iauriensis[1], qui et nobilis fuit moribus et peritus scientia litterarum; Reynoldus Ultrasilvanus[2] episcopus et ecclesie Nitriensis episcopus[3], qui fuerat laudabilis vite et morum honestate preclarus; Nicolaus Scibiniensis[4] prepositus, regis vicecancellarius, nobilibus natalibus ortus, qui unum de maioribus, antequam se necis necessitati subiceret, cruentato gladio iugulavit; Eradius archidiaconus Bachiensis[5]; magister Albertus, Strigoniensis archidiaconus, qui circa fluenta iuris prelatus alios meruit edocere. Ipsorum quoque corpora diris mucronibus taliter sunt mactata, quod post recessum eorum, quamquam multum exquisita fuerint, nequierunt ullatenus reperiri. De numero vero laicorum maiorum et minorum, qui suffocati fuerunt paludibus et aquis, igne concremati et gladio interempti, nulli mortalium possit fieri certitudo. Nam per campos et vias iacebant corpora multorum mortuorum, aliqua capite diminuta, aliqua frustratim divisa, in villis et in ecclesiis, ad quas recursum habuerant, plurima[a] concremata. Hoc exitium, hec pernicies et hec strages tenebat duorum dierum itinera occupata, totaque terra erat sanguine rubricata; et existebant corpora super terram, sicut stant ad pascua per deserta greges pecorum, ovium et porcorum, et sicut in lapicidinis secti lapides ad structuras. Habuit igitur aqua corpora mortalium suffocata; hec sunt a piscibus, a vermibus, ab avibus in aquis degentibus devorata. Terra illorum corporum dominium est adepta, que occubuerunt venenatis lanceis, mucronibus et sagittis; hec sanguine cruentate celi aves et dentate bestie, tam domestice quam silvestres, morsu usque ad ossa nequissime corroserunt. Ignis illa tenuit, que cremata sunt in ecclesiis et in villis. Interdum ignem ex crematione huiusmodi pinguia extinguebant. Hec consumi nequeunt modico temporis intervallo. Nam inveniuntur[b] in locis plurimis usque ad tempora longiora ossa denigratis pellibus non consumptis involuta, pro eo quod quibusdam[c] bestiis esce placide non existunt, nisi aliter destruantur. Cum autem in dominium trium elementorum universa corpora transivissent, videndum est, quid quarto reliquerint[d] elemento. Ad aerem igitur, qui quartum dicitur elementum, alia tria fetorem omnium corporum transmiserunt, et sic ex fetore corruptus est et infectus, quod homines, qui per campos et vias et silvas ex vulneribus remanserant semivivi, ex infectione aeris, qui forte vivere poterant, expiraverunt. Et sic aer huius crudelis exitii non est expers. De auro igitur et de argento, equis, armis, vestibus et rebus aliis tot hominum, qui occubuerunt tam in prelio quam in fuga, quid[e] dicetur? Equi cum sellis et[a] frenis sine sessoribus per prata et nemora discurrebant, et ex strepitu erant facti adeo furibundi, quod insanire[f] penitus videbantur. Et sic eos territos, cum nequirent proprios dominos reperire, oportebat aut mori gladio aut subicere se dominio exterorum[g]; quorum hinnitus[h] haberi poterat pro gemitu atque fletu. Argentea quoque vasa et aurea, serice vestes et alia hominibus oportuna per campos et silvas a fugientibus proiecta, ut ipsi velociori cursu manus insequentium evaderent, non habebant aliquos collectores. Tartari[i] tantum interfectionibus hominum insistentes[i] de spoliis minime curare videbantur.

31. Quomodo Tartari habita victoria spolia diviserunt, et quomodo invento regis sigillo ficticias litteras scripserunt.

Habita de tanto exercitu victoria et triumpho, captaque depredatione huiusmodi cum tumultu, et vestimentis mixtis sanguine, equis, auro et argento, effusa rubigine rubricatis, tamquam congeriebus lapidum et acervis frugum insimul adunatis ad divisionem et ad partitionem eorum: herus cum elegantioribus de Tartaris, ex partitione huiusmodi subsecuta reperto sigillo regis penes cancellarium, cuius caput a corpore diro mucrone deme-

a) *deest B.* b) inveniantur *B.* c) quibusdem *B.* d) relinquerunt *B.* e) quid dicetur *iam post* rebus aliis *positum in B.* f) insaniem *B.* g) exteriorum *B.* h) *sic Bong.;* humitus *A. B.* i) tartaris . . . insistentibus *B.*

1) Raab. 2) Weissenburg in Siebenbürgen. 3) Iacobus. 4) Hermannstadt. 5) Bács.

1241. tant, iam confisi de terra et timentes, ne populi, profligatione regis audita, manus per fugam effugerent eorundem, diligenter advertite astutiam, quam fecerunt.

Primo totam Hungariam ultra Danubium diviserunt[a] et assignaverunt unicuique de maioribus Tartarorum regibus, qui adhuc Hungariam non intraverant, partem suam, significando eis rumores, et quod festinarent, quia iam eis obstaculum nullum erat. Et fecerunt scribi per quosdam[b] clericos Hungaros, quos adhuc ad vitam servaverant, maioribus omnibus et popularibus per totam Hungariam existentibus sub nomine regis multifaria[c] ficticia litterarum sub hac forma: *Canum feritatem et rabiem non timeatis nec vestris de domibus vos movere audeatis. Licet enim propter quandam improvisionem tum castra, tum tentoria reliquerimus*[d], *paulatim tamen, Deo nobis propicio, eadem recuperare intendimus, contra illos prelium virtuosum instaurantes. Unde tantum orationi vacetis, ut misericors Deus adversariorum nostrorum capita a*[e] *nobis permittat malleari.* He fuerunt littere per quosdam[b] Hungaros, qui iam eis adheserant, destinate, qui me ac totam Hungariam destruxerunt. Nam tantam illarum certitudini litterarum fidem dedimus, quod, licet omni die contrarium cerneretur, tamen, quia in terra illico guerrarum turbatio supervenit, ob hoc ad sciendum rumores nuncios mittere nullatenus poteramus contrariumque credere nequibamus. Et sic Hungaria occupata viam non potuit[f] habere fugiendi. Sed quia processum regis dimisimus indiscussum, revertamur ad progressum suum vel, quod verius est, ad egressum.

32. Quid fecit rex Bela post debellationem sui exercitus, et qualiter per ducem Austrie captus fuit pariter et spoliatus.

Ipso itaque rege de exercitu profugato, die noctuque cum paucissimis versus confinia Polonie habuit iter suum et inde directo tramite, ut reginam posset attingere, que in confinio Austrie morabatur, quantum poterat properabat. Dux Austrie, hoc audito, iniqua in corde concipiens contra eum, sub nomine amicitie obvius sibi fuit. Sed rex armis exutus, dum prandium pararetur, modico temporis intervallo somnii quietem capescebat[g] iuxta aquam, utpote qui solo nutu Dei evaserat inter tot diras sagittas et gladios venenatos et tam longo[h] fuerat itinere fatigatus. Qui tandem excitatus a somno, cum ducem vidit, letatus est valde. Dux autem regem inter alia consolatoria verba petiit, ut Danubium transiret et[i] ibidem securius quiescere et morari posset. Rex vero, his auditis, tamquam innocens nihil mali suspicatus, dictis ducis acquievit. Dicebat enim dux se castrum[1] ex altera parte habere et ibidem regem melius honorare posse, cum tamen in animo non honorare, sed confundere illum habebat propositum. Et cum se[e] rex Scillam[k] vitare crederet, incidit in Caribdim[2], et sicut[l] piscis volens vitare frixorium, ne frigatur, ad assandum proicit se ad prunas[m], credens malum effugere invenit nequius. Nam dux Austrie astutia excogitata cum rege suum ad libitum potitus extitit, ab eo quandam pecunie quantitatem, quam dicebat olim ab eo regem extorsisse, repetiit. Quid plura? Rex manus illius evadere nequivit, quousque partem eiusdem pecunie in prompto, partem in vasis aureis et argenteis illi persolvit; pro parte autem tres comitatus sui regni illius terre contiguos[3] illi obligavit. Et licet ipsa vasa aurea et argentea maioris fuerint estimationis, tamen dux illa solum in duobus milibus marcarum simul cum lapidibus preciosis recepit. Dux autem illico castrorum illorum comitatus corporali possessione est adeptus et illa ex propriis pecuniis contra Tartaros fecit reparare. Si queratur, quanta fuit pecunie quantitas, est ignotum. Nam alii de septem, quidam de novem, ceteri de decem marcarum milibus referebant. Sed de veritate liquere non poterat, quia secrete contractus fecerant et firmaverant propriis iuramentis. Quibus expeditis, ad reginam, que non multum distabat, quantum potuit festinavit (Maii 18). et una cum ipsa sine tractu more Stephanum Waciensem episcopum ad imperialem et Romanam curiam pro subsidio destinavit[4]; et interim circa Segesdinum[5] cum illis, quos aggregare potuit, moram traxit.

a) dimiserunt *A. B.* b) quosdem *B.* c) multavaria *B.* d) relinquerimus *B.* e) *deest B.* f) potui *fortasse corrigendum H.–E.* g) vellet somnii quietem capescere *B.* h) longum f. iter suum qui excit. a s. *B.* i) ut *Bong.* k) stillam *A. B*; Scyllam *Bong.* l) sic *B.* m) pruinas *B.*

1) Fortasse Hainberg; Ficker, 'Herzog Friedrich der letzte Babenberger' p. 100. 2) Auctor laudat versum vulgatissimum. 3) Forte Wieselburg, Oedenburg, Eisenburg comitatus. 4) Vide Belae regis epistolam ad papam datam Zagrabiae die Maii 18, quam episcopus secum tulit, Theiner, Vet. mon. Hung. sacram ill. I, p. 182, nr. 335. Cf. epist. Friderici imp., Reg. imp. V, 1, nr. 3216, SS. XXVIII, p. 211. H.–E. 5) Segesd.

33. Quomodo dux Austrie spoliavit fugitivos Hungaros, et de insultu Theutonicorum[a] in Hungariam facta.

1241.

Dux, prospecto iam, quod Hungari essent unanimiter in fuga, sibi multos milites aggregavit, eos contra Hungaros in Hungariam transmittendo. Et sic Tartari ex illa parte Danubii destruebant, et ex ista Theutonici depredabantur et villas, prout poterant, comburebant, ita quod civitatem Iauriensem intrantes, castrum ceperunt et illud moliti[b] sunt per violentiam obtinere[1]. Hungari vero de partibus illis convenientes[c] in unum, ad civitatem manu armata euntes, civitatem ceperunt et omnes in castro Theutonicos cremaverunt. Dux nimio furore repletus, propter hoc candescens[d] contra Hungaros fugientes a facie Tartarorum, quos in Austria collegerat[e] et quibus fidem promiserat, non contentus de eo quod regi fecerat, petiit ab eis pro castrorum et civitatum custodia quandam pecunie quantitatem. Et sic hac occasione inventa, cum tam Theutonici quam Hungari essent multum divites in pecunia et rebus, eos usque ad extremam exinanitionem nequiter spoliavit. Et miseri Hungari devorabantur ubique morsu amarissimo a sevis bestiis dentatis et postmodum nudi in aridam proiciebantur et evomebantur[f]. Sed his expeditis, referamus de regibus Tartarorum, qui postmodum Hungariam intraverunt.

cf. Ion. 2,11.

34. Quomodo Tartari Waradiensem civitatem expugnaverunt, et quomodo amplius ad Pontem-Thome et alias processerunt.

Cadan rex, ut in alia parte dictum est[2], Rudana expugnata et capto Ariscaldo[g] comite, elegantiores sexcentos armatos Theutonicos elegit, qui sub iurisdictione[h] dicti comitis extiterunt. His prestantibus ducatum Tartaris, per silvas et nemora, rupes et precipicia prope Waradinum civitatem subito advenerunt. Et quia civitas multum erat in Hungaria nominata, undique illac nobiles, tam domine quam mulieres populares innumerabiles convenerant. Et licet episcopus[3] cum quibusdam canonicis exinde recessisset, ego tamen cum remanentibus eram ibi. Et cum castrum ex una parte dirutum cerneretur, amplo muro illud fecimus reparari, ut, si civitatem defendere non possemus, ad castrum refugium haberemus. Et cum uno dierum subito advenissent, et esset in civitate sub quodam dubio mora mea, castrum intrare nolui, sed aufugi[i] in silvam, in[k] qua diu, prout potui, latitavi. Ipsi tamen subito civitatem capientes et pro maiori parte comburentes, tandem nihil extra muros castri penitus dimiserunt, et receptis spoliis, tam viros quam feminas, minores et maiores interfecerunt in plateis, domibus et campis. Quid plura? Non pepercerunt sexui vel etati. Quibus peractis, subito exinde recesserunt et omnia in recessu receperunt et longe a castro se per quinque milia posuerunt et ad castrum per multos dies nullatenus accesserunt, sic quod illi de castro cogitabant eos propter castri fortitudinem recessisse. Nam magnis munitum erat fossatis et turribus ligneis super muros, et multi loricati milites erant ibi, ita quod, dum Tartari ad respiciendum interdum accederent, milites Hungari velociori cursu eos insequi procurabant. Et cum plurimis diebus ad castrum non accederent, et crederetur, quod ex toto exinde recessissent, milites et alii, qui in castro erant, de recessu eorum habentes fiduciam, castrum quamplurimi exierunt et domos, que remanserant, extra castrum ceperunt communiter habitare. Et sic in aurora eos Tartari, qui ubi essent, nescire[l] poterant, invadentes, magnam ipsorum partem, qui nequierunt ad castrum fugere, necaverunt. Et castrum illico circumdantes, ex opposito ad murum novum septem machinas posuerunt et die noctuque cum eis emittere lapides, quousque novus murus dirutus est ex toto, nullatenus cessaverunt; et turribus dirutis atque muris, congressum dederunt, et castro per violentiam occupato, ceperunt milites et canonicos et alios, qui non fuerunt in occupatione castri gladio interempti. Domine vero, domicelle et puelle nobiles se in ecclesiam kathedralem recipere voluerunt. Ipsi vero Tartari fecerunt arma a militibus sibi dari et per tormenta durissima quicquid habuerunt a canonicis extorserunt. Et quia kathedralem ecclesiam subito

a) Theutunorum *h. l. A. B*; Theutonorum *Bong.* b) molliti *A. B.* c) consequentes *B.* d) scandescens *B.* e) colligerat *B.* f) vom. *B.* g) *sic supra c.* 20; Aristaldo *h. l. A. B.* h) iurisditione *B.* i) affugi *B.* k) in q. *des. B.* l) scire non *Bong.*

1) Haec quando facta sint, non satis constat; Ficker l. c. p. 105, mensibus Iunio et Iulio haec adscripsit; Schwammel, 'Der Antheil d. oesterr. Herzogs Friedrich a. d. Abwehr d. Mongolen', in 'Zeitschr. f. oesterr. Gymn.' VIII, p. 692, m. Octobri haec facta esse censet. 2) C. 20. 3) Benedictus; cf. supra c. 27.

1241. intrare nequierunt, igne apposito ecclesiam et dominas et quicquid erat in ecclesia combusserunt. In aliis vero ecclesiis tot scelera de mulieribus patrabant, quod tutius est subticere, ne homines ad nequissima instruantur. Nobiles, cives, milites et canonici extra civitatem in campo fuerunt omnes sine aliqua pietate iugulati. Post hec sanctorum sepulchra totaliter everterunt et pedibus sceleratis reliquias calcaverunt, thuribula, cruces et calices aureos et vasa aurea et alia dedita ad altaris ministeria comminuerunt. Introducebant in ecclesias mixtim viros et mulieres et post turpem[a] illorum abusionem eosdem[b] ibidem necabant. Postquam autem omnia eversa sunt, et fetor intolerabilis procederet ex corporibus defunctorum, exinde recesserunt, et tantum locus solus remansit. Homines, qui per silvas circumpositas latitabant, convenerunt ibidem, ut aliqua comestibilia invenirent. Et cum verterent lapides et corpora mortuorum, Tartari subito sunt reversi et vivum de viventibus, quos ibi reperiebant, neminem dimiserunt. Et sic usque ad extremum fiebant quotidie nove strages. Et cum plures interficere non haberent, ex toto abinde recesserunt. Nos vero, qui in silvis inter indagines morabamur, de nocte fugam inivimus versus Pontem-Thome, magnam Theutonicorum villam super fluvium Crisii[1] positam. Sed Theutonici nos transire per pontem nullatenus permiserunt, immo instíterunt quam plurimi, ut una cum eisdem villam eorum bene munitam defendere deberemus; quod plurimum displicebat. Tamen ad quandam divertimus insulam, que contra Tartaros per homines de Agya et Waydam[c], de Geroth et de pluribus aliis circumiacentibus villis fortiter parabatur. Cum[d] ultra procedere non auderem, cepi ad procuratoris et omnium loci illius instantiam moram ibidem trahere cum eisdem. Nam nullus in pretactam insulam intrare poterat, nisi per quandam viam artissimam et minutam, ita quod per miliare in illa via tres porte cum turribus facte erant, et preter has erant ad miliare fortissime indagines circumquaque. Et cum ita munitum locum adverterem, placuit mihi, et remansi. Sed consuetudo insule illa erat, quod ingressum prebebat singulis, sed regressum omnibus denegabat. Et cum aliquibus diebus ibi[e] cum mea familia essem, per exploratores nostros percepimus, quod propius Tartari veniebant. Exivi secrete insulam, ut viderem, quomodo equos poteramus conservare, et uno ductore conducto et uno serviente, quoniam[f] quilibet nostrum tres equos habebat, de nocte versus Chanadinum civitatem super fluvium Morisii[2] positam, que distabat ab illo loco ad octo miliaria, properavimus. Et cum per totam noctem iremus, quantum equi poterant nos portare, in aurora pervenimus Chanadinum. Sed precedenti die a Tartaris, qui per aliam partem intraverant Hungariam, captum fuerat et destructum, et[e] partes illas totaliter occupaverant, ita quod fluvium nequivimus pertransire. Et cum equi lassi essent, et homines huc et[e] illuc de partibus illis se absconderent, retrocedere nullo modo poteramus, et sic in quibusdam domiculis, equis dimissis, in quibusdam foveis illo die nos oportuit latitare. Adveniente tandem nocte ad locum pristinum[g] non sine difficultate nimia cepimus[h] in timore transire per medium Tartarorum, curvatoque supercilio cum pudore insulam reintravimus. Et cum in tali periculo moraremur, servientes mei, qui ad[e] equos exterius vigilabant, et alii qui mecum erant cum pecunia, quam habebam, et vestibus de insula aufugerunt[i], et in fuga inventi per Tartaros sunt gladio interempti, me cum uno serviente quasi nudo in insula permanente. Post hec statim invaluere rumores, quod dictum Pontem-Thome, Theutonicorum villam, in aurora Tartari occupaverunt, et quos tenere noluerant horrenda crudelitas acerbitatis gladio dire iugulavit. (Iob. 4, 15.) Quo audito inhorruerunt pili carnis mee, cepit corpus tremere ac pavere, lingua miserabiliter balbutire, perspiciens, quod dire mortis articulus, qui iam vitari non poterat, imminebat. Trucidatores cordis oculis intuebar, caro sudorem[k] mortis frigidissimum emittebat. Videbam et mortales, mortem expectantes assidue, non posse manus ad[l] arma extendere, erigere brachia, pedes ad defensionis loca movere, oculis terram prospicere. Et quid plura? homines conspiciebam ex timore nimio semivivos. Et cum essem in extasi positus, affuit mihi misericordia Ihesu Christi, et tamquam unus de maioribus, ut melius[m] muniremur, insule populum convocavi. Cuius rei occasione cum populo sum egressus insulam, et acceptis duobus pueris, procuratoris et hospitis mei filiis, et unico serviente, qui mihi remanserat, longius ire simulans, in silva inter indagines latitavi[n],

a) turbem *B.* b) easdem *B.* c) waidam *B.* d) Ego cum *Bong.* e) *deest B.* f) quorum *B.* g) p̄stinum *B.* h) incep. *B.* i) affug. *B.* k) sudore *B.* l) et *B.* m) et more stalico *add. B.* n) latitati *B.*

1) Körös. 2) Maros.

puerorum patri renuncians, quod propter timorem nolebam insulam reintrare, et cogitans, 1241.
quod, si mecum abconsos suos tenerem filios, ipse mihi necessaria transmitteret. Et cum summo diluculo victualia mitterentur, illico Tartari advenerunt, insulam circumdantes. Et cum darent intelligere, quod vellent per aquam insulam expugnare, populus insule deceptus
5 ad protegendum illas partes flexus est. Tartari vero, ex alia parte in portas presidio nudatas irruentes, illas expugnarunt et in insulam intrantes non invenerunt aliquem de nostris, qui sagittam emitteret vel in equo vel[a] pedibus obvius illis foret. Que et qualia, quot et quanta iniqua ibi et crudelia perpetraverunt, non solum visui essent terribilia, sed perhorrescerent homines audire[b]. Et exinde spoliis asportatis, denudata mulierum et hominum
10 corpora, quedam frustratim divisa, quedam integra remanserunt. Et cum plurimi, qui latitaverant, opinarentur eos post diem tercium recessisse, pro acquirendis victualibus recursum ad insulam habuerunt, et occupati a Tartaris, qui se ibi absconderant, paucissimi evaserunt. Ego vero per silvas tamquam profugus omnium destitutus auxilio mendicabam, et cui magna donaveram, vix mihi elemosinam porrigebat, ita quod necessitate famis et
15 sitis me acrius perurgente de nocte compellebar intrare insulam et corpora evertere mortuorum, ut sepultam farinam et carnes ad esum mihi vel aliud comestibile invenirem; et de nocte quicquid inveniebam, id ad silvas longius asportabam. O attendite et videte, quam illa pessima vita erat! Post decimum vel vigesimum diem intravi insulam evertere corpora mortuorum: quantus ibi poterat esse luctus, quantus ibi poterat esse fetor, quantus
20 poterat esse timor, advertite. Non est homo, ut opinor, qui tantis in animum reductis penarum generibus non terreretur[c]. Oportebat me invenire cavernas vel foveas facere vel arbores querere perforatas, in quibus me possem recipere, cum illi densitatem veprium, opaca nemorum, aquarum profunda, intima[d] solitudinum tamquam canes, lepores et apros investigantes percurrere videbantur. Silvas has per mensem et amplius quesierunt, et cum
25 per ipsa loca populos nequirent interimere universos, se ad novum genus fraudis taliter converterunt.

35. Quomodo Tartari illos qui se in silvis absconderant deceperunt.

Ceperunt aliquos per silvas latitantes et eosdem sub hac voce miserunt, quod quisquis[e] vellet ad fidem eorum se dare, securus reditus infra certum terminum ad propria
30 veniendi[f] daretur ei. Quorum verbis, cum homines iam propter victualium penuriam morerentur, totaliter crediderunt, et sic omnes, qui remanserant, ad domos proprias sunt reversi. Et cum silve magne essent, erat adhuc populus infinitus, qui latitabat[g], ita quod ad tres dietas terra facta est populosa; et quelibet villa elegit sibi regem de Tartaris, quem optavit. Quo facto, cum essent tempora messium, fruges unanimiter collegerunt et eas
35 ac stramina et fenum et alia ad horrea congregabant. Stabant nobiscum Tartari et Comani simul, videbant quamplurimi et gaudebant, letabantur, quod patres per filias, mariti per uxores, fratres per sorores pulchras vitam redimebant, illas ad libitum eorum conservantes; et pro quodam[h] illis fiebat solatio, ut in conspectu patris vel mariti uxor vel filia stuprabatur. Constituerunt canesios[i], id est balivios[k], qui iusticiam facerent et eis equos, ani-
40 malia, arma, exenia et vestimenta utilia procurarent. Et sic procurator meus de istis dominis erat unus et[l] pene mille villas regebat, et erant canesii fere centum. Pacem habebamus et fora, iustaque unicuique iusticia servabatur. Eis mittebantur pulcherrime puellarum, sed oves, boves vel equos ductores pro tali exenio reducebant. Conveniebant canesii pene qualibet septimana. Ego vero sepius, ut vitam eorum aspicerem et aliquos de maioribus nosce-
45 rem et ut addiscerem, si via redemptionis aliqua se offerret, ad eos cum meo canesio accedebam. Quadam vice preceperunt omnes canesii in mandatis, ut de certis villis viri[m] et mulieres puerique simul cum muneribus in eorum presentiam venirent. Timebamus de hoc rumore non modicum, causam rei penitus ignorantes. Elegi igitur potius cum ipsis canesiis ad exercitum ire quam sub tali dubio in villa remanere. Quare nudi et discalciati
50 ad custodiam curruum in quibusdam tentoriis Hungarorum, qui iam Tartari in suis operibus effecti erant, remansimus. Canesii vero ad recipienda munera accesserunt; qui, muneribus receptis, omnes presentantes in quandam vallem duxerunt enormiterque spoliatos et denudatos ibidem interfecerunt.

a) et *B.* b) adaudire *B.* c) quisque eisdem penis consideratis *add. B.* d) nimia *B.* e) quisque *B.* f) venire *B.*
55 g) latitabant *B.* h) quadam *B.* i) caneseos *B.* k) balimos *A. B.* l) *deest B.* m) homines *B.*

36. Quomodo presentis carminis auctor ad manus Tartarorum devenit.

1241. Et cum ad me rumores huiusmodi pervenirent, ditioni cuiusdam Hungari facti, ut dixi, operibus Tartari me submisi[a], qui in suum servum admittere pro magna gratia me est dignatus. Et cum per aliquot dies cum ipso permansissem, mortem semper pre corde preque oculis habebam. Conspexi inter hec Comanos infinitos et Tartaros cum spoliis, curribus oneratis, pecoribus, iumentis et aliis utensilibus undique revertentes. Et cum inquirerem, quid hoc esset, responsum est, quod ipsi una nocte dimissas omnes et singulas villas circumdantes[b] (cf. Ier. 46, 10.) inebriaverunt gladios in sanguine occisorum, ita quod in omnibus illis villis paucissimi evaserunt, qui in silvis et cavernis se abscondere potuerunt, ita quod remansit provincia totaliter desolata. Verumtamen nec fruges nec stramina nec domos aliquas combusserunt, sed in preservationem[c] vite omnia hec induxerunt. Pro eo conieci firmiter ipsos velle in illis partibus hiemare vel familias suas dimittere, ut in hieme pro equis domos et victualia invenirent. Quod totum postmodum didici esse verum. Nam[d] populos vivere ad tempus dimiserant ad cautelam, ut in unum segetes congregarent et vindemiarent vineas, sed nolebant, quod illi consumerent congregata.

37. De destructione Nove-ville et monasterii de Egres.

Quid plura? Versus Orodinum[1] et Chanadinum procedere inceperunt, in medio eorum Nova-villa dimissa, nomen cuius Perg fuerat[2], in qua homines 70 villarum fuerant congregati, et dimisso monasterio Egres[3] Cisterciensis[e] ordinis, in quo tamquam munito castro se milites et multe domine receperant. Nec Tartari loca illa aggredi voluerunt, quousque circumcirca esset terra totaliter desolata. Sed interdum aliqui accedebant et ab Hungaris militibus per magnum terre spacium fugabantur[f], ita quod credebant firmiter se intactos propter suam potentiam remanere. Tandem post totius terre illius desolationem Ruthenorum, Comanorum, Hungarorum captivorum, paucorum etiam Tartarorum multitudine adunata, villam magnam undique circumdantes, ad pugnam captivos Hungaros premiserunt, et illis interemptis totaliter, Rutheni, Ismahelite, Comani postmodum pugnaverunt. Tartari vero retro[g] post omnes stantes ridebant de casu et ruina illorum, et retrocedentes a pugna, suorum dabant quamplurimos voragini[h] gladiorum, ita quod, ipsis diebus et noctibus pugnantibus per unam septimanam et fossatis impletis, ceperunt villam. Milites igitur[i] et dominas, que multe erant extra in campo, in una parte et rusticos in alia posuerunt, ac pecunia, armis, vestibus et aliis bonis receptis ab eis, et quibusdam dominabus[k] puellis reservatis ad vitam et ad lusum eorum deductis, cum securibus et gladiis omnes crudeliter interfecerunt. Illi quidem solummodo remanserant, qui inter mortuos repentino casu decidentes, alieno sanguine cruentati, se occultare valuerunt. O dolor, o crudelitas et rabies immanis[l] populi immensa! Nam qui[m] tante gentis cladem sana mente consideraret, hunc locum agrum sanguinis (Math 27, 8.) debite dicere posset. Tandem post paucos dies dictum claustrum sive monasterium Egres obsederunt, et appositis eidem multis machinis, cum in ipso existentes nequirent resistere, ad manus et fidem ipsorum se, ut vita potirentur, reddiderunt. Sed de ipsis quod et de aliis factum est, exceptis quibusdam monachis, quos abire libenter permiserunt, et ad abusum eorum retentis quibusdam dominabus et pulcherrimis puellis[n]. Quid amplius? Si describerentur singulariter pugne singule et crudelitates nimie, que fiebant, legentium corda perterrerent[o] et terribili sonitu tinnire facerent aures. Si huiusmodi rumores horribiles essent diffusi per orbem mundi, principes aliter cogitarent. Ecce per estatem illam usque ad confinia Austrie, Bohemie, Moravie, Polonie, Slesie et Comanie usque ad Danubium communiter omnia[i] destruxerunt.

38. De astutia Tartarorum ad transeundum Danubium exquisita.

Sed cum Strigonium in Hungaria omnes et singulas precelleret civitates[p], maxime cogitabant transire Danubium et ibi figere castra sua. Et[i] ecce in hieme nivis et glaciei abundantia supervenit, ita quod Danubius, quod non acciderat a multis retroactis tempori-

a) submissi *A.* b) cruore *add. B.* c) desperationem *B.* d) quod *B.* e) Cisterchieñ *B.* f) fugebantur *B.* g) retris *B.* h) voragoni *A.* i) *deest B.* k) *correxi H.-E. (cf. l. 40)*; duabus *A. B.* l) in mani *A*; imani *B.* m) quis *B.* n) et *add. B.* o) perterrirent *B.* p) cives *B.*

1) Arad. 2) Hunc locum Nagy-Lak opp. ad Maros fl. fuisse censet Katona, Hist. regum Hungar. V, p. 1008. 3) Ad Maros fl. prope Csanad sito.

bus, gelabatur. Sed Hungari ex ipsorum parte singulis diebus frangebant glacies et custodiebant Danubium, ita quod assidue fiebat pugna peditum super gelu. Tamen cum dire glacies advenerunt, totum Danubium congelatum est, sed isti transire cum equis nullatenus attentabant. Advertite igitur, quid fecerunt. Multos equos et animalia super ripam Danubii adduxerunt et neminem per tres dies ad eorum custodiam dimiserunt, ita quod bestie sine custodibus pergere videbantur, nec aliquis eorum in illis partibus apparebat. Tunc Hungari, credentes Tartaros recessisse, subito transierunt et omnia illa animalia per glacies transduxerunt. Quod Tartari advertentes, cogitarunt posse in equis transire libere super gelu. Quod et factum est, et tot uno impetu transierunt[1], quod ex ista parte Danubii terre faciem impleverunt. Rex autem Cadan post regem Hungarie properavit, qui in Sclavonia, tamquam qui nullum habebat subsidium, morabatur. Sed ipse huius facti prescius fugam iniit, et cum ipse maritima castra acceptare nequiret, ad insulas[2] pertransivit, ita quod usque ad recessum eorum eum insule tenuerunt. Videns Cadan rex, quod eum habere non posset, destruxit Boznam, regnum Rascie et inde in Bulgariam pertransivit.

1241. (Dec. 25.) 1242.

39. Quomodo Tartari Strigonium destruxerunt.

Alia vero pars exercitus versus nominatum Strigonium habuit iter suum, et usque ad illud paucissimi accesserunt, sed se longius posuerunt et usque ad 30 machinas paraverunt. Strigonienses interim se cum fossatis, muris et turribus ligneis fortissime munierant. Et erat in civitate illa populus infinitus et burgenses ditissimi, milites nobiles et domine, que illic convenerant velut ad presidium singulare, tantaque[a] eorum erat superbia, quod credebant se resistere posse toti mundo. Ecce una dierum civitatem Tartari circumdederunt, et captivi, qui cum eis erant, tot ramorum fasciculos portaverunt, quod in una parte civitatis supra fossati supercilium altum murum simul et semel de fasciculis[b] construxerunt, et statim post murum illum dictas triginta machinas posuerunt, ita quod die noctuque ad civitatem et ad turres ligneas lapides emittebant. Et propter hoc tantus in civitate cepit esse tumultus, et tanta fuerunt caligine obumbrati, quod iam memoriam amiserant se defendendi et inter se tamquam ceci et fatui vexabantur[c]. Cum vero Tartari munitiones ligneas destruxissent, saccos plenos terra ad implendum fossata cum machinis emittebant. Verum nullus ex Hungaris et aliis audebat in fossati supercilio comparere propter lapides et sagittas. Hungari vero et Francigene ac Lombardi, qui quasi erant domini civitatis, se non posse defendere advertentes, combusserunt suburbia et domos ligneas, que multe erant, usque ad palatia civitatis. Pannos quoque[d] et vestes combusserunt in domibus infinitas, interfecerunt equos, aurum et argentum ad terram foderunt et quicquid boni habuerunt absconderunt et, ut se in palatiis defenderent, in eadem se receperunt. Sed Tartari prescientes, quod combusta erant omnia, de quibus se ditari credebant, contra eos[e] magnam succensi in iram, claudendo civitatem cum phalangis ligneis subito circumcirca, ut nullus evaderet, quin per os gladii pertransiret, ceperunt[f] postmodum palatia expugnare. Quibus velociter expugnatis, non credo, ut verum fatear, quod 15 de tota remanserunt civitate, qui non fuissent tam intus quam extra omnes nequiter interfecti. Ibi inebriaverunt gladios suos in sanguine et ex calore, quem conceperant contra eos, vivos assabant homines sicut porcos.

cf. Ier. 46,10

40. Quomodo postea Tartari destructa pene omni Hungaria ad propria redierunt.

Domine autem magne sicut melius poterant ornate[g] in uno palatio se collegerant[h]. Et cum capi et interfici deberent, ad audientiam magni principis appellaverunt. Omnes itaque[i] sunt fere trecente extra civitatem ad principem adducte, que pro munere petierunt, ut eas vite sub suo dominio conservaret. Qui iratus, pro eo quod nihil lucrati fuerant, precepit, ut, receptis spoliis earum, capite truncarentur; quod subito factum fuit, castro civitatis non expugnato, in quo erat comes Symeon Hispanus cum multis balistariis, qui se viriliter

a) sed tanta e. *B.* b) fasticulis *B.* c) *sic Bong.*; vexeb. *A. B.* d) de calore *pro* quoque *B.* e) nos *Bong.* f) et incep. *B.* g) se ornari *B.* h) collig. *A.* i) *deest B.*

1) Quod Dec. 25. factum esse tradit epistola data Viennae a. 1242, Ian. 4, SS. XXVIII, p. 209, quod demum post mensem Ianuarium factum falso Thomas Spalat. c. 39, infra p. 592. indicare videtur. H.-E.

2) In mari Adriatico oraque Dalmatina sitas.

1242. defendebat. Et cum ad Albam regiam civitatem accederent, que est paludibus circumsepta, cum esset in dissolutione nivis et glaciei, nequierunt eam occupare. Et cum castrum Sancti Martini de Pannonia[1] expugnarent, abbate se viriliter defendente, fuerunt subito revocati, ita quod ista tria loca tantum inexpugnata in illis partibus remanserunt. Et terram tam ultra Danubium quam citra eorum in manibus habuerunt, sed citra non fuit sic[a] funditus desolata[b], quia ibi sua tentoria non fixerunt[c], sed transeundo quicquid invenerunt unanimiter destruxerunt. Auditis itaque rumoribus, quod Tartari aspernabantur Theutoniam expugnare, quamplurimum dolui, quia ibi manus occidentium evadere opinabar, et gavisus fui[a] non modicum, quia christianorum excidium vitabatur. Sed maiorum regum de mandato incepimus per depopulatam terram retrocedere cum curribus oneratis spoliis et armamentis, iumentorum et pecorum gregibus, pedetentim latebras et opaca[d] saltuum exquirendo, ut, que reperta in progressibus non fuerant, in regressibus invenirentur. Et sic retrocedendo paulatim pervenimus ultra silvas, ubi remanserat populi multitudo, et erant ibi post eorum transitum castra plurima preparata. Et quid ultra? Exceptis castris quibusdam, terram totaliter occuparunt et eam procedentes desolatam et vacuam reliquerunt[e]. Iam cum exirent Hungariam, Comaniam intrare ceperunt. Non sinebant ut prius, quod sine delectu[f] interficerentur bestie pro captivis, sed intestina et pedes bestiarum et capita tantum dabant eis. Tunc cepimus[g] cogitare, ut etiam[a] interpretes referebant, quod nobis Hungariam exeuntibus, daturi[h] essent nos omnes voragini gladiorum. Et cum iam mihi vivendi fiducia nulla esset, et mors dira et aspera in ianuis haberetur, cogitavi melius ibi mori quam procedendo assiduis morsibus cruciari. Et sic via publica derelicta, ire ad opus naturale simulans, ad densitatem saltus festinis gressibus cum serviente unico properavi, et subintrans cuiusdam[i] rivuli concavum, me feci ramis et foliis cooperiri. Absconditque se serviens meus remotius, ne unius inopinata inventio mestam operaretur alterius captionem. Et sic iacuimus duobus diebus naturalibus, non levantes capita, sicut in sepulchris, audientes voces illorum horribiles, qui propius[k] per saltum post erroneum iter pecorum abibant, captivos sepius, qui se abscondebant, acclamantes. Non valentibus autem[a] nobis ulterius famis iustissimum appetitum et edendi anxiam voluntatem infra claustra cordis taciturnitatis nodo perstringere, levavimus capita et more serpentium pedibus et manibus reptavimus super terram. Convenimus tandem et voce debili ac submissa mestas querelas importune famis alternatim cepimus reserare ac gemitibus et fletibus explicare, quod gladio mori mi noris excidii fuisset, quam per inediam[l] compagines membrorum ac unionem corporis et anime dissolvere. Et cum pios sermones huiusmodi conferremus[m], affuit unus homo, ad quem cum se nostrorum acies extenderet oculorum, fugam inivimus timorosam nec avertimus oculos fugiendo[n], ut intueremur[o], si nobis previus esse posset vel foret nobis fugientibus subsequela. Sed non minus ipsum videmus[p] vices assumere precursoris; credebat enim, quod virtus nostra prevalida insidias sibi poneret per obliquum. Et cum communis inspector traderet et teneret, quod fugitivi conspicerent fugitivum, armorumque delatio apud illos nulla foret, stetimus, advocantes nos adinvicem nutibus atque signis. Et cum unus daret de se ipso alteri notionem, prolixis sermonibus atque piis deliberando decrevimus, quid agere deberemus. Sed angustia geminata, videlicet fame execrabili et timore mortis, anxie torquebamur, ita quod privari videbamur penitus lumine oculorum. Nam nequibamus succum[q] herbarum silvestrium deglutire vel ipsas herbas, uti faciunt bestie, masticare. Et licet nos tanta fames[r] perurgeret et stupende mortis aculeus immineret, prestabat tamen nobis vivendi fiducia fulcimentum, et evadendi spes fortitudinem ministrabat. Et sic assumpta fiducia in Domino confortati ad extrema silve pervenimus affectuose ascendimusque arborem eminentem et terram conspeximus a Tartaris desolatam, quam non destruxerant veniendo. O dolor! terram depopulatam et vacuam cepimus peragrare, quam in eundo dimiserant desolatam. Basilicarum siquidem campanilia de loco ad locum erant nobis signa ducentia, et ipsa viam[s] nobis satis horridam presignabant. Nam erant vie et

a) *deest B.* b) ita *add. B.* c) fuerunt *B.* d) optata *B.* e) relinquerunt *B.* f) delicto *A. Bong.*; delecto *B.* g) incepimus *B.* h) dabant nos omnes *B.* i) cuiusdem *B.* k) proprius *B.* l) mediam *B.* m) conferemus *B.* n) fugiendi *B.* o) intueremus *B.* p) vidimus *B.* q) sucum *B.* r) famis *A. B.* s) via n. s. horrida presignabat *B.*

1) Martinsberg in com. Raab, sacer mons Pannoniae.

semite antiquate et ab herbis et vepribus totaliter occupate. Porrum[a], cepe et allia[b], que in 1242.
ortis rusticorum remanserant, quando reperiri poterant, mihi pro maximis deliciis ferebantur, ceteri malva[c] et cicutarum[d] radicibus utebantur. His ventres famelici replebantur, et spiritus vegetabilis in exangui corpore refocillabatur. Lassis requies non dabatur, utpote
5 qui absque tecto et[e] operimentum, quo nostra tegeremus capita, non habentes nocturno tempore quiescebamus. Tandem vix octavo die a silve recessu ad Albam venimus civitatem, in qua nihil potuit reperiri preter[f] ossa et capita occisorum, basilicarum et palatiorum muros diruptos et subfossos, quos nimia christiani cruoris effusio macularat. Et licet terra innoxium sanguinem, quem inebriata suxerat, non monstraret, ostendebant se
10 lapides adhuc cruore roseo purpuratos, per quos absque continuato gemitu amaris suspiriis festinus transitus non fiebat. Et erat ibi ad decem miliaria iuxta silvam villa, que Frata dicitur in vulgari, et infra silvam ad quatuor miliaria mons mirabilis et excelsus, in cuius summitate lapis et petra fundabatur terribilis. Magna ibi hominum et mulierum confugerat multitudo, qui nos gratanter cum fletu receperunt interrogabantque nos de nostris peri-
15 culis; que nos omnia illis paucis verbis declarare nequibamus[g]. Obtulerunt tandem nobis nigrum panem de farina et contritis corticibus quercuum pistatum[h], sed nobis dulcor illius supra similas[i] quandocumque per nos comestas[k] suavior videbatur. Mansimus igitur ibidem uno mense nec fuimus ausi discedere, sed mittebamus semper speculatores ex hominibus levioribus videre et rescire, si adhuc que[l] pars Tartarorum in Hungaria remansisset,
20 aut si arte deceptoria, ut prius, instructi pro capiendis reliquiis[m] fuga lapsis reverterentur. Et quamvis sepius necessitate querendi victualia[n] cogente loca petierimus quondam habitata, nunquam tamen noster tutus fuit descensus, donec rex Bela maritimis de partibus, per cruciferos de insula Rodi et dominos de Frangapanibus multis agminibus militum adiutus, certificatus prius per Hungaros de recessu Tartarorum, in Hungariam venit. Scripsi
25 igitur hec paternitati vestre absque admixtione falsitatis, ut eadem vestra paternitas, que prosperitatis mee scit rotam[o], sciat et adversitatis ac periculi quidditatem. Valeat paternitas[p] vestra.

a) portulace *add. B.* b) alea *B.* c) cicardis *add. B.* d) *sic B. Bong.;* citurarum *A.* e) *om. Bong.* f) *emendavi H.-E.;* preterquam *A. B.* g) nequiebamus *B.* h) *emendavi H.-E.;* piscatos *A. B;* pistum *Bong.* i) semilias *B.*
30 k) comestos *B.* l) qua *Bong.* m) reliquis *B.* n) victualium *B.* o) sit rota *Bong. falso.* p) p. v. *A. B; B add. rubro:* tempore prioratus ℞ p fratris Io. Glog.

EX THOMAE HISTORIA PONTIFICUM SALONITANORUM ET SPALATINORUM.

De rebus in partibus illis, quae a Danubio fluvio meridiem versus sitae sunt, praesertim in regionibus Dalmatinis gestis usque ad saeculum XIII. fere unicum atque gravissimum testem habemus Thomam archidiaconum Spalatensem.

Qui a. 1200.[1] *Spalati parentibus, ut videtur, haud ignobilibus natus primisque litteris imbutus Bononiam ad studium artium liberalium migravit, ubi a.* 1222. *aut* 1223. *S. Franciscum, ordinis fratrum Minorum conditorem, praedicantem se vidisse ipse testatur*[2]. *Non multo post in patriam reversus sacris ordinibus acceptis munere notarii civitatis Spalatensis functus esse videtur*[3]. *Tum in canonicorum Spalatensium collegium assumptus, a.* 1230. *in archidiaconatum successit, et quamvis Guncellus eiusdem civitatis tunc archiepiscopus primo ei adversaretur, tamen postea ab eodem praesule est confirmatus*[4]. *Nihilominus vero brevi post tempore maximae dissensiones inter archidiaconum et archiepiscopum exortae sunt. Guncellus enim neglecto archidiacono rerum ecclesiasticarum rectores et consiliarios sibi obnoxios et ad suum nutum agentes ascivit. Qua de re in duas factiones clerus et capitulum ecclesiae Spalatensis discesserunt, ita ut Thomas cum asseclis suis a.* 1234. *Gregorii IX. papae imploraturus arbitrium Perusium properaret, ubi haec lis sopita est. Guncello autem archiepiscopo a.* 1242, *Maii* 31. *mortuo, cum Stephanus, quem Spalatenses substituerant, episcopus Zagabriensis Romanae curiae non frueretur gratia, Thomas in archiepiscopum Spalatensem est electus, sed, potestate et populo civitatis renitentibus, ipse ius omne archiepiscopatus obtinendi per canonicam electionem acquisitum dimisit*[5]. *Quare usque ad finem vitae saecularium*[6] *et ecclesiasticarum rerum peritissimus vir archidiaconatus munere contentus a.* 1268, *die* 8. *Maii e vita decessit, sepultus in ecclesia fratrum Minorum*[7].

1) In c. 32, infra p. 580, ipse narrat a. 1230. se tricesimum annum egisse; cf. eius epitaphium infra n. 7. 2) C. 27, infra p. 580. 3) Verisimillimum enim est nostrum fuisse auctorem, qui pactis et conventis inter Spalatenses et Petrum, filium Ursici, factis a. 1227. subscripsit: *Et ego Thomas clericus, communis Spalatensis civitatis notarius, interfui et precepto comitis et curie voluntate et in verbo sepefati Petri et fideiussorum eius scripsi et consueto roborationis signo firmavi;* cf. Illyricum Sacrum III, p. 259. 4) C. 32, infra p. 580. 5) C. 42 – 47; Schwandtner, SS. R. Hungar. III, p. 615 – 628. 6) A. 1239. legatione fungebatur, qua Garganum potestatem, Anconitanum natione, ad regimen civitatis asciverunt Spalatenses (c. 33. 34, infra p. 582), et saepius se in rebus civilibus Spalati civitatis versatum esse narrat. 7) Cf. eius epitaphium, quod affert Lucius, Schwandtner l. l. p. 533, n. a:

Doctrinam, Christe, docet archidiaconus iste
Thomas, hanc tenuit moribus et docuit:
'Mundum sperne, fuge vitium[a]*, carnem preme, luge;*
Pro vitae fruge lubrica bona fuge.
Spalatumque[b] *dedit ortum, quo vita recedit;*
Dum mors succedit, vitae mea[c] *gloria cedit.*
Hic me vermis edit; sic iuri mortis obedit
Corpus, quod laedit, animamve, qui sibi credit'.
Anno Domini 1268, *mense Madii* 8. *die intrante.*

a) otium *Farlati, Ill. sacr. III, p.* 283. b) Spalatum *Lucius.* c) meae *Farlati.*

Historia, quam scripsit Thomas, Salonitanorum pontificum atque Spalatensium res inde a primis christianorum in Dalmatia viventium temporibus usque ad mortem Rogerii archiepiscopi († *a.* 1266) *gestas continet. De primordiis vero ecclesiae Spalatensis et de his, quae ante tempus, quo ipse vixit, in partibus illis evenerunt, pauca tantum afferre potuit, cum multi rerum scriptores, quibus uteretur, ei praesto non fuisse videantur, ut saepius 'opinionem' quam 'scripta' sequi coactus esset*[1]. *Attamen Passionem Quatuor Coronatorum*[2], *Vitam SS. Domnii et Anastasii*[3], *Isidori Etymologias*[4], *Gesta pontificum*[5], *decreta et epistolas paparum*[6], *synodorum acta legit et in conscribendo opere diligenter adhibuit. Inde a saeculo XIII, quo ipse vixit, copiosius res enarrat et quae ipse vidit aut ab auctoribus fide dignis audivit accuratissime memoriae tradidit. Praesertim de clade Tartarorum a.* 1241. *Europam irrumpentium multa et gravissima retulit, cum Tartaros Dalmatiam devastantes ipse conspexerit et quae in Ungaria fecerunt crudelissima ab aliis, qui ea praesentes viderant, audiverit. Inter quos Rogerium archiepiscopum Spalatensem*[7] *testem fuisse praestantissimum facile conieceris.*

Vir erat valde litteratus noster neque solum poetarum Vergilii, Ovidii, Horatii, Lucani flosculis opus suum exornavit, sed etiam stilum more Sallustiano decoravit[8]. *Qui quidem se ipsum auctorem huius libri fuisse nusquam professus est, sed ex multis locis, quibus de eo relatum est, ipse auctor facile cognoscitur. Et in codice Vaticano libro subiunctum est* Memoriale bone memorie domini Thome condam archidiaconi ecclesie Spalatensis *de rebus a.* 1262. *gestis.*

Ex hoc Thomae libro, quem, quod sciam, ex medii aevi scriptoribus unus Andreas Dandulus in conscribendo chronico Veneto in usus suos vertit, ad nostram vel pontificum Romanorum vel Italorum historiam pertinentia excerpentes, narrationem de excidio per Tartaros facto totam recepimus, eodem consilio ducti atque in Rogerii magistri libello edendo.

Codex, quem secuti sumus, unicus est Vaticanus *nr.* 7019, *chart. fol., saec. XV. ex., fol.* 6—66'. *Verba in eo more Italico eius saeculi scripta sunt, quem plerumque secuti sumus, adnotantes eius lectionem, quam recipere in textum non visum est. Contulerunt codicem partim V. Cl. O. Holder-Egger, partim V. Cl. Ioh. Tschiedel.*

Ex eodem codice Vaticano, quem ipse bibliothecae Vaticanae donavit, ut in scheda ei praefixa legitur, Iohannes Lucius[9] *a.* 1666. *Amstelodami Histo-*

1) C. 7: *Qualiter autem finaliter eversa fuerit* (scil. Salona civ.), *non satis perspicuum est, nos vero, ut in precedentibus, partim scripta, partim opinionem sequentes, conemur exponere.* 2) C. 4, Schwandtner l. c. p. 537. 3) C. 3. 12. Cf. C. 16: *His temporibus Adam quidam Parisiensis, optime in artibus elimatus, pergendo Athenas ad Grecorum studia devenit Spalatum; et cum fuisset a Laurencio antistite honorifice susceptus, rogatus est ab eodem, ut passiones beatorum martyrum Domnii et Anastasii, que inculto fuerant antiquitus sermone conscripte, luculenta faceret compositione nitere. Quod ille gratanti corde consensit, sumptoque themate a veteribus historiis legendas utriusque martyris lepido satis dictamine innovavit, ymnos etiam composuit, et quicquid de beato Domnio musice canitur metrico sermone conscripsit.* Passionem v. Farlati, Illyricum sacrum I, p. 418. 419. Thomas etiam Passionem S. Domnini mart. Burgi S. Domnini (Acta SS. Oct. IV, p. 991—993) legit et martyrem Spalatensem cum hoc confudit. 4) C. 1, Schwandtner l. c. p. 533. 5) C. 8. quae Thomas affert de Iohanne III. papa ex Dalmatia oriundo sumpta sunt ex Libro pontif. 6) Sc. Pelagii (c. 5), Gregorii Magni (c. 5. 6. 8), Alexandri II (c. 16). 7) Vide quae Thomas c. 48, infra p. 596 sq., de eo narrat. 8) Conferas quaeso orationem in c. 28 (Schwandtner l. l. p. 579: *Quid cunctamini* etc.) cum Sallustii Catilina c. 58. 9) Cf. Lucii Incript. Dalmaticae etc. (Venetiis 1673) p. 73, ubi de codicibus in Thoma edendo adhibitis disserit. Codicem antiquum adhuc exstare in archivo archiepiscopali Spalatensi commemorat Farlati, Illyricum sacrum III, p. 283. Praeterea, ut idem l. l. docet, tria exemplaria inveniuntur interpolata et adulterata. Quorum codicem bibliothecae Barberinae XL, 15, chart. 4°, saec. XVII, socius

riam Salonitanam edidit in opere suo quod inscribitur: De regno Dalmatiae et Croatiae p. 312—370, *quam editionem recudi fecit Schwandtner, SS. rer. Hungar. III, p.* 533—635.

Berolini, m. Aprili 1887. *L. de Heinemann.*

f. 16'.

16. De promocione Laurencii archiepiscopi. 5

. . . .

Temporibus domini Laurencii archiepiscopi[1] quedam execrandi scismatis fuit suborta contencio[a] in Dalmacie et Chorvacie regno. Fuerat siquidem tempore domini Alexandri 1058/59. pape[2] et Iohanis, decessoris Laurencii supradicti, a domino Maynardo, condam Pomposiano abbate et postea episcopo chardinali, quedam sinodus[b] omnium prelatorum Dalmacie et 10 Chroacie multum solempniter celebrata, in qua multa fuerunt conscripta capitula; inter que siquidem hoc firmatum est et statutum, ut nullus de cetero in lingua Sclavonica pre- *f. 17. sumeret divina misteria celebrare nisi tantum in Latina et Grecha, nec aliquis *eiusdem[c] lingue promoveretur ad sacros ordines[d]. Dicebant enim Goticas literas a quodam Methodio eretico fuisse repertas, qui multa contra chatholice fidei normam in eadem Sclavonicha 15 lingua mentiendo consscripsit; quam ob rem divino iudicio repentina dicitur morte fuisse[e] damnatus[3]. Denique cum hoc statutum sinodali fuisset sentencia promulgatum et apostolica auctoritate firmatum, omnes sacerdotes Sclavorum magno sunt merore confecti, omnes quippe eorum ecclesie clause fuerunt. Ipsi a consuetis officiis siluerunt.

Factum est autem, ut quidam sacerdos advena Ulfus nomine ad Chroacie partes acce- 20 deret, speciem pietatis vultu preferens, sed venenum sue fallacie corde premens. Abiit ergo susurando per populum, simulans se a sumo pontifice destinatum, et quasi eorum infirmitati compaciens, consilium se eis dare utile promitebat, dicens: 'Scitote[f], quod dominus meus pontifex sumus multum condoluit audiendo, quia ecclesie vobis clause sunt, vestrisque sacerdotibus divina[g] officia interdicta; nunc ergo ad dominum meum legacionem 25 dirigite, scientes, quod quicquid volueritis poteritis optinere'. Congregatis siquidem senioribus ac celebrato consilio, eundem Ulfum presbiterum cum suis munusculis Romam mitunt. Mox presbyter arepto itinere Romam venit, munuscula Chroatorum cum eorum peticionibus ad pedes domini pape detullit eumque supliciter rogavit, ut statum ecclesiarum et clericorum in regno Sclavonico in morem pristinum[h] revocaret. Tunc[i] sumus pontifex ei respon- 30 dit, quod non erat iustum, ut contra statuta legatorum apostolice sedis aliquid facilli consilio ageretur. 'Tu autem receptis nostris apicibus ad archiepiscopum et regem et ad ceteros prelatos illius provincie perfer[k], ut duo episcopi pro his negociis ad nos accedant, quia te, utpote[l] ignotum, super his exaudire minime possimus'. Malignus ergo presbyter papalia scripta non quibus missa erant detullit, sed ad Gothos[4], qui eum miserant, reverti ocius 35 properavit. Tunc percontantibus[m] eum, quid de suis peticionibus apud sedem apostolicam actum esset, respondit dicens: 'Echce per Dei graciam quicquid voluistis a domino papa impe-

a) contencyo *corr.* contencio *c.* b) sinodum *corr.* sinodus *c.* c) eisdem *c.* (*saepissime* eis *pro* eius *scriptum est in cod.*). d) *deest c., supplevit Lucius.* e) fuisset *c.* f) Sitote *h. l. c.* g) diuinaꝗ (ue) *c.* h) pristinam *c.* i) Tunch *c.* k) perffer *c.* l) quia ut te pote *c.; corr. Lucius.* m) p̄contantibus *c.; corr. Lucius.* 40

O. Holder-Egger evolvit. Continet nonnulla operis Thomae excerpta cum quibusdam chartis spuriis et conciliorum actis fictitiis intermixta. De quo codice Lucius f. 4. codicis Vaticani sic ait: . . *huius operis plura exempla circumferuntur, nec satis castigata nec admodum integrae fidei, et praesertim illud, ex quo doctissimus Ferdinandus Ughellus abbas Cisterciensis nonnullos episcopos Iadrenses descripsit et in tomo quinto suae Italiae Sacrae posuit, qui in germano archidiaconi textu minime reperiuntur. Id ego exemplum vidi et manu recenti scriptum reperi contulique cum hoc codice, et quaecunque in illo de actis conciliorum Dalmatiae, epistolis papalibus et epitaphio Zuonimiri Regis scripta sunt, ea omnia ficta et supposititia censui.* Excerpta ex Thoma sumpta paucissima sunt, et quoniam haec ex eodem codice Vaticano fluxerunt, lectiones codicis bibliothecae Barberinae adnotare superfluum duximus.

1) Spalatini a. 1059—1099. 2) Non Alexandri II, sed Nicolai II. papae tempore haec synodus cele- 45 brata est, Iohanne archiepiscopo iam defuncto († 1059), cum Alexander demum a. 1061, Oct. pontifex electus sit. Cf. decreta Alexandri II, Jaffé ed. 2. nr. 4477, quibus statuta illius synodi confirmantur. Quibus lectis Thomas in hunc errorem 50 ductus videtur. Cf. Farlati, Illyr. sacrum III, p. 128 sqq. H.-E. 3) Cf. E. Dümmler, 'Archiv f. österreich. Gesch.' XIII, p. 154. 168 sq. 181 sqq.; Presb. Diocleatis Regnum Sclav. c. 9, Schwandtner III, p. 480. 4) Thomas non distinguit Gothos a Slavis. 55

travi; nam ecclesie vestre aperte sunt, sacerdotibus vestris officia restituta sunt; insuper etiam hoc vobis optinui, ut de gente vestra et de litera vestra vobis pontificem eligatis mecumque ad eundem [a] papam cum aliquibus muneribus consecrandum mitatis. Quod audientes [b] Gothi multum leti effecti sunt, et illico quendam senem rudem nomine Cededam [c] episcopum ele-
5 gerunt eumque cum quodam [c*] abate Potepa nomine et cum ipso Ulfo presbytero, tocius magistro nequicie, Romam properanter [d] miserunt; qui cum ante presenciam sumi pontificis accessissent, percontatus est eos ipse, quinam essent. Nefandus presbyter respondit: 'Ex Dalmacie partibus sumus, vestraque potest reminisci paternitas me dudum ad vestram accessisse [e] benivolenciam. Et istis ad pedes *vestre sanctitatis [f] venire placuit, ut genti sue *f. 17'.
10 sicut omnibus graciam faciatis. Nimirum et iste nobilissimus Gothorum vir ad hoc venit, ut per vos plenius instructus veritatis normam valeat liberius predichare'. Rursus dominus papa: 'Quo honore', inquit, 'fungitur?' Responsum est, quod dudum in sua litera presbyter fuerit. Ad hec papa: 'Et cur barbam radere secundum chatholice ecclesie morem renuit?' Sceleratus presbiter inquit: 'Ideo, domine, ad vestram venit presenciam, ut amodo vestram
15 faciat obedienciam'. Illico autem venerandus pontifex propria manu paucos pilos de barba illius precidit et mox astantibus, ut eum ecclesiastico more raderent, iussit. Ad presbyterum vero ait: 'Non ego iusseram [g] tibi hos viros, sed pontifices pro tanto negocio ad me vocare'. Presbyter ad hec: 'Voluere', inquit, 'domine, sed minime potuerunt'. Igitur dominus papa consilio habito [h] taliter eis respondit: 'Scitote [i], filii, quia hec, que petere Gothi student,
20 sepenumero audisse me recollo, sed propter Arianos, inventores literature huiusmodi, dare eis licenciam in sua lingua tractare divina sicut predecessores mei sic et ego nulatenus audeo. Nunc vero euntes gentes illas [k] observare facite omnia, que a venerabili fratre nostro Maynardo Sancte Rufine [l] episcopo chardinali sinodaliter statuta sunt, quoadusque legati nostri illuc [m] accedant' [1]. His auditis, ab aspectu domini pape sese gradu concito [n] submove-
25 runt, ad suam provinciam regredi properantes. Tunc [o] Cededa Ulfum presbyterum requisivit dicens: 'Dic [p] michi, quid utilitatis nobis contulit domini pape adisse presenciam?' Cui Ulfus respondit: 'Quod ardenti animo desiderasti, me laborante adeptus es'. Ad hec Cededa: 'Quid?' inquit. Ulfus dixit: 'Quia te papa pontificem ordinavit'. Cededa ait: 'Quomodo?' Ulfus respondit: 'Tante potestatis est dominus papa, ut cuicumque [q] aliquos pilos de barba
30 manu sua dempserit, continuo episcopus fiat'. Hoc audiens fatuus senex magno repletus est gaudio. Et mox virgam pastoralem comparavit et anulum. Denique ingredientibus eis fines [r] Chroacie, compatriote audito eorum adventu leti obviaverunt suo pontifici eumque cum magno tripudio susceperunt [s]. Et quia non pastor verus erat, sed lupus rapax, sub ovina pele latebat, nimirum a suis erat fructibus cognoscendus [t]. Etenim primo impetu Matth. 7, 16.
35 Veglensem [2] episcopum cum omni celeritate de sua sede fugavit eamque sibi quasi auctoritate [u] apostolica usurpavit. Tunc, pro pudor! fantasticus pontifex cepit in consecrandis ecclesiis, in ordinandis clericis et aliis episcopalibus ministeriis exercendis divina officia prophanare. Sed omnipotentis virtus non diu passa est fraudem diabolice ludificacionis [v] animas decipere infelices; statim namque, cum hec impia gesta summi fuissent [w] pontificis auribus
40 intimata, gravi merore confectus, absque omni mora quendam legatum Ioanem [x] chardinalem mitere festinavit ad extirpandum nefandi scismatis fomitem de partibus Sclavonie. Itaque cardinalis ad illas partes adveniens multitudinem *populi et cleri coadunari iussit, *f. 18. ipsumque pseudoepiscopum coram suis Gothis de tante temeritatis nequicia durissime in- 1063? chrepavit, denuncians omnibus [y] nullum sacri ministerii [z] ordinem a sumo pontifice datum
45 ei fuisse [a]. Quam ob rem ipsum Cededam et Potepam cum suis sequacibus perpetui anathematis muchrone a fidelium consorcio detrunchavit; Ulfum vero, tanti sceleris inventorem tantique sathorem [b] eroris, usque Spalatum acciri [c] iussit. Ubi congregata synodo eundem iniquum presbyterum ab omni ordine clericali deposuit multisque afectum verberibus, athonso chapite, adusta stigmate fronte, sicut papa iusserat [d], perpetuo carcere detrudi

50 a) undem *corr.* eundem *c.* b) audiens *c.; corr. Lucius.* c) Ceddedam *h. l. c.* c*) codam *c.* d) p̄peranter *c.; corr. Lucius.* e) accessise *c.* f) santitatis *c.* g) iuseram *c.* h) abito *c.* i) Sitote *c.* k) ilam *c.* l) Rusine *c.* m) iluch *c.* n) concitu *c.* o) Tunch *c.* p) Dich *c.* q) quicumque *corr.* cuic. *c.* r) finēs *c.* s) suceperunt *c.* t) cognosendus *c.* u) āctoritate *c.* v) indificacionis *c.; corr. Lucius.* w) fuisset *c.* x) *sic h. l. c.* y) quod *add. c.* z) ministerium *corr.* ministerii *c.* a) *post addito* t *corr.* fuisset. b) rem *e corr. c.* c) archi *c.*; trahi
55 *Lucius.* d) iuserat *c.*

1) Cf. decreta Alexandri II. supra p. 570, n. 2. laudata. 2) Veglia.

fecit[1]. Sed cum male sanus Cededa ab incepta temeritate nulatenus resipisceret, multaque scandali materia propter ipsum in toto regno fuisset[a] exorta, preceptum est a sumo pontifice, ut tam in Romana quam in Spalatina ecclesia et per cunctam provinciam solempnis anathematizacio fieret super eum; quod cum Rome bis et in Spalatina sinodo tribus vicibus factum fuisset, ecce repente divina ulcio in ipsum manifestata est. Nam cum nichil languoris nichilque doloris in corpore pateretur, secessum petiit ex consueta necessitate[b] nature, ibique subitaneo dolore coreptus, evulsis a corpore visceribus omnia intestina in secessum efudit. Et sic homo impius, Arianam imitatus perfidiam, iusto Dei iudicio ignominiosa Arii morte dampnatus est.

[1073.] His ita gestis dominus Alexander papa de hac luce migravit. Cui substitutus[c] est dominus Gregorius septimus; hic ergo misit legatum ad partes Dalmacie venerabilem virum Gerardum archiepiscopum Sipontinum. Qui Spalatum accedens cum magno gaudio et honore a Laurencio archiepiscopo susceptus est. Misit igitur et convocavit sufraganeos [1075?] Salonitane metropolis universsos; qui cum convenissent[d], provincialem cum eis sinodum apud Salonam debita maturitate celebravit. Interfuerunt autem isti sufraganei ecclesie Spalatensis: primo Laurencius archiepiscopus, secundus post eum Stephanus episcopus Iadrensis, Iohannes Tragurensis, Forminus Nonensis, Gregorius Arbensis, Theodosius Belgradensis[e], Gregorius Chroatensis, Basilius Absarensis et alii quidam[2]. In hac[f] sinodo restauratus est episcopatus Nonensis, cuius episcopus Gregorius multas olim molestias Iohannem Spalatensem archiepiscopum sustinere fecit, debitam ei subthraendo obedienciam et sibi ius metropoliticum[g] indebite vendicando. Interea venerabilis Girardus legatus Spalati positus invenit ibi supra memoratum Ulfum presbiterum, cui Golfancus agnomen erat, ab annis iam duodecim papali iussu gravissimis[h] compedibus aligatum propter scismatis nefarium scelus, quod cum Cededa exercuerat in regionibus Dalmacie atque Chroacie. Hunc ergo fecit absolvi, dicens, quia dominus Alexander felicis memorie in suo decessu [*f. 18'.] precepit universsos suo iussu incarceratos absolvi. Prius tamen *fecit eum super euangelium et super corpus beati Domnii subire corporaliter iuramentum, ut in abiuratam eresim[i] nunquam relabi deberet et de his partibus egrediens nunquam rediret, sed cum eo Romam adiens apostolico se conspectui permiteret exhiberi. . . . . . .

[f. 20'.] 19. De exempcione Iaderensis ecclesie.

. . . .

Post hec idem archiepiscopus[3] longa paralisis egritudine disolutus apud monasterium [c. 1158.] sancti[k] Benedicti diu iacuit. Sed eo adhuc vivente subrogatus est alius archiepiscopus Absalon nomine, Hungarus nacione. Quo defuncto tercius quoque substitutus[c] est archiepi- [1161.] scopus Petrus Lombardus[4]. Qui cum ad eundem Gaudium gracia visitacionis accederet, vidit eum adhuc episcopalem anulum gestare in digito; quam ob rem vehementer[l] eum redarguens, extraxit anulum de eius digito et abscessit[m]. Fuit autem Petrus iste primo episcopus Narniensis, vir magne sciencie et bonorum morum actibus decoratus. Erat autem precipue eruditus, optimus medicus in sciencia phisichali, ita ut respiciendo in faciem sani hominis prenosceret, quo[n] egritudinis genere et quo foret tempore invadendus, quove medele antidoto posset languoris evitare discrimen. Hic itaque cum aliquot annorum[o] curri- [1166.] culis Salonitane feliciter prefuisset[p] ecclesie, profectus in Ungariam, mortis debitum solvit; sepultusque est in ecclesia sancte Marie in Alba[5]. Ob cuius laudabilis vite conversacionem in magna veneracione ab incolis regionis illius[q] eius tumulus habebatur.

a) fuiset *c.* b) necesitate *c.* c) substitus *c.* d) conuenisent *c.* e) arben *del. et superscr.* belgradensis *c.* f) hoc *c.* g) metropolicum *c.* h) grauisimis *c.* i) eresiam *corr.* eresim *c.* k) santi *c.* l) uēmther *c.* m) abscesit *c.* n) co *c.* o) anorum *c.* p) prefuiset *c.* q) ilius *c.*

1) Cum hic infra 12 annis in carcere tentus esse dicatur, haec a. 1063. facta essent, si Thomae hac in re fides danda et synodus, de qua infra relatum est, a. 1075. habita esset. 2) Thomas nomina horum episcoporum ex actis synodi huius Salonitanae, quae iam non exstant, sumpsisse videtur. Litterae synodi Spalatinae a. 1075. Gerardo praesidente celebratae, quas affert Farlati, Ill. sacrum III, p. 142, spuriae videntur. H.-E. 3) Gaudius Spalatinus, qui circa a. 1158. depositus est. 4) Cf. Alexandri epist. datam a. 1161, Iul. 2, Jaffé ed. 2. nr. 10669. 5) Stuhlweissenburg.

20. De episcopatu Farensi.

. . . Tandem Lampredius iste Iaderensis episcopus est effectus. Iste primus sub patriarcha Gradensi palium obtinuit ab Anastasio papa anno Domini 1145.[1] . . . . . .

Vachante autem tunc temporis ecclesia Spalatensi, quidam chardinalis, vir magne auctoritatis et eximie onestatis, per totum regnum Hungarie legacionis officio fungebatur; hic cum non modicam fecisset moram Spalati residendo, effectus erat familiaris omnibus et amicus, singulos enim pro meritis caritatis viscere confovebat. Factum est autem, *ut eo tempore congregaretur clerus Spalatine ecclesie pro archiepiscopo eligendo. Et tandem premisso tractatu[a] de eleccione cuiusdam[b] in archiepiscopum, ut moris est, omnium vota in personam eiusdem[c] cardinalis concorditer convenerunt. Itaque eleccionis solempnitate devote ab omnibus celebrata, protinus Iohanes comes coadunata populari multitudine, sicut solet interdum laychalis ruditas notos contempnere, ignotos apetere, certa respuere, incerta diligere, veniunt ad eundem legatum labris ex ira trementibus clamosisque vocibus, et tunc[d] concionari incipiunt, dicentes, quod alias eum diligerent et vellent per omnia revereri, sed non consenciunt, ut eorum archiepiscopus eficiatur. Tunc subridens cardinalis[e] benigna eos allocucione sedavit, dicens: 'Viri Spalatenses, non convenit sapientibus pro nichillo concitare tumultum, et quasi aliquod foret grande scelus admissum, in tante sedicionis scandalum tam facile prosilire. Nam super eleccionis facto, unde nunc turbulentis animis accessistis, oportet vos esse placatos, quia mea voluntas magis concordat vobiscum, qui non vultis[f], quam cum clericorum votis, qui me in suum desiderant pontificem promovere; nec tamen propter vestras voces eleccionem hanc respuo, sed quia maioris apud Deum meriti extimo hec esse universalis ecclesie negocia, que exequenda comporto'. Ad clerumque conversus ait: 'Quia me sincero afectu diligitis, gracias reffero, eleccionem autem vestram in alium transferatis'[2]. Post hec[g] cardinalis[e] iste reversus ad curiam, transactis aliquot[h] annorum curiculis sumus pontifex est effectus[3], nomenque ipsius fuit Gregorius octavus. Temporibus autem domini Alexandri pape tercii miserunt ad eum Spalatenses chlerici humiliter postulantes, ut pastorem eis concedere dignaretur. Qui eorum peticioni benigne annuens direxit eis Girardum, patria Veronensem et curie chapelanum[4]. Qui ab eodem summo pontifice consecratus valde honeste decenterque accessit ad regimen ecclesie Spalatensis. Eo tempore Spalatenses et tota pene Dalmacia subiecerunt[i] se Constantinopolitano imperio, quam ob rem Spalatini cives ceperunt rogare Girardum archiepiscopum, ut ad urbem regiam proficiscens fidem pro se et pro civibus imperatorie celsitudini[k] iureiurando firmaret. Sed cum nollet acquiescere propter[l] mandatum papale, civesque instando quasi vim facerent, venerabilis Girardus ad Alexandrum papam se contulit[5], petens ab eo consilium, quid super facto huiusmodi sibi foret agendum. Dominus vero papa ipsius indebile molestacioni compaciens prefecit eum ecclesie Sypontine, retenta nichilominus administracione ecclesie Spalatine.

. . . .

22. De Raynerio archiepiscopo.

Mortuo tandem bone memorie Girardo archiepiscopo, in hoc[m] tocius ecclesie Spalatine resedit consilium, ut neminem eligerent, sed a sede apostolica pastorem idoneum postularent. Tunc miserunt legatos suos ad curiam, sacerdotem quendam Honium sacristam et

a) ut *add., sed del. c.* b) gardinali *add., sed del. c.* c) eisdem gardinalis *c.* d) tunch *c.* e) gardinalis *c.* f) ūltis *c.* g) hech *c.* h) aliq(uod) anorum *c.* i) subicerunt *c.* k) cel *e corr. c.* l) p̄ter *c.* m) oc *c.*

1) Hic latet error, nam Eugenius vixit usque ad a. 1153, cui dein successit Anastasius. LVC. 2) Alexander papa epistola data a. 1167, Aug. 31. (Jaffé nr. 11361) Alberto scripsit: *super eo quod nobis significasti, quod clerus et populus Spalatensis te in pastorem suum voluerunt assumere, tibi voluntatem nostram et animum aperimus, quod, si etiam tu velles, et maior pars fratrum nostrorum instaret, nulla ratione consentiremus* etc. 3) A. 1187, Oct. 21. 4) Quod quo anno factum sit, non satis constat. Farlati quidem, Ill. sacrum III, p. 189. Gerardum iam a. 1167. exeunte archiepiscopum Spalatinum ordinatum esse censet, sed epistola Alexandri data Beneventi Febr. 12 (Jaffé nr. 11700), ex qua hoc efficit, et a. 1168. et 1169 (certe non 1170) scripta esse potest, sed sane haec scripta videtur ante alteram epistolam Alexandri ad Gerardum archiepiscopum datam Beneventi Dec. 23 (Jaffé nr. 11477) aut a. 1168. aut 1169 (certe non 1167). H.-E. 5) A. 1170, Iun. 20. Gerardum apud papam fuisse ex epistola eius data hoc die ad clerum Spalatinum (Jaffé nr. 11815) discimus. H.-E.

1175. quendam alium. Qui[a] accedentes ad pedes domini Alexandri pape peticionem Spalatensis ecclesie humiliter porexerunt. Erat autem tunc temporis magna controversia inter clericos Chalenses Tuscie civitatis[1] ex una parte et Raynerium eorum episcopum ex parte altera super quibusdam iuribus ecclesie ipsorum, steterantque ambe partes diu in curia implacabiliter litigantes. Cumque non posset inter eos tumultus huius discordie mitigari, dominus papa hanc viam invenire voluit fomitem tanti rancoris utiliter extinguendi; itaque absolvit Raynerium ab administracionis vinculo, quo Callensi ecclesie fuerat aligatus[b], et quia sciebat eum virum valde habilem regimini pastorali, vocatis ecclesie Spalatine nunciis dedit ipsum illis in patrem et pastorem sue ecclesie deducendum. Tunc chlerici Challenses, licet ipsum odiis et vexacionibus persecuti fuissent[c], multum tamen tristes de amisso pastore effecti ad propria sunt reversi. Raynerius autem suscepto dignitatis palio gaudens et letus cum nostris nunciis viam[d] arripuit veniendi. Descenderunt ergo Ravenam. Habebat autem Raynerius archiepiscopus vasa argentea non modica, pecuniam et indumenta pontificalia preciosa. Cum autem timerent in mari latrocinia piratarum, noluerunt predictas opes secum in navi portare, sed includens eas archiepiscopus *in quodam[e] dolio recomendavit servandas apud sancte Marie monasterium de Portu Ravenate, mandans, ut nulli ominum illud depositum thraderetur nisi ad manus cuiusdam servientis sui, quem eis presentem ostendit. Tunc conscendentes navem profecti sunt. Cum autem pervenissent ad civitatem, cum magno thripudio cleri populique susceptus est. Cepit autem ecclesiam multa prudencia gubernare, emendare clericos, populum instruere salubribus documentis, facultates ecclesie vigilanti studio ampliare.

*f. 23.

Sed nunc ad Martinum episcopum insularum[2] redeundum est. Hic, cum esset senex, quadam[f] valitudine comprehensus quasi amens effectus erat. Insulani vero, eius[g] amenciam non ferentes expulerunt eum et accedentes ad ecclesiam Spalatensem, elegerunt Lucarum, filium Duimi[h] Cicle, archidiaconum eiusdem[i] ecclesie. Qui presentatus Raynerio archiepiscopo consecratus est ab eodem. Per idem fere tempus dominus Alexander papa tempore scismatis navigavit ab Apulia et venit ad insulam Lissam[3]. Statim autem ut presensit Raynerius archiepiscopus, preparatis navibus multis, cum magno comitatu cleri et nobilium civitatis venit ad eum, defferens ei cibaria et exenia multa. Temptabat rogare ipsum, ut ad Spalatensem urbem, que prope erat, divertere dignaretur; sed non acquievit papa, festinabat enim ire Venecias ad componendum cum Federico imperatore. Navigavit ergo inde et venit Iadram[4]. Ivit autem Raynerius archiepiscopus cum eo. Tunc Martinus insularum episcopus, recuperata sanitate iam compos mentis effectus, querelam domino pape de sua expulsione et de Lucari intrusione deposuit. Sumus vero pontifex, auditis et cognitis cause meritis, Lucarum deposuit, Martinum vero ad suam sedem remisit. . . . . . .

1177. Mart.

f. 24. 1180. Aug. 4. Obiit autem venerabilis Raynerius secundo Nonas Aug. anno Domini millesimo octogesimo. Prefuit vero ecclesie annis quinque. Post cuius decessum Spalatenses rogaverunt servientem eius[g], quatenus Ravenam pergeret depositumque archiepiscopi ad ecclesiam Spalatensem defferret[k]. Ipse autem, cum esset fidelis et bonus, acquievit[l] civibus. Et preparato navigio perexit Ravenam; miserunt autem cum ipso quemdam clericum nomine Raddam Marulle. Tunc ostenderunt depositariis quedam intersigna archiepiscopi; et quia ille idem erat, ad cuius manus depositum illud iusserat[m] archiepiscopus tradi, rediderunt totum illud dolium, in quo fuerant opes ille recluse; receptis vero omnibus reversi sunt. De rebus itaque illis quedam ecclesie date sunt, de aliis fecit comunitas voluntatem suam.

23. De Petro et altero Petro archiepiscopis.

. . . .

f. 24'. 1184/85. His temporibus defuncto Martino insularum episcopo Nicolaus Manzavini, nepos eius[g], ambicionis ardore succensus tantum solicitaverat insulanos, quod ab eis in episcopum est

a) Cui accedens *c.*; *corr. Lucius.* b) alygatus (?) *corr.* aligatus *c.* c) fuisent *c.* d) iam *c.* e) codam *c.* f) quādam valitudinē (*corr.* valitudine) *c.* g) eis *c.* h) Doymi *Barber.*, *ubi* Cicle *deest.* i) eisdem *c.* k) defferet *c.* l) acquiebit *c.* m) iuserat *c.*

1) Cagli. 2) Scil. Pharon et Brachia; cf. Thomae Spalat. c. 20. ap. Schwandtner, SS. rer. Hungar. III, p. 561. 3) Cf. Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich, Vitae pontif. II, p. 436. Initio mensis Martii papa erat Vestae Apuliae in oppido; cf. Jaffé, Reg. II, p. 303. 4) 16. die Martii Iaderae (Zara) Philippo civi Barensi quaedam iura concessit; Jaffé, Reg. nr. 12792.

electus. Presentatus ergo Spalatensi archiepiscopo[1] manus consecracionis sibi postulabat imponi. Archipresul vero eius[a] devitans versucias, sciens eum chalidum et dolosum, minime admitebat; tandem instancia civium superatus promisit se die dominicha, que crastino futura erat, eorum satisfacere voluntati. Nicolaus vero indigne ferens[b] dilacionem archiepiscopi, ipsa nocte iter arripiens perexit Veronam. Ibique dominum papam Lucium quibusdam machinacionibus circumveniens consecracionem ab eo peciit et accepit. Vacante autem ecclesia Iadrensi Nicolaus iste in archiepiscopum est electus. Qui eleccionem temere suscipiens absque licencia apostolice sedis administracioni[c] Iaderensis ecclesie se inpudenter *immersit[2]; quam ob rem dominus Inocencius papa eum utraque dignitate privavit[3]. Insulani vero Spalatum accedentes elegerunt in suum episcopum Micham, nepotem Picii, canonicum ecclesie Spalatensis. Hic in Spalatina ecclesia consecracionem suscepit, et pergens ad apostolice sedis presulem confirmacionis rescriptum optinuit, ut deinceps episcopatus Farensis antique metropoli Spalatine tamquam matri sue iure perpetuo adhereret.

1185. 1198. *f. 25.

24. De Bernardo archiepiscopo.

Eo tempore illustris vir Bella Hungarie rex missis[d] apochrissariis ad apostolicam sedem suplicavit domino pape Innocencio[4], ut iuberet reliquias beati Vladislavi regis sublevari et in loco decenciori componi ac ipsum in sanctorum chathalogo decerneret ascribendum. Cuius peticioni sumus pontifex annuit et misit quendam virum reverentissimum[e] Gregorium de Chrescencio cardinalem[f], ut voluntati regie satisfaceret condecenter. Tunc cardinalis[f] apostolica legacione suscepta transfretavit et venit in partes Dalmacie, aplicuitque Tragurium. Et quia yemis adhuc asperitas imminebat, voluit ibidem per totam quadragesimam comorari. Erat autem in comitatu eius clericus quidam, chapelanus ipsius, Bernardus nomine de provincia Thuscie, patria Perusinus, vir literatus et eloquens, statura procerus; hic quia frequenter in Ungariam fuerat missus, notus erat effectus regi Belle, graciamque ipsius et multorum principum[g] et prelatorum Hungarie habebat, ita ut rex ipse filium suum Henricum[5] ei nutriendum traderet et docendum. Cum ergo legatus in Hungariam profectus legacionis sue peregisset officium, ad propria reversus est. Itaque vachante ecclesia Spalatensi[6] elegerunt Bernardum in archiepiscopum suum, et quia regi[7] charus erat, sperabant propter ipsum civitati et ecclesie multa comoda provenire. Ergo favore regio petito et facille optento miserunt Romam ad dominum Inocencium tercium petentes, ut eleccionem factam de Bernardo dignanter admittens[h], consecracionis ei munus inpenderet ipsumque ad regimen Spalatine ecclesie salubriter destinaret. Fuerunt autem nuncii Spalatensium Vilcasius diaconus et Duimus, nepos Gumay, laycus. Sed non libenter sumus pontifex peticionem huiusmodi admittebat, quinimmo satis evidentibus indiciis[i] dissuadere eorum desideriis videbatur. Sed tanta fuit precum instancia, quod ad ultimum acquievit. Precepit tamen *eidem Bernardo, ut expeteret licenciam ab abbate monasterii sancte Marie de Farneto, Clusinensis diocesis, cui professionem[k] fecerat regularem, et resumeret habitum, quem reiecerat, monachalem. Quod et factum est. Tunc consecratus ab Innocencio anno Domini millesimo ducentesimo venit Spalatum, satisque vigilanter cepit curam pastoralis officii circha subiectos impendere. Erat autem insectator hereticorum valde solicitus. Fuerunt namque eo tempore duo fratres, filii Zorobabel, quorum alter Matheus, alter vero Aristodius vocabatur. Hi quamvis essent ex patre[l] Apullo, erant tamen a puericia Iaderenses cives effecti, conversabantur vero ex maiori parte apud Bosnam, quia erant pictores optimi et in auri fabrili arte satis exercitati. Competenter eciam Latine et Sclavonice literature habebant periciam. Sed ita erant falente diabollo in baratrum heretice pestis immersi, ut non solum impiam heresim obcecchato corde crederent, sed

1192. 1198. *f. 25'. 1200.

a) eis *c.* b) ferrens *c.* c) administracione *corr.* administracioni *c.* d) missit *c.* e) reuerentissimus *c.* f) gardinal. *c.* g) principium *c.* h) admmittens *c.* i) iudiciis *c.* k) proffesionem *c.* l) pte *c.*; *corr. Lucius.*

1) Petro VII. a. 1185—1187. 2) De his rebus vide Farlati, Illyr. sacrum IV, p. 144 sqq. V, p. 66 sqq. cum epistolis pontificum aliisque ibidem editis. 3) A. 1200; cf. epist. Innocentii III, Potthast, Reg. pont. nr. 1142. 4) Immo Caelestino III, nam Innocentius papa a. 1198. mortuo Bela III. rege (a. 1196) electus est. Thomas confudit duo itinera Gregorii cardinalis in Ungariam facta, alterum a. 1192, tempore Belae III. regis, alterum a. 1197/98. Cf. Vita S. Ladislai, Acta SS. Iun. V, p. 319: *a. D. 1192. sanctum corpus eius canonizatum est.* H.-E. 5) I. e. Emericum. 6) Quae a. 1197—1199. vacavit, Petro VIII. a. 1196. exeunte aut 1197. defuncto. 7) Emerico.

eciam scelestis labiis predicarent. Hos invenit Bernardus Spalati comorantes multosque iam pestiferi dogmatis tabe ab eis infectos. Cepit ergo paulatim eos ad chatolicam normam miti sermone allicere, frequenter[a] eos convocans, frequenter exortans. Sed cum illi erethicha chaliditate tergiversantes disimularent converti, statim archiepiscopus fecit omnia bona eorum diripi eosque anathematis vinculo innodatos cum magno obprobrio[b] de civitate expelli. Tunc predicti fratres videntes se maximis iniuriis[c] dampnisque affectos, ad mandatum ecclesie sunt reversi. Fecitque eos archiepiscopus suam heresim tactis sacrosanctis euangeliis abiurare, ipsosque ab excomunicacionis nexu debita solempnitate expediens, ipsorum bona restitui fecit. Sic autem omnes illi, qui per ipsos decepti fuerant, ab hereticha sunt contagione mundati.

f. 26'.

25. De prima capcione Iadre.

1202. Eo itaque tempore processit edictum a domino Inocencio summo pontifice, ut omnes christiani ad succursum Terre Sancte[d] se potenter accingerent, fecitque indulgentiam omnium peccatorum, quoscumque ibi pro spe vite eterne mori contingeret. Tunc totus pene orbis comotus est, et maxime de occiduis regionibus multitudo magna, chrucis suscepto caractere, Venecias advenerunt, petentes dari sibi passagium ex classe conducticia Venetorum. Tunc inita paccione de quantitate pecunie pro nautis ac navibus persolvenda[1], Veneti eis expediverunt quinquaginta galeas et totidem magnas naves ac totidem alias ad subveccionem equorum et victualium et armorum. Preter hec autem fuerunt et aliarum navium expediciones privatim conductarum, factusque est stolus navalis, exercitus copiosus. Hoc eciam Veneti condicionaliter Francigenis studuerunt aponere, ut, ubicumque ipsi vellent cum toto exercitu aplicare, tenerentur ex pacto contra omnes omines Venetos adiuvare. Erant autem eo tempore Iaderenses Venetis multum infesti. Quacumque enim ex parte poterant, Venetos invadebant, bona eorum diripientes, iniuriantes, trucidantes et quicquid mali exercere valebant in ipsos, totis viribus conabantur. Quippe diviciis affluentes multa lascivie insolencia raptabantur; erant enim superbia tumydi, potencia elati, de iniuriis gloriantes, de maliciis exultantes, deridebant inferiores, contempnebant superiores, nullos sibi fore pares credebant; et cum pluribus essent viciis depravati, hoc eciam ad nequicie sue cumulum addiderunt, ut chatholice fidei normam spernerent et heretica se permiterent tabe respergi. Nam pene omnes qui nobiliores et maiores Iadre censebantur libenter recipiebant hereticos et fovebant. Itaque universsa classium multitudo sustulerunt se a Venetiis[e] (Oct.) anno Domini 1203.[2] mense Octubri, et venientes circha oras Istrie intraverunt in Dalmaciam aplicueruntque prope Iaderensium civitatem[3]. Erant autem insigniores duces ipsius exercitus ex parte Francorum quidam Simon comes de Monte-forti[f, 4], ex parte vero Venetorum erat dux Henricus Dandolus, vir valde strenuus et circumspectus. Qui, licet corporalibus oculis cecutiret, mente tamen satis noverat perspicaciter intueri. Igitur ubi se Iaderenses vident[g] ab exercitu[h] circumvallari, timuerunt valde, quid consulcius agerent, nescientes. E vestigio autem subsecuta est clades nimie mortalitatis, ita ut non tot vivi et sani in civitate restarent, qui sufficerent mortuos sepelire. Iacebant miserorum cadavera in domibus et in ecclesiis inhumata, nesciebant miserandi cives, quid pocius, funera an publica officia procurarent. Sicque factum est, ut infelix civitas, suorum presidiis indefensa, in (Nov 24.) brevi et de facili ab hostibus caperetur. Die autem sancti Grisogoni, qui apud illos celeberimus habebatur, divina ulcio patuit super illos[i, 5]. Nam Veneti, tunc de ratibus egressi, catervatim in civitatem irruerunt, quam in momento captam et aliquamdiu hospitatam, in recessu totam in solitudinem redegerunt. Diruerunt enim omnes muros eius et turres per circuitum et universas domos intrinsecus, nil nisi solas ecclesias relinquentes.

a) ffreq. *h. l. c.* b) obrobrio *c.* c) inguriis *c.* d) sante *c.* e) Venetis *corr.* Venetiis *c.* f) forte *post corr.* forti *c.* g) videtur *c.* h) excitu *c.* i) ilos *c.*

1) Cf. pactum Balduini comitis Flandrensis et Theobaldi com. Trecensis et Ludovici com. Blesensis cum Henrico Dandulo duce Venetiarum pro passagio Terrae Sanctae ap. Muratori, SS. rer. Ital. XII, p. 323 sqq. 2) Potius a. 1202. ineunte mense Octobri; cf. Wilken, 'Gesch. d. Kreuzzüge' V, p. 164. 3) Haec 11. die Novembris a. 1202. facta sunt; cf. Wilken l. c. p. 167. 4) De Simone, qui contra Henricum Dandulum Iadrensibus favit, v. Petri Sarnensis Hist. Albigensium c. 9, SS. rer. Gall. XIX, p. 23, et cf. Wilken l. c. p. 168. 169. 5) Cf. Gesta ep. Halberstad., SS. XXIII, p. 117: *in die itaque beati Crisogoni, cuius corpus in eadem civitate requievit, ab exercitu eadem civitas occupata fuit.*

[1203. f. 27] Inde autem recedens omnis illa classium[a] multitudo perrexit Constantinopolim et cepit eam. Tunc Iaderenses patria exules ceperunt per mare discurere, magnas Venetorum cedes, ubicumque eos invadere poterant, facientes. At Veneti missis galeis et navibus edificaverunt quoddam presidium in insula ante Iadram. Ubi plurima considens acies armatorum, prohibebant Iaderenses civitatem[b] ingredi, eos per mare undique insequentes. His diebus advenerunt decem galee Gagettanorum ad Dalmacie partes. Tunc Bernardus archiepiscopus Spalatensis accedens ad eos, locutus est cum eis, ut darent auxilium Iaderensibus contra Venetos, qui presidium insidebant. Cum ergo Gagetani archiepiscopo acquiescerent, facta paccione de stipendio[c] percipiendo, abiit archiepiscopus Uranam et accepit quandam argenti quantitatem, quam rex[1] apud Templarios deposuerat; et soluto[d] stipendio coadunaverunt se Iaderenses cum Gagetanis et abeuntes[e] ceperunt pugnare fortiter cum Venetis qui erant in castro; et tandem Veneti impares viribus, defecti iam et languentibus dextris, resistere *nequiverunt[f]. [*f. 27'.] Tunc Iaderenses cum Gaietanis potita victoria, quotquot Venetos[g] in castro illo invenerunt, omnes gladio peremerunt, destructo tocius municionis illius edifficio, Iadram intraverunt. Et tunc ruinas domorum suarum ut poterant instaurantes, habitaverunt in eis. [1204] Miserunt autem Venecias et fecerunt pacem cum ipsis, iurantes eis subieccionem perpetuam et fidelitatis constanciam observare. Eodem tempore volentes Veneti de Bernardo archiepiscopo sumere ulcionem, venerunt cum galeis et destrucserunt turem cum palacio, quam idem archiepiscopus construcserat in insula Hurania[h, 2], que est ante Salonam. . . . . . .

Fuit autem Bernardus vir scolasticus, triginta annis et eo amplius Bononie in scienciarum studiis fuerat comoratus[i], habuitque libros plurimos bonos et preciosos, quos suis nepotibus largitus est, emitque eis magnum domicilium et turim iuxta portam orientalem Perusine civitatis, satisque ditavit eos in vita sua. Fecit autem *quandam compilacionem contra [*f. 28.] hereticos, composuit eciam librum sermonum. . . . . . .

[1206.] Eo tempore vaccante ecclesia Traguriensi electus est Treguanus, nacione Tuscus, patria Florentinus[3]. Hic quia Bernardo archiepiscopo compatriota erat, duxit eum secum ab Ungarie partibus, mansitque cum eo aliquanto tempore, docens Spalatenses clericos in gramatica facultate. . . . . .

[f. 28'.] Cum autem Bernardus archiepiscopus iam in senium vergeret, paralisis morbum incurrit, adeo ut trementibus menbris elinguis efficeretur. Et cum non posset verbum nisi cum dificultate exprimere, flebat amare[k], quando aliqui veniebant[l] ad eum. Sed cum nondum fuisset ex toto vi languoris absortus, abiit Romam et interfuit concilio domini Innocencii, quod apud Lateranum celebratum est. [1215. Nov.] Inde autem rediens[m], cum iam per omnia inutilis esset effectus, vix pauca verba communia clero et populo proponere potuit. Sed Treguanus episcopus Traguriensis uno et altero die aliquot capitula ipsius concilii perlegit et exposuit.

26. De pasagio Andree regis, tercii filii Belle regis Ungarorum[n].

[1217.] Per idem tempus Andreas rex Hungarie, votum patris exequi cupiens, crucis suscepto signaculo ad auxilium Terre Sancte iter aripuit profecturus. Misit ergo et conduxit naves magnas a Veneciis[4], ab Ancona et Iadra et ab aliis civitatibus Adriatici sinus fecitque omnes aplicare ad portum Spalatine civitatis. Premisit autem omnem aparatum armorum et escarum in multitudine curruum et iumentorum. Qui venientes repleverunt omnia per circuitum civitatis. Precessit autem regem et Hungaros ingens Saxonum multitudo, qui omnes pacifici et mansueti erant, cum devocione ac desiderio navigacionem regiam prestolantes; omnes enim cruce signati erant. Ad peticionem vero domini regis dederunt Spalatenses totum suburbium ad hospicium peregrinorum[o]. Exeuntes enim de domibus illas[p] expeditas hospitibus dimiserunt. Mox autem ita confestim replete sunt hominibus et

a) clasium *c.* b) ciuitates *corr.* ciuitatem *c.* c) stipendo *c.* d) resoluto, re *del. c.* e) abseuntes *c.* f) negeri, *alterum* e *del. et* u *superscr. c.* g) s *e corr.* h) huranica, c *del. c.* i) comotatus *c.* k) hamare *c.* l) veniebat *c.* m) reddiens *c.* n) *sic nigro atram. praescriptum erat in c., in rubrica minio* Ungarie *c.* o) pregr. *c.* p) *correxi H.-E.;* illis *c.*

1) Emericus. 2) Uragnizza. 3) Cf. Farlati, Illyr. sacrum. IV, p. 335. 4) Pactum cum Venetis pro navibus conducendis factum v. Mon. Hungar. hist. I, Diplom. XI, p. 380—383; Mon. spect. hist. Slav. merid. I, p. 29.

1217. iumentis, ut non pateret aditus transeundi. Sed non eos suburbane domus capere potuerunt, licet constricti et constipati manerent. Plurima vero pars tocius comitatus regalis curie morabatur extra in tentoriis per campum diffusa. Cives vero alii pavebant, alii mirabantur inconsuetam multitudinis frequenciam intuentes. Itaque anno redempcionis nostre Aug. 23. millesimo[a] ducentesimo septimo decimo, mense Augusti, vicesimo tercio die advenit Andreas rex ad civitatem Spalatinam. Exierunt autem procesionaliter[b] obviam domino regi universi cives omnesque[c] forenses totaque turba sui exercitus, laudes ei altis vocibus concrepantes. Deinde clerus omnis, olosericis[d] super comptas[1] induti vestibus, cum chrucibus et thuribulis procedentes usque posturium[2], prout regie magnificencie dignum erat, pariter concinebant. Ipse vero illustris rex viso processionis cetu solempni statim descendit de equo, magnaque suorum principum vallatus caterva, tenentibus eum hinc inde episcopis, qui convenerant, pedes usque ad ecclesiam sancti Domnii processit. Ubi celebrato missarum officio et data oblacione super altare ad hospitium secessit. Ea die comunitas exibuit regi affluentissimam procuracionem in domo que[e] dicitur Mata extra muros aquilonaris porte. Dicebatur autem tunc fuisse in comitatu regio plus quam decem milia equitum, excepta vulgari multitudine, que pene innumerabilis erat. Tunc rex cepit magnam benignitatem erga Spalatenses[f] cives ostendere, ita ut ipse ultro provocaret eos ad petendum a se, quod eis ad publicum cederet comodum; velle quippe regis erat, ut ad munimen civitatis sue reciperent castrum Clisse, volebat nichilominus eis concedere comitatum insularum. Sed Spalatenses suo more ad publica nimis tardi, ad privata comoda singuli intendebant. Neglectis siquidem regalibus beneficiis, que eis pie et liberaliter concedebat rex, proprio clemencie sue provocatus affectu, noluit castrum illud comittere alicui de proceribus[g], sciens, quia multa infestacio Spalatensibus ex illo castro procedat. Sed accersito quodam[h] Poncio[3], qui erat magister milicie domus Templi per regnum Hungarie, comisit ad manus eius[i] custodiam et tutelam ipsius castri, precipiens, ut vicissim fratres sue religionis ibidem faceret insidere. Cum autem Andreas rex aliquantam moram faceret preparando navigium, Bernardus archiepiscopus mortis debitum solvit; sepultus vero est iuxta ecclesiam sancti[k] Domnii. Protinus autem rex misit ad canonicos Spalatenses rogans et consulens, ut eligerent de clericis, qui circa ipsum erant; maxime quidem[l] instabat pro quodam[m] Alexandro fisico, qui erat vir literatus et honestus, per quem ecclesie poterant multa comoda provenire. Sed non fuit peticio regis admissa, quoniam aliorsum tendebat intencio seniorum. Interea rex naves ingressus[n] dispositum arripuit iter, Spalatenses vero dederunt ei usque Dirachium duarum galearum conductum. Non potuit rex tantum habere navigium, quod sufficeret ad passagium omnibus cruce signatis, quam ob rem necessitate compulsi, alii redierunt ad propria, alii vero expectaverunt usque ad annum sequentem. Eodem tempore Stephanus dominus Servie sive Rasie, qui megaiupanus apellabatur, missis[o] apocrisariis ad Romanam sedem impetravit ab Honorio sumo pontifice coronam regni; direxit namque legatum a latere suo, qui veniens coronavit eum primumque constituit regem terre sue. At rex Andreas ad partes Syrie transvectus magnum metum incusserat[p] Saracenis. Explicatis siquidem sue milicie copiis abiit satis procul a regione maritima expugnans castra et villas et obstancia queque conculcans. Sed invida fatorum[q] series preclara principis prepedivit incepta nec bonos ipsius successus permisit ulterius progredi. Lucanus[r]:

Phars. I, 70 sq.

Invida fatorum series[s], sumisque negatum
Stare diu.

Ecce etenim, nescio an suorum an extraneorum nefaria temeritas regis machinatur in mortem, impiaque manus, diabolicis armata versuciis, venenatum ei haustum propinat[4]. Ex quo scelere vix mortis potuit periculum evitare. Necdum vero sanitate ad integrum recuperata redeundi cepit habere propositum, verens se[t] suumque regnum in tantum precipi-

a) millessimo *c.* b) precesion. *c.* c) omesque *c.* d) oloserisis *c.* e) ꝙ *c.* f) Spalatensis *c.* g) procelibus *c.* h) quoddam *c.* i) eis *c.* k) santi *c.* l) quidam *c.* m) codam *c.* n) ingresus *c.* o) misit *c.* p) incuserat *c.* q) factorum *c.* r) *superscr. ead. m.* s) seriēs *c.* t) verrense *c.*

1) *Compta* fortasse idem est ac *cunta*, v. Ducange s. v. *cunta* 2. 2) Fortasse idem quod *posticium;* quae vox iam occurrit in Thomae c. 21; v. Ducange s. v. 3) De Cruce, quem Andreas rex Croatiae et Dalmatiae procuratorem constituerat; Fejér, Cod. dipl. Hungar. III, 1, p. 269. 4) De quo apud alios nihil invenies.

tare discrimen, credensque de suo voto pleniter Domino satisfactum, incipit cum omni comitatu suo ad patrie regredi fines[1]. Noluit autem ulterius marinis se comitere casibus, sed per terram[a] iter faciens[b], venit Anthiochiam, deinde transivit in Greciam, ubi afinitate contracta cum Lascaro rege Grecorum ultra progreditur. Accepit enim filiam[2] eius suo filio primogenito Belle in uxorem. Exinde peragratis Grecie finibus ascendit in Bulgariam, ubi ab Oxano[3] Bulgarorum rege detentus est nec ante abire permissus, quam plenam ei securitatem faceret, quod ei suam filiam[4] matrimonio copularet. Sic autem Andreas rex peregrinacionis sue completo itinere ad sua regna reversus est. . . . . . .

27. De promocione Guncelli.

. . . .

His temporibus misit sumus pontifex quendam apocrisarium suum nomine Aconcium, nacione Viterbiensem, curie capellanum, virum valde discretum et bonum, misit, inquam, eum pro quibusdam arduis negociis ad totum Hungarie regnum[5], dans sibi mandatum, ut ad Dalmacie partes descenderet piratasque Almisanos[6] a latrociniis coiberet. Sed cum non haberet plenam legacionem nimioque succenderetur zello multas enormitates in clero et populo corrigendi, Spalati positus, misit nuncios suos ad domini pape curiam postulans, ut perfecte sibi legacionis auctoritas preberetur. Profectis ergo nunciis Aconcius in Spalatensi urbe permansit, donec redirent, expectans. Videns vero archiepiscopi temeritatem et impericiam, multum compaciebatur ecclesie Spalatine, quod tam insolentem fuerat sortita pastorem. Arguebat autem eum frequenter. Sed ipse sicut onager assuetus in heremo et ipsum Aconcium et eius monita contempnebat. Interea nuncii redierunt de curia, legacionis officium eidem Aconcio plenissime perferentes[c]. Tunc Aconcius sedis apostolice auctoritate suffultus cepit multa circha clerum populumque corrigere, ecclesiam novis studiis informando. Fecit enim a clero cunctas expelli focarias, de quibus archiepiscopo nulla subherat emendacionis cura. Convocavit autem totam Dalmaciam et Croaciam in adiutorium suum contra hereticos et piratas, faciens indulgencias omnibus, quicumque zelo divino succensi in personis vel expensis ad eorum interitum laboraret. Tunc[d] congregato multo navali[e] exercitu et equestri cepit eos undique impugnare; in tantum enim Almisanos in mari et terra insequendo contrivit, ut deffecti viribus desperarent ulterius se posse resistere[f]. Venerunt ergo et corruentes ad pedes legati pacem et misericordiam umiliter implorabant, promittentes omnem emendacionem et obedienciam ad eius[g] beneplacita et mandata. Quos legatus suscipiens, fecit eos piraticas naves exurere, promitentes interposito iuramento, ut a christiana iam infestacione cessarent[h]. Eo tempore misit Guncellus archiepiscopus nuncium ad Romanam sedem pro palio postulando. E vestigio vero legatus Aconcius misit literas et nuncios excessus[i] archiepiscopi sumo pontifici nunciando. Dominus vero papa misit palium ad manus legati[7], comitens sibi, ut in causa archiepiscopi sicut videretur de iure procederet. Accepto siquidem papali mandato legatus palium tradidit servandum cuidam abbati de Rogova, archiepiscopum[k] vero ab omni pontificali suspendens officio precepit ei, ut de suis satisfacturus excessibus apostolico se conspectui exiberet. Tunc archiepiscopus dolens et anxius ad curiam est profectus. Comitati sunt eum Vita diaconus, qui postea fuit primicerius[l], et Petrus, nepos Murigii, diaconus. Contra ipsum vero directus est Vulcasius[8]. Pauci de canonicis fovebant archiepiscopum, plures et maiores erant contra eum. Itaque archiepiscopus Romam veniens proiecit se ad pedes domini Honorii pape, lacrimabiliter proponens querelam de infestacione legati. Sed dominus papa

a) teram *c.* b) faci'nes *c.* c) perfferentes *c.* d) Tunch *c.* e) nali *c.; corr. Lucius.* f) resisstere *c.* g) eis *c.* h) cesarent *c.* i) excesus *c.* k) archiepiscopus *c.* l) primincerius *c.*

1) Post festum epiphaniae (Ian. 6.) Andreas rex rediit; cf. Röhricht, Testimonia minora de quinto bello sacro p. LVII, n. 4. 2) Mariam, filiam Theodori Lascaris imp. Nicaeae, Belae, postmodum IV. regi Ungariae, sponsam fuisse et Albricus, SS. XXIII, p. 911, refert. Papa vero, ut sponsalia solverentur, permisit; Potthast, Reg. pont. nr. 6845. 3) Iohanne Oxane II. 4) Mariam; cf. Röhricht l. l. p. LVIII, n. 2. 5) Vide epist. Honorii datam a. 1221, Apr. 13 (Potthast nr. 6611) ad Spalatinos, qua Acontium ad eos missum esse denunciat. H.-E. 6) Almissa oppidum ad ostium fluvii Cettina situm. 7) Epistolis datis a. 1221, Dec. 4 (Potthast nr. 6726. 6727) Honorius scribit se pallium Guncello dandum Roberto episcopo Vesprimiensi misisse. Sed ex hoc loco patet Acontium, quominus pallium daretur, prohibuisse. H.-E. 8) Quem Guncellus a. 1221. Romam miserat ad pallium obtinendum, ut Honorius dicit in epistolis laudatis. H.-E.

1222. de omnibus excessibus archiepiscopi plene instructus cepit eum multum dure increpare de insolenciis et temeritatibus suis. Archiepiscopus vero nitebatur excusare se, imponens Roberto consecratori suo[1], quod ex ipsius mandato presumpsisset sine palio pontificalia celebrare. Sed non satis sibi credebatur a papa. Cardinales fere omnes adversabantur ei, ita ut vix eorum auderet presencie comparere. Canonici vero, qui eum fuerant comitati, videntes causam archiepiscopi fore gravissimam, et quia deposicionis nota iam conscripta erat contra eum, relinquentes ipsum in curia, ad propria sunt reversi. Guncellus vero ibi remanens multa suplicacione pulsabat, ut de suis excessibus misericorditer[a] ageretur. Tanta ergo fuit precum instancia, tam inportunus labor, ut revocaretur prior sentencia, et conscriberetur altera micior, videlicet ut bienio maneret[b] suspensus, postea de misericordia sedis apostolice fieret in omnibus restitutus; quod et factum est[2]. Interim vero legatus Aconcius in Bosnam contra hereticos profectus multo ibi tempore pro statu catholice fidei laboravit.

1222. Dec. 25. His temporibus factus est terremotus magnus et oribilis in die[c] nativitatis Domini circha oram terciam per Liguriam, Emiliam et per marchiam Veneticam, ita ut multa edificia ad terram ruerent. Civitas vero Brexiana[d] ex magna parte sui prostrata est, multaque ominum multitudo et maxima ereticorum oppressa[e] est et extincta. Eodem anno[3], Aug. 15. in die asumpsionis Dei genitricis[f], cum essem Bononie in studio, vidi sanctum Franciscum predicantem in platea ante palacium publicum, ubi tota pene civitas convenerat[g]. Fuit autem exordium sermonis eius: 'Angeli, homines, demones', de his enim tribus spiritibus racionalibus ita bene et discrete proposuit, ut multis literatis, qui aderant, fieret admiracioni non modice sermo hominis ydiote; nec tamen ipse modum predicantis tenuit, sed quasi concionantis. Tota vero verborum eius discurebat[h] materies ad extinguendas inimicicias et ad pacis federa reformanda; sordidus erat habitus, persona[i] contemptibilis et facies indecora, sed tantam Deus verbis illius contulit eficaciam, ut multe tribus nobilium, inter quas antiquarum inimiciciarum furor immanis multa sanguinis effusione fuerat debachatus, ad pacis consilium reducerentur. Erga ipsum vero tam magna erat reverencia hominum et devocio, ut viri et mulieres in eum catervatim ruerent, satagentes vel fimbriam (Matth. 14, 36.) eius tangere aut aliquid de paniculis eius auferre. . . . . . .

32. De scandallo quod factum est inter archiepiscopum et archidiaconum.

(f. 36.)

1230. Post hec autem anno Domini millesimo ducentessimo tricessimo, vaccante archidiaconatu, capitullum et universus clerus in suma concordia elegerunt Thomam canonicum[4] in archidiaconum suum tricesimo etatis sue anno, archiepiscopo tunc apsente Guncello. Cum vero fuisset reversus, presentatum pro confirmacione petenda archidiaconum[k] primo admitere noluit. Quippe cui numquam pene canonicorum facta, licet honesta, *placebant. (*f. 36'.) Postmodum vero videns omnia de promocione archidiaconi rite ac canonice[l] processisse, et quia nulla erat scintilla discordie inter canonicos, ex qua posset refragandi materiam finaliter invenire, assensum prebuit, et dans suam benediccionem ei archidiaconatum confirmavit propriaque manu instalavit eundem. Erat autem archidiaconus competenti sciencia preditus et in execucione sui officii, prout ei possibille erat, satis fervidus et intentus. Amator iusticie, nequicie detestator, nimioque zelabat afectu, ut sanctorum[m] servarentur statuta, et in ecclesiasticis negociis secundum Deum tocius iusticie vigeret norma. Cum autem archiepiscopus in corigendis subditorum excessibus se remissius[n] ageret, archidiaconus, prout poterat, emendare enormia satagebat. Sed cum non satis cohercicio[o] archidiaconi circha morosos proficeret, nonnumquam pontificem desidie arguebat, ipsum incitando et monendo, ut sicut pastor bonus super gregis sui custodia magis solicite vigilaret. Sed quia iam ipse in torpore[p] segniciei sue senuerat, durum ei videbatur atemptare nova et suis

a) misericordiam *c.* b) manerent *c.* c) orib. inde *c.* d) Brexiana *c.* e) oppresa *c.* f) ienitr. *c.* g) convenerant *c.* h) discurebat *c.* i) persono *c.* k) archidiaconus *c.* l) canonici *corr.* canonice *c.* m) santorum *c.* n) remissus *corr.* remissius *c.* o) cohercio *c.* p) *emendavi H.–E.;* corpore *c.*

1) Episcopo Vesprimiensi. 2) Epistola data a. 1223, Iul. 27 (Potthast nr. 7064) mandatum iam antea datum, ut Acontius Guncello pallium daret, Honorius repetivit. H.–E. 3) Non satis apparet, num hoc a. 1222. an 1223, Thoma anni initium a nativitate Domini computante, factum sit. H.–E. 4) Auctorem huius libri.

moribus insueta. Sic ergo solicitudo archidiaconi ad onus erat presuli, non ad levamen videbatur ministerii pastoralis. Unde non libenter cum ipso de causis ecclesiasticis conferebat, sed eos[a] pocius ad sui familiaritates[b] admittebat, qui de vanitate conveniebant in id ipsum. Sicque factum est, ut aliqui clericorum, hi maxime qui defixi erant in fecibus[c] suis, (Soph. 1, 12.) archidiacono infesti oppido haberentur. Eo enim odiorum hec causa succreverat, ut quos[d] archidiaconus secundum debitum sui officii pro excessibus puniebat, archiepiscopus veniens in oprobrium archidiaconi abque ulla cause cognicione absolveret. Archidiaconus vero magnis dolorum stimulis angebatur, non pro eo quod presul ad derogacionem dignitatis eius[e] intenderet, sed quia evacuando ministerium archidiaconalis officii totus ecclesiastici ordinis cursus turbari et confundi videbatur. Erat enim certum animarum perichullum et patens oprobrium ecclesie Dei, cum hi, qui pro enormitate[f] sue vite puniendi erant, abiecto pudore de insontibus sumerent penas et ipsi licencius sua ludibria exercerent. Factum est autem, ut quadam vice[g] congregatis canonicis archiepiscopus diceret: 'Volo, ut nullus vacet in ecclesia personatus'. Et tunc ordinatus est archipresbyter quidam Petrus, nepos Murigii. Hic, quia erat facciosus homo et inquietus, cepit aperte derogare archidiacono, *persuadens (*f. 37.) simplicioribus et indiscretis et se quasi caput eorum constituens, nitebatur debitam obedienciam[h] subtrahere archidiacono et se ipsum quasi superiorem revereri querebat ab eis. Et sic feda nimis dissensio in capitulo est suborta. Archiepiscopus vero cum se deberet tamquam murum opponere exardescentibus odiis ex adverso et fraternam caritatem in (Ezech. 13, 5.) filiis reformare, cepit faccioso archipresbyteri conventiculo favorem impendere, partem vero archidiaconi auctoritatis sue mole deprimere quantum posset. Hoc enim magis placere sibi videbatur, si canonici sui disiderent ab invicem, quam si forent in unanimitate[i] concordes. Videns autem archipresbyter, quod Guncellus sue parti accederet, ab archidiacono vero tota mentis esset intencione disiunctus, cepit eum magis ac magis in archidiaconum odiorum facibus inflamare. Ille vero, ut erat facillis ad credendum, et quia rancoris huius scintilla iam in eius erat corde perflata, libenter aures susuracionibus inclinabat[k]. Et sic in archidiaconi perichullum facti sunt cum archipresbytero concordes ad invicem, qui prius numquam poterant concordare. Tunc cepit palam agredi[l] archidiaconum et post apellacionem a se factam interdicti et excommunicacionis in eum iacula intorquere. Et facta conspiracione ad nichil aliud nisi ad ipsius perpetuam deieccionem laborare ceperunt. Ut autem in eum popularem concitarent tumultum, fecerunt omnes ecclesias claudi et ab omnibus cessare divinis[m]; in tantum enim scandali huius excreverat malum, ut intra ecclesiam[n] et extra ecclesiam non solum clamosis vocibus decertarent, sed eciam temerarias in se manus inicerent, populique furentis insania modo hanc, modo illam insequens partem, acerimam sedicionem in totam concitaverat civitatem. Canonici pene omnes contra archidiaconem erant, de nobillibus vero civitatis hi maxime, qui meliores et discreciores erant, et maior pars cleri archidiacono favebant. Cum ergo propter dissensionis huius materiam tota videretur civitas in sedicionem comota, metuens archidiaconus, ne forte aliquod inter cives facinus oriretur, cedendum tempori ratus, ad apostolicam sedem profectus est. Secuti (1234.) sunt eum quatuor canonici, fautores[o] sui. Videns ergo archiepiscopus, quod archidiaconus ad curiam proficiscitur, statim persuasus a complicibus suis iter post ipsum arripuit profecturus. Secuta est eum canonicorum turba, qui de malignitate cum ipso conveniebant[p]. Prevenit autem eos Thomas diebus octo, non credens adhuc, quod tam vehementer odiorum flama in eorum cordibus estuaret, ut tantum vellent se *insequendo subire laborem, quamquam (*f. 37'.) ex precepto Guncelli condixissent inter se, ut nullus eum archidiaconum apellaret; sperabat autem, ut impetratis ab apostolica sede literis[q] ad propria remeans posset materiam scandali mitigare. Sed cum vidisset tantam multitudinem in zelo nequicie[r] inflamatam contra se venientem, pavefactus a principio terreri cepit. Quid miri, cum ipse quasi solus esset, adversariorum vero tam numerosus exercitus, tanti nominis cetus, ut in his solum tota Spalatensis metropollis auctoritas dependeret? Erant enim archiepiscopus, archipresbyter, sacrista, primicerius et alii quamplures literatis muniti, testificacionibus armati, nil alium[s] nisi archidiaconum toto ore glutire parantes. At ipse nullam habens[t]

a) s *e corr. c.* b) familiaritatis *c.* c) fcibus *c.* d) cos *c.* e) eis *c.* f) normitate *c.*; *corr. Lucius.* g) uite *c.* h) obedianciam *c.* i) uninitate *c.* k) inclibat *c.* l) agredi *c.* m) cesare diuiciis *c.* n) echlesiam *h. l. c.* o) fauores *c.* p) conueniebat *c.* q) literatis *c.* r) necuicie *c.* s) *sic c.* t) abens *c.*

1234. aliunde fiduciam nisi ex Deo, qui facit iudicium omnibus iniuriam pacientibus, de sola enim innocencie sue causa confisus, bono animo rerum exitum expectabat. Erat autem tunc temporis dominus Gregorius papa nonus apud Perusium[1]. Itaque Thomas archidiaconus consilio et favore quorundam, quos numquam noverat, intromissus est ad papam, quando solus erat in camera cum vicecancellario[2] tantum. Et flexis genibus coram eo cepit cause sue seriem exponere diligenter. Ipse autem clementissimus pater benignam ei exibuit audienciam, et tamquam certus de omnibus, multum ei de tot molestacionibus est compassus. Et requisivit ab eo, an vellet cum archiepiscopo de his omnibus in curia experiri. Respondit archidiaconus: 'Utique, pater sancte'. Tunc papa dixit vicecancellario, qui astabat: 'Precipe[a] Otoni chardinali, ut causam utriusque partis audiat diligenter'. Tunc archidiaconus gracias agens, deosculatis eius[b] pedibus, letus egressus est. Videns autem archiepiscopus cum turma sua tam facilem audienciam diacono fore datam, et quod auditorem impetraverat contra eos, contristati sunt valde. Et intrantes ad papam conabantur, ut Raynerius cardinalis, de quo multum confidebant, eis daretur auditor. Sed dominus papa nullatenus acquievit. Vocatus itaque archiepiscopus cum sua multitudine ad Otonem cardinalem accessit. Et iam micior factus volebat, ut sine iudiciario strepitu causa de plano procederet, et quasi in forma composicionis tocius litis negocium tractaretur. Sed noluit[c] a principio cardinalis, cavens, ne forte super aliquo crimine collusio fieret inter partes. Denique archiepiscopus videns propositum suum non satis sibi ad vota succedere, vehementer cepit penitere incepti. Tunc seorsim ad archidiaconum veniens latenter a sociis, *f. 38. blandis temptabat eum *demulcere loquellis, timens, ne qua criminalis accio contra se intentaretur ab eo. Sed archidiaconus parum chredullus blandiciis archiepiscopi, sciens eum consuetum esse cum tempore verba vultumque mutare, causam suam coram cardinali solicite promovebat. Socii sui omnes recesserant preter unum. Itaque die statuta ambe partes ad iudicium accesserunt. Tunc archidiaconus conscripto libello cepit in archiepiscopum quedam crimina denunciando intentare. Contra archiepiscopus cum suo cetu inepta quedam et nil iuris[d] habencia in archidiaconum confingebant, dicentes in officii ipsum[e] sui execucione transgredi terminos a patribus diffinitos. Et cum diebus pluribus huiuscemodi altercacio haberetur, cardinalis, ut erat vir discretissimus, videns, quod non aliunde in archidiaconum consurexerant nisi ex rancorum scandalis et fomite odiorum, tunc cepit multum dure increpare archiepiscopum, quod seminarium tante nequicie[f] pullulare permiserat in ecclesia Spalatensi. Et quia non ut pastor bonus, qui animam suam ponit pro ovibus suis (Ioh. 10, 11. 12.), se insidianti lupo opponeret, sed pocius se actore inter fratres passus erat tanta scandalli certamina excrevisse. Tunc requisivit a partibus, an vellent ante diffinicionis calculum in pacis ac dilleccionis redire consensum. Guncellus absque ulla cunctacione acquievit, nil enim aliud affectabat nisi pedem suum de laqueo eruere, in quem ipse inciderat, dum aliis prepararet. Sui vero complices, ut erant in perversitatis proposito indurati, ceperunt contra archiepiscopum tumultuari, consensum adibere negantes. Contra quos cardinalis multum aspera verba intorquens, vix eorum sedavit tumultum. Tandem facta promissione[g] altrinsecus, quod ad omnia starent auditoris precepta, presul cum suo agmine merentibus animis et obducta facie sese hospicio receperunt. Et non expectantes arbitrium cardinalis, unus post unum quasi de naufragio iter aripiunt ad propria redeundi. Tunc venerabilis Oto, absoluto prius ad cautellam archidiacono et eodem in plenitudinem sui officii restituto, precepit archiepiscopo, ut eum quasi socium et filium paterna caritate pertractet nec unquam adversus eum paciatur tam prava imperitorum machinamenta vigere. Guncellus autem demisso vultu in terra[h] respondit se velle omnia devote et efficaciter adimplere. Tunc apparuit nuncius cum literis venerabilium episcoporum Treguani Traguriensis, Nicolai[i] Farensis et aliorum duorum, quas[k] domino pape mitebant in accusacionem archiepiscopi et excusacionem archidiaconi. *f. 38'. *Quod[l] cum audisset Guncellus, nullam ulterius sustinens moram necdum plene licenciatus recessit. Quas literas cum cardinales vidissent, volebant archiepiscopum revocare ad iudicium, si archidiaconus causam

a) Precippe *c.* b) eis *c.* c) uoluit *c.*; *corr. Lucius.* d) iuriis *c.* e) *s corr. c.* f) necuicie *c.* g) promisione *c.* h) tera *c.* i) nicola *c.* k) quos *c.* l) Quam *c.*

1) Ubi papa a die Sept. 15. a. 1234. usque ad a. 1235, Sept. 1. moratus est. 2) Bartholomeo; Potthast, Reg. I, p. 939. H.-E.

voluisset[a] resumere circa eum. Sed dominus Oto, composicionis conficiens instrumentum, distincte expressit omnia, que secundum statuta canonum singulis ministeriis pertinere noscuntur. Expletis itaque omnibus negociis venerabilis cardinalis tradidit conscripciones arbitrii, unam procuratoribus archiepiscopi, alteram archidiacono, eumque ad patriam cum sua gracia et benediccione remisit, confirmato sibi archidiaconatus officio ex papalli rescripto. Acta sunt hec anno Domini 1234, sub Otone cardinali Sancti Nicolai in Carcere Tulliano. 1234.

33. De Gregorio comite.

. . . .

Erat autem tota civitas in pessimo statu posita, quia tanta erat dissensio, ut fieri solet, quod nulus pene remaneret, qui non pro alterutra parte contenderet. Tunc ceperunt parentes timere pro filiis, pro rebus, pro vita eciam sua. In tantum enim omnes proclivi erant ad facinus, ut generalis videretur interitus civibus iminere. Iste metus causam dedit nostratibus de Latino regimine cogitare. Tunc ceperunt religiosi viri fratres Minores in suis predicacionibus suadere civibus, ut potestatem de gente Latina advocarent. Precipue autem Tomas archidiaconus convocato clero frequenter populum comonebat[b], multis ostendens racionibus, quod non *alio modo poterat civitas ad bonum statum reduci nisi per regimen Latinorum. Et tandem acquieverunt omnes, ut de gente Latina potestas eligeretur. Facto[c] autem universali consilio quesitum est, ex qua civitate Ytalie potestas advocari deberet; et tunc omnium in hoc resedit voluntas, ut ad civitatem Anconitanam pro potestate miteretur. Tunc elegerunt duos[d], qui legacionis huius perferrent negocium, videlicet Tomam archidiaconum et Micham, filium Madii, dantes eis[e] per publicum instrumentum plenam auctoritatem, ut abeuntes Anconam, quo[f] ad melius videretur eis, factum huiusmodi promoverent, obligantes se iuramenti vinculo universa pro rato habere. Itaque archidiaconus cum suo colega, suscepto legacionis mandato, quamquam cernerent quosdam[g] ex civibus penitere, post festum ephifanie iter aripientes navigaverunt, multosque ac diutinos passi labores, tandem prope festum pasce Anconam aplicuerunt. Et cum iam rumor processisset, quod venturi essent Spalatensium nuncii pro potestate eligenda, satis honorifice suscepti sunt a nobilibus civitatis, alacri animo prebendo eis hospicia et grata servicia impendendo. Tunc nuncii primitus accesserunt[h] ad potestatem Anconitanam, qui erat Lombardus genere, patria Bergamensis, et porigentes[i] ei salutatoriam Spalatensium, exposuerunt ei causas legacionis sue, petentes, ut necessarium eis consilium impendere dignaretur. Ipse vero, ut erat vir legalis et bonus, duxit eos seorsum cepitque multis suadere loquellis, ut super tam arduo negocio nichil incaute, nichil agerent properanter, sed religiosorum dumtaxat et fidelium virorum utentes consiliis in facti execucione procederent. Nominavit eis expressim personas paucas, quarum debebant consilium adherere, dicens, quia 'tanta viget hic hominum malicia, ut plerique privato amore[k] non laudanda laudarent, alii vero privato odio non vituperanda vituperarent. Nec consulendo sinceriter ad vestre respicient utilitatis profectum, sed ad sue carnalitatis affectum'.

f. 40. 1238. *f. 40'. 1239. Ian. 6. Mart. 27

34. De Gargano potestate.

Sic et factum est, nam accedentes ad quendam religiosum virum, qui erat de ordine fratrum Minorum, qui fidem et conversacionem omnium perspicue cognoscebat, secumque diucius conferentes, taliter deliberaverunt, ut neminem alium pro potestate eligerent nisi nobilem virum Garganum de Arscidis, qui testimonium habebat bonum ab omnibus. Tunc nuncii eundem Garganum adeuntes ceperunt aloqui ipsum, exponentes ei suum propositum, quod de ipso habebant[l], et querentes, an vellet ad unum annum[m] venire pro eorum regimine civitatis. Quibus ipse benigne respondit, quod deliberaret[n] primo cum propinquis et amicis, et tunc demum certum quid responderet. *Facta autem deliberacione per aliquot dies, reversus ad eos acquievit[o] voluntati eorum, et pacti sunt cum eo in quingentis libris Anconitane monete pro salario unius anni. Et in literis coram positis paccionem firmaverunt, et ipse iuramentum prestitit super quibusdam articullis, et sic potestatis officium suscepit. Confectis autem publicis instrumentis cepit se preparare ad iter. Cum ergo de-

*f. 41.

a) uoluiset ressumere *c.* b) comouebat *c.* c) Facta *c.* d) dus *c.* e) ei *c.* f) eo *c.* g) cosdam *c.* h) acceserunt *c.* i) porientes *c.* k) hamore *c.* l) abebant *c.* m) anum *c.* n) deliberare *c.* o) aquieuit *corr.* acquieuit *c.*

1239. nunciata fuisset eleccio Gargani aput potestatem et consilium Anconitanum, valde comendantes factum Spalatinorum, pulsu campane ac[a] preconis voce populum convocaverunt[b]. Et facto grandi conventu, iverunt nuncii cum Gargano ad palacium publicum; et intrantes curiam, peroravit archidiaconus[c] processum legacionis et eleccionis, quam fecerant de Gargano, petens ex parte suorum civium, ut cum eorum benivolencia et favore dirigant eum ad regimen civitatis Spalatine. Tunc potestas Anconitana surgens prolixe concionatus est, grates multiplices referens, quod tantum honoris a Spalatensibus eis foret inpensum. Et accipiens Garganum per manum, posuit eum ad manus nunciorum, ipsum multipliciter recomendans. Garganus vero, necessarie societatis comitatu parato, navem ingressus est. Habuit autem militem unum et unum notarium, chentelam bonam, duos dextrarios et armorum non modicum apparatum. Comitati sunt eum multi nobiles, cognati sui, alios misit communitas pro nunciis ob honorificenciam persone ipsius. Navigantes autem non Maii 15. paucis diebus, tandem quintodecimo mensis[d] Mai ad Spalati portum leti applicuerunt. Ut autem rumor in civitate perstrepuit, quod potestas advenisset, mox tota civitas prorupit ad portum, factusque est concursus utriusque sexus et etatis videre cupiencium quod longo desiderio fuerant prestolati. Egressus[e] autem de navi ab universa cleri populique fre- Maii 16. quencia in magno tripudio et honoris obsequio susceptus est. Altera autem die misit et fecit inspici plura hospicia, ubi videretur comodius sui regiminis officium exercere. Et tandem placuit habere domum comitis Grubesce pro publico palacio et pro hospicio suo. Maii 17. Tercia vero die fecit coadunari universum populum civitatis, et facta curia primo expediverunt se nuncii, exponentes sue legacionis processum et exitum ostendentes. Deinde nuncii Anconitanorum Matheus de Girardo et Albertus[f] legacionem civium suorum, que erat pro Gargano, coram populo multis laudibus perorarunt. Post hec autem surgens Garganus, ut erat eloquens vir, multum lepide concionatus est. Et prestito sui regiminis iuramento fecit universam multitudinem tam nobilium quam popularium vinculo sacramenti astringi, ut essent suis preceptis obedientes per omnia et sequaces. Iussit autem omnes iuratos in scriptis redigi, et inventus est numerus fere[g] duum milium virorum. Tunc[h] *f. 41' ordinavit *curiam, statuens iudices, camerarios et precones. Totum namque regimen exemplar Ytalicarum urbium, que per potestatum regimina gubernantur. Cum enim nil pecunie in fischo publico reperisset, per sue discrecionis industriam cito ipsum habundare fecit absque gravamine alicuius. Siquidem tantam ei graciam concessit[i] Deus, ut ab hominibus timeretur et audiretur quasi quidam sanctus a Deo missus. Nec solum civibus veneracioni erat, sed de tota pene provincia veniebant audire ipsius sentencias[k] quasi divinas. Erat enim quam maxime intentus cum omnibus pacem facere factamque fideliter observare, superbis[l] resistere, pacificos quasi filios confovere. Sicque brevi tempore tota civitas veluti de magnis tenebrarum squaloribus exiens ad lucem devenit. Tunc illa chruenta et oribillis discordia, quam supra descripsimus[1], sopita est. Nam filii Vitalis cum parentella Duymi contractis inter se concubiis pacem perpetuam tenuerunt. Sclavi eciam, qui implacabiliter contra civitatem seviebant, asiduis predacionibus laniantes eam, ad pacis concordiam reducti sunt. Tanta namque fuit eo tempore securitas intus et extra, ut numquam maior ibi memoraretur fuisse. Hoc ideo contigerat, quia potestatis metus omnes cives in unitate constrinxerat. Omnes autem quasi per unum funem traentes robur civitatis integrum conservabant, nec erat ausus quispiam civium privatas amicicias seu inimicicias cum extraneis facere. Sed qui erat amicus publicus, a singulis amabatur, quem vero civitas pro inimico habebat, quasi omnium hostem omnes insequebantur. Et hoc ceu miraculose eo tempore contingit, ut duo implacabiles hostes Spalatensium vivendi finem facerent, videlicet Tolen de Chilmia[2] et alter Tolen de Policia, qui nunquam poterant cum Spalatensibus pacem habere.

Per idem tempus, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, die tercio in- Iun 3. trante mense Iunio facta est ecclipsis solis mirabilis et teribillis; totus enim sol obscuratus est, et tota serenitas aeris obtenebrata est, et quasi noctis tempore stelle aparuerunt in

a) ach *c.* b) conūōr̄ *c.* c) archidiaconum *c.* d) mendis *c.* e) Egresus *c.* f) albercus *c.* g) fferre *c.* h) Tunch *c.* i) concesit *c.* k) sentenciam *corr.* sentencias *c.* l) superbos *c.*

1) C. 33, Schwandtner III, p. 587. 2) De hoc nepote Petri comitis de Chulmia vide c. 33, Schwandtner III, p. 587.

celo. Et quedam maior stella michabat iuxta solem ex occidentali parte. Tantusque pavor in omnes incubuerat, ut velud amentes huc illucque[a] clamando discurerent, mundi finem adesse putantes. Erat autem die Veneris, luna tricessima; et quamvis solis iste defectus per totam aparuisset Europam, in Asia tamen et Africa non dicebatur fuisse. Eodem anno visa est stella chrinita, id est cometa, que iminebat septemtrionali regioni quasi super regnum Ungarie, et mansit diebus multis, satisque magne rei portendi videbatur presagium. His etenim diebus crebrescebat iam per aures[b] omnium tristis rumor, quod pestifera Tartarorum gens[c] fines iam christianorum invaserant in Rutenie partibus, *sed[d] quasi pro ludo reputabatur a multis. [1239.] [*f. 42'.]

. . . .

37. De peste Tartarorum[e].

Anno quinto regnante Bella, filio Andree regis Hungarie, secundo anno Gargani[1] gens pestifera Tartarorum ad partes Hungarie propinquavit. Etenim a pluribus iam annis rumor et timor gentis ipsius in totum processerat orbem, venerant namque ex partibus orientis depopulando provincias, per quas habuerant transitum, usque ad confinia Rutenorum. Sed Rutenis fortiter resistentibus, non poterant[f] ulterius progredi. Multociens enim conflictum habuerunt cum gentibus[g] Rutenorum, multumque cruoris fusum est hinc et inde, longe tamen fugati sunt a Rutenis. Quam ob rem divertentes ab eis, universas septemtrionales regiones pugnando circuierunt, ibique viginti et eo amplius annis demorati sunt. Postea vero multiplicatis legionibus exercitus sui ex gentibus precipue Cumanorum et ex multis aliis nacionibus, quas devicerant, reversi sunt ad Rutenos[h]. Et primo quidem civitatem maximam christianorum nomine Susdalium[2] circumdantes obsederunt et obsessam diu non tam vi quam fraude ceperunt et destruxerunt, regemque ipsius nomine Georgium cum magna multitudine sui populi neci dederunt. Inde autem versus Hungariam proficiscentes obvia queque vastabant. Eo autem tempore, anno videlicet incarnacionis millesimo 241. sexto die intrante Octubri, die dominica, iterum factus est solis deffectus, totusque aer obscuratus est, fuitque orror magnus in omnibus, velud in ea ecclipsi, que facta est tercio anno precedente, ut supra tetigimus[3]. Igitur cum rumor exicialis adventus Tartaree gentis ad aures perstreperet Hungarorum, quasi ludus quidam vel inane sompnium videbatur eis, tum quia tales rumores[i] frustra sepe audierant, tunc eciam quia de copiosa sui regni milicia confidebant. Erant tamen longa pace dissoluti, armorum asperitate desueti, nonnisi carnalibus gaudentes illecebris, ignavie torpore[k] marcebant. Etenim terra Hungarica omnibus bonis locuplex et fecunda causam prestabat suis filiis ex rerum copia immoderatis deliciis delectari. Quod enim aliud erat iuvenilis etatis studium, nisi polire cesariem, cutem mundare, virilem habitum in muliebrem cultum mutare? Tota dies exquisitis conviviis aut mollibus[l] expendebatur locis, nocturnos sopores vix hora diei tercia terminabat. Cuncta quidem sue vite tempora in apricis[m] silvis et amenis pratis cum uxoribus transigentes non de bellorum[n] strepitu cogitare poterant, qui non seria, sed ludicra cotidie contrectabant; at vero, quibus erat mens sanior, feralibus nunciis excitati, pestifere gentis metuebant incursum. Quam ob rem regem et principes crebris solicitabant alloquiis, ut tanto precaverent malo, ne forte subita fieret impie gentis irrupcio et maiorem perniciem inferrent[o] incautis. Vix tandem rex his pulsatus clamoribus comovit se et abiit ad extrema sui regni, venitque ad montes, qui sunt inter Ruteniam et Hungariam et usque ad confinia Polonorum. Ibi circuiens[p] et circumspectans cunctos infirmiores terre ingressus, cesis ingentibus silvis longas fieri fecit indagines, obstruens transiectis arboribus universa loca, que ad transeundum facilia videbantur. Et tunc reverssus misit et congregari fecit omnes principes, cunctos barones et proceres regni sui, cunctumque robur Hungarici exercitus contraxit in unum. Venit Colomanus rex, frater eius, cum omni potentatu suo, venerunt et presules Hungarie, qui et ipsi non[q] contenti sobriam ecclesiastice moderacionis habere familiam, immo pre diviciarum magnitudine magnas militum acies ductitabant. Affuit Mathias Stri-

[1240.] [1241. Oct. 6.]

a) iluchque *c.* b) tures *c.*; *corr. Lucius.* c) iens *c.* d) *folii 42. pagina recta vacua relicta est in c.* e) *sic nigro atram. praescriptum, in rubrica minio* Tharthar. *c.* f) poterĩ *c.* g) ientibus *c.* h) rudenos *h. l. c.* i) rumore *c.* k) corpore *c.*; *corr. Lucius.* l) molibus *c.* m) apriciis *c.* n) belorum *c.* o) infferrent *c.* p) *correxi H.-E.*; Pol. Incircuiens *c.* q) erant *add., sed del. c.*

1) Potestatis Spalatensis, supra p. 583 sq., c. 34. 2) Susdal. 3) C. 34, p. 584 sq.

1241. gonensis, accessit Hugrinus Colocensis archiepiscopi[a] unaque[b] cum suffraganeis[c] suis, quos secuta est magna multitudo prelatorum et religiosorum, qui omnes ad castra regia Ier. 51, 40 congregati sunt quasi oves ad victimam. Tunc ceperunt universale consilium agitare, diebus non paucis contractantes, qualiter adventantibus Tartaris esset consulcius occurrendum. Et cum diversi diversa sentirent, nullum valebant consilium concorditer stabilire. 5 Alii terrore torpentes nimio dicebant cedendum eis fore ad tempus, nec esse confligendum cum eis, utpote cum ominibus barbaris et desperate salutis, qui non pro regnandi cupiditate, sed pro predarum aviditate per mundum pugnando discurrunt. At vero alii securitate fatua disoluti dicebant ad primam ostentacionem nostre multitudinis eos esse in fugam vertendos. Sic autem, quibus repentinus parabatur interitus, non valebant in unum consi- 10 lium concordare. Illis ergo consulendo cunctantibus morasque inaniter prothraentibus, echce[d] nuncius inopinatus ad regem cucurit, nuncians ex certo, quod infinita iam multitudo Tartaree gentis regnum intraverat et iam prope esset. Tunc omisso consilio rex et regni principes ceperunt arma parare, ordinare duces super legionibus, maiorem pugnancium copiam convocare. Exeuntes autem a Strigonii partibus transierunt Danubium et venerunt 15 Mart. versus Pestium, que erat maxima villa. Igitur peractis iam fere[e] diebus quadragesime prope pasca[1] universa multitudo Tartarei exercitus in Hungarie regnum irrupit. Habebant autem quadraginta millia securigeros, qui prehibant exercitum, silvas cedentes, vias sternentes et omnia offendicula ab ingressibus removentes. Quam ob rem indagines, quas rex parari fecerat, tam facile transcenderunt, acsi non ex ingencium abietum et quercuum fuis- 20 sent extructe congerie, sed ex levibus essent stipulis preparate, ita brevi spacio contrite sunt et conbuste, ut nullum foret obstaculum transeundi. Venientes autem ad primos terre colonos non totam sue atrocitatis seviciam a principio ostenderunt, sed discurrentes per villas predasque facientes, non magnam stragem ex ominibus faciebant. Erant autem duo fratres duces illius[f] exercitus, quorum maior Bath, minor vero Caydan vocabatur[2]. Mise- 25 runt autem ante se quandam equitum manum, qui ad Hungarorum castra propinquantes et se ipsos frequencius ostentantes eos ad prelium provocabant, experiri volentes, utrum Ungari pugnandi haberent animum contra eos. At vero Hungarorum rex selectis militibus imperat in eos exire. Qui armatis cuneis et bene dispositis ceperunt egredi contra ipsos. Sed Tartarorum acies, non expectans manuale certamen, suo more sagittarum iacula 30 emitentes in hostes, cursu precipiti fugiebant. Tunc rex cum universo exercitu suo, quasi fugitancium insequens terga, venit usque ad flumen Tysiam, quam transvadantes leti April. iam et velud hostiles turmas extra sua confinia propellentes, venerunt usque ad aliam aquam, que vocatur Soio[g, 3]. Universa vero multitudo Tartarorum castra posuerat ultra aquam illam in locis abditis, inter condensas silvas, unde non totaliter, sed in parte ab 35 Hungaris conspici poterant. Videntes autem Hungari hostilia agmina ultra fluvium descendisse, castrametati sunt citra. Tunc precepit rex, ut non sparsim, sed confertim tentoria figerent. Composuerunt ergo se quasi in quodam[h] artissimo stabulo cuncti, circumponentes currus et clipeos undique quasi pro munimento castrorum. Ita vero tentoria constipata fuerunt, et eorum funiculi in tantum conexi et concatenati ad invicem stringebantur, ut 40 via esset[i] omnino perplexa, nec liceret per castra discurere, sed omnes essent veluti quodam retiaculo intercepti. Hoc reputabant Hungari munimen, sed in maximum eis cessit discrimen. Tunc Bath maior dux Tartarei exercitus in quemdam collem conscendens speculatus est diligenter omnem disposicionem exercitus Hungarorum et reversus ad suos dixit: 'Bono animo nos esse oportet, socii, quia, licet magna sit multitudo gentis istius, 45 tamen, quia improvido reguntur consilio, non poterunt effugere manus nostras. Vidi enim Apr. 10/11? eos quasi gregem[k] in quodam artissimo stabulo interclusos'. Tunc eadem nocte, universis legionibus suo more dispositis, iussit agredi pontem, qui inter utramque[l] fluminis[4] ripam distentus non nichilum ab Hungarorum castris distabat. Quidam vero tranfuga ex Rutenis ad regem cucurit et nunciavit, dicens, quod 'hac nocte ad vos transituri sunt Tartari. 50 Estote itaque cauti, ne forte subitanei et inprovisi irruant in vos'. Tunc Colomanus rex[5]

a) archiep̄ *c.* b) namque *post corr.* unamque *c.* c) suffraneis, *post superscr.* g *c.* d) ecchce *c.* e) ffere *c.* f) ilius *c.* g) Solo *c.* h) codam artisimo *c.* i) essent *c.* k) greges *ead. m. corr.* gregem *c.* l) utraque *c.*

1) Mart. 31. 2) Cf. Rogerius c. 19, supra p. 554. 3) Sajo fl., qui influit in Tizam. 4) Sc. Sajo. 5) Frater Belae IV. 55

1241. armatis suorum cuneis e castris processit, quem secutus est Hugrinus archiepiscopus[1] cum agmine suo. Erat enim et ipse vir bellicosus et ad pugnandum satis promtus[a] et audax. Venerunt autem medio noctis tempore ad predictum pontem, et ecce iam pars quedam hostium ultra transierat. Quos videntes Hungari statim irruerunt in eos et satis viriliter pugnantes cum eis, plurimos trucidaverunt, alios vero urgentes ad pontem, in flumen submergi fecerunt. Et positis custodiis ad caput pontis, cum magna exultacione redierunt ad suos. Hungari ergo ex eventu victorie valde letificati, quasi iam omnino victores, abiectis armis, tota nocte dormierunt securi. At vero Tartari, in pontis capite septem erigentes machinas, custodes Hungarorum longius abegerunt[b], ingentes in eos lapides intorquendo et sagittarum iaculis insistendo. Fugatis ergo custodibus, libere et secure alii per pontem, alii per vada alvei transierunt[2]. Et ecce summo diluculo[3] aparuit universa multitudo Tartarorum per campum difusa. (Apr. 11?) Custodes vero fugientes ad castra magnisque clamoribus perstrepentes vix excitare poterant securo somno[c] sopitos. Tandem tristi nuncio expergefacti, non, ut oportebat in summo discrimine, concite arma arripere, equos ascendere et in hostes[d] exire, sed lente e stratis surgentes, querebant pocius suo more capita pectere, manicas suere, faciem lavare, de commitendo prelio modicum cogitabant. Attamen Colomanus rex et Hugrinus archiepiscopus et quidam magister milicie Templi, ut strenuos decebat viros, non ut ceteri se quieto sopori dederunt, sed totam noctem sub armis ducentes pervigiles[e], mox, ut clamorem persenciunt, statim e castris erumpunt. Tunc militaribus armis accincti et in unum cuneum conglobati audacter in hostiles acies irruerunt et cum eis aliquamdiu multa fortitudine pugnaverunt. Sed cum essent[f] paucissimi respectu infinite multitudinis Tartarorum, qui locustarum more paulatim ebulliebant de terra, pluribus iam de sua societate peremptis, redierunt ad castra. Hugrinus ergo, ut erat vir constanti libertate intrepidus, elevata voce cepit regem de neglicencia increpare et omnes barones Hungarie de ignavie torpore arguere, quod in tanto periculo constituti non sue vite consulerent[g] nec toti regno subvenire pararent. Qui ergo parati erant, exierunt cum eis; alii vero inopinato pavore perculsi, quasi amentes, nesciebant, ad quid manus tenderent et quo tucius se conferrent. Itaque tres duces predicti, nullas sustinentes moras, iterum exeuntes cum hostibus comiserunt. Tanta denique fortitudine inter confertissimas[h] hostium catervas ferebatur Hugrinus, ut velud fulminis ictum magno cum clamore vitarent; similiter et[i] Colomanus et Templarius cum suis comilitonibus Latinis magnas strages ex hostibus faciebant; sed impetum multitudinis iam non valentes sufferre[k], Colomanus et archiepiscopus acriter vulnerati vix evaserunt ad suos, magister vero Templarius cum tota acie Latinorum occubuit, multi eciam Hungarorum in illo certamine perierunt[l]. Hora autem diei quasi secunda, et ecce universus exercitus Tartaree multitudinis veluti quadam corea circumdedit omnia castra Hungarorum, et intentis arcubus ceperunt undique sagittare, alii vero in circuitu castrorum ignem aponere properabant. Videntes autem Hungari ex omni parte hostilibus se cuneis circumseptos, periit mens et consilium ab eis, (Iudith 15, 1. Ier 49, 7.) nil iam de explicandis suis copiis aut de ineundo universali certamine poterant cogitare, sed tanto malo attoniti[m] ibant circumquaque velud oves in stabulo luporum morsus evadere perquirentes. Hostes vero undique circumfusi non cessabant[n] iaculis et sagittis instare. At vero miseranda Hungarie multitudo, omni salutis consilio destituta, quid faceret, non videbat, neque enim alteri cum altero colloquium habere licebat, unusquisque sibi solicitus, de communi salute nullus providere valebat. Sagittarum et iaculorum imbrem non armis opositis excipiebant, sed dorsa vertentes ad ictus, cadebant passim tam crebri, ut de concussa[o] ylice diffluere glandes solent. Et cum omnis spes vite foret adempta, mors vero in omnium[p] oculis yando per castra videretur discurere, rex et princeps, relictis signis, ad fuge presidium se convertunt. Tum reliqua multitudo hinc crebris mortibus territa[q], hinc flamme devorantis in giro metu attonita, nil nisi ad fugam totis precordiis estuabat. Verum cum tantis se

a) promtosus, os *del.* *c.* b) abeierunt *c.* c) sōn sopito *c.* d) ostes *h. l.* *c.* e) pervigiles *ead. m. corr.* pervigilem *c.* f) esset *c.* g) consuleret *c.* h) confertisimas *c.* i) Hugrinus *add.*, *sed del.* *c.* k) suffere *c.* l) perirerunt *c.* m) atoniti *h. l.* *c.* n) cesabant *c.* o) concusa *c.* p) omnibȝ, *statim ead. m. corr.* omnium *c.* q) terita *c.*

1) Colocensis. 2) Uberius et verius, ut videtur, Thomas haec narravit quam Rogerius c. 28, qui dicit Tartaros vado flumen transiisse. H.-E. 3) De die proelii v. supra p. 558, n. 1. H.-E.

1241. posse malis eripere fugiendo intendunt, ecce aliud malum domesticum et familiare incurrunt. Etenim cum viarum aditus funiculorum conexione ac tentoriorum densitate forent periculosissime[a] prepediti, dum cursim exire festinant, alter ruebat in alterum, nec minor videbatur ruina, quam ex sui pressura[b] exercitus faciebat, quam ea, quam hostes sagittarum ictibus inferebant. Videntes autem Tartari, quod in fugam versus esset exercitus Hungarorum, quasi hostium quoddam aperuerunt eis, et permittentes eos abire[c], non impetuose, sed pedetemtim insequebantur eos ex utraque parte, non sinentes eos huc aut illuc[d] divertere; iacebant autem per vias infelicium opes, vasa aurea et argentea, purpurea indumenta et arma copiosa, sed Tartarorum inaudita crudelitas, nil curans de spoliis, omnem preciosarum rerum parvipendens predam, in sola hominum cede crassarunt. Cum enim viderent iam itineris labore defessos[e] nec posse ad arma manus extendere nec pedes ulterius ad fugam laxare, tunc ceperunt hinc et inde iaculis infigere[f], gladiis obtruncare, nulli parcere, sed omnes feraliter trucidare. Cadebant a dextris et a sinistris ybernalium foliorum instar, iacebant per totam viam miserorum prostrata[g] cadavera, fluebat sanguis more torentis fluvii, infelix patria filiorum infecta chruore longe lateque rubebat. Tunc miserabilis multitudo, quam nondum devoraverat gladius Tartarorum, ad quamdam paludem venire compulsa, non est permissa diversam ingredi viam. Sed urgentibus Tartaris in eam ingressa est pars maxima Hungarorum, ibique ab aqua et luto pene omnes absorti sunt et extincti. Ibi ille famosissimus[h] vir Ugrinus[1] periit, ibi Mathias Strigoniensis, ibi Gregorius Loriensis[2] episcopus, ibi multa prelatorum et clericorum turba occubuit. Heu, heu, domine Deus, cur ecclesiastica dignitate preditos tuoque ministerio deputatos tam acerbo fine concluseris, tam vili sepulcro dampnaveris? Vere iudicia tua abyssus multa! Infelices et miseri, qui multo melius se suumque populum piis votis intentisque precibus iuvare poterant in sacris edibus suplicando quam matherialibus armis accinchti in castris laycalibus pernoctando. Factus est ergo sicut populus, sic sacerdos, et quos[i] unum[k] agmen comisit ad pugnam, unus interitus involvit ad penam. Igitur, si qui[l] ex illa[m] voragine evadere potuerunt, nullam[n] spem habebant diffugii a facie gladii imminentis, cum tota terra quasi locustis esset repleta hostilibus turmis, quibus nulla erat pietas parcere prostratis, misereri captivis, preterire lassos, sed velud agrestes belue nil nisi humanum sanguinem siciebant. Tunc videres omnes vias, cuncta diverticula densis cadaveribus repleta. Transierat iam prima comunis exicii dies, quam alie nichilominus acerbiori sunt auspicio secuture. Etenim facto vespere, defessis iam et cessantibus[o] Tartaris, non patebat liber transitus volentibus fugere. Quocumque[p] mediis tenebris divertebant, inpingebant in corpora miserorum spirancium adhuc aut sub vulnere gemencium. Iacebant ex maiori parte letali sompno inmobiles, velud utres flatibus tumefacti. Horror ingens erat prima nocte cernere tam multa cadavera hominum velud ligna et lapides ubique iacencium; sed diebus sequentibus assuetudo mali horrorem in tutelam mutavit. Nonnulli etenim, tota die diffugere non audentes, semet ipsos interfectorum sanguine involvebant et inter cadavera latitabant, et sic vivi a mortuis tutele refugium optinebant. Quid vero commemorem de immani sevicia, quam in civitatibus et villis diebus singulis exercebant, cum imbellem turbam mulierum, senum et infancium congirantes faciebant uno ordine consedere, et ne vestes macularentur sanguine, neve carnifices lassarentur, indumenta prius omnibus dethraebant. Et tunc missi carnifices, singulorum brachia elevantes, figebant leviter telum in corde et extinguebant omnes. Preterea mulieres Tartarorum, virili more armis accincte, in pugnam audacter ferebantur ut viri. He in mulieres captivas atrocius seviebant. Si quas enim venustiores vultu cernebant, ex quibus celothipie motum possent aliquatenus formidare, statim extracto gladio perimebant, vel si quas videbant ad serviendum habiles, preciso totaliter naso, deturpata facie, servili ministerio deputabant; pueros quoque captivos ad se venire iubentes, tale de ipsis ludibrium faciebant: primo seriatim eos considere iubebant, deinde vocatis parvulis suis, dabant eis viridium lignorum vectes singulas[q] et tunc precipiebant[r], ut in capita percuterent miserabilium parvulorum, ipse[s] vero sedentes et crudelibus oculis intuentes coride-

Marginal references: Ps 35,7 (at "cluseris"); Is. 24,2 (at "noctando"); Is 21,15 (at "runt, nullam"). Line numbers 5–50 in right margin.

a) periculosisime *c.* b) presura *c.* c) habire *c.* d) iluc *c.* e) deffesos *c.* f) infingere *c.* g) pstrata *c.* h) famosisimus *c.* i) cos *c.* k) unus *ead. m. corr.* unum *c.* l) *correxi H.-E.;* lg. sequi *c.* m) ila *c.* n) nuТam *c.* o) cesantibus *c.* p) cocumque *c.* q) *sic c.* r) p̄ciebant *c.* s) ipsi *c.*

1) Colocensis archiepiscopus. 2) Raab. 55

bant ad invicem, colaudantes eum, qui melius ictum vibrasset et qui unica percussione[a] 1241. cerebrum collidere poterat et corpus extinguere puerille. Quid pluribus opus est? Nulla erat reverencia feminei sexus, nulla pietas puerilis etatis, nulla miseracio senectutis, uno cunctos impietatis genere trucidantes, non homines, sed demones videbantur. Ad religiosorum abitacula cum venirent, procedebat eis clericalis cetus, sacris stolis induti, concinentes ymnos et cantica, quasi debitam honorificenciam victoribus exibentes et parantes munera et exenia, ut eorum circa se misericordiam provocarent. Sed ipsi tocius pietatis et humanitatis ignari, religionis obsequia contempnentes et piam eorum simplicitatem deridentes, extractis gladiis absque ulla miseracione ipsorum capita detruncabant. Tunc irruentes in claustra, diripiebant omnia, domos succendentes, ecclesias prophanantes, diruebant altaria, spargebant reliquias, ex sacratis vestibus concubinis et[a*] uxoribus redimicula preparabant. At vero Bella rex, auxilio protectus divino, tantum evadens excidium, cum paucis secessit in Austriam[1]. Rex vero Colomanus, frater eius, devenit ad villam magnam, que sita est super ulteriorem ripam Danubii, nomine Pestium; ad quem locum maxima multitudo Hungarorum et aliarum nacionum, que ultra citraque Danubium abitabant, audito infausto belli eventu et cognoscentes interitum tocius exercitus, confugerunt. Habebant enim fiduciam in numerosa plebis multitudine, que ex advenis et incollis ibidem fuerat congregata. Sed dissuadebat eis Colomanus[b] rex temeraria ausa molientibus et celesti gladio se posse resistere arbitrantibus. Consulebat autem eis, ut pocius ad alia loca[c] divertentes salutis sue quererent munimentum[2]. Sed cum non aquiescerent salubri consilio, discessit[d] ab eis Colomanus[b] et venit trans Dravum fluvium, ubi habitacionis sue habebatur locus[3]. Predicta vero popularium turba, ut talium se habet presumpcio, ceperunt locum munire, vallum effodere, componere aggerem, vimineas crates circumplectere et inaniter omnia preparare. Sed antequam ad medium operis processissent principium, ecce repentini adsunt Tartari, timor et ebitudo mentis pervadit multitudinem Hungarorum. Tunc truculenti duces, veluti rapaces lupi, quos rapide famis exagittat ingluvies, caulas solent ovium ad predam inyando lustrare, ita isti beluino more furentes totam villam trucibus occulis circumspiciunt, forti animo pertractantes, qualiter Hungaros vel ad exteriora thraerent vel ad eos ingredi per aciem gladii prevalerent. Igitur Tartarorum acies, suis castris circa totam villam defixis, ceperunt eam undique impugnare, sagittantes acriter et tellorum imbrem interius iacientes. Contrario vero Hungarorum infausta rebellio totis se viribus defendere conabatur, intendentes balistras[e] et arcus, plurima in hostiles cuneos iacula emitebant[f], multos e machinis lapides intorquendo. Sed letifere Tartarorum sagitte infalibiliter penetrantes cerciorem inferebant mortem. Non enim erat torax, clipeus vel lorica, quam non transfoderet ictus Tartarea manu vibratus. Cum ergo altrinsecus duobus aut tribus diebus pugnatum[g] fuisset, et plurima iam strages ex miseranda plebe foret peracta, nec quicquam infelices[h] dextris languentibus resistebant; et quia locus non satis erat munitus, die quadam uno impetu Tartari[i] irruperunt, nec fuit ultra congressio nec resistencia ulla. Tum furor[k] et inpietas ultra quam dici potest in miseros desevire[l] cepit. Revera in Pestio tanta se pestis inmersit. Ibi divine ulcionis gladius in christianorum cruore quam maxime debachatus est.

Introgressis itaque Tartaris, quid misere plebi[m] restabat consilii, nisi complicare brachia, ponere genua, flectere sub mucrone cervices? At vero cruenta barbaries non saciabatur inundacione sanguinis copiosa, non deficiebat cedis instancia indefessa[n], tantus audiebatur fragor cedencium, acsi ingencium silvarum robora securium multitudine detruncarentur ad terram. Tollebatur ad celum rugitus et ululatus plangencium mulierum, vociferancium puerorum, qui tam acerbe mortis furiam coram oculis discurrere sine cessacione cernebant. Non vacabat tunc funereas[o] agere pompas, non flere super caris extinctis, non

a) percusione *c.* a*) ex *c.* b) Collom. *h. l. c.* c) loco *c.* d) discesit *c.* e) balist[5]as *c.*; *cf. c.* 43, *p.* 595, *l.* 45. f) emmitebant *c.* g) pugnatus *c.* h) infelice *c.* i) Tarrtari *c.* k) foror *c.* l) devire *c.* m) plebis *corr.* plebi *c.* n) indeffesa *c.* o) funeras *c.*

1) Ad Fridericum II. Bellicosum ducem; cf. Schwammel, 'Der Antheil des oesterreichischen Herzogs Friedrich an der Abwehr der Mongolen und seine Stellung zu König Bela von Ungarn' in 'Zeitschr. f. oesterr. Gymnasien' VIII, p. 672 sqq.; Ficker, 'Herzog Friedrich II. der letzte Babenberger' p. 100. 2) Cf. supra p. 558, n. 3) Rogerius c. 28, supra p. 558, Colomanum in Simigium comitatum ad locum Segesd confugisse dicit, qui Thomae Spalati scribenti *trans Dravum fl.* situs erat.

1241. sepulcrales exequias celebrare, generalis interitus omnibus inminens non de aliena, sed de sua morte quemlibet plangere compellebat. Mares enim et feminas, senes et parvulos[a] letalis gladius devorabat. Quis infellicissimam illius[b] diei effari valeat lucernam[c], quis stragem tam numerosi populi recensere queat? cum plus quam centum millia hominum seva mors unius diei spacio et brevi loci termino deglutiret. Heu quam efera corda pa- 5 gane gentis, que sine ullo pietatis affectu totas Danubii aquas humano sanguine rubere cernebat. Postquam patrate cedis atrocitas sufficere visa est, exeuntes de villa, ignem undique posuerunt, quam totaliter in conspectu hostium absque ulla mora vorax flama consumpsit. Ad locum Predicatorum pars quedam miserande plebis cum uxoribus et filiis confugerant, putantes se murorum ambitu interclusos sumum frustrari discrimen; sed nil 10 profuit loci municio, quibus non aderat divina protectio; nam venientibus Tartaris et locum fortiter impugnantibus comuni exicio traditi sunt, appositoque igni ad decem milia ferme hominum cum loco et rebus miserabiliter conflagrarunt[d]. Huius tam grandis et oribilis cedis testis est multitudo inumatorum ossium[e], que in magnos coadunata tumulos magnum spectaculum cernentibus prestant. Interea Tartarorum exercitus, depopulata 15 omni regione Transilvana, cesis[f] ac fugatis Hungaris ex Transdanubialibus horis, composuerunt se in locis illis, totam ibi estatem et yemem peracturi; et ut metum incuterent his, qui erant ex altera parte Danubii, collectam multitudinem occisorum in acervos plurimos super ripam fluminis locaverunt, alii vero puerulos lanceis affigentes quasi pisces in veru per horas alvei baiulabant. Iam vero captarum predarum non erat numerus vel men- 20 sura. Quis extimaret innumerabilium equorum et ceterorum animalium multitudinem, quis divicias et thesauros, quis spoliorum copias infinitas, quibus hostes locupletati gaudebant? quanta erat hominum captivitas, virorum et mulierum, puerorum et puelarum, quos diversis[g] serviciis subigentes sub arta custodia detinebant? Cum quidam religiosus vir nimio afficeretur dolore super tanto casu populi christiani, admirans et ardenti desiderio 25 causam scire cupiens, cur omnipotens Deus permiserit[h] terram Hungariam devastari gladio paganorum, cum fides catholica ibi vigeret, et ecclesiarum honor optimo statu poleret, audivit nocte per visum: 'Noli admirari[i], frater, nec divina iudicia tibi videantur iniusta, quia, licet multa facinora huius populi summa Dei clemencia supportasset, scelus tam nefande libidinis trium episcoporum nequaquam potuit tollerare'. De quibus tamen 30 hoc dictum sit, michi non est compertum. Tunc Bella rex de Austria reversus venit cum omni familia sua et demoratus est in partibus Zagrabie[1]. Congregati vero sunt circa eum omnes, qui effugere poterant gladium Tartarorum, et erant ibi per totam estatem, rei exitum prestolantes.

38. De natura Tartarorum[k]. 35

Nunc vero de natura et habitu gentis illius, prout ab his audire potui, qui rem curiosius indagarunt[l, 2], pauca narabo. Est enim regio illorum in ea parte orbis sita, ubi oriens coniungitur aquiloni, gentesque ille secundum proprietatem lingue sue Mangoli apelantur. Ferunt tamen, quod terra illorum confinis sit ulterioris Indie; nomen regis eorum Cecarcarus vocatur. Hic ergo cum habuisset bellum cum quodam rege sibi contermino, 40 qui quandam ipsius sororem stupratam occiderat, devicit eum et extinxit, filium autem eius ad regem alium fugientem insecutus est, et facto conflictu contrivit eum et ipsum qui ei tutellam auxilii preparaverat in regno suo. Ad tercium vero regnum cum armatus accederet, comisit[m] prelia multa cum eo et victor existens ad propria repedavit. Et videns, quod tam prospera sibi in omnibus bellis fata successerant, cepit cor eius vehementer[n] 45 intumescere et ad superbiam elevari. Ratus autem, quod non esset in toto orbe gens aut regnum, quod eius[o] potencie resistere posset, proposuit ex[p] cunctis nacionibus trhopeum glorie reportare. Voluit ergo potentatus sui magnitudinem toti ostentare mundo, demonum fretus auspiciis[q], quibus vaccare solebat. Itaque vocatis duobus filiis suis, Bahat et Chaydano[3], tradidit eis robur exercitus sui, precipiens eis, ut ad debellandas tocius mundi 50

a) parulos *c.* b) illis *c.* c) lucemam *c.* d) conflagraret *c.* e) osium *c.* f) cessis *c.* g) diversi *c.* h) permifia *c.* i) admirare *c.* k) *sic nigro atram. praescr., in rubrica minio* Tharthar. *c.* l) indagarent *c.* m) comissit *c.* n) vementer *c.* o) eis *c.* p) et *c.* q) auspicium *corr.* auspiciis *c.*

1) Agram, unde rex 18. die Maii epistolam papae misit; Theiner, Mon. Hungar. I, p. 182. 2) Sicut Rogerius archiepiscopus Spalatensis. 3) Cf. Rogerius c. 19, supra p. 554. 55

provincias exire deberent. Exierunt ergo, et triginta fere annis perambulaverunt omnia regna orientalium et aquilonarium regionum, donec venirent ad terram Rutenorum, et demum ad Hungariam descenderunt. Hoc autem nomen, Tartari, non nomen est gentis proprium, sed a quadam aqua, que illorum preterfluit regionem, sic appellati sunt, vel secundum quosdam[a] tatar idem sonat, quod multitudo. Licet autem maxima esset multitudo eorum, maior tamen in illo certamine fuisse[b] dicitur copia Hungarorum. Sed non est gens in mundo, que tantam habeat bellandi periciam, que ita sciat, maxime in campestri conflictu, hostes[c] evincere, sive virtute sive sagacitate pugnando. Preterea nec christiana nec Ebrea nec Saracenica se lege constringunt, et ideo nulla veritas reperitur in ipsis, nullius[d] iuramenti fidem[e] observant, et contra morem omnium gencium nec de bello nec de pace legacionem recipiunt aut mittunt. Terrificum valde exibent faciei aspectum, breves habent tibias, sed vasta pectora, lata est facies, et cutis alba, imberbis gena et naris adunca, breves oculi, spacio longiore disiuncti[f]. Arma eorum sunt quedam tegmina ex taurinis coriis[g] laminarum more compacta, impenetrabilia tamen et valde secura. Cassides gerunt ferreas[h] et ex coriis[i] factas, falcatos[k] enses, faretras et arcus militariter[l] cingunt. Sagitte eorum nostris quatuor sunt digitis longiores, ferrea[m], ossea[n] et cornea cuspide conspicate; teni[1] vero sagittarum ita stricti[o] sunt, ut cordas nostrorum arcuum[p] minime capiant. Vexilla brevia, nigro alboque colore distincta, quendam lane globum in sumitate habencia; equos breves, sed fortes, pacientes inedie ac laboris, more equitant rusticano, per rupes vero et lapides absque feramentis ita discurrunt, acsi capree[q] forent silvestres[r]; tribus enim continuis diebus labore quassati parvo stipularum pabulo sunt contenti. Homines simili modo, nil pene de alimentorum percepcione curantes, sola crudelitate pascuntur, usum panis aborrent, mundorum et inmundorum carnibus indifferenter utuntur et lac concretum[s] cum sanguine potant equino. Habent autem ex diverssis nacionibus, quas bellis edomuerunt, multitudinem maximam pugnatorum, et precipue Cumanorum, quos ad pugnandum subiugant[t] violenter. Si quem vero ex his paululum trepidare conspiciunt nec in mortem sese tota mentis insania precipitare, absque ulla cunctacione eius[u] amputant caput. Ipsi Tartari non se libenter morti exponunt, sed si quem eorum in bello mori contingat[v], statim rapiunt et efferentes in occultissimo loco terre[w] infodiunt, complanantes tumulum et locum equorum pedibus conculcantes, ne quod sepulture appareat signum. Nulla pene rapidorum fluminum eis aqua obsistit, quominus[x] eam equis transeant insidendo; si qua vero immeabilis unda occurrit, continuo in modum lemborum ex viminibus cistas intexunt, superducentes crudas animalium cutes, quibus sarcinas inferentes[y], intrant et transeunt absque metu. Tentoriis utuntur filtrinis et ex coriis factis; equos ita bene habent edomitos, ut, quodcumque[z] unus habeat homo, omnes ipsum tamquam canes secuntur. Cum autem tanta sit hominum multitudo, quasi muti nullam fere[a] vocem emittunt, sed taciti ambulant et taciti pugnant[2]. His ergo breviter prelibatis, nunc ad matheriam redeamus.

1241. Patrata denique ex Hungarica gente victoria, cum fama mali tanti celeri ubique percurisset volatu, totus pene mundus intremuit, tantusque metus in omnes provincias incubuit, ut nulli videretur eorum se posse impias effugere manus. Ipse eciam Fredericus Romanus imperator non de resistencia, sed de latibullo dicitur cogitasse. Tunc literati plerique viri, vetheres scrutantes scrypturas, coniciebant maxime ex dictis Methodii martiris[3] has fore illas gentes, que precedere debent Antichristi adventum. Ceperunt autem munire civitates et castra, suspicantes, quod ad urbem Romam vellent omnia vastando transire. Porro Bella rex veritus, ne Tartari transvadato Danubio reliquam regni partem

a) cosdam *c.* b) fuisset *c.* c) ostes *c.* d) nullis *c.* e) fides *ead. m. corr.* fidem *c.* f) *e corr. c.* g) coriris *corr.* corris *c.* h) fereas *c.* i) coris *c.* k) faltatos *c.* l) millitaliter *c.* m) ferea *c.* n) ostea *c.*; *corr. Lucius.* o) striti *c.* p) arcum *c.* q) *sic c.* r) silvesirum *c.*; *corr. Lucius.* s) ancretum *c.* t) *correxi H.-E.*; subiugunt *c.* u) *correxi H.-E.*; eis *c.* v) contigat *c.* w) tere *c.* x) cominus *c.* y) inffer. *c.* z) *sic pro* quotc. *c.* a) ferre *c.*

1) Haec vox, quae hoc tantum loco occurrit, crenae vim habere patet. H.-E. 2) Ad haec de moribus Tartarorum dicta cf. carmen infra p. 601 sq. editum et quae ibidem adnotavi. H.-E. 3) Edita ex recentiore cod. inter Orthodoxographa ed. Herold, Basileae 1555. p. 387 sqq. Quaedam quae de gentibus novissimo tempore mundum devastaturis narrabantur, ad Tartaros relata esse videntur. SACKVR. Cf. epist. Henrici landgr. Thuringiae, SS. XXVIII, p. 207, et quae ibidem adnotata sunt.

1241. contererent[a], misit ad civitatem Albensem[1], et suscepto corpore beati Stephani regis, susceptis eciam multarum ecclesiarum thesauris, misit omnia cum domina Maria[2] uxore sua et cum parvo filio Stephano, adhuc bimulo, ad maritimas regiones, rogans et mandans Spalatensibus, ut hec servanda susciperent reginamque cum filio in sue fidei tutela tenerent. Sed domina regina veniens, a quibusdam Spalatensium emulis persuasa, noluit intrare Spaletum[b], sed composuit se cum omnibus regalibus gaçis et consedit in castro Clisie[3]. Venerunt autem et multe nobiles mulieres cum ea, que suis erant viris per Tartaros viduate. Garganus vero potestas et nobiles Spalatenses ad dominam accedentes multa precum instancia exorabant[c] eam, ut mansionem civitatis aspernari minime dignaretur; sed non aquievit regina. Spalatenses tamen multis eam afficientes honoribus, crebris exeniis et honorariis[d], curiam eius frequentabant. Eo tempore Colomanus rex ad Dominum feliciter de hac luce migravit; fuit enim vir pietate magis ac religione preditus quam in administrandis publicis rebus intentus. Sepultus est autem in loco fratrum Predicatorum apud Cesmam[4], latenti mausoleo infossus. Etenim gens nefandissima Tartarorum sepulcra christianorum et maxime principum sceleratis manibus violantes confringebant ossaque spargebant.

39. De fuga Hungarorum[e].

1242. Ian. Febr. Itaque transacto Ianuario hyemalis asperitas solito magis inorruit, omnisque aquarum cursus glaciali frigore constrictus liberam viam hostibus patefecit[5]. Tunc cruentus dux Caydanus, recepta parte exercitus, regem insecuturus exivit. Venit autem in multitudine gravi, obvia queque conculcans. Primo ergo concremata Budalia[6], Strigonium accessit[f] cepitque villam totis viribus impugnare, quam non satis dificulter capiens, succendit, omnesque in ea peremit in ore gladii paucasque manubias asportavit, quoniam in municionem editam[g] res suas Hungari subvexerant universas[7]. Inde discedens, recto cursu devenit ad urbem Albensem et continuo cuncta suburbane habitacionis domicilia concremavit, civitatem vero aliquot diebus obsessam factis insultibus invadere satagebat; sed quia locus circumfusa palustrium aquarum copia satis erat munitus, quem optima Latinorum presidia erectis undique machinis tuebantur, dux impius, vano frustratus labore, discessit. Properabat autem regem attingere, idcirco non tantam vastacionem transcurrendo facere poterat, sed ad instar estive grandinis ea dumtaxat loca demoliti sunt, per que transitum habuerunt. Itaque antequam Dravi fluminis gurgitem transmearent, rex persenciens eorum adventum, relictis stacionibus Çagrabiensium parcium, cum omni comitatu suo ad mare descendit. Tunc diversi diversa querentes diffugia, per omnes civitates maritimas, que propinquiores videbantur, ad fugam dispersi[h] sunt. Rex vero et totus flos reliquiarum Hungarie ad Spalatinas partes devenit. Erant autem in comitatu regio multi ecclesiarum prelati, plures principes et barones, reliquum vero vulgus utriusque sexus et etatis pene innumerabile[i] erat. Apropinquante autem domino rege ad introitum civitatis, universus clerus et populus processionaliter exeuntes, debito veneracionis obsequio susceperunt eum, dantes ei hospicia infra muros, quotquot voluit ipse. Venerunt eciam isti magnates cum eo: Stephanus[k] episcopus Zagrabiensis[8] et alter Stephanus[9] Vacciensis et idem in Strigoniensem archiepiscopum postulatus, Benedictus Albiensis prepositus, aule regie cancelarius et idem ad Colocensem sedem electus[10], Bartholomeus Quinque-ecclesiarum episcopus[11] et quidam alii episcopi. Affuerunt nichilominus Hugrinus prepositus Cesmensis, Achilles prepositus, Vincencius prepositus, Thomas prepositus et alii quamplures prelati, quos enumerare supervacuum duximus. Proceres quoque curie isti erant: Dionisius banus, Vladislaus comes curialis, Matheus magister tavarnicorum, Orlandus magister agasonum, Dimitrius, Mauri-

a) conteret[2] *c.* b) Spalletum *c.* c) exorabat *c.* d) honoriis *c.*; *corr. Lucius.* e) Ungarorum *nigro atram. praescriptum, in rubrica minio* Hungar. *c.* f) accesit *c.* g) *correxi H.-E.*; editas *c.* h) disparsi *c.* i) innumerabili *statim corr.* innumerabile *c.* k) Sthepanus *h. l. c.*

1) Stuhlweissenburg. 2) Quam antea *ad confinium Austriae* miserat; cf. Rogerius c. 16, supra p. 554. 3) In Lissa insula sito. 4) Carma ad fl. Carma, qui influit in Savum fl., ab Agram civ. orientem versus sita. 5) Iam die Dec. 25. Tartaros transiisse Danubium supra p. 565, n. 1. adnotavi. H.-E. 6) Alt-Ofen. 7) Cf. Rogerius c. 39, supra p. 565. 8) II, qui sedit a. 1225—1247. 9) II, postea archiep. Strigon. et card. episc. Praenestinus. 10) A. 1243—1254. Colocensem sedem tenuit, postea in Strigoniensem translatus. 11) Sedit a. 1219—1252.

cius et alii multi illustres viri, omnes cum dominabus[a] et familiis suis[1]. Garganus autem potestas, circa regium obsequium valde sedulus et devotus, curabat solicite, ut et cives in execucione mandatorum regalium promti existerent, et regalis clemencia universitatem civium affectu dileccionis et gracie confoveret. Fecerunt autem Spalatenses omnia ad regis placitum, hoc excepto, quod ei quandam galeam minime potuere tam celeriter preparare, quantum rex, declinans Tartarorum rabiem, expetebat. Quod factum non satis equanimiter tulit regius animus. Noluit autem rex residere Spaleti, sed abiens cum uxore sua et cum omnibus gaçis[b] suis, demoratus est Tragurii[2], putans se ibi contra hostium incursum forciorem habere tutellam propter vicinitatem insularum. Composuit autem se cum omni curia sua et mansit in insula adiacente. 1242.

40. De sevicia Tartarorum[c].

Porro dux impius, nil intemptatum relinquere volens, furioso constipatus exercitu post regem cucurit, nil nisi regium sanguinem siciens, in regis perniciem totis furiis raptabatur. Parvam autem stragem de Sclavis facere potuit, quia latuerant omnes in montibus et in silvis. Venit autem non quasi iter faciens, sed quasi per aerem volans, loca invia et montes asperimos supergrediens, unde numquam exercitus ambulavit. Properabat enim inpacienti festinacione, arbitrans se regem posse invadere, antequam descendisset ad mare. Sed postquam rescivit, quod rex iamiam in maritimis tutus maneret, lencius gradi cepit, et cum totus exercitus ad quandam aquam, que dicitur Sirbium, descendisset, parumper consedit[d] ibidem. Tunc truculentus carnifex iussit omnem captivitatem, quam ex Hungaria duxerat, congregari in unum, multitudinem magnam virorum et mulierum, puerorum et puellarum, fecitque omnes in quandam planiciem duci. Et cum omnes quasi quidam grex[e] ovium coadunati fuissent, missis[f] spiculatoribus, omnium fecit capita amputari. Tum ingens audiebatur ululatus et planctus, totaque terra moveri a voce pereuncium videbatur. Iacuerunt autem omnes in illa prostrati planicie, quemadmodum spicarum manipuli sparsim solent in agro iacere. Et ne cui[g] videretur, quod cedis huius imanitas spoliorum sit aviditate patrata, nullas ab eis vestes dethraere voluerunt; sed tota multitudo funeste gentis in circuitu occisorum illorum per contubernia discumbentes ceperunt in magna leticia comedere, choreas ducere magnosque cachinnos ludendo movere, quasi multum aliquid perpetrassent boni. Inde surgentes ceptum iter per Chroacie partes carpebant. Cum autem prope iam essent, adhuc Spalatensibus incredibile videbatur. Sed cum pars aliqua descendisset de monte, ecce subito apparuerunt pauci sub menibus civitatis. Spalatenses autem, non eos a principio cognoscentes et credentes eos esse Chroatas, volebant armati contra eos exire. Sed Hungari visis eorum signis diriguerunt animis, tantusque pavor eos corripuit, ut omnes ad ecclesiam confugerent, cum tremore magno percipiebant eucharistie sacramentum, non sperantes lucem huius vite ulterius intueri. Flebant alii, in uxorum et filiorum ruentes amplexus, diris eiulatibus[h] complangentes, dicebant: 'Ve miseris, quid profuit tanto fugiendi labore quassari, quid contullit tanta terrarum spacia percurrisse, si persecutorum gladios effugere nequivimus[i], si hic expectavimus iugulari'? Tunc oppressio magna facta est ad omnes ianuas civitatis fugiencium intra muros; relinquebant equos et animalia, vestes et utensilia, ipsos eciam filios non prestolantes, mortis urgente stimulo ad tuciora currebant. At vero Spalatenses magnam eis humanitatis graciam exhibentes recipiebant hospicio et eorum inhopiam, quantum poterant, relevabant; sed tanta erat fugitancium multitudo, ut domorum eos non caperent di-

a) domibus *c.*; *corr. Lucius.* b) gaçiis *c.* c) *sic nigro atram. praescriptum, in rubrica minio* Tharthar. *c* d) consedia *c.* e) dux *c.*, *recenti manu corr.* grex. f) missit *c.* g) chui *c.* h) elulatibus complagentes *c.* i) nequiminus *c.*

1) A. 1242, 18. die Martii Bela rex Traguriensibus ob hospitalitatem sibi exhibitam omnia iura confirmat. In fine privilegii legitur: *Datum per manus magistri Benedicti prepositi Albensis, aule nostre cancellarii, electi in archiepiscopum Colocensem. Existentibus Bartholomeo Quinque-ecclesiensi, Stephano Zagrabiensi, alio Stephano Waciensi episcopis; Arnoldo palatino et comite Symigiensi, Dionysio bano Sclavonie et Maritimarum, Matheo magistro tawarnicorum et comite Nitriensi, Wilermo agazonum, Rolando dapiferorum, Mauricio pincernarum magistris in aula nostra; Demetrio comite Musuniensi et ceteris quam pluribus magistratus et comitatus tenentibus suo modo;* Fejér, Cod dipl. Hung. IV, 1, p. 250. 2) Cf. infra c. 44.

1242. verticula, sed manebant in vicis et in viis. Nobiles eciam matrone circha septa ecclesie sub divo iacebant[a]; alii in fornicum[b] tenebras se abdebant, alii purgantes immundicias[c] de andronis et criptis, alii ubi poterant, eciam sub tentoriis commanebant. Tartari vero universos, quos in campo reperire poterant, sub gladio trucidantes, non parcebant mulieribus vel pueris, senibus et debilibus, ipsis eciam lepre morbo tabentibus ferro vitam eripere 5 barbara feritate gaudebant. Tunc quedam turma illorum menibus apropinquans, tota civitate undique perlustrata, eodem die recessit. Spalatenses autem ceperunt fabricare machinas et eas per oportuna erigere loca. Ecce autem, paucis diebus elapsis venit Caydanus cum aliquanta parte sui exercitus, quia non erant erbe pro toto equitatu sufficien- Mart. tes; erat enim principium Marcii asperis frigoribus inhorescens. Credentes autem Tartari, 10 quod rex in Clise[d] presidio consideret, ceperunt undique opugnare castrum, iacientes sagittas et iacula intorquentes; sed quia locus erat natura munitus, modicam poterant inferre iacturam. Tunc descendentes de equis, ceperunt reptantes manibus ad superiora conscendere. Castrenses vero ingentes lapides revolventes in ipsos, aliquot ex eis neci dederunt. Ipsi vero ex casu ferociores effecti usque sub magnas rupes manu ad manum 15 pugnando venerunt, diripientes domos predasque non modicas asportantes. Sed cum cognovissent[e] regem ibi non esse, dimiserunt oppugnare castrum et ascensis equis versus Tragurium equitarunt[f]. Ad Spaletum autem non multi diverterunt ex eis. Tum vero cives non tantum proprio titubantes pavore, quantum ex eo, quod videbant Hungaros desperabili metu constringi, cogitabant aliqui civitatem deserere et cum rebus et familiis ad 20 insularum presidia se conferre[g]. Ceperunt autem vanos agittare rumores, confingentes oppiniones varias et inanes. Dicebant alii, quod ingentes machinas et plurima instrumenta bellica Tartari fabricarent, quibus civitates has deicere conabuntur; asserebant alii, quod ad montis instar terre ac lapidum congeriem acervabant, et sic civitatibus supereminentes facile eas esse capturos. Sed Tartarorum agmina cum duce impio in Traguriensi litore 25 consederunt. Porro rex videns Tartarorum exercitus ante asilum sui diffugii descendisse, non satis tutum sibi fore arbitrans in insulis prope positis comorari, transposuit dominam cum sua prole et cum omnibus thesauris ad naves, quas conduxerat; ipse vero in quodam residens ligno advehebatur[h] remigibus, inspectans adversarias acies et rei eventum expectans. Ceterum dux Caydanus, omnibus loci illius circumstanciis perlustratis, 30 temptabat, si posset sub menibus equitando transire; sed cum cognovisset, quod aqua illa, per quam civitas a terra dirimitur, propter limi profunditatem invadabilis erat, retraxit se inde et ad suos reversus misit quendam nuncium ad civitatem, mandans, que verba efari deberet. Qui veniens prope pontem exclamavit voce magna, Sclavonice dicens: 'Hec dicit vobis dominus Caydanus[i], invicte millicie princeps: Nolite reatum alieni sanguinis 35 vobis apropriare, sed tradite adversarios ad manus nostras, ne forte involvamini vindicte eorum et pereatis frustra'. Sed murorum custodes nil ad eorum verba respondere sunt ausi. Mandaverat enim rex, ut nullum eis redderent[k] verbum. Tunc universa multitudo Mart. eorum inde consurgens, via, qua venerat, reversa recessit. Sic ergo per totum fere[l] Marcium in Chroacie et Dalmacie partibus comorantes, quinque aut sex vicibus ad civitates 40 has descendebant et postea ad sua castra redibant. Igitur relinquentes Croacie regionem, transierunt per ducatum provincie Bosenensis. Inde descendentes abierunt per regnum Servie, que Rasia nuncupatur, veneruntque ad civitates maritimas superioris Dalmacie, et pertranseuntes Ragusium — modicam enim illic[m] potuerunt lesionem inferre — venerunt ad Cathariensem civitatem, quam ignibus concremantes, processerunt ulterius, hasque 45 civitates agressi, Suagium[1] et Drivosten[2], depopulati sunt eas in ore gladii, non relin- cf. 3.Reg. 16,11. quentes in eis mingentem ad parietem. Iterum autem totam Serviam percurrentes in Bulgariam devenerunt. Ibi enim uterque dux, Bathus et Caydanus, conduxerant suarum turmarum copias recensere. Illi[n] ergo ibidem coadunati curiam celebrarunt, et simulantes graciam exhibere captivis, fecerunt per totum exercitum preconis voce clamari, ut quicum- 50

a) Iacebant *corr.* iacebant *c.* b) fornicium *c.* c) mundicias *c.*; *corr. Lucius.* d) *sic h. l. c.* e) cognovisent *c.* f) equitarent *c.* g) confferre *c.* h) advehebatur *c.* i) Gayd. *h. l. c.* k) rederent *c.* l) ferre *c.* m) ilich *c.* n) Ili *c.*

1) Sfacia olim sita inter Scutari et Dulcigno ad fluvium Bojana, nunc diruta. H.-E. 2) Drivasto a Scutari in septentrionem et orientem versus. 55

que esset in comitatu eorum spontaneus vel captivus, qui vellet redire in patriam, liberam se sciret habere licenciam ex clemencia ducum. Tunc multitudo magna Hungarorum, Sclavorum et aliarum gencium, nimia exultacione repleti, data die de exercitu exierunt. Et cum omnes conglobati duobus aut tribus milibus processissent, statim missi equitum cunei irruerunt in eos, quos similiter gladiis detruncantes in ipsa planicie prostraverunt. At vero Bella rex, missis exploratoribus, cum cognovisset cercius, quod impia gens ex toto iam regno recesserat, absque omni cunctacione in Hungariam est profectus; regina autem cum regio puero in Clisse castro remansit fuitque ibi usque ad mensem Septembris. Mortue autem sunt due ipsius puelle virgines et in ecclesia beati Domnii[1] honorifice tumulate[a]. Licet autem barbarica rabies totum regnum Hungaricum immoderato gladio attrivisset, e vestigio tamen famis subsecuta pernicies miserabilem plebem tabo inedie devastavit[b]. Instante namque furore Tartarico non licuit colonis miseris arvis semina tradere, non valuere preterite messionis recoligere fruges; sic ergo, non exstantibus alimentorum subsidiis, cadebant infelicium corpora clade famis absorta. Iacebant per campos, per vias innumera vulgi cadavera, ut non minus credatur hec acerba lues inedie gentem Hungaricam devastasse quam pestilens immanitas Tartarorum. Post hec vero rabidorum luporum multitudo quasi de diaboli caverna emersit, qui non nisi humanum sanguinem sicientes, non iam occultis insidiis, sed palam irrumpebant in domos et de matrum gremiis parvulos rapiebant, nec solum parvulos, sed ipsos eciam armatos viros facto agmine invadentes, sevis dentibus lacerabant. Tribus ergo cladibus antedictis, videlicet ferro, fame, fera, totum regnum Hungarie continuato trigenio[c] flagellatum ex divino iudicio penam suorum expendit non mediocriter peccatorum.

1242. Sept.

41. . . . Regressus[2] autem Zagrabia misit ad Romanam sedem pro sue postulacionis expetendo assensu; sed tunc temporis mortuo bone memorie Gregorio pontifice facta est dissensio inter cardinales, ita ut subrogacio summi pontificis foret ferme bienio protelata[3]. Sic ergo causa eleccionis ipsius episcopi toto illo tempore indeterminata permansit.

42. . . . Transacto[d] autem sui regiminis anno[4] Ioannes potestas recessit; cui successit Bernardus Trigestinus, vir etate maturus, sed quem asuetudo belandi asperum effecerat et inquietum; erat autem homo magnanimus et glorie cupidus, ad arma promptus, ad civille regimen tardus.

f. 56'. 1243.

43. *De secunda capcione Iadre.

*f. 57.

Hoc[5] tempore Iaderenses cives letis successibus sublevati ceperunt animos ad insolencias retorquere et contemnentes vetera, quibus optimo statu florebant, volvere nova et incerta moliri. Etenim Venetico dominatui rebellantes cupiebant se ab ipsius iugo prorsus subtrahere. Cum enim inter ceteros comprovinciales suos terra marique forent potencia et diviciis sublimati[e], fastidio habere ceperunt nauticis lucris incumbere, voluerunt milicie pompas inaniter experiri. Constructis nempe villis et oppidis, gaudebant militari equitatu volare. Quam ob rem rupto federe, dominacionis antique iuramenti religione contempta, manifestos se hostes Venetis ostenderunt[f]. Sed Veneti ut circumspecti et solertes viri, a principio disimulantes iniurias et dampna equanimiter supportantes, traxerunt prius cunctos captivos et pecunias, quas Iadre habuerant, receperunt. Deinde paulatim preparaverunt navalem exercitum fortem et magnum; et multis machinis fabricatis, pluribus instrumentis bellicis adaptatis, circa festum beati Petri in magna classium multitudine Iadere aplicuerunt. Quam undique impugnantes machinis et balistris, acre certamen eis iugiter[g] inferebant. Fecerunt eciam Iaderenses machinas contra machinas Venetorum, habebantque magnas oppugnancium copias Sclavorum et Hungarorum, cum quibus quantum poterant hostili violencie resistebant. Octo autem sive

Iun. 29.

a) tumulante *c.* b) devastabit *c.* c) *sic c.;* triennio *Lucius.* d) Transacta *corr.* Transacto *c.* e) sublimari *c.* f) hostend. *c.* g) iugitur *c.*

1) Spalatensi. 2) Stephanus episcopus Zagrabiensis a capitulo Spalatino, maxime annisu Gargani potestatis electus archiepiscopus Spalatinus post obitum Guncelli archiepiscopi. 3) Hoc non recte dictum est. Gregorio enim a. 1241, Aug. 29. mortuo Caelestinus IV. Oct. 25. subrogatus est; quo Nov. 10. mortuo sedes duobus annis vacavit. 4) A. 1242/3. Iohannes post Garganum electus potestas erat. 5) De Iadera capta cf. Martinum de Canale c. 103—114, 'Archivio stor. Italiano' VIII, p. 390 sqq. H.-E.

decem diebus elapsis contigit banum Dionisium sagitte ictu paululum vulnerari. Hunc rex[1] ad auxilium Iaderensibus miserat, ut esset dux et signifer exercitui militari. Quo vulnere pavefactus fecit se extra civitatem a militibus deportari. Quo viso Iadrenses, timor et ebitudo mentis cecidit super eos, putantes banum esse mortuum, nec sperabant absque Hungarorum adminiculo posse resisti violencie Venetorum. Qua de re statim relinquentes pugnam terga verterunt, et quicquid poterant de domibus rapientes, cucurerunt ad portam, et infringentes ianuas exierunt. Et quia magna erat oppressio[a] multitudinis fugiencium, ceperunt alii murum scandere et religatis ad propugnacula funibus dimitebant se certatim ex menibus et abibant. At vero Veneti, videntes suos hostes in fugam versos, continuo armati de ratibus descendunt, et incedentes pedetemtim nullamque cedem facientes[b] ex eis permiserunt omnes abire. Et sic tota civitas capta est ferme absque ulla strage alterutrius partis. His breviter prelibatis ad matheriam redeamus.

44. De bello quod emersit inter Spalatenses et Tragurienses.

Itaque temporibus istis inter Spalatenses et Tragurienses bellum ex ea causa emersit, quod Tragurienses occasione cuiusdam privilegii, quod rex Bella Tragurii positus super quibusdam regalibus terris eis concessit[2], volebant manus extendere ad quasdam[c] patrimoniales terras Spalatensium, que includebantur inter metas eodem privilegio comprehensas[d]. Itaque Bernardus potestas armatis lignis a Spalato exivit cepitque ex Traguriensibus quasi homines quinquaginta, quos Spaletum aductos ergastulis mancipavit. His diebus supervenit quidam religiosus vir de ordine Minorum nomine Girardus, origine Mutinensis, homo valde famosus et magne sanctitatis[e] titulo reverendus, per quem Deus multa dicebatur miracula ostendisse[3]. Hic videns inter has civitates crudele odium agitari, valde condoluit. Et verens, ne forte instigacione diabolica intestini et nefarii belli sucrescens incendium inter consanguineos et vicinos sanguinis effusionem induceret, cepit benigna partes allocucione demulcens eas ad concordiam multifarie invitare. Unde factum est, ut ob tanti viri reverenciam utraque civitas de facili ad concordiam declinaret[f]. Resignantes itaque Tragurienses quicquid ex bonis Spalatensium iure privilegii vendicabant, suos recepere captivos. Sed antequam relaxacio ad integrum fieret captivorum, ceperunt Spalatenses penitere, crebris musitacionibus ad invicem susurantes, quod huiusmodi composicio in derogacionem honoris et iuris vergeret civitatis. Quod cum audiret Girardus, multum moleste ferebat nec tamen cessabat obsecrando et monendo eorum animos allicere ad amorem[g], dicens, quod, per quam partem pacis huius violabitur bonum, non erit super, sed subter. Verum quia iuramenti religione interveniente composicio extitit celebrata, omnes captivi relaxati sunt, et discordie procella parum perquievit. Sed non quiescebat socordia popularis, quin pro reformacione concordie obtrectarent Minoribus[h], religiosos derisionibus et oblocucionibus insectantes. Recedente vero predicto viro sancto, modica temporis intercapedine mediante, unde[i] Ovidius de remedio amoris:

Vulnus in antiquum rediit male sana cicatrix.

Nam quibusdam modicis offensionum intervenientibus causis obtectum odium[k] ex fictis cordibus cepit in propatulum ebulire. . . . . . .

48. De Rogerio[l] archiepiscopo.

Cum autem ad prosequendum eleccionis negocium[4] ad domini pape curiam nuncii quererentur, vix inventi sunt duo, qui hoc onus assumerent, Desa Corvi canonicus et Dragus, nepos Sabaci, Spalatensis civis; adeo videbatur omnibus grave et periculosum usque ad Gallias pergere, quia dominus papa Innocencius Lugduni eo tempore morabatur. Propter discordiam siquidem, que inter ecclesiam et Fredericum imperatorem agitabatur acriter,

a) oppresio *c.* b) facientibus *corr.* facientes *c.* c) quādam *c.* d) comprēsas *c.* e) santitatis *c.* f) declinare *c.* g) morem *corr.* amorem *c.* h) mioribus *c.* i) *sic* (Uñ) *c.* k) hodium *c.* l) Raynerio, *del. et post superscr.* Rogerio *c.*

1) Bela IV. 2) Datum d. Mart. 18. a. 1242, Fejér, Cod. dipl. Hung. IV, 1, p. 246 sqq., quod supra p. 593, n. 1, allatum est. Fines territorii Traguriensis ibid. p. 249. circumscripti sunt. De hac lite vide Giov. Lucio, 'Memorie ist. di Tragurio' (Venetiis 1674) p. 46. H.-E. 3) De quo vide praesertim quae Salimbene de Adam multis locis (cod. Vatican. f. 238. 239. 246. 250. 251. 278) narrat. H.-E. 4) Mortuo scilicet Hugrino archiepiscopo a. 1248, Nov. 27, Iohannes, nepos eius, frater ordinis Praedicatorum Ungarus electus erat archiepiscopus Spalatinus.

grande viarum discrimen illuc[a] pergentibus imminebat. Tunc predicti nuncii iter aripientes[b] abierunt per Lombardiam cum multa cautella. Illuc tandem pervenientes et legacionem, sicut eis iniunctum fuerat, procurantes, per totum ferme annum in prosecucione negocii occupati fuerunt. Quia vero periculosum ac sumptuosum erat iterato pro facto huiusmodi legacionem mittere, metuentes, sicut et contigit, ne forte quod factum fuerat non deberet admitti, hoc ellectores in peticione adiecerunt, ut, si postulacio facta summo pontifici non placeret, alium ad regimen Spalatensis ecclesie cum plenitudine pontificalis officii mitteret[c] secundum sue arbitrium voluntatis. Sicque[d] factum est, ut cassata postulacione predicta mitteret Appulum quendam de partibus Beneventanis Rogerium nomine[1], ex opido quod Turris-cepit[2] vocatur. Fuerat autem clericus capelanus cuiusdam cardinalis[e] Ihoannis Toletani, quem frequenter pro suis et ecclesie negociis procurandis in Hungariam mittere solitus erat[3]. Idem autem Rogerius tempore Tartarorum ibidem inventus est, et in eorum manus incidens et inter ipsos per bienium[4] fere sub specie[f] alicuius vilis et pauperis servi delitescens, vix evasit mortis incursum. Cum autem ad suum dominum reversus fuisset, cepit idem cardinalis ad ipsius promocionem satis vigilanter intendere et ipsum in noticiam et graciam domini pape devenire fecit. Consecratus tandem et paliatus recessit de curia, et transiens per Lombardiam devenit Venecias, ibidem aliquantam faciens moram, emit que sibi erant necessaria. Viginti fere[g] annis in Romana curia comorando non parvam cumulaverat pecunie summam. Inde iter aripiens venit per Charinthiam[h], et transiens partes Aquilegie a domino Bertholdo patriarcha honorifice susceptus est; quem curialiter pertractans, dedit ei conductum per totam suam diocesim, expensas[i] affluenter subministrando, quousque fines regni Hungarie attigisset. Ingressus[k] autem partes Panonie venit in Hungariam, et pergens ad domini Belle regis curiam cum comendaticiis domini pape literis[5] exposuit seriem negocii, qualiter ad regimen Spalatine ecclesie fuerat destinatus. Non autem placuit regali celsitudini quod factum fuerat circha ipsum, non modicum ferens indigne, quod promotus fuerat preter ipsius conscienciam et assensum; dissimulato tamen indignacionis motu ad *sedem suam archiepiscopum pacifice abire[l] permisit. Venit autem cum viginti equitibus, cum capelanis et familia, et secunda[m] dominica de quadragesima civitatem ingrediens cum magna cleri et populi alacritate susceptus est.

[1249. — 1241/2. — 1249. — *f. 64. — 1250. Febr. 20]

Fuit autem iste Rogerius archiepiscopus vir satis industrius et in augendis rebus temporalibus multum solicitus et intentus. Cepit autem reparare domos et cameras episcopii easque studiosius decorare; forinsecus[n] autem fecit cenacula et solaria trabibus et asseribus satis artificiose compacta, que magis ad apparenciam quam ad indigenciam videbantur constructa. Cellas vero vinarias necessariis et novis utensilibus adornavit. Edificavit in Salone fluvio molendina, posuit aratra, acquisivit equos et animalia; et quia propter inopiam rei familiaris non sufficiebat ad omnia, multis ecclesiis et monasteriis erat plurimum onerosus. Multum denique conabatur honorifice vivere; preciosam habebat supelectillem, sumptuosas volebat vestes et lectisternia. Pro maiori parte anni domi residebat, nec facille egrediebatur ad publicum nisi clericorum et clientum honesta comittante caterva. Mundam nitidamque volebat tenere mensam, maxime quando hospites adherant. Solebat namque adventantes ex diversis civitatibus nobiles ad convivium invitare eisque satis affluentes preparaciones apponere satagebat. Quando vero ad visitandam provinciam egrediebatur, volebat semper aliquos[o] de canonicis et de civibus in sua societate habere.

49. De adventu regis Coradi.

Per idem tempus rex Coradus, filius condam Frederici imperatoris, exiens de Germa- [1251.]

a) iluc *c.* b) ie *e corr.* c) mitterent *c.* d) Sichque *c.* e) cardinali *c.* f) spacium *del., et superscr.* sub specie *c.* g) fer^s^e *c.* h) charinchiam *c.* i) expensas *c.* k) Ingresus *c.* l) habire *c.* m) uigilia *add., sed del. c.* n) Forięses *c.*; *corr. Lucius.* o) alicos *c.*

1) Epistola data iam a. 1249, Apr. 30. ad Thomam archidiaconum, auctorem huius libri, et capitulum Spalatinum (Potthast nr. 13329) Rogerium archiepiscopum Spalatinum ab ipso constitutum esse nunciavit. Hic vero tunc nondum consecratus erat, unde verum esse videtur, quod Thomas scribit, nuncios Spalatinos, qui etiam in epistola Innocentii nominati sunt, ferme anno Lugduni remansisse, donec Rogerius consecraretur. H.-E. 2) Nescio an sit Torrecuso (circ. Benevento, mand. Vitulano). H.-E. 3) Cf. supra p. 547. 4) Minime per biennium; cf. supra p. 549, n. 2. H.-E. 5) Quae non exstant.

1251. nie partibus ad capescendum Sicilie[a] regnum properanter iter agebat. Hic[b] cum non paucis trieribus navigans per ora Dalmatici litoris pacifice vehebatur. Suscipiebatur vero magnifice a civitatibus, ubicumque aplicare volebat, et tamquam prepotens rex honorabiliter a cunctis. Set quia pater suus ab Innocencio papa in concilio Lugdunensi fuerat condemnatus[1] et imperiali dignitate cum omni[c] sua prole privatus ac anathematis mucrone 5 percussus, cum idem Coradus ad portum Spalatine civitatis aplicuisset[2], Rogerius archiepiscopus ipsum sentiens, quod vellet ingredi civitatem, fecit claudi ecclesias et ab omnibus cessare[d] divinis. Ipse autem festinanter foras egrediens cum Thoma archidiacono[3] et cum quibusdam de senioribus secessit ad villas ibique tamdiu demoratus est, quamdiu rex ipse in civitate resedit. Videns autem rex, quod archiepiscopus eum vitabat, non 10 modicum tulit indigne, ex eo maxime, quod de suo regno natus[4], in hiis partibus presulari dignitate fuerat sublimatus. Cum autem cives Spalatenses ipsum gratanter suscepissent et fecissent eum in domibus episcopii hospitari, rex idem versando scrinii cartulas, quas ibidem reperit, multum solicite perquirebat, si forte aliquod inveniretur scriptum, ex quo[e] posset ipsum de infidelitate sui regis infamie nevo notare, alias autem non modicas minas 15 intentabat eidem. Verum illic paucorum dierum moram faciens, vento flante secundo[f] in Apuliam est transvectus, et archiepiscopus ad sedem suam reversus est.

. . . .

a) Silicie *c.* b) Hiis *c.* c) omnis *c.* d) cesare *c.* e) eo *c.* f) *ead. m. superscr. c.*

1) A. 1245, Iun. 2) Mense Decembr. a. 1251. aut ineunte Ianuario a. 1252. Spalati erat; cf. Böhmer- 20 Ficker, Reg. imp. V, 2, nr. 4569[a]. 3) Qui haec scripsit. 4) Cf. supra p. 547. et c. 48, p. 597.

APPENDIX.

DE INVASIONE TARTARORUM FRAGMENTUM.

Hoc fragmentum edidit V. Cl. W. Wattenbach in 'Archiv für österreichische Geschichte' XLII (1870), p. 519 sq. ex codice Parisino Lat. nr. 10444, in cuius extremo folio raso illud detersum nimis, ut extrema pars legi nequeat, exstat, usus apographo a C. Letort facto. Postea iterum codice examinato per P. Schweitzer Wattenbach quaedam emendavit in 'N. Archiv' II, p. 625. Quod fragmentum duas habet partes, priorem relationem de invasione Tartarorum in Poloniam et Ungariam facta, initio et fine destitutam, alteram lamentationem de hac invasione ad instar Threnorum Ieremiae compositam, cuius initium (quatuor versus ex 22, quot litteras alphabetum Hebraicum habet) tantum servatum est. Codice reviso quaedam correxit B. Krusch socius. O. H.-E.

1241. Terra que Septem[a]-castra dicitur totaliter vastata et destructa est[b. 1].

Post tres ebdomadas[c] pasce[2] quartus exercitus Tartarorum, qui Poloniam vastaverat et christianos superaverat[d. 3], transiens usque Maroviam venit in terram Ungarie et in villis vel oppidis, ubi fere omnes Teotonici manebant, pugnavit cum eis, vicit, occidit omnes preter eos qui fuga lapsi sunt. Unus ex regibus vel principibus perfidorum[4], qui interfuisse morti regis Ungarie seu perpetrasse [dicitur[e]], reconciliatus regi Ungarie et amicicia diutina astrictus ei, perfide accessit ad eum, dicens se iturum in expedicione cum aliquibus; qui amicabiliter ab eo recedens[f] transtulit se ad Tartaros, cum quibus fedus iniit et apud eos permanens contra regem Ungarie[g] et suos perrexit, et in quibusdam locis eiusdem terre XL fere milia christianorum tam cepit quam occidit, qui tandem[h] a rege Bulg.[5]

Aleph. Quomodo manet tota Polonie provincia desolata populo! Cuius incole occisi gladio, civitates destructe sunt, sacerdotes vagantes[i], virgines eius extincte, et ipsa terra oppressa amaritudine. (Thren. 1, 4.)

Gimel[6]. Vie eius lugent, quia non est agnitus nec ex ea genitus, qui transeat per eam. (ib. Soph. 3, 6.) Gens Tarsensium, gens Tarsensium[7], revertere ad natale solum tuum!

a) VII *c.* b) *sequuntur in cod. versus, scripti ab eodem librario, antequam hoc fragmentum exararet:*
Hoc in templo, summe Deus, exoratus adveni
et clementi bonitate precum vota suscipe,
largam benedictionem hic infundens iugiter.
c) ebđ *c.* d) superavat *c.* e) *supplevi.* f) *certe legi nequit.* g) regem *iterum add., sed del. c.* h) *corr. Watt.;* t'm *c.* i) gementes *(ut Thren.* 1, 4*) corr.* vagantes *c.*

1) De hac clade vide notitiam SS. XXIV, p. 65. editam. 2) Pascha a. 1241. fuit Mart. 31, die Apr. 21. circiter igitur hoc factum esse dicitur. 3) In pugna apud Liegnitz die Apr. 9. commissa. 4) De Kuthen rege Comanorum haec dicta esse recte Wattenbach censuisse videtur, sed pleraque falsa sunt quae de eo hoc loco traduntur. Kuthen rege in villa Pesth ab Ungaris occiso Comani cum Tartaris se sociaverunt; cf. Rogeri Carmen miserab. c. 2. 24-26, supra p. 548 sqq. 5) Ex Ungaria Comani in Bulgariam transierunt; Roger. c. 26. 6) Beth littera deest. 7) Cf. Math. Paris., SS. XXVIII, p. 206: *Tartari ... a Tharsi spaciosissima terra dicuntur;* Richer. IV, 20, SS. XXV, p. 310: *quidam eos a Tharsi Cilicie nominatos putabant;* Phil. Mousket v. 30231, SS. XXVI, p. 815.

Threu. 1, 6. Ps 108, 11. Deut. 28, 33. Threu. 5, 16. ib. 1, 5.

Dalet. Recessit ab Apovia[a] omnis decor eius, urbes ipsius[b] dirute, ville et domus universe igne succense sunt, aurum et argentum eius distractum, tota regionis substancia extraneis distributa. Comederunt alieni labores eius ..... cecidit corona capitis eius. Parvuli ducti sunt in captivitatem, iuvenes conservati in servitutem. Gens barbara, gens impia, revertere ad natale solum [tuum[c]]!

Ps. 54, 6.

[He]. Timor[d] et tremor, Marovia, venerunt super te, hostis impius vallavit te et coangustiavit[e] te undique. In arcu et gladio robustos tuos prostravit, non pepercit etati[g] vel sexui .... comederunt[f], preciosa cuncta diripuerunt, cetera flammis consumpserunt, Gens b. ...... Ungaria ocius tuus dies festi tui in merorem pl[enum conversus est[h]] .... [immun]dus [et] incircumcisus. Muni ....[i]

a) apolnia *corr.* apovia; *quid sit, ignoro.* b) ips^{9} *c.* c) *supplevi ex versu praecedente, qui cum eisdem verbis claudatur, hic novum versum incipere conieci et* He *supplevi.* d) mor *legi nequit.* e) ustiavit te *legi nequit.* f) come *legi nequit in c.* g) non *et* ati *certe legi nequit.* h) *uncis inclusa supplevi.* i) *duae lineae sequentes quae continent legi nequit.*

CARMINA DE REGNO UNGARIAE DESTRUCTO PER TARTAROS.

Iuvat hoc loco etiam duo carmina invasionem Tartarorum et devastationem regni Ungariae plangentia repetere. Quorum alterum

I) W. Wattenbach ex codice Salisburgensi S. Petri IX, 2, in quo illud manu saec. XIII. haud satis perspicue scriptum legitur[1] *edidit in 'Forschungen z. Deutschen Geschichte' XII, 643—648. Quod cum aliquot locis corruptum, aliis obscurius sit conscriptum, W. Hertzberg in 'Forschungen' XIV, p. 599—612. studuit, ut corrupta emendaret, obscura interpretaretur, et quaedam quidem optime exposuit, in aliis autem me iudice nimis erravit. Denique codice iterum a V. Cl. Th. Sickel et F. Kaltenbrunner inspecto emendanda quaedam adnotavit W. Wattenbach in 'Forschungen' XVI, p. 370. Quorum omnium opera iam effectum est, ut carmen hoc emendatius et planius lectoribus exhiberi possit. Cum in codice illo Salisburgensi epistola consolatoria papae ad regem Ungariae de invasione Tartarorum scripta contineatur, W. Hertzberg nullo iure contendit hoc etiam carmen consolandi causa a Romano quodam compositum ad Ungaros missum esse, neque enim quidquam consolationis habet nec quidquam, cur a Romano compositum esse conicere possimus. Immo neque Italum poetam fuisse, ut Hertzberg censet, constat, qui variis metris rhythmisque usus, rudi quidem modo, sed haud sine indole poetica mores Tartarorum depinxit.*

II) Alterum carmen, cui inscribitur Planctus destructionis regni Ungarie per Tartaros, *ex codice olim canonicorum regularium Wratislaviensium, nunc bibliothecae universitatis Wratislaviensis I. 262, chart. saec. XV, f. 155'. 156. edidit V. Cl. H. Marczali in 'Neues Archiv' II, p. 616—625, quo flebilibus modis clades a Tartaris Ungariae regno illata plangitur, res gestae non narrantur, sed lamentationibus tantum tanguntur, triginta unam strophas eodem modo constructas complectens, quarum quaeque duabus semistrophis quinque versuum rhythmicorum composita est. Cuius planctus auctorem Ungarum fuisse H. Marczali optimo iure statuit*[2]. *Codicem Wratislaviensem Ernestus Sackur socius recognovit.*

O. Holder-Egger.

1) Cf. 'Archiv' X, p. 615. 2) V. 201. *nostra Pannonia;* v. 291. *Salva nostram Ungariam.* Tum vide quantum poeta v. 221—235 (praesertim v. 232) gloriam Ungariae extulerit.

I.

Manet ante ostium Deus ulcionum,
iudex vibrat gladium, tuba reddit sonum,
vocat in iudicium vates visionum
dare iustis premium, pravum reis donum.

5 In furore Dominus orbem nunc flagellat,
dum iratus eminus Tartarum appellat,
peccatoris facinus puniat vel pellat,
in tartara protinus duros hinc expellat.

Ab extremis finibus api sibilavit[1],
10 ad stimulum plebibus muscam preparavit,
que obsitis sepibus valles occupavit,
consumptis segetibus speciosa pavit.

Tartarus a tartaro,
Averni claustro barbaro,
15 Plutonis fert insignia,
per que[a] necat tot milia.

Reges, regna, populos ense curvo stravit,
parvos, magnos, dominos crucians necavit,
sacerdotes inclitos passim trucidavit,
20 moniales, monachos, sacra prophanavit.

Pannoniam, Hungariam, Ruscyam,
Poloniam, Arabiam, Turchyam
vastans, Persidam, Mediam, Gorgyam[2]
dedit lugubrem semitam et viam. *cf. Thren. 1, 4, 3, 9.*

25 Orbis partes geminas sibi iam subiecit,
homines et feminas victos interfecit,
ad vadandum flumina coria coniecit,
utrium subsellia ad natandum fecit[3].

Coccitus dulcis glareis[4]
30 currens cum Stigis flammeis[b]
produxit istos Ciclopes,
Indos, Mauros, Etyopes.

Tartarus istos vomuit,
infernus partu crepuit,
35 contra orbem intonuit,
ut furerent, hos docuit.

Tartarorum gens brutalis,
spurca, trucis[5], cruentalis,
ursa, pardus et leena,
40 carnes vorat ut hyena.

Pulmentum, panes, legumina
non coquit, potum dant flumina,
sed sanguis pro vino sumitur,
paratu brevi sic vivitur[6].

a) per que *certe legi nequit in c.* b) flamineis *c.*

1) Is. 7, 18. 19: *sibilabit Dominus muscae, quae est in extremo fluminum Aegypti, et api, quae est in terra Assur; et venient et requiescent in torrentibus vallium . . . et in omnibus frutetis.* 2) I. e. Georgiam. 3) Cf. Thomas Spalat. c. 38, supra p. 591; epist. Friderici II. imp., SS. XXVIII, p. 211. 4) Iob 21, 33: *Dulcis fuit glareis Cocyti, et post se omnem hominem trahet et ante se innumerabiles.* 5) Est casus nominativus = trux; Wattenbach in 'Forschungen' XVI, p. 370. 6) Cf. Ioh. de Plano Carpini IV, 3, 1, ed. d'Avezac p. 243.

45 Hec gens cruoris bibula
sitit semper ut situla;
levis, ferox, incredula,
fugit[a], redit ut damula.

Equorum greges nutriunt, qui dominum sequntur,
50 docti bellis inserviunt, parati obsecuntur;
stricto marti se ingerunt, dominum circumdantes[b, 1];
tesauros istos congerunt, talibus habundantes[b].

Est silex equi ungula,
ferri, clavi[c] non gerula.
55 Radices sunt his[d] pabula
terra vasta[e] et gramula[2].

Arcus tendit[f] plus quam gentes[3],
longe ferit resistentes,
necat omnes fugientes,
60 parvos, magnos et potentes.

In sagitta preacuta[g]
torax perit, cedunt scuta.
Frendit, furit gens irsuta;
nulla virtus manet tuta.

65 Limata[h] gestit iacula,
ignita portat spicula.

Sagitte volant eminus
sue, sed nostre cominus.
Sue, non nostre sauciant,
70 cum longe[4] nostris iaciant.

More Parthorum feriunt,
sagittas post se iaciunt.
Ut vir sagittat, equitat
femina, ferit, militat.

75 Ipsa ut vir iugulat, spoliat, predatur,
lupa vorax ululat, rapida venatur.
Sagitta iacens Tartarus, lancea prostratus,
non servat fidem barbarus hostibus prelatus.

Armis de cocto corio
80 se muniunt in prelio.
Nec[5] sagitta resiliens
ledit nec ensis feriens.

Omni arte fraudium arces fortes capit,
fide fracta omnium vitam sitit, rapit.

a) ac *add., sed erasum et superscr.* post (?) *c.* b) circumdant || habundant *c.* c) avi *certe legi nequit in c.* d) sunt his (eis *falso 'Forsch.' XVI, p. 370) certe legi nequit in c.* e) *comeci; in cod.* c::t:: *legi videtur; interpretare:* cum terra vasta est; *cf. Hertzberg p.* 605. f) tendu:: *c., extrema parte vocis deleta.* g) peracuta *c.* h) Lunata *c.*

1) Cf. Thomas Spalat. c. 38, supra p. 591: (equi) *quodcumque unus habeat homo, omnes ipsum tamquam canes secuntur.* 2) Vox est derivata a gramine, herbae. Cf. epist. Friderici II. imp., SS. XXVIII, p. 211, et notam marginalem Mathei Paris., ib. p. 232. 3) Videlicet Tartarus plus (melius) quam reliquae gentes, ut Hertzberg p. 606. recte interpretatus est. 4) Interpretare *multo longius;* Hertzberg p. 606. Cf. Iuliani relationem, Erben, Regesta Boh. et Moraviae I, p. 475: *longius iaciunt quam alie consueverint nationes.* 5) Interpretare: *quae nec.* Cf. Thomas Spalat. c. 38, supra p. 591; epist. Friderici II. imp., SS. XXVIII, p. 211; epist. Yvonis, ib. p. 233; epist. Pontii de Aubon, SS. XXVI, p. 605; Ioh. de Plano Carp. VI, 2, 1, l. l. p. 289; Vinc. Bellovac. Spec. hist. XXIX, 79.

85 Fortis arte, sed non situ municio ridetur,
aggeribus et machinis in girum obsidetur;
cum capitur, prosternitur, ne posteris servetur[a].
Sic incola et advena extinguitur, deletur.

Sed servant ex his omnibus electam iuventutem;
90 que fortiter si dimicat, non efferunt virtutem.
Preit; si cedat, ceditur[1]; non amant servitutem,
nec virginem, quam violant, post servant ad salutem[2].

Decurio, centurio, pentarcus,
dux, miles, procer, comes, cyliarcus,
95 cohors, falanx, legio, exarcus,
stat, pugnat, silet: imperat monarcus.

Precursorum milia currunt, paucos ledunt[3].
Que secuntur media claudunt, sic procedunt.
Dum subito preveniunt, et securos reddunt,
100 Ne fugiant, effugiunt, nulli omnes cedunt.

Est curruum[b], currilium
velut[c] tempestas imbrium,
inundans ut diluvium
currencium torrencium
105 de montibus in planum.

Collegium prophanum
ut tigrium et dencium
feralium mordencium,
scindencium, fundencium
110 sanguinem humanum
ut pecudum, ut canum.

Hoc prelium insanum
est gencium fremencium,
pugnancium, cedencium,
115 necancium tot milium
hominum in vanum,
iuvenem et canum.

Dum celum tonat, fulgurat, mittit contra celum
sagittas, pelli murmurat fulgur propter telum.
120 Celum celi domino, ei[4] terra cedit
in sue sortis termino, gens misella credit.

Quam plurimi continuis congressibus se cedunt,
incendiis et spoliis ad invicem se ledunt.
Heretici apercius, securius incedunt,
125 scismatici, apostate iudicium non credunt[5].

a) reservetur *c.; corr. Hertzberg.* b) curuum *c.* c) uebat *corr.* ueniebat *c.*

1) In prima acie constituta iuventus, si in proelio cedit, caeditur, ut Hertzberg p. 607. interpretatus est. Cf. Iuliani relationem l. l. p. 475: *Milites qui ad prelium compelluntur etsi bene pugnant et vincunt, parva gratia eis. Si vero in prelio moriuntur, nulla cura eis. Si autem in prelio retrocedunt, sine misericordia a Tartaris occiduntur.* Thomas Spalat. c. 38, supra p. 591; Rogerii Miserab. carmen c. 37, supra p. 563. 2) Cf. epist. Pontii de Aubon, SS. XXVI, p. 604. 3) Cf. Ioh. de Plano Carp. VI, 3, 1, l. l. p. 289 sq. 4) Scil. genti Tartaricae. Cf. Cont. Sancruc. II, SS. IX, p. 640: *Rex illorum dicebat se solum dominum esse in terra;* Vinc. Bellov. Spec. hist. XXIX, 74; epist. Pontii de Aubon, SS. XXVI, p. 605. 5) Cf. Ann. Scheftlar. mai., SS. XVII, p. 341: *quibus admixti sunt falsi christiani et multitudo hereticorum;* Cont. Sancruc. II, SS. IX, p. 640: *Hiis* (Tartaris) *adiuncti erant heretici et falsi christiani;* epist. Iordani, SS. XXVII, p. 208: *subdunt sibi confederantes videlicet de paganis, hereticis et pseudochristianis.*

Hec sunt quadricornua orbem ventilancia[1],
scindunt corda fatua, pactum faciencia
cum morte perpetua[2] zabuli[a] versucia,
Acherontis pascua colent cum tristicia.

130 Fabri quatuor parantur[3],
ad terrendum[b] isti dantur,
Christi vestibus ornantur,
armis lucis induantur.

Ut ab ira imminente,
135 a furore irruente
liberemur, nunc repente
convertamur tota mente

ad clementem Dominum,
qui est pater luminum,
140 tergens noxas criminum,
maculas peccaminum.

II.
PLANCTUS DESTRUCTIONIS REGNI UNGARIE PER TARTAROS.

Tu, qui Deus es cunctorum,
iustus iudex meritorum,
bonis reddens bona multa,
mala nulla fers inulta
5 equa lance iusticie:
Peccaverunt nostri patres
tibi, nos et nostri fratres,
mala nostra succreverunt,
que nos nimis invenerunt (Ps. 118, 143.)
10 in diebus angustie.

Cuncti sumus neci dati,
sunt populi captivati,
sunt milites gladiati:
ad quid ergo sumus nati
15 tanta mala cernere?
Fluit sanguis feminarum,
pallet decor puellarum,
puerorum turba tacet,
senex, anus ense iacet
20 nephario funere.

Domum Saul Phylistei,
genus Iacob Canopei[4],
gregem iusti Iob Sabei,
cur[c] insontes oves Dei
25 tanta cede sternitis?
Trucidatis matronarum
turbam, simul puellarum,
neque clerum reverentes
neque senum miserentes,
30 nec parvulis parcitis.

Que vos terra, qui parentes
genuerunt tales gentes,
tam crudeles, tam feroces[d],
ad nocendum tam veloces
35 et sub armis vivere?
O natura, mater dura,
quare tibi fuit cura
sevam gentem Thartarorum
ad flagellum[e] populorum
40 in hanc lucem ducere?

Cur non matres conclusisti,
cur conceptum concessisti?
nequam proles cur creatur,
per quam mundus conturbatur,
45 cultor Christi moritur?
Heu! quis aquas capitibus (Ier. 9, 1.)

a) zabula *c.* b) tremendum *c.* c) cum *c.* d) i *ante* fer. *expunct. in c.* e) flagellorum *c.*

1) Cf. Zach. 1, 18—21: *Et levavi oculos meos et vidi: et ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: 'Quid sunt haec?' Et dixit ad me: 'Haec sunt cornua, quae ventilaverunt Iudam et Israel et Ierusalem'. Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros. Et dixi: 'Quid isti veniunt facere?' Qui ait: 'Haec sunt cornua, quae ventilaverunt Iudam per singulos viros, et nemo eorum levavit caput suum; et venerunt isti deterrere ea, ut deiciant cornua gentium'.* Minime Tartaros depingit daemones quatuor cornua habentes, ut Hertzberg p. 610. scribit, sed praedictos turbarum auctores, hereticos, scismaticos, apostatas dicit quadricornua (= 'Vierhörner', non 'vierhörnig'), qui scindunt corda fatua, quod de Tartaris dici non potuit. 2) Cf. Is. 28, 15: *Dixistis enim: Percussimus foedus cum morte et cum inferno fecimus pactum.* 3) Si quid poeta cogitavit de quatuor fabris sumptis ex Vulgata, certe non quatuor Coronatos in mente habuit, ut Hertzberg p. 611. censet. 4) I. e. Aegyptii (cf. Verg. Georg. IV, 287; Lucan. Pharsal. X, 64). Quod H. Marczali male mutavit in *Cananei*.

nec non nostris luminibus
lacrimarum dabit munus
ad plangendum tantum funus,
50 quod nobis ingeritur?

Ierusalem mater plange,
celi forum planctu tange,
mitte sursum suspirium,
vestem sume cilicium,
55 caput sparge cinere!
Grandis tibi venit dolor,
omnis a te fugit color;
funde fontem lacrimarum,
planctum tibi fac amarum
60 diro lesa vulnere.

Universi tui nati,
probi, pulcri, delicati,
sunt ab hoste iugulati,
vulnerati, vinculati
65 per ingens obprobrium.
Interfecti sepultura,
vulnerati carent cura,
vinculati solutore,
fugitivi protectore
70 pre timore gentium.

Arma duces acceperunt,
viri fortes convenerunt
hosti terga percussuri
vel ab hoste ruituri
75 cuncti pari prelio.
Set cum belli lux illuxit[1],
hostis[a] martem mox instruxit,
Hungarorum cor expavit,
castra timor perturbavit,
80 fugit mens et ratio.

Regnum nutat et corona,
Mars desevit et Bellona,
vibrat hastas, tela iacit
et inmensam[b] cedem facit,
85 fusa iacent corpora.
Pontifices et primates[c]
una cadunt almi vates,
prosternuntur viri fortes,
disperguntur et cohortes,
90 instant dura tempora.

Summa nescit occisorum
meta[d] claudi numerorum.
Dee[e] bine, que venerunt
cum sorore[2], vix ruperunt
95 morientum licia.
Hungarorum pro ruina
celum stupet, pro ruina
chaos ferri mundi rebus
crederetur hiis diebus,
100 hac visa miseria.

Est completum Davitico
quod cantatur in cantico: (Ps. 78, 3.)
nullus fuit, magnatorum
carnes sive clericorum
105 qui telluri[f] traderet.
Tabefacte putruerunt,
aves celi comederunt[g], (3.Reg. 14, 11.)
dentes canum consumpserunt,
ossa lupi disperserunt,
110 nemo qui repelleret.

Non est mirum, quod sunt victi,
quod sic morti sunt addicti,
nam maiores et minores
corrumpentes bonos mores
115 sectabantur vicia.
Erant enim viri duri,
repugnantes omni iuri,
falsi testes et periuri,
mechi, fures, Epicuri,
120 quorum deus dolia.

Oppressores advenarum,
vastatores viduarum,
exactores egenorum
et predones pupillorum,
125 repulsa iusticia.
In vestitu sumptuosi,
in ornatu studiosi,
compti[3], docti superbire,
curiosi lascivire[h],
130 proluentes[i] mendacia.

Plorans plorat Rachel pia, (Ier. 31, 15. Math. 2, 18. Thren. 1, 2.)
non admittens solacia,
Tartharorum[k] malicia
filiorum tot milia
135 cesa[l] brevi spacio.
Lata[m] Syon luget via,
venit ad se nemo quia,
nec filius nec filia,
matris agens solempnia[4],
140 pacis in naufragio.

a) hostem *c.* b) inmensem *c.* c) (meatos *del.*) primatos *c.* d) mera *c.* e) det *c.* f) telbari *c.* g) 9me-derunt *c.* h) lasciuiri *c.* i) *sic c., quod nescio an corruptum sit, cum versus claudicet, nisi* prolventes *legatur;* promentes *non mihi arridet.* k) tartharo *c.*; solacia *add., sed del. c.* l) cessa *c.* m) Illata *c.*; Nata *Marczali.*

1) Die Apr. 11. a. 1241; cf. supra p. 558, n. 1. 2) Parcae. 3) Cf. Thomas Spalat. c. 37, supra p. 585. 4) Cf. Thren. 1, 4: *Viae Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem.* A multis de Tartarorum invasione scribentibus hic versus laudatus est, ut supra p. 599; Chron. rhythm. Austr. v. 319 sq., SS. XXV, p. 360.

Truculentus hostis furit,
Dei domus ignis urit,
tempus transit lucis feste
non honeste, sed moleste
145 cum multa mesticia.
Non salutis officium
pro salute fidelium
in hac vita vivencium,
nec a carne migrancium
150 aguntur obsequia.

Blasphemantur sancti Dei,
sacra tractant viri rei;
violantur ornamenta,
temerantur sacramenta
155 hostili nequicia.
Libri[a] vite lacerantur,
sacerdotes trucidantur,
crux et calix confiscantur,
vasa templi prophanantur,
160 cessant ministeria.

Disturbantur heremite,
dissolvuntur cenobite,
loca pacis sine lite
frequentantur a milite,
165 nulla viget regula.
Vacant laudes matutine,
silent voces vespertine,
nulla sonat psalmodia,
nec auditur melodia;
170 claustra fiunt stabula.

Cuncti fuge consulentes
se salvare cupientes
aurum linquunt et argentum,
servos[b], equos et armentum;
175 cara fiunt vilia.
Mulieres delicate,
que vix ibant substentate,
metu mortis perturbate,
currunt pedes longe late
180 per terrarum spacia.

Inter arta[c] constitutam,
defensore destitutam
gentem sprevit Hungarorum (Thren. 1, 2.)
cetus omnis amicorum
185 in cuncta vicinia.
Qui paganos evaserunt,
Sclavi captos abduxerunt,
res preclaras nobilium
rapuerunt, flebilium
190 detraxerunt spolia.

Cadit[d] honor et honestas,
perit robur et potestas;
iura, leges abrogantur,
possessores spoliantur
195 rerum patrimonio.
Languet[e] fides, spes tabescit, 5
et caritas refrigescit; (Matth. 24, 12.)
pudor castus erubescit,
et incestus invalescit,
200 pudor cedit vicio.

Contra pium ius nature 10
sunt infantes nimis dure
per parentes[f] interfecti,
flammis, aquis vel abiecti,
205 quod est nefas dicere.
Olym Nilus et Iudea 15
puerorum nece rea,
nunc et nostra Pannonia
superavit hec omnia,
210 pari madens scelere.

Persequentis timens manus 20
intrat templum christianus,
matris sperans auxilium:
matrem simul et filium
215 consumit incendium.
Hostis ensi[g] quos subtraxit, 25
captivatos secum traxit,
clara natos genitura
servitutis ligant iura,
220 miles fit mancipium.

Olym dives Hungaria, 30
dum fulgeres in gloria,
firma cincta[h] potencia,
regna vincens felicia
225 rerum affluencia.
Regni[i] tibi latitudo, 35
regum[k] clara celsitudo,
pugnatorum fortitudo,
populorum multitudo,
230 paxque per confinia.

Per te regna sunt vastata[l], 40
sed tu nunquam superata,
fama, laude dilatata,
paradiso comparata
235 cum bonorum copia.
Nunc in seva[m] tempestate 45
te confusam vastitate,
rerum pressam paupertate,
pre virorum paucitate
240 regna vincunt omnia.

Tibi venit hic eventus 50
tanta peste turbulentus

a) Liber *c.* b) et *add.* *c.* c) artā *c.* d) Candit *c.* e) Languit *c.* f) parentis *c.* g) ensis *c.* h) tincta *c.* i) Regnum *c.* k) rerum *c.* l) uestata *c.* m) sena *c.*

ob peccata que fecisti,
[nunc tuorum[a]] messuisti
245 meritorum premia.
Perdidisti fame florem,
grande nomen et honorem;
sancta tua sunt polluta,
sacra loca destituta
250 tua pro malicia.

Dives marcet egestate,
trabeatus nuditate,
fame, gelu fatigati
micas rogant delicati
255 pre panis penuria.
Qui sub cancro[1] latuerunt,
post in Iano perierunt[2];
hastas, arcus qui fugerunt,
elementa peremerunt[b]
260 illos clade varia.

In croceis enutriti, (Thren. 4, 5.)
fuge longe via triti,
tanta pena sunt puniti,
quod vixerunt, sed inviti,
265 canum cadaveribus.
Ira Dei non quievit
his patratis, ymo crevit,
nam fit fames, denigratur[c]
os mundorum, quod cibatur
270 humanis corporibus.

Multi facti sunt Therei[3]
et Thereo magis rei,
dum[d] parentes replent nati
sua per se iugulati
275 viscera visceribus.
Famis malo nemo tutus,
fratrem frater persecutus,
et amicus amicorum
et ignotus ignotorum
280 vescitur[e] de carnibus.

Visu pulcra perierunt,
preciosa viluerunt,
ordo, sexus, etas ruit,
qui iuvaret, nemo fuit
285 in hac pestilencia.
Surge, Christe, rex virtutis,
fuga rei, spes salutis,
arma, scutum apprehende
et in hostes manum tende
290 regali potencia!

Salva nostram Ungariam,
gravem passam angariam,
quam gens lesit Tharthbarina,
tua sana medicina
295 per celestem graciam!
Virgo mater, roga natum
et peccatis irritatum
tua prece fac placatum,
nostrum solvat ut reatum
300 et pellat mesticiam.

Perdat hostem furibundum,
reddat regnum letabundum,
hastas, arcus, tela terat,
veram nobis pacem ferat
305 post tantas[f] miserias.
Nostram, Deus, sume precem,
hanc a nobis aufer necem,
et fecisti quem[g] lugere,
terso luctu fac gaudere
310 populi reliquias[h].

a) *uncis inclusa supplevi, nulla lacuna in c.* b) perimerunt *c.* c) nigratur c. d) dūt *c.* e) nascitur *c.* f) tantarum *c.* g) quam *c.* h) et cet. *add. c.*

1) Mense Iunio exeunte et Iulio a. 1241. 2) Quo mense a. 1242. saeva vis frigoris fuit, ut tradit Thomas Spalat. c. 39, supra p. 592. 3) Tereus enim filii Ityos carnes comedit; Ovid. Metam. VI, 640 sqq., cuius versum etiam *inque suam sua viscera congerit alvum* (v. 651) hic poeta imitatus est. Cf. Cont. Sancruc., SS. IX, p. 641; Vincentii Bellovac. Spec. hist. XXX, 149.

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 22, *l.* 6. *Collato iterum codice Kiloniensi* (1) *Historiae Roskildensis pauca emendanda inveni, ex quibus haec affero: P.* 22, *l.* 41. *lege* Ingvar, *ut etiam* 1 *hoc loco habet.* — *P.* 23, *l.* 33. *habet* 1: Eadmundus filius Adeldradi, quem Sweno expulit *(2 ut editum est).*

P. 25, *n.* 5. *l.* 53. *lege* Haquini *pro* Hageni. — *P.* 25, *n.* 7, *l.* 50. *adde:* infra p. 169.

P. 54. *corrige paginae numerum pro* 45.

P. 57, *n.* 1, *l.* 58. *lege* Sögubrot dicta (Fornaldar sögur).

P. 61, *n.* 3, *l.* 60. *lege* Adam. I, 17. (*pro* I, 18).

P. 64, *n.* a, *l.* 56. *lege* ut p. 63 *(pro* 68*)*, l. 58. legitur.

P. 66, *l.* 21. *supple in marg. anni numerum* 1043

P. 70, *l.* 42. *lege* causae dictionis *et dele notam* d.

P. 121, *l.* 32. *lege* apud Brammensem provinciam, *ut Krantz habet, et pone in n.* c) Bremensem 1. *Cf. infra p.* 140, *l.* 34. 36*; p.* 141, *l.* 2.

P. 177. *in col.* 2. *(Ann. Vitescol.) adde post a.* 1132, *l.* 24: 1133. Fractum est castrum Haraldi Roskildis[c*] *cum nota* c*) Roskild 2. *Lud. et adde ad hoc in marg.* cf. Sial., Lund. 1135. — *Ibid. col.* 2, *post a.* 1151, *l.* 45. *adde:* 1152. Exulavit Canutus in Sueciam et in Ryssiam, *et adde in marg.* cf. Sial., Lund.

P. 181, *l.* 21. *lege* Hafniensis. Ex donat. variorum nr. 52; *l.* 21. *lege* usque ad a. 1237. *et adde notam:* Sed duobus foliis sequentibus iam excisis, ignoramus, ad quem annum usque hi annales olim deducti fuerint. *Hoc codice iterum collato quae emendanda inveni nullius fere momenti sunt.*

P. 183, *l.* 23. *dele puncta post* 1344*; l.* 47. 49. *notas* d *et* i *delendas esse codice iterum collato cognovi.*

P. 186 *sqq. Collatis iterum Annalium Lundensium codicibus Hafniensibus (2 et A) et Hamburgensi* (3^b) *haud pauca emendanda, permulta adnotanda inveni, praesertim ex cod. A, ex cuius varia lectione pauca tantum G. Waitz exscripsisse, sed hoc postea oblitus esse videtur, credens se omnia enotavisse. Quae corrigenda sunt et addenda plura sunt, quam ut ea omnia hoc loco exhibere possim, sperans fore, ut alio loco haec omnia emendare mihi liceat, quare perpauca tantum et haec maioris momenti ex codd. A et 2 adnotavi. Codicem Upsalensem* (3^a)*, quod nunc quidem hoc codice iterum non collato iudicare possum, ex cod. 2, Hamburgensem* (3^b) *ex* 3^a *descriptos esse recte censere mihi videor. Exempli gratia A habet p.* 193, *l.* 27. Erat ergo Dan rex; *l.* 29. patrem vero suum Dan; *l.* 31. in medio Sialandie; *l.* 32. høkekoping; Ad quam ut mox Ro(sro, s *expuncto*) rex venit, vidit (uidit, *eadem manu superscr.* uenit), quod mercatores; *l.* 33. naute *deest (recte); l.* 34. amoveri iussit; *l.* 35. domos dissponere; nomen partitivum inposuit; *l.* 36. 37. Roskildis dacie vocens; *l.* 38. usquam expeditionem; *l.* 40 crescere, obiit (et *deest recte*); *l.* 41. partiti sunt filii eius regnum, illud in duas; *l.* 42. alter terras, mare possedit alter.

P. 191, *n.* 2, *l.* 69. *post* edendis *adde:* ex Bedae Hist. eccl. V, 24. sumpta.

P. 194. *habet A: l.* 1. Rexit itaque terras Hildanus; Siwardum; *l.* 2. Haldan mortuum tumulavit (*corr. e* tum. mort) Lethre; *l.* 3. maleficos navali bello bene aptus diversas; *l.* 4. cum pietate petisse (classe *deest*); *l.* 4—7. Tempore igitur quodam contingebat, ut indigens portu Helgi venit ad portum quendam iuxta Laland lassus remigio, ubi per tres noctes in regno fratris quiescens cum exercitibus suis, tentoriis in terra extensis cum pace, carnali captus *etc. etc.*; *l.* 26. *lege* Læ *et* Leshø, *ut* 2 *habet.*

P. 207, *l.* 12. *lege, ut etiam* 2 *habet*: filius Sunonis *et pone in n.* p (*l.* 42) Symonis 1; *l.* 32 *(n.* r, *l.* 49*) habet* 2: apud bornæhofæch.

P. 209, *l.* 9. *lege ut* 2 *habet:* Iærmarus venit Kopmanhaven cum exercitu magno in VI^a feria ebdomod'am pasche *(quod nescio an emendandum sit* ebdomade pasche, *cum codex* 2 *minime* ebdomadam *habeat, et lectio* hebdomadarum *codd.* 3 *ex ea codicis* 2 *exorta sit). Post* pasche *demum sequitur in* 2: Bellum fuit in Næstwech (*vel* Næstweth) *pro* et b. f. in Næstwic *ex* 1 *l.* 8. *editis; l.* 24 (*n.* m, *l.* 40) et susp. est P. Finsson *desunt etiam* 2 (*ut* 3).

P. 210, *l.* 12. *lege* Hælsingæør.

P. 211, *l.* 19. *ad* Rodos *adde notam*. Error; in Cypro insula Ericus Bonus sepultus est.

P. 219, *l.* 36. *in marg. lege* Aug. 2. *pro* Dec. 26. *Cf. H. Bloch, 'Forschungen zur Politik Kaiser Heinrichs VI.' p.* 93.

P. 222 *sqq. Annalium Essenbecensium apographis Hafniensibus* ($2^{a.b}$) *et Hamburgensi* (1^a) *collatis tantam molem variae lectionis adscribendam habeo, ut magis placeret hos annales integros recudere quam eam exhibere. Pauca igitur maioris momenti adnotavi.*

P. 223, *l.* 30. *post* intravit *add.* $2^{a.b}$ *(his et praecedentibus a.* 1113. *adscriptis)*: et conventus missus est in Claravalle, *quae a.* 1115, *l.* 31. *desunt. Post l.* 35. *add.* $2^{a.b}$: 1129. Ericus electus in Scania in regem.

P. 225, *l.* 40. 1^a *habet ad a.* 1215: Episcopus Skælm Arhusiensis obiit.

P. 226, *l.* 37. *post* coronatur *add.* $2^{a.b}$ *(his et praecedentibus a.* 1251. *adscriptis)*: Ottho archiepiscopus obiit (*dele l.* 44. *in nota* *** qui a. 1252. — obiit).

P. 236, *l.* 56. *post* fratrum *adde notam:* Scil. Arlotus.

P. 240, *n.* 1, *l.* 44. *lege* Aug. 2 (cf. Ann. Nestved., supra p. 219) vel Iul. 8 (cf. Ann. Lund., supra p. 206). Cf. H. Bloch l. l.; *ad n.* 2. *cf. quae exposuit H. Bloch l. l. p.* 91 *sq.; l.* 14. Kalleby *pro* Halleby *emendandum videtur. Cf. supra p.* 232, *l.* 1. *et n.* 1.

P. 250, *l.* 51, *n.* d *lege* quominus.

P. 255, *l.* 4. *ad* Drap Eiriks *adde notam:* Cf. Hist. Olavi Tryggvason maxima c. 60: 'hann drap Hrœrek Frisa höfðingja', quod nomen quomodo exortum sit, vide infra p. 384, n. 2. Alia etiam quae in Annalium Islandicorum codd. B. C. addita sunt cum Hist. Olavi maximae cap. 60, exscripto ex libro quodam cuius fragmentum exstat (cf. infra p. 368), conveniunt; *l.* 15. *lege* yfir Hangandaborg.

P. 261, *l.* 37. *ad* Heinreks hertuga af Anahollti *adde notam:* Immo Alberti I. de Anhalt ducis Saxoniae.

P. 263, *l.* 31. *ad* Bela konungr *adde notam:* Immo Stephanus V, filius Belae IV. a. 1270. mortui.

P. 271, *n.* 2, *l.* 36. 37. *lege* esse coniciat.

P. 272, *n.* 5, *l.* 47. *adde:* Sed c. 22. auctor attulit relationem, quae in solo Breviario hist. regum Norweg. ('Agrip af Noregs konunga sögum') legitur, alia ad Hist. regum Norweg. dictam Fagrskinna prope accedunt, quapropter praeter Snorronis librum alteram historiam regum Norwegiensium aut hanc solam in usum eum vocasse potius statuendum videtur.

P. 276, *l.* 1. *et* 30. *pone in marg. anni numerum* 1043. *pro* 1044; *l.* 6. *ad* Þat er sögn sumra manna *adde notam:* Videlicet Breviarii hist. regum Norweg. c. 32, infra p. 354.

P. 292, *n.* 4, *l.* 58. *adde notam:* Ad genealogiam hoc loco et infra c. 93. relatam cf. Snorronis Heimskr., Sig. c. 22, et Morkinsk., infra p. 345. 356, praesertim vero Fagrsk. c. 213. 250, infra p. 365 sq., ad quam haec proxime accedit.

P. 300, *l.* 46. *lege* Heinricus Claudus *pro* Haraldus Claudus.

P. 305, *n.* 2, *l.* 58. *adde:* Sed cum hoc loco consentit Fagrsk. c. 213, infra p. 365.

P. 314, *l.* 42. *lege:* Dum vixit Waldemarus rex.

P. 334, *n.* 4, *l.* 59. *pro* omnium Isl. opt. est *lege* excepta ea Fagrskinnae c. 46 (infra p. 359) reliquorum Islandicorum narrationi multo praestat.

P. 336, *l.* 54—56. *transpone notas* 2 *et* 3.

P. 339, *l.* 31. *lege* Halogalandia.

P. 345, *n.* 2, *l.* 54. *lege* (infra p. 356, cf. ib. n. 4); *n.* 3, *l.* 50. *adde* Morkinsk., infra p. 356.

P. 365, *l.* 43. *lege* Christinam filiam; *n.* 7, *l.* 53. *lege* p. 344, n. 1.

P. 392, *l.* 53, *col.* 1. *lege* Saxonicum, ad; *l.* 52, *col.* 2. *lege* Thangbrandus adolevisset, invitavit.

P. 397, *l.* 49. *lege:* dixit dux se comperisse.

P. 550, *n.* 3, *l.* 51 *sq.* *lege* Roberti *pro* Innocentii.

P. 553, *n.* 2, *l.* 50. *lege:* Cum Rogerius supra c. 4. Dionisium palatinum, qui etiam a. 1239. occurrit in chartis, a Bela rege lumine privatum dicat et infra in charta p. 593, n. 1. laudata a. 1242. Arnoldus comes palatinus occurrat, quis tunc fuerit palatinus, non constat. Cf. Katona, Hist. regum Ung. IV, p. 517.

P. 592, *n.* 3, *l.* 52. *lege:* Clissa oppidum, a Spalato orientem versus situm. *Nimis temere L. de Heinemann hoc castrum a Tartaris oppugnatum in insula Lissa situm fuisse dixit;* *l.* 46. *ad* Orlandus magister agasonum *adde notam:* Hic potius fuit magister dapiferorum, Wilermus magister agasonum, ut ex charta p. 593, n. 1. laudata apparet.

O. HOLDER-EGGER.

P. 424, *l.* 11. *lege* Leopoli 1878.

P. 425, *l.* 9. *Annalium capituli Posnanensium continuationem relinquendam esse censuimus, cf. p.* 469, *n.* 2.

P. 429, *l.* 18. *adde notam:* Rowne villa in districtu Lucoviensi Podlachiae sita erat; cf. Annales S. Crucis Polon., SS. XIX, p. 682; *l.* 26. *adde notam:* Premislius dux Silesiae Stinaviensis, filius Conradi I. Glogoviensis, IV. Kal. Mart. 1289. in proelio apud Siewierz commisso cecidit, cf. Epitaphia ducum Silesiae, SS. XIX, p. 551.

P. 442, *l.* 51, *n.* 3. *lege*: Privilegium Wladislai Odonis a. D. 1237. datum, a. D. 1243. renovatum, a. D. 1246. confirmatum est.

P. 445, *l.* 44, *n* m *lege* ex. suo. — *P.* 449, *l.* 58, *n.* 5. *lege* biskupi.

P. 454, *l.* 52. *pro notae littera* x *secundo lege* z.

P. 456, *l.* 13. 14. *transponas notas* c *et* c*.

P. 459, *l.* 48. Non solum in codice Romano (1) Chronicae Maioris Poloniae, sed etiam in aliis huius compilationis codicibus rubricae capitulorum leguntur.

P. 465, *l.* 48, *n.* o. Verba de morte regis Premislai cum tota continuatione omisimus.

P. 476, *l.* 28. *lege* A. J[ózefczyk] et M[arc.] S[tudziński], *cf. Finkel, 'Bibliografia historyéj Polskiéj' p.* 377.

P. 480, *l.* 2. *adde notam:* Mater Boleslai III. Iudith, noverca Sophia appellabatur.

P. 489, *l.* 35. *ad* verbis assequar *cf. supra p.* 478, *l.* 54: si verbo assequi possem *ex Ciceronis Catil. II*, 6, 12.

P. 491, *l.* 35. *adde notam:* Borzivoyi frater minor natu Sobieslaus appellabatur.

P. 504, *l.* 24. *post* Deinde *adde notae signum* s.

P. 505, *l.* 2. *Et ipsa verba* Secundum *usque ad l.* 8. reversus *e Chronica Polonorum deprompta sunt.*

P. 512, *l.* 57. *lege* Szaraniewicz

P. 515, *l.* 20. *adde notam:* Cf. epistolam Premislii Ottocari heredis Bohemiae a. D. 1255. 14. Kal. Aug. ad episcopum et capitulum ecclesiae Cracoviensis datam, in qua S. Stanislaum, 'qui nobis in Prusia positis suo aput Deum profuit interventu', affert; cf. Piekosiński, Cod. dip. eccl. S. Venceslai Cracov. I, nr. 44.

P. 516, *l.* 10. *adde notam:* Iohannes presbyter cardinalis de Tolleto tituli S. Laurentii in Lucina 1244—1254; cf. Potthast, Reg. pont. I, p 1284

P. 519, *l.* 48, *n.* m *lege* l. 45.

M. PERLBACH.

INDEX.

SCRIPSIT ERNESTUS SACKUR.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat *).

*) *Nominum formas Islandicas uncis [ ] inclusimus. Litteras Islandicas et Danicas* æ = ae, ø *et* œ = oe, þ = th, ð = d *posuimus.*

Arnulfus, Arnoldus, Arnaldus.

Ascerus, Asker, Acerus, [Özurr, Özorr, Ötzorr].

Astriða, Astrithi, Estritha, Æstrith.

B.

C. K.

D.

E.

F.

KE. KI. KY. *Cf.* C.

L.

M.

Q.

R.

S.

T.

U.

V. W.

Y *v.* I.

Z. Ç.

GLOSSARIUM.

SCRIPSIT ERNESTUS SACKUR.

abacistae 489, 35.
adnichilacio 21, 35. 25, 15.
agasonum, agazonum magister (Ungaricus) 552, 20. 592, 45. 593, n. 1.
alleviare 455, 25. 498, 15. — aleviacio = *allevacio* 455, 20.
algoristae 489, 35.
alimini populi = *remoti* 535, 30.
amitivus (amitinus?) frater, *matris sororis filius* 467, 15.
ampullositas verborum, minarum 29, 20. 30, 20.
androna = *andron* 594, 1.
angariare 497, 10. 549, 15.
angustiola 490, 15.
antiquatae viae et semitae 567, 1.
apocrisarius, apochrissarius 575, 15. 578, 35. 579, 10.
aratrales denarii 208, 25.
architriclinari, *mensae praeesse* 482, 40.
argentifodina, Silberbergwerk 555, 1.
arnesia *n. plur.* 546, 1.
asturco, *accipiter maior* 483, 30.

balistarii 565, 45.
balistra = *balista* 589, 30. 595, 45.
balivius 563, 35.
banerium, Banner 528, 20. 545, 35. 546, 10.
banerius, *is qui banerium portat* 545, 1.
banus 592, 45. 593, n. 1. 596, 1.
barones 454, 1. 458, 25. 459, 5 467, 1. 469, 1. 550, 40. 551, 30 552, 10. 554, 10. 585, 45. 587, 20. 592, 35.
bassus 448, 5.
blanca = *planca*, Pallisade 449, 20
bondones, *rustici* 220, 40. 221, 10.
bonna = *limes*, *terminus* 479, 5.
borra, *silva* 459.
braxatorium, *Gallice: brasserie* 445, 30. 446, 25.
breviuscule 498, 1.
brodium, *id quod ex carne excoquitur*, Brühe 494, 25.
brutalis gens 601, 35.
burgenses 212. 558, 30. 565, 15.
bursa 512, 30.
byblus = *iuncus* 58, 30.

camerarius 552, 25.
caminata = dormitorium 519, 15.
campana, Glocke 212, 20. 239, 15. 423, 30. 455. 465, 5.
campanile 566, 45.
campio, Kämpfer 29, 5. 30, 5.
cancellarius 220, 5. 227, 10. 428, 30. 448, 15. 518, 25. 551, 15. 552, 35. 559, 50. 592, 40 (cancelarius). 593, n. 1.
canesius, id est maior Tartarorum 556, 5; id est balivius 563.
cantoria, *munus cantoris eccl.* 458, 10.
capellus, Hut 529, 5.
capitaneus 441, 35. 527. 529, 20. 532, 15. 533, 5. 545, 1.
cappe capucium 16, 30.
karistie tempus 242, n. 1.
carnisprivium 230, 1.
castellania 449, 20. 458, 30. 460, 35. 461, 35. 462, 20. 466. 519, 5.
castrenses 460, 15. 520, 1. 553, 20. 594, 10; castrenses leges 33, 30.
catholiciani, *aulici ministri sive speculatores* 35, 35.
celothipia = *zelotypia* 588, 45.
censini episcopales 445, 30.
censuales, *tributarii* 541, 1.
centuriare se 128, 10.
cerevisia 456, 40.
chentela = *clientela* 584, 10.
circulatim 11, 5.
citatoriae litterae 464, 15.
civitatenses 231, 10.
cogentissimus 493, 25.
coggo, *navium species* 210, 10.
collateralis, *is qui ad latus stat* 29, 25.
comitatior = *cum maiore comitatu* 106, 45. 113, 5.
compromissum 448, 1.
compta, *idem ac cunta (camisia)?* 578, 5.
concubinarius 547, 15.
confavoraneus 481, 15.
congirare 588, 40.
conopegium = *conopeum* 456, 35.
conquestare 544, 30.
contuli = *breves conti* 90, 35.
cornupeta = *taurus* 489, 25.
crassatus 460, 25.
cruentalis 601, 35.
currilis = *currulis* 603, 15.
cyliarcus, χιλίαρχος 603, 10.

dapifer 216, 20. 221. 227, 10. 552, 20. 593, n. 1.
decima predialis 465, 10.
decimi homines episcopales 445, 30. 446, 20.
defensura = *defensio* 15, 20.
defossio 51, 40.
denarii redarii sive aratrales 208, 25; den. sterlingi 242, n. 1.
densetum raspale, Dickicht von Gestrüpp (oder Schlingpflanzen) 495, 10.
depositarii, *custodes depositi* 574, 40.
dextrarius, *equus magnus* 584, 10.
diema (*pro* dilemate?) 493, 35.
dieta, Tagereise 554. 555. 563, 30.
diffibulare se 172, 5.
dilositas = *dolositas* 15, 5. 16, 10.
dimordicare 488, 35.
dissuetudo 98, 25.
diutule 47, 40. 49. 50, 25. 62, 30. 138, 40.
domicella 216, 20. 429, 45. 561, 45; domnicella 468, 25.
domicellus 231, 1; domnicellus 468. 469, 1.
dromo, *navis magna* 408, 35.

elapsio 49, 40.
elucenter 530, 30.
embola felix Hungarorum (*non patet quo sensu usurpata; cf. Ducange-Henschel s. v.* embola 2) 534, 20.
epistolaris regius, *qui regis epistolas scribit* 44, 10.
eruditivus 492, 20.
evovae = *In secula seculorum. Amen* 11, 40. 17, 40.
exenium 563, 40. 589, 5. 592, 10.
exercitamen 480, 10.
exorcismus 239, 20.

fastuosus 492, 1.
fatiga, *subst. fem.* 530, 40.
feodum 35, 30; pheudum 545, 20. — pheodatus 248, 15.
ferto, *moneta* 507, 30.
filiatio 511, 40.
filtrea tentoria 551, 40.
filtrina tentoria 591, 30.
fiola, *instrumentum musicum* 32, 5.
fiscella, *vas vimineum* 58.
fitonici 530.
fragor lignorum 193.
fucinium, *tectum vel nidus fucorum* 490, 20.
fundibulum = *fundibalum* 489, 10.

galea, Galeere 544, 30, 553, 25. 576, 15. 577, 5. 578, 30. 593, 5.
galima, καλυμμα 478, 10.
gelima, *manipulus* 483, 25.
gemini dicti magni currus 445, 30.
gernobodia 162, 25.
gladiatus 604, 30.
glomicellus 478, 10. 494, 30.
gobiunculus 499, 40.
gramula, *vox derivata a gramine, herbae* 602, 10.
granicze, *terrarum limites* 445, 10.
grossi, *moneta* 454, 20.
gryphonteae alae 490, 10.
guerra, gwerra 208, 20. 218, 1. 226, 30. 229, 30. 429, 30. 538, 15. 541, 1. 552, 45. 560, 15. *Cf.* werra.